BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 L
26
M
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
30.

REPERTORIVM AVREVM D. NICOLAI DE MILIS.

OPVS SINGVLARIVM DICTORVM, CVM APOSTILLIS ANTEA POSITIS, ET AVCTVM

*quàm plurimis etiam vltra ſingularia & notabilia Lud. Romani Matheſilani, & omnium Modernorum per Henricum Ferrendat Niuernenſ. collectis, ac ſub hoc ſigno * ſecundum ordinem Alphabeti inſertis.*

CVM SVMMARIIS DOCTISSIMIS, ET gemino Indice, vno Verborum, altero Sententiarum ſeu rerum: Per Studioſum Iuris nūc de nouo recognitum, & ab infinitis mendis, quibus ſcatebat, repurgatum.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
M. D. LXXII

AMPLISSIMIS, ORNATISSIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS DOCTISSIMISQVE VIRIS,

Domino Iohanni Goëdelman, I.V. Doctori, ſummiq; Imperialis Cameræ iudicij Aduocato, & Domino Gerhardo Stedino, Reuerend. Epiſcopi Mindenſis, &c. Conſiliario, Dominis, patronis & amicis ſuis obſeruandis.

AESTATE *proxima, cùm in celebri conuentu, quem tum hîc per Legatos ſuos agebant Imperij Proceres & ſtatus, vos quoq; ornatiſſimi viri, honeſtiſſimum & ampliſſimum legationis munus obeuntes, apud nos degeretis, ita me amicitia veſtra dignabamini, atq; complectebamini: [illegible]t hoſpitij mecum ius conſtituere atq; contrahere n[illegible]quam defugeretis. Quod equidem ſummi honoris & beneficij loco habeo: In ea autem domeſtica conſuetudine vari[illegible] ex ſermonibus veſtris, quos & de Iure Ciuili, v[illegible] maximè de vſu eius forenſi crebros habebatis, ſi [illegible]us ſaltem cognoui & intellexi, eos, qui in Iure Ci[illegible] inſtituti à Scholis & Academijs in forum ſe conferrent, in alteras quaſi Scholas venire, inq; Palæſtram à pri[illegible]re longè diuerſam deſcẽdere: Ita vt cùm Laniſtæ, aut Magiſtri [illegible] illhic fuerint, hîc ſint futuri tyrones. Idq; ipſis eò viacri difficilius, quò magis iudiciorum noſtrorum ordo, vſusq; forenſis noſtri ſeculi, ab illo veteri, adeoq; ab iſto Iure Ciuili, quod in Scholis primis tractârunt, & didicerunt, diſcrepet. Eſſe enim inter noſtrum*

ſtrum & ſuperius ſeculum, quò ad praxin forenſem, maximam differentiam, licet non facilè cuiquam conſtare liquidò poſsit de veteri iudiciorum ratione & ordine, ſiue proceſſu. Verùm ad minuendas aliquo modo huiuſmodi difficultates, vtilem nauaſſe operam, & plurimum adiumenti attuliſſe multos, qui dum in negocijs forenſibus diu multùmque deſudarent, ſeſeq́ exercerent, quæ ipſi longo vſu, rerumq́ue magiſtra experientia obſeruârunt atq; conſecuti ſunt, ea non in ſepulchrum ſecum deferentes, aut commori patientes, inuiderunt alijs, ſed humanæ ſortis & conditionis non immemores, certis monimentis conſecrantes, ad poſteritatem tranſmiſerunt. Quorum è numero vel in primis D. Nicolaum de Milis, clariſsimum iuris vtriuſq; Interpretem, haud poſtremam, nec inuidendam in hoc ſtudiorum genere, laudem meruiſſe. Eius enim libellum (Repertorium vulgò nuncupatum) quem tum in manibus verſabatis, à doctiſsimis [illegible] fori præſtantiſsimis noſtræ ætatis Iuriſconſultis [illegible] mari, vt quocunq; locorum proficiſcendum ſit ſecum deferant: atque ſiue domi, ſiue foris ſint, è m[illegible]bus nunquam deponant. Etenim, cùm vti[illegible] uiſsimas, easq́; plerunq; ſingulares doctrinas [illegible]puta- tiones ex varijs vndiquaque & doctiſsimis [illegible]terpretibus decerptas & collectas, breuiſsimis & apertiſsimis ſententijs explicet, eſſe inſtar magnæ cuiuſdam Bibliothecæ, aut certè loco multorum inter[illegible]um, circa praxin & forenſia tradenda atq; docenda ferè occupatorum. Quibus de cauſis, cùm & ſtudijs Germaniæ noſtræ ciuilibus & forenſibus, mirificè, vt animaduerti, faueretis, & inciuile, atq; inhoneſtum [illegible]dicaretis, & cũ ſumma omnium,

maximè

maximè verò eorum, qui in iudicijs & foro verſarentur, iactura coniunctum, ſi copia huius libri non quàm plurimis communicaretur (reperiri enim Exempla eius apud paucos, eaq́ vetuſta, & mendis referta) authores mihi fuiſtis, atq́ hortatores, vt prædictum Repertorium typis & characteribus noſtris excuderem atque ornarem. Ego verò, qui non tantùm cupidæ legum vſusq́ forenſis Doctorum multitudini deeſſe nolo, ſed etiam vehementer gaudeo, & gratulor, ſi quid ornamenti, commodi aut adiumenti mea opera & induſtria ad ipſorum ſtudia accedit gnauiter impudens & inciuilis eſſem, ſi petitioni veſtræ æquiſſimæ & honeſtiſſimæ morem non gererem. Quandoquidem ergo ſingulis nundinis, meo more, vnum & alterum iuris librum meis excuſum typis & ſumtibus edere in lucem ſoleo, veſtrum ſetutus conſilium & iudicium, primum inter eos eſſe volui in ſequenti paſchatos mercatu, prædictum librum ſingularium (quid enim vetet ita nominare) clariſſimi & præſtantiſſimi vtriuſque Iuris interpretis, D. Nicolai de Milis.

Hanc autem nouam eius editionem, ampliſſimi, humaniſſimi, doctiſſimiq́ue viri, domine Doctor Iohannes Goêdelman, & domine Gerharde Stedine, domini mei ac patroni, & amici mihi multis nominibus edēdi, vobis dedico, veſtriſque ſub nominibus & auſpicijs emitto. Primùm vt omnes veſtram de ſtudijs benè merendi voluntatem videant & intelligant, ac vobis nitorem hunc & ornatum, cui iam præſens author reſtitutus eſt, ferant acceptum: Nam, quin vel hoc nomine gratus & acceptus futurus ſit hic author omnibus, quicunq́ intelligent veſtro eum auſpicio, iudicio & hortatu prodijſſe in lucem,

 pror-

prorſus non dubito. Diu etenim iam circa forenſia atque iudicialia negocia eſtis verſati. Adeò vt alter quidem, ſummo in Imperialis Cameræ iudicio, honeſtiſſimo & digniſſimo Aduocati munere nũc fungatur, ac, dubio procul, ob ſpectatam virtutem, & eruditionẽ ſingularem in generum optatus ſit à clariſſimo, doctiſſimoq́ viro domino Michaële Vollandt (quem honoris cauſa nomino) I. V. Doctore, & Cameræ Imperialis Fiſci Procuratore digniſſimo, ſummo meo patrono & amico: Alter verò propter eximiam in rebus gerẽdis prudentiam, & in conſulendo felicitatem, atq; dexteritatem in agendo, in conſilium accerſitus & adhibitus ſit à Reuerend. Epiſcopo Mindenſ. cuius adhuc conſilia atque negocia regit & adminiſtrat. Deindè vt ego, quem tot beneficijs, tantoq́ue honore affeciſtis, cùm nõ ſit iam aliud apophoretron, quo vos remunerer, quàm vt nomen veſtrum huic libro inſcriptum, quaſi mortalitati conſecrem, qualecunq; grati erga vos animi mei ſignum & teſtimonium relinquam.

Recipite ergo ampliſſimi & ornatiſſimi viri, more vetuſto vel ſtrenæ & xenij loco ad felicem anni huius ſucceſſum, veſtris nominibus dicatum Nicolaum de Milis: quemq́ in publicum prodire, & orbem terrarum peragrare, & peruagari ſuaſiſtis atque iuſſiſtis, ei hoſpitium petenti, ne denegetis, quæſo: Ac me, quem ſemel amicitia veſtra dignati atque complexi eſtis, ornare, tueri, vt facitis, pergite. Valete. Francofurti ex ædibus noſtris, Kalend. Ianuarij, Anno M. D. LXXII.

H. H. & E. E. VV.

Studioſiſſimus

Sigiſmundus Feyerabendt.

H. FERRENDAT NIVERN.

I. V. STVDIOSIS.

PRo communi omnium ad iuris palæſtram conuolantium vtilitate, & vt egregia ad praxim anhelantibus arrideret fortuna: in lucem proſilijt Repertorium, quod aptiori vocabulo Promptuarium vtriuſq; Iuris appellitant Do. Nicolai de Milis de vtraque cenſura benemeriti. Hiſce verò diebus, nouiſsimis auctũ ſingularibus; & additiunculis noſtris, vt arbitror, non ſpernendis, etiam quàm plurimis vltra ſingularia Ludouici Rom̃a. Matheſilani, & aliorum ex V. I. Scriptoribus collectis, ordine ipſiùs authoris non prætermiſſo. Accipite igitur hilari animo viri ſtudioſi hoc præclarum Opus vtili ſupellectile, & materia in forenſibus controuerſijs verſatili exornatum.

TABVLA SEV INDEX
VERBORVM.

A.

Abſenti fol. 2.
Acceptatio 3.
Acta facta ibid.
Accuſator 5.
Adhærens 6.
Adeptus ibid.
Adiudicatio ibid.
Adiunctum ibid.
Adminiſtrator ibid.
Aduerſarius ibid.
Adulterium ibid.
Aduocati ibid.
Aliàs 7.
Alimenta ibid.
Aliquis ibid.
Alius ibid.
Altare ibid.
Alternatiua ibid.
Ambaſiator ibid.
Ambitioſus 8
Animus ibid.
Ante ibid.
Antecedens ibid.
Antiqua ibid.
Annus ibid.
Appellatio ibid.
Apertiſsima 22.
Apoſtata ibid.
Apoſtolica ibid.
Arbiter ibid.
Arbitratoris 23.
Arbitrium ibid.
Archidiaconus 31.
Archiepiſcopus 32.
Archiuio 33.
Arreſtare ibid.
Arma & inſignia ibid.
Argumentum ibid.
Articulus ibid.
Aſſecutus 34.
Attentata ibid.
Auctoritas 37.
Auditor ibid.
Auus ibid.
Autem 38.

B.

Bannitus 38.
Baſilica 39.
Beneficium ibid.
Bigamus 50.
Bonafides ibid.
Brabium ibid.
Brocardum ibid.

C.

Canonicus 52.
Capellanus 55.

Ca-

Capitulum	ibid.	Conſequenti	ibid.
Carcerari	56.	Conſeruator	ibid.
Cardinali	ibid.	Conſortes	ibid.
Caſſatur	58.	Conſtitutio	ibid.
Cauillatio	ibid.	Conſuetudo	ibid.
Cauſa ceſſante	ibid.	Continentia	90.
Cenſemus	ibid.	Continuè	ibid.
Cenſus	ibid.	Contra	ibid.
Ceſſio actionis	ibid.	Contrario	ibid.
Caterùm	59.	Contumax	ibid.
Citatio	ibid.	Conuentus	91.
Ciuilis cauſa	70.	Conuerſus	92.
Ciuitas	ibid.	Copia	ibid.
Clauſula	ibid.	Credere	ibid.
Clericus	72.	Creditor	ibid.
Coadiutor	77.	Criminalis	ibid.
Collatio	ibid.	Crimen	ibid.
Collector	ibid.	Culpam	ibid.
Collegio	78.	Cum	ibid.
Colonus	ibid.	Cura	93.
Commenda	ibid.	Curator	94.
Compromiſſum	ibid.	**D.**	
Concilium	79.		
Concluſio	ibid.	Damnum	95.
Concordia	ibid.	Debet	96.
Concubina	ibid.	Debitor	ibid.
Conditio	ibid.	Decanus	98.
Conductor	80.	Decernimus	ibid.
Connexio	ibid.	Decima	ibid.
Confeſſio	ibid.	Declaratio	100
Confirmatio	83.	Decretum	ibid.
Conſcientia	ibid.	Delegatio	ibid.
Conſilium	84.	Delictum	ibid.
Conſenſus	ibid.	Denominatio	102.

Deportatus ibid.
Depoſitum ibid.
Deuolutio ibid.
Dies 103.
Dignitas ibid.
Dilatio 104.
Diœceſani ibid.
Directè ibid.
Diſpenſatio ibid.
Diſpoſitio 113.
Diſtributiones ibid.
Diſtrictus 114.
Diuiſio ibid.
Doctor ibid.
Dolus ibid.
Domicilium ibid.
Dominium 115.
Dominus ibid.
Donatio 117.
Dos 118.
Dummodò ibid.
Duntaxat ibid.

E.

Etiam 119.
Eccleſia ibid.
Edere 121.
Aedificium 122.
Electio ibid.
Emphiteuta 125.
Emptor 126.
Epiſcopus ibid.
Epiſtola 130.
Aequipollens ibid.
Aequitas ibid.
Error 131.
Et 133.
Et cætera ibid.
Etſi ibid.
Aetas ibid.
Euidens ibid.
Exceptio ibid.
Excommunicatio 138.
Excuſator 149.
Executio ibid.
Exemplum 155.
Exemptus 156.
Expenſæ ibid.
Expreſſè ibid.
Extremum ibid.
Ex tunc 157.

F.

Facere 157.
Factum ibid.
Falſi pœna ibid.
Familiaris 159.
Fœmina ibid.
Feriæ ibid.
Feudum 160.
Fictio 163.
Fideicommiſſarius ibid.
Fideiuſſorem ibid.
Filius 164.
Fines 169.
Fiſcus ibid.
Forma 170.
Fornicatio ibid.

Fra-

Frater ibid.
Fraus ibid.
Fructus ibid.
Fuga 171.
Fur. 172.
Furioſus ibid.

G.

Genitum 172.
Genus ibid.
Gratia 173.

H.

Haereditas 184.
Hereticus 185.
Homicida ibid.
Honor ibid.
Hoſpitale ibid.

I.

Iconomus 186.
Idem ibid.
Idoneus ibid.
Ignorantia ibid.
Illegitimus 187.
Impedire ibid.
Imperator ibid.
Imperium 188.
In ibid.
Incendiarius ibid.
Inchoata ibid.
Indicia ibid.
Indefinita ibid.
Indubitata ibid.
Infamis ibid.
Inimicus 189.
Infra ibid.
Infringere ibid.
Iniuria ibid.
Innouamus 192.
Inquiſitio ibid.
Inſignia ibid.
Inſtantia ibid.
Inſtitutio 194.
Inſtrumentum 195.
Interdictum 198.
Intereſſe ibid.
Interrogatio ibid.
Interpretatio ibid.
Introducta ibid.
Intruſus 199.
Ipotheca ibid.
Irregularis ibid.
Ita 200.
Iter 201.
Iudaeus ibid.
Iudicium 225.
Iuramentum ibid.
Iuriſdictio 228.
Iuris appellatione 231.
Iuxta 232.

L.

Laicus 232.
Legatum 234.
Legatus 235.
Legere 237.

Legi,

Legitimatio ibid.
Lex & conſtitutio ibid.
Libellus 242.
Liber 247.
Liberum ibid.
Limitata 248.
Liquida ibid.
Lis ibid.
Litera 254.
Locatio 255.

M.

MAleficium 256.
Mandare ibid.
Mandatum ibid.
Manifeſtum 257.
Maſculinum 258.
Mater ibid.
Matrimonium ibid.
Mendax 259.
Mendicantes ibid.
Menſa ibid.
Menſis ibid.
Meretrix ibid.
Metus ibid.
Metum 260.
Miles 261.
Minor ibid.
Miſterium 263.
Miſſa ibid.
Modus 264.
Monachus ibid.
Monialis 265.
Monitorium ibid.
Mors ibid.
Motus ibid.
Mulier 266.
Mutatio ibid.

N.

NEceßitas 266.
Negatiua ibid.
Nepotis 368.
Niſi ibid.
Nominatio ibid.
Notarius ibid.
Notorium 272.
Nouatio 281.
Nouitius ibid.
Noxa 282.
Nullum ibid.
Numerus ibid.
Nuncius ibid.

O.

OBlatio 282.
Obedientia ibid.
Obligatio 283.
Officialis ibid.
Officium ibid.
Omnia ibid.
Omnimodè ibid.
Opinio ibid.
Optatio ibid.
Obtinere ibid.
Ordinarium 284.
Ordinarij ibid.
Ordo 285.

Paci-

P.

Pacificus 286.
Pactum ibid.
Papa ibid.
Pars 292.
Pater ibid.
Patriarcha 294.
Patronus ibid.
Peccatum 299.
Pecunia 300.
Pœna ibid.
Perinde 301.
Periurus ibid.
Permutatio 302.
Perſona 306.
Perſonatus ibid.
Pertinere ibid.
Pignori ibid.
Placet ibid.
Plebanus ibid.
Plena probatio ibid.
Pluralis ibid.
Poſſeſſio 307.
Poſſeſſorium 330.
Poſitio 339.
Poſtulatio ibid.
Poteſt ibid.
Poteſtas ibid.
Præbenda ibid.
Præceptum 341.
Prælatus ibid.
Præpoſitus 345.
Prærogatiua ibid.
Presbyteri ibid.
Præſcriptio 346.
Præſens 362.
Præſentatio ibid.
Præſertim ibid.
Præſidens ibid.
Præſtimonia ibid.
Præſumat ibid.
Primas 368.
Princeps ibid.
Principaliter ibid.
Prioratus ibid.
Priuilegium 368.
Probatio 373.
Proceſſus 379.
Procurator ibid.
Producens 391.
Prohibitio 392.
Proprietas ibid.
Prorogatio ibid.
Proteſtatio ibid.
Prothocollum 396.
Prouiſio ibid.
publicum 397.

Q.

Qualitas 397.
Quandiu 398.
Quanquam ibid.
Quæſtores ibid.

R.

Ratificatio 399.
Reconuentio 400.

Regu-

Regula 401.
Religioſus ibid.
Remiſsio 402.
Renunciatio 403.
Replicatio 406.
Repreſalia ibid.
Reprobatio 405.
Reſcriptum ibid.
Reſidere 412.
Reſeruatio 413.
Reſponſio ibid.
Reſtitutio ibid.
Reus 415.
Rex 416.
Rigor ibid.
Rumor ibid.

S.

SAcerdotis 417.
Sacramenta ibid.
Sacrilegium ibid.
Scandalum ibid.
Saluuſconductus 418.
Scientia ibid.
Scholaris ibid.
Scriptura 419.
Secundum 420.
Securitas ibid.
Senes ibid.
Sententia 422.
Separatorium 428.
Sepulchrum. ibid.
Sequeſtrum ibid.
Seruitus 429.
Seu, Sicut ibid.
Sigillum ibid.
Scilicet ibid.
Simonia ibid.
Simpliciter 431.
Simulatio ibid.
Sine 432.
Schiſma ibid.
Socius ibid.
Species 433.
Spiritualia ibid.
Spiritualis ibid.
Spoliatus ibid.
Sponſalia 434.
Statuimus ibid.
Statutum ibid.
Stylus 437.
Stipulatio ibid.
Subiectio 438.
Surrogatus ibid.
Subtilitas ibid.
Succeſſor ibid.
Summaria ibid.
Super ibid.
Suſpectus ibid.
Suſpenſus ibid.

T.

TAntum 439.
Tempus ibid.
Tertius 440.
Territorium ibid.
Terminus ibid.
Teſtamentum 443.

Teſtis	*ibid.*	*Veritas*	*460.*
Titulus	*455.*	*Vicarius*	*ibid.*
Toleratus	*456.*	*Vicedominus*	*461.*
Tortura	*ibid.*	*Videbitur*	*ibid.*
Tranſactio	*ibid.*	*Videlicet*	*ibid.*
Treuga	*ibid.*	*Vis, Violentia*	*462.*
Turbatio	*ibid.*	*Viſitatio*	*ibid.*
Turpitudinem	*ibid.*	*Vix*	*ibid.*
Turpius	*ibid.*	*Vnio*	*ibid.*
Tutor	*ibid.*	*Vniuerſitas*	*463.*
		Volo	*466.*
V.		*Vox*	*ibid.*
VAriatio	*457.*	*Voces*	*ibid.*
Vaſallus	*ibid.*	*Votum*	*ibid.*
Vectigalia	*458.*	*Vſque*	*ibid.*
Vel	*ibid.*	*Vſufructuarius*	*ibid.*
Venditor	*ibid.*	*Vſurarius*	*ibid.*
Verba	*ibid.*	*Vxor*	*467.*

FINIS.

REPERTORIVM AVREVM DOMINI NICOLAI DE MILIS, IVRIVM MONARCHAE EXCELLENTISSIMI VTILIſsimis additionibus illuſtratum: & nouiter auctum ſingularibus ex varijs in vtroque iure Scriptoribus, & potiſsimùm recentioribus per Henricum Ferrandat Niuernen. hincinde excerptis: ſuiſq; in locis ſecundum ordinem Alphabeticum ſub ſimili ſigno * opportunè inſertis.

SVMMARIVM.

1 *Filio an acquiratur actio ex contractu per patrem inito.*
2 *Abſens in ſeruitio Papæ vel alterius Prælati eccleſiaſtici an habeatur pro præſente?*
3 *Abſens quacunque de cauſa affectato animo non debet gaudere priuilegio abſentium cauſa neceſſaria.*
4 *Abſens non habetur pro præſenti, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
5 *Donatio abſenti facta nemine pro eo recipiente, an donatario actionem, aut ius in re donata inducat.*
7 *Beneficij acceptatio diuerſimode eſt conſideranda.*
8 *Acta iudicialia quæ dicantur: & an commiſſio de citando ſit actum iudiciale?*
9 *Regula actore non probante, reus abſoluitur, diuerſimode poteſt interpretari.*
10 *Actor in beneficiali qualiter ſe habere debeat reo mortuo.*
11 *Agens ſuper turbatione beneficij quod dicit ſibi competere, an teneatur probare turbationem?*
12 *Actor in iudicio deducens ius inualidum, an ſi poſtea probet validum, debeat vel poſſit obtinere?*
13 *Agens conditione l. diffamari. C. de inge. ma. qualiter ſe habere debeat.*
14 *Agens poſſeſſorio tanquam ſpoliatus, duo probare debet.*

15 Petens accuſatum puniri quo pacto ſit audiendus.
16 Adhærentes qui dicantur.
17 Adminiſtrator non dicitur poſſidere id, cuius adminiſtratio eſt ſibi commiſſa, & quæ poſſit adminiſtrator.
18 Confeſſio aduocati, quando domino nocere dicatur?
19 Aduocati non debent eſſe verboſi.
20 Quibus & quando dicantur debita, & quando peti poſſint?
21 Dictiones iſtæ Aliquis & Aliâs quid importent?
22 Alternatiuarum vis multiplex: & quot illius ſint ſpecies.
23 Ambaſiator an poſſit ſtante legatione conueniri.
24 Ambaſiatori donata, cuius lucro cedant.
25 Animus qualiter dicatur probabilis.
26 Facta antiqua qualia in dubio præſumantur, & quæ dicantur antiqua.
27 Appellatio in iudicialibus quid operetur.
28 Appellatio extraiudicialis cuius ſit virtutis & efficaciæ.
Appellatio diuerſimode conſideranda eſt, quoad eius interpoſitionem, vel renunciationem, vel commiſſionem, vel verificationem.
29 Apoſtata quando dicatur excommunicatus: & an apoſtaſia noceat monaſterio?
30 Sedis apoſtolicæ appellatione, an ſolus Papa comprehendat?
31 Arbiter electus vt iudex qualiter procedere debeat: & an excommunicatus poſſit eligi arbiter?
32 Sententia arbitri qua via poſſit retractari.
33 Sentētia arbitri quādo dicatur valida vel nulla vel mutabilis.
34 Arbitramentum quibus de iure committi poſſit.
35 Mulier an poſſit eſſe arbitratrix non obſtante indignitate.
36 Arbiter poteſt quis eſſe ſuper iniuria propria.
37 Arbitratori qualiter & quando liceat in ſuis arbitramentis procedere.
38 Arbitrator quis dicatur.
39 Arbiter quis dicatur.
40 Compromiſſum arbitratoris non finitur morte alterius compromittentium, nec banno vel publicatione.
41 Arbitrator ſuper quo aſſumatur.
42 Arbitratoris laudem vel dictum quid ſint.
43 Arbitratoris laudem diuerſimode conſideratur tàm reſpectu validitatis, quàm nullitatis.
44 Arbitrator poteſt procedere, vt arbiter & arbitrator ſuperueniente diuerſitate articulorum.

45 *Arbitrium multipliciter poteſt compromitti.*
46 *Arbitrium, facultas & conſcientia differunt.*
47 *Officium Archidiaconi & eius poteſtas.*
48 *Archiepiſcopi poteſtas, dignitas & officium.*
49 *Scriptura in archiuo publico reperta, an fidem faciat.*
50 *Arreſtare quid ſit?*
51 *Arma alterius aſſumere an liceat?*
52 *Argumentum à contrario: item à communiter accidentibus: & à contrario ſenſu: & à ſequela: quando & quibus caſibus procedant?*
53 *Articuli poſſunt in iudicijs diuerſimode tàm reſpectu dantium, quàm recipientium conſiderari & admitti.*
54 *Poſitionum & articulorũ verba qualiter ſint interpretanda.*
55 *Beneficium quando dicatur adeptum ſeu aſſecutum.*
56 *Iudicialiter attentata, quibus modis veniant reuocanda, aut validanda, aut ſuſpendenda.*
57 *Authoritas Doctoris vim legis habere poteſt.*
58 *Authoritas Papæ vel alterius perſonæ quandoq; laudanda eſt, quandoque vilipendenda.*
Item reſpectu diuerſorum ſtatuum & cauſarum eſt diuerſimode conſideranda.
59 *Sacri Palatij auditoris officium vel authoritas morte Papæ cenſetur extinctum.*
60 *Dictio Autem cuius ſit naturæ.*

ABSENTI.

Filio acquiritur actio ex contractu per patrem celebrato, etiamſi filius, cuius nomine contrahitur, ſit naturalis tantùm dummodò dictus filius ratificet contractum: & hoc eſt verum de æquitate Canonica, etiamſi contractus fuiſſet celebratus per epiſtolam patri, & non filio tranſmiſſam, not. Rom. conſil. 142. & vide ſub ver.

Sententia §.
Electio §.
Præſens §.
Præſumitur §.
Stipulatio §.

per quam quis ſcit ſcilicet.
2 †Abſens in ſeruitio Papæ an habeatur pro præſente & reſidente. dic quòd ſic, vt in c. cum dilectus. de Cler. non reſi. Et idem in abſenti in ſeruitio Epiſcopi vel Eccleſiæ, vt patet eod. titu. c. de cætero, & c. ad audientiam. vide Ioan. And. de conſuetud. cap. fin. lib. 6. in nouel. Et quod ibi idem no. Dom. de ſancto Gemi. qui dicit quòd fit extenſio de caſu vero ad fictum: quando ius æquiparat caſum fictum vero, ſicut eſt in c. ad audientiam. & c. ex parte 2. de Cler. non reſid. licet ipſe non alleget, & iſta fuit mens Ioan. And. licet per alia verba loquatur. & vide inf. ſub ver. præſens. & inf. §. proximo.

* SINGVLARE.

3 †Abſens cauſa Reipublicæ affectato animo nō gaudet priuilegio abſentium cauſa Reipub. vt not. Ludo. Rom. ſing. 591. incipien. tu habes quòd quamuis abſentes, & an abſens à loco in dubio præſumatur ſcire quæ fiunt in loco. dico quòd non etiam à perſona coniunctiſsima. text. eſt not. vt dixit Franc. de Aret. & poſt eum do. Iaſon in l. 2. §. voluntatem. in 13. no. ff. ſolut. ma. H. F.
4 †Abſens nō habetur pro præſenti, niſi in caſibus expreſsis in iure, quia eſt quædam fictio: ergo non poteſt allegari niſi in caſibus in iure expreſsis. not. Anto. de Cler. non reſid. c. ex parte 2. Pro quo eſt caſus in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. Et illam l. alleg. Bart. ad hoc pro ſingulari. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. vide ſuprà §. proximo.

ADDITIO.

Et quis dicatur abſens vel præſens, vide latè per do. Felin. in cap. quoniam frequenter. in princip. in col. 9. ver. circa ſextam quæſtionem: extra vt lit. non conteſt.
5 Abſenti ſi fiat donatio, nemine pro eo recipiéte nullum ius, nec aliqua actio ſibi acquiritur. not. gloſſ. C. de donat. l. nec ambigit. & C. de ſacroſanct. Eccle. l. illo. & not. Cyn. & Bart. in dicta l. illud. Prædicta intellige, niſi fiat donatio per epiſtolam de notorio directam. vt C. de donatio. l. ſi aliquis. Sed de æquitate Canonica dici poteſt: quia etiam primo caſu valet donatio facta, ſicut dicit Anton. de confeſsione facta parti abſenti. c. ſi cautio.

tio. 2. colum. de fide inſtrument. Vide ſub ver. ſtipulatio. in princip. Sed Ioan. Andre. in addit. Speculat. in tit. de ceſsio. actio. §. conſequenter. in princ. dicit quòd non valet donatio ſiue ceſsio ex cauſa donationis, vel ex alio titulo facta abſenti nemine pro eo recipiente, niſi interueniat nuncius vel epiſtola, vel niſi aliquo pro eo recipiente ſequatur ratihabitio.

Abſenti ſi lex dicit aliquid acquiri, debet intelligi interueniente nuntio vel epiſtola. not. gloſſ. ff. de actio. & obligat. l. conſenſu. Item not. Bart. ff. de procurat. L. in cauſæ. §. ſi ex parte. vide Bald. C. mandati. l. per diuerſas. in 14. quæſtio.

6 † Abſens in ſeruitio legati habetur pro præſente, & cenſetur reſidens, quò ad Prouinciam ſibi commiſſam. Idem de eo, qui reſidet cum Cardinali ſecundum conſuetudinem, quæ ſeruatur ſecundum Hoſtien. Sed verius eſt ſecundum Ioan. And. quòd omnibus Cardinalibus ſuper hoc priuilegia conceduntur, ſed reſidens cum Archiepiſcopo non cenſetur præſens. not. Ioan. Andre. in cap. cum dilectus. de Cler. non reſid. Eſt tamen differentia, an quis cenſeatur eſſe reſidens, an verò ſit priuilegiatus, quod in abſentia fructus percipiat, ac ſi reſideret. Primo caſu habetur pro præſente & reſidente quò ad omnia. Secundo caſu duntaxat quò ad fructuum perceptionem: vt not. Ioan. And. in cap. fin. de conſuet. lib. 6. ſuper ver. per alios. in nouel.

ADDITIO.

Tu tamen ſuper hoc: vide latiùs per dom. de ſancto Gemi. in dicto cap. fina. de conſuet. in 5. colum. poſt me. in ver. ſed pone quod conſuetudo.

7 † Acceptatio ſi fiat per expectantem: Primò in vno beneficio, poſteà in alio, & non conſtat, quod prius acceptatum fuerit: quia eadem die acceptata fuerunt ambo. electio eſt acceptantis. Idem ſi duo beneficia ſimul acceptauerit. Idem ſi diuiſim acceptauerit, ſi in acceptatione ſecundi proteſtatur, quod non vult dimittere primum: vt no. Archi. 21. quæſt. 1. relatio.

Acceptatio beneficij prætextu gratiæ expectatiuè valet nullo vocationis modo expreſſo. not. Roman. conſ. 407. & vide ſub ver. gratiæ.

Acceptatio facta per vnum diem ante vacationem beneficij non valet.no. Ro. conſ. 420. & ibi probatur, ꝙ appellatio interpoſita narrãs acceptationem beneficij intra menſem eam probat: & iſta eſt pulchra & ſubtilis materia.

Acceptanti beneficium ſufficit probare illud ante acceptationem vacaſſe,licet non probet verum tempus vacationis ſeu mortis, quando præſumitur legitimo tempore acceptaſſe. not. Rom. conſ. 125.

Acta facta coram iudice ſeculari an faciant fidem coram eccleſiaſtico: & econtrà, vide ſub ver. iudex. §. iudex eccleſiaſticus. & vide ſub ver. producens.

Acta probatoria concernentia merita cauſæ procedunt à pari cum ſententia, & cui præiudicaret ſententia, præiudicarent illa acta. not. Anto. de iudi. at ſi Clerici. in princ.

Acta an poſsint probari per teſtes, vide ſub ver. probatio. §. probari poſſunt acta.

ADDITIO.

Vide tu per dom. Felin. in c. quoniam. in vlt. colum. verſic. nonò quæro. de probat.

8 †Acta propriè ſunt illa quæ in iudicio fiunt, & ideo prima commiſsio de citando partem, cùm fiat ante iudicium non eſt de actis. not. Anto. de iudi. cap. primo. ver. examinemus. & not. Rom. conſ. 78.

Nam & libellus ſi porrigatur ante citationem, non eſt de actis. not. Anto. eod. cap. ver. oppono 2. Item confeſsio facta coram iudice non tamen animo litigandi, nec litem conteſtandi, non eſt propriè actus iudicialis. not. Anto. de iudi. cap. at ſi Clerici. in princip. verſicu. vlt. in gloſſ. ſicut nec appellatio, nec apoſtolorum datio. not. Rom. conſ. 32. aliàs 321.

ADDITIO.

Et an libellus, inſtrumenta, conſilium ſapientis delegatio ſint de actis iudicij, vide per do. Felin. in c. quoniam. 3. 54. col. 3. ver. ex quibus. extra de probat.

Acta non poſſunt per notarium recipi & ſcribi in abſentia iudicis. vide ſub ver. notarius cauſæ.

Actorum appellatione comprehenditur ſententia diffinitiua. ff. de re iudi. l. actorum, & not. gloſſ. i. de iure fiſc.

fiſc. l. in fraudem. §. neque. & ita tenet Ioan. Anton. in addit. Spe. in tit. de ſent. in princ.

9 † Actore nõ probante reus abſoluitur etiam in beneficialibus, licet ipſe reus nullum ius habeat. no. Rom. conſ. 120. & vide ſub ver. contumax. §. edicto. §. 1.

Actore non probante debet reus diffinitiuè abſolui, & actori ſuper petitione perpetuum ſilentium imponi, licet reus nullam petitionem dederit. not. Roma. conſ. 120. vide ſub ver. poſſeſſorium. §. poſſeſſorio & petitorio. ſuper ver. libellus ſi eſt datus.

ADDITIO.

Super hac regula actore non probante debet reus abſolui. vide pulchrè per dominum Iaſonem de Mayno, in l. qui accuſare. in 2. colum. ver. quartò & vltimò nota. C. de accu. vbi ponit duas extentiones illius regulæ, & multa alia eleganter more ſuo ibidem dicit. Et Bart. in l. ſi quis ad exhiben. ff. de except. rei iud.

* SINGVLARE.

Actore non probante reus debet abſolui diffinitiuè, quod tamen limita: niſi ſit data dilatio actori ad probandum intentionem ſuam abſente reo. Ita ſingu. dixit Inno. in c. prout. de dolo & con. in fin. quod dictum pro valdè no. refert & ſequitur Bal. in Margarita ſua: in ver. actor ſi dato. vide tamen Hypo. Marſil. ſing. 169. incipic. not. eſt regula. G. F.

Actore non probante quandoque fertur ſententia pro ipſo actore, puta quãdo actor, poſſeſſor & reus non poſſeſſor petunt ſibi beneficium adiudicari, tunc enim quilibet eſt actor & reus. Vnde neutro probante abſoluitur quilibet ab impetitione alterius, aliàs ſtat regula Quod actore nõ probante debet reus abſolui. no. Rom. conſ. 15. & ſi in caſu prædicto reus dedit obiectũ, & non ꝓbauit, debet in expenſis cõdemnari: vt no. Ro. con. 261.

Actore contumace in non veniendo ante litis conteſtationem debet reus abſolui ab obſeruatione iudicij ſi hoc petit, & actor in expenſis condemnari. Præmiſsis tribus monitionibus per audientiam contradictarum, & quarta ex abundanti. no. Rom. conſ. 69.

Si autem nec actor nec reus comparuit, tũc licet edictum ſit circunductum, quoad actum faciendum in

termino citationis, tamen actore poſteà comparente poteſt de nouo ad illum actum, & ad illos procedi contra reum per audientiam contradictarum. Si prima citatio fuerit ad totam cauſam vſque'ad ſententiam incluſiuè. not. Rom. conſ.395. Quæ quidem procedit tàm in citatione iuris, quàm hominis. no. Rom. conſ.128.

80 † Actor in beneficiali mortuo reo & poſſeſſore poteſt petere, vt per audientiam ad vlteriora procedatur contra omnes, quorum intereſt ad finem, vt beneficium ſibi adiudicetur, & fructus ſequeſtrati ei dentur. not. Rom. conſ.132.

81 † Actor ſi agit ſuper turbatione & moleſtatione beneficij quod aſſerit ad ſe ſpectare, ſufficit quod probat de iure ſuo, licet non probet turbationem: quia aduerſarius ſatis turbat & impedit, quando in iudicio ſe opponit. argum. ff. de acquir. re. do. l. Pompon. in fin. quod eſt verum, ſi actor non poſsidet, & impeditur, ne poſſeſsionem habeat. §. ſuper petitionib. ver. ſed quæritur. & ver. ſed quod opor. & ver. ſed nunquid habet. Quid autem ſi poſsideat. dic vt not. Compo. de reſcrip. c. mandatum. ver. item quæro de illis. & vide melius per Bal. in l. ordinarij. C. de rei vend.

Vbi dicitur quòd ſi reus ſe opponit, aſſerens ſe poſſidere, ſufficit quod eo ipſo actorem in poſſeſsione turbat: ſecus ſi ſimpliciter neget intentionem actoris: & tu vide Bartolum. ff. vti. poſſ. l.1. §. huius autem. & melius in l. ſi prius. in vna quæſt. de noui operis nunciatione. Sed ibi loquitur in turbatione iuris, & non poſſeſsionis. vide Lapum in alleg. 80. vbi loquitur de turbatione poſſeſsionis. & Innocent. de reſtitut. in integ. c.2. in glo. per Monachos, circa medium, vbi mirum videtur. vide omninò ſuper ver. turbatio. & in §. actor agens poſſeſſorio.

Actor licet nullam habet actionem in eſſe productam, poteſt tamen iudicis ſecularis officium implorare, quando reus locupletaretur cum aliena iactura, & tunc imploratione facta debet iudex implorato officio prouidere. not. Ant. de iud. c. dilecti. ver. ſed agente. Videtur tamen quod caſu prædicto non poteſt actor deficere, per l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. petat.

Agere an poſsit ille qui habet exceptionē contra aduerſa-

uerſarium,&implorare officiũ iudicis, ne ab eo inquie tetur, & coram quo iudice hoc petere debeat. Vide ſub ver.excep.§.exceptionem habens.

Actor an poſsit ſimul plures actiones in eodem libel lo deducere.vide ſuper ver.libellus.§.libell⁹ poteſt formari.& ſub ver.dominus.§.dominus. ex vna cauſa & agere ex titulo duplicato.& ſub ver.renunciatio.§.renũ ciari.videtur quis iuris & ſub ver.actio.in prin.

12 † Actor ſi probat ius validum.ſed deduxit inualidum,an obtinere debeat.vide ſub ver. probatio.in pr.

Actor licet agendo non poſsit pluribus iuribus con trarijs vti in appellando,tamen & replicando etiam ſicut & reus excipiendo poteſt iuribus contrarijs ſe tueri. not.Ant.in cle.ſi appellationem.ad fi. de ap. & ibi gl. & not Bart.ff. de app.l.fin. ADDITIO.Caue tibi,quia Bart. nihil de hoc in illa l. fi. dicit, ſed bene de hoc dicit idem quod author in d. l. ſi expreſsim.hîc allegata in 4. colum.prope fin.in ver. Sed poſito quòd appellatio. & l. ſi expreſsim.& de excep.l.nemo.in fi. & facit quod no. gloſ.de reg iur.exc.in fin.

Agere an poſsit quis vt declaretur domin⁹ rei quam poſsidet.vide ſub ver.libellus. in re ven.

Actor an poſsit reum coram diuerſis iudicibus & di uerſis etiam cauſis conuenire,& an reus cõuentus poſſit pendente iudicio trahere actorem per viam reconuentionis vel etiam recõuentionis coram alio iudice. vide tex.in c.diſpendia.de reſc. li. 6.& quod ibi not. per gl.& Doctores.

13 † Actor agens conditione ex l. diffamari. ADDITIO.quę eſt C. de inge.manu.non tenetur libellum offerre,nec litem cõteſtari,nec alium iudiciarium ordinẽ obſeruare. Debet tamen petere terminum aduerſario aſsignari, intra quem doceat de iure ſuo,aliàs ſi non doceat,poſtea non auditur:vt no.Bal.in d. l. diffamari. C. de inge.manu.Et Bart.in l. mancipiorum. de ope. li. & Inn.de offi.ord.in c.conquerente.in 2. & 3. gloſ. iuncto eo quod ipſe not.qui fi.ſint legi.c.lator.Debet tamen actor,antequam terminũ aſsignari petat, docere quod aduerſarius diffamauit.not.Bar.in l. Titia. in fin. ff. de accuſ.& ſi aduerſarius in termino nihil probat, fertur contra eum ſententia,per quam condemnatur vt de cę

tero non infamet,&ſuper dicta diffamatione perpetuũ ſilentium ſibi imponitur, non tamen pronunciatur actori aliquod ius cõpetere circa id,de quo fuit diffamatus:vt no.Bal.ind.l.diffamari.Et Inn.in c.cauſam.2.qui fil. ſint leg. & dicta ſententia non eſt diffinitiua: ſed interlocutoria, ad quam ferendam debet aduerſarius ſolenniter citari per tria edicta, aliàs contra abſentem non poteſt ferri dicta ſententia:vt not.Bar.in d.l. diffamari.do.An.dicit quod eſt diffinitiua,vt in c.cùm olim. de teſt.penul.col.in fin.& hoc ſentit Bar.in d. l. Titia. & actor agens conditione ex d.l.diffamari debet agere cò ram iudice ſuo,ſcil.ipſius actoris,& non corã iudice aduerſarij:vt no.Inn.in d.c.lator. ſuper hoc vide omninò ſuper verſ.exceptio.§.exceptionem habens.

Actor ſi petit electionem vel ſententiam confirmari,vel beneficium,vel rem aliam ſibi adiudicari, an pro eo contra ipſum actorem poſsit ferri ſententia etiam adiudicatoria,nõ data aliqua petitione per ipſum reũ. Innocent. tenet quòd ſic,vt in c.cùm contingat. de offic.del.Sed Hoſti.Io.An.& An.aliter diſtinguũt in c. ex conqueſtione de reſt.ſpo.vbi omninò vide.

14 †Actor agens poſſeſſorio tanquam ſpoliatus habet probare duo,ſcilic.ſe poſſediſſe & ſpoliatum fuiſſe de offic.del.c.conſultationibus. Si tamen probat poſſediſſe, & aduerſarium nunc poſsidere, præſumitur quod aduerſarius actorem ſpoliauerit,vt ſentit do. An. in c.ſuborta.de re iudic.vnde eo ipſo quod aduerſarius interdicto,vnde vi,conuẽtus,ſe in iudicio opponit,probatur ſpoliatio ſecundum Innocent.in d.c.ſuborta.ſed ibi loquitur in poſſeſsione qua quis poteſt ſpoliare ſolo verbo &animo ſpoliandi, puta in poſſeſsione vel quaſi ſubiectionis:nam eo ipſo quod negat quis ſe ſubiectum,& dicit ſe nõ velle obedire illi, cui eſt ſubiectus, & de facto non obedit, priuat & ſpoliat eum quaſi poſſeſsione ſubiectionis,per quod videtur ſecus eſſe in poſſeſsione rerum corporalium,qua non poteſt quis (niſi actor ſi agit.victus ſit)ſolo verbo aduerſarij priuari.& vide ſupr.§.

15 †Accuſator non debet audiri petens accuſatum puniri,niſi prius ſe inſcribat, quando accuſatus debet venire de longinquo:vt not.Ioan.And de accuſat. c. 1.

Idem

Idem tenet ibi Anto.licet vterque ibi dicat, quod Papa contrarium fecit.in c. licet. eod. tit. Speculator dicit quod licet hoc ſit verum,de iure non tenetur,tamen de conſuetudine:vt ipſe not. de accuſat.§.1. ADDITIO. Vide ſuper hoc in Practica domini Petri de Ferrarijs in forma inquiſitionis in gl.1.verſ.quę quidem inſcriptio. vbi allegat Doctores famoſos,qui fuerunt huius ſententiæ,qualis eſt author noſter. verſ.his agitur. & verſ.nec mirum.

Accuſatus an euitet infamiam,ſi ante ſententiã ſoluit id,in quo ſi condemnaretur,infamis efficeretur.vide ſub verbo,infamis.§.infamiam euitet.

Accuſator ſi non poteſt pati pœnam Talionis,debet ſe obligare ad aliam pœnam arbitrio iudicis imponendam,ſi non probauerit accuſationem. not. Spec. in tit. de adulterijs.§.1.ver.ſed quæritur.& idem not.An. in c. ſuper his.de acc.1.col. in fin.

Accuſator licet ſe nõ inſcribat ad pœnam Talionis, debet tamen ad illam condemnari,ſi nõ probat:vt not. Arch.4.q.4.c.nullus.§.inſcriptio.Idem no.Io.An.in c.ſuper his.de accuſ.in gl. 2.

Accuſator regulariter tenetur ſe inſcribere ad pœnam Talionis,aliàs non tenetur accuſatus ei reſpondere:vt no.Arch.4.q.4.nullus.§.inſcriptio. Fallit in multis caſibus,quos no.Hoſt.in ſumma de accuſ.§.qualiter procedatur.

Accuſator ſi accuſat de crimine ciuiliter, an teneatur ſe inſcribere.vide ſub ver.ciuiliter. §.1.

Adhærens vide ſub ver.teſtis.§.teſtis.non poteſt eſſe ille qui eſt adhærens.

ADDITIO.

16 †Qui autem ſint adhærentes. vide per do. Felin. in rubr. de treu.& pace.6.col.verſic.Sexta declaratio. & in c.olim de accuſ.in 2.col.ibi.Nota.Et ibi etiam qui dicantur ſequaces,participes, complices,confœderati ſiue recommendati.

Adeptus,quid hoc verbum importat, an adeptionẽ iuris vel poſſeſsionis,vel vtriuſq;,vide ſub ver.aſſecut⁹.

Adiudicatio poteſt fieri mihi de re mea, vt de rebus ecc.non alie.c.1.lib.6.& ibi no.per Io.An.

Adiun-

Adiũctum. quid operetur hoc verbum Adiuncti, vide inf. ſuper verbo, verba. §. verbum ratione.

17 † Adminiſtrator non dicitur propriè habere beneficium, nec titulum in beneficio, cuius adminiſtratio eſt ſibi commiſſa, vt colligitur ex not. per Anton. in Clemen. & ſi principalis. in gl. ſuper verbo, electi. de reſcr. Et vide ſub verſ. dignitas. §. dignitas venit.

Adminiſtrator eccleſię cathedralis vel alterius eccleſiæ inferioris poteſt omnia facere quæ poteſt prælatus habens eccleſiam in titulo excepto miniſterio conſecrationis. vt de elect. c. ſi is cui. lib. 6. Ideò poteſt beneficia conferre: vt not. ibid. Ioan. And. ſuper 3. gloſſ. in nouellis.

Aduerſarius meus dicitur ille qui mihi in lite etiam per alium mota aduerſatur, quod not. propter ſtatuta repellentia aduerſarios accuſando. not. Ant. de iud. c. 1. ver. not. ſecundò aduerſarius.

Adulterium an ſit maius delictum omnibus alijs delictis: & de hoc vide ſuper ver. delictũ. §. delictum adulterij.

Adulterium qualiter punitur, vide 82. di. apoſtil. cum multis alijs. c. illius di. & quod not. 23. quæſt. 5. debet per Arch.

18 † Aduocati confeſsio nocet domino de app. c. cũ cauſam. Ideò per eam fit litis conteſtatio, ſi domino pręſente & non contradicente fiat: vt not. do. Ant. in c. paſtoralis de iud. tu vide text. & gloſ. de cenſ. in c. olim. & vide ſuper ver. lex. §.

Aduocati eorumq; filij & nepotes an poſsint pro ciuili debito incarcerari, vide ſub ver. carcer.

Aduocat⁹ an perdat ius quod habet in re ſuper qua pro alio officium aduocationis præſtat, vide ſub ver. renunciat. §. renunciare videtur.

* SINGVLARE.

19 † Aduocati nimis verboſi aduocationis officio priuari poſſunt gl. eſt in l. ex ea ff. de poſtul. & eſt prima quam glo. allegat pro ſin. ad hoc Ludo. Ro. ſin. ſuo. 739. incip. an nimis verboſi. H. F.

Aduocatus an poſsit eſſe teſtis pro cliẽtibus ſuis durante officio aduocationis vel eo finito, vide ſub ver. teſtis. §.

ſtis.§.teſtificari non poteſt aduocatus.

Aduocatus an perdat priuilegium collegij, ſi aliquibus annis à ciuitate abſens ſteterit, vide ſub ver. collegium.§.1.

Aliàs hæc dictio eſt excluſiua qualitatis & effectus ac vitij præuaricati, vt patet ex text.de cor. vitia.c. ſignificauit.

ADDITIO.

Et quid de dictione Alius, vide per do.Felin.in c. ſedes.col.penult.ver.dictio Alius extra de reſcr.

20 †Alimenta quæ debentur iure ſanguinis, nõ poſſunt peti iure actionis, ſed officio iudicis: vt not.Bar. in l.ſi quis à liberis.in princ.ff.de lib.agno.& non poſſunt petere pro tempore præterito, ſed pro futuro dũtaxat: vt no.Bart.in l.liberi.§.1.ff. de alimen.& ciba.lega.& vide ſuper verſ.monachus.§.pater.

Alimenta quæ debentur alicui miſerationis cauſa, non poſſunt peti, ſi ille cui debentur poteſt ex operibus ſuis ſibi victum quærere: vt no.per gl.Bart. & Bald. in l. ſi maritus viro.ff.ſo.mat.& talia alimenta non debentur ſecundum dignitatem perſonæ, ſed ſecundum neceſsitatem viuendi, ſecundum Iacob.de Aret. & Bart.in d.l.ſi maritus.

Alimenta quæ miſerationis cauſa poſt mortem viri debẽtur, ab hæredibus vxori intra annum quo dos nõ ſoluitur, ita demùm poſſunt peti, ſi vxor aliunde non habet vnde ſe alere poſsit, quia tunc petit vt intereſſe: vt not.Bald in l.1.§.cùm autem.C.de re.vxor.ac. & primo caſu incumbit onus probandi vxori quod alia bona non habet, de quibus ſe alere poſsit. quia illa negatiua eſt fundamentum ſuæ intentionis, iuxta not. per glo.Bal.& Bart.in l.ſi verò.§.fin.ff.qui ſatiſda.cog.eo caſu quo debet vxor miſerationis cauſa alimentari, tenetur cum hæredibus viri habitare, & ibi operari ſi hæredes volunt, & ipſa honeſtè habitare poteſt, & ſi non operatur, debet tantò minus pro alimentis recipere, quantum eſt precium operarum: vt not. Bart. in l. diuortio. in prin.ff.ſol.matrim.imò ſi operæ eſſent tales quod ex eis vxor poſsit ſibi alimentum quærere, non tenẽtur hæredes ei aliqua alimenta prǣſtare: vt no.ſup.§. proxi.

21 †Ali-

21 †Aliquis, hoc relatiuum præſupponit diuerſitatem & pluralitatem inter multos.not Roman.con.206.

Alius,an hæc dictio implicet,vide text de reſcr. c.ſedes. ADDITIO. Vide ſup.in dictione Aliàs, & vide in cle.non poteſt de procur.& in cle.1.de præben. & Io. And.in c. cùm in illis.de præben.li.6.in nouella. & Ant. in cle.1.de reſcript.per eundem.in d.c.ſedes.& vide ſub ver.genus.§.

Altare portatile an poſsit per epiſcopum alteri concedi,vide ſub ver.miſſa.

22 †Alternatiua,materiam alternatiuè, vide plenè per Bar.in l.is qui ducenta.§. vtrùm de rebus dubijs. & l.1.eod.tit.

ADDITIO.

Et quot ſunt ſpecies alternatiuarum.vide per do.Iaſon.Inſt.de act.fol.93.num.

Alternatiua vel aliquando ponitur pro cũ,vel pro id eſt.not.gl.in l.1.ff. ad l. Aquiliam.

Alternatiua ſi cadit inter res, electio eſt debitoris, ſed ſi cadit inter actiones,electio eſt creditoris. Idem ſi cadit mixtim,inter res & actiones.no.Bar. ff. de verbo. obl.l.ſtipulationes nõ diuidũtur.in prin.ver.7.quęro.

Alternatiua non reddit rem dubiã,quando in vtrãque partem concludit intentum allegantis etiã.no.glo. in c.pia.de exc.li.6.ſuper ver.ſpeciem.

Alternatis vicib9 ſi quid fieri debet paritatem ſignificat,vt patet in Auth.de alie.emphi.in prin.in tex.&gl. & in cle.2.de iure patro.ff.quando di.le.ce.l.1. in princ. & ff.de ſerui. l.5.de vſuf.l.quotiens. in princ.

23 †Ambaſiator qui in legationem iuit pro re publica ciuitatis ſuæ,vel etiam pro domino ſuo,non poteſt durante legatione conueniri de foro comp.c.fin. quod qualiter intelligatur,vide Inn.& Ant.

ADDITIO.

Et licet ambaſiator nõ poſsit conueniri, dùm eſt in legatione,poteſt tamen ibi reconueniri,vbi conueniũt alios,vt habetur per gl.Oldr.& Dyn.in l.Paulus.la.2.ff. de lega.in l.tutor.§.fin.ff. de iureiur.

24 †Ambaſiatori donata,an cedant eius lucro, vel illo-

illorum quorum ambaſiator erat. vide Io. An. de ap. c. à collatione. li. 6. in gl. vlt. ſuper tex. in nouel.

Ambaſiatori an ſint reſtituenda damna per eum paſſa, ſi fortè fuerit in itinere captus, vel derobatus, vide Bart. ff. de fur. l. ſi ſeruus. §. quid verò. & vide Bald. in l. quod inter cauſas. §. ante omnia. ff. man. & per Spec. tit. de iud. §. ſpiritualia. ver. illud autem. & ver. ſeq. & quod no. Inn. & Io. An. de iureiur. c. ſicut. 3. & vide per eundẽ Io. An. quod no. in c. ſignificante de pign. & An. in c. cùm olim. ver. venio ad quintum. de reſt. ſpol. & vide omninò per Bart. in l. his. in prin. ff. ſol. matri. & in l. ſed merces. §. culpæ. ff. loca.

Ambitioſus dicitur ſymoniam committere. not. Io. An. de præben. quia in tantum. & talis eſt infamis. not. gl. 1. 3. q. 1. nullus.

25 † Animus probatur ex præſumptionibus & coniecturis, & quandoq; per iuramentum C. de fica. l. 1. vide gl. & Bar. ff. qui ex cau. in poſſe. ea. l. Fulcinius. §. quid ſi autem.

Animus probatur ex verbis & ex factis præcedentibus. no. gl. ff. de don. l. apud Celſum. in prin. & de conſt. pecu. l. 1. §. eum qui. non autem per circumſtantias probatur animus in foro contentioſo. not. gloſ. in cle. 1. de homi.

Ante, hęc dictio in aſsignatione termini ſtatuti ad aliquid faciẽdum, ante decimam diem ſtat incluſiuè, vt intelligatur ante decimam diem completam: vt not. ſuper ver. terminus. §. terminus ſi eſt aſsignatus.

Antecedens ſi eſt prohibitum, intelligitur prohibitum & conſequens, de elect. qualiter. & c. quiſquis. C. de leg. l. non dubium. & vide ſuper ver. lex. §. lex quæ prohibet.

26 † Antiqua facta an præſumantur in dubio ritè & legitimè geſta, vide ſuper ver. præſumptio. §. præſumitur pro factis.

Antiquum factum dicitur quod excedit ſpacium cẽtum annorum, vel 40. no. Ant. de teſt. c. veniens. in pen. col. in fin.

Ann⁹ in Romana curia incipit à die Natiuitatis Chriſti. no. Ro. con. 50. Sed in partib. Angliæ & Franciæ incipit ab incarnatione: vt no. Rom. con. 108.

ADDI-

ADDITIO.

Imò verò in Prouincia Lugd. incipit à Paſcha, vt conſtat generali conſuetudiue dictæ Prouinciæ.

Annus inceptus non habetur pro completo in beneficÿs conferendis, quando conſtitutio dicit quod nõ dentur beneficia niſi habentibus tot annos: vt not. Ro. conſil. 370. aliàs 322.

27 †Appellatio ſuſpendit ſententiam. no. Rom. cõſil. 356. Sed non ſuſpendit confirmationem ext. iudicium factam, & conſequenter nec alia extra iudicialia. not And. de ap. c. conſtitutis. in pen. col. fallit in ſententÿs cenſurarum, quæ non ſuſpenduntur per appellationem iudicis à quo. no. Rom. conſil. 385. inf. §. proxi. & vide ſuper ver. iudex. & ſuper ver. lit. cont. §. renunciatio. §. renunciari non poteſt iuri.

Appellatio ſicut non ſuſpendit ſententiam excõmunicationis iam latam, ita nec ſententiam ſuſpenſionis. text. eſt in c. is cui de ſen. excom. in 6.

Appellationis cauſa eſt eadem cum principali tamẽ inſtantiæ ſunt diuerſæ: vt no. Rom. con. 8. aliàs 322. fuit dubitatum.

Appellatio poteſt interponi etiam extra iudicium, & ſimiliter poſſunt apoſtoli extra iudicium dari. not. Ro. conſil. 356.

Appellatio ſola deuoluit etiam cognitionem nullitatis. not. Rom. con. 360. & ſic patet quod à ſentẽtia nulla appellari poteſt. no. An. de ap. c. dilecto. & poteſt iudex appellationis pronunciare eam nullam, quod dic vt ibi. & vide inf. §. appellans à ſententia nulla.

Appellatio etiam à ſententia nulla deuoluit cauſam ad curiam, nedum appellationis, ſed etiã negotÿ principalis, & in vim talis appellationis poteſt appellans etiam proſequi nullitatem. not. Rom. conſil. 361.

Appellans ab interlocutoria tenetur exprimere aliquam cauſam nullitatis vel iniquitatis, ſicut quãdo appellat à grauamine, aliàs non valet appellatio. not. Ro. con. 7. §. ex hoc inſurrexit.

ADDITIO.

Qualis autem expreſsio grauaminis requiratur in appella-

appellatione ab interlocutoria, vide per do. Felin. in c. accedens.lo.1.in 3.col. verſ.Et in quantum dicit.extr. vt lite non conteſta.

* SINGVLARE.

Appellatum ſi ſit bis ab interlocutoria & ſemper cō firmata, non poteſt per iudicem reuocari.gl.eſt ſing.ſecundum do.Card.& alios in cle.ſi.in ver.ſuper eo.de ap pel.& not. do. Alex. poſt alios in l. quod iuſsit.in 6.col. ver.6.fallit.ff.de re iud.H.F.

Appellans à grauamine vno vel pluribus expreſsis, adiecta clauſula generali, & ab omnibus alijs grauaminibus, quæ ex actis vel proceſſu colligi poſſunt, non poteſt proſequi niſi grauamina expreſſa.& dicta generalis clauſula nihil operatur, ſed pro iuſtificatione grauaminis expreſsi bene poteſt appellans adducere generaliter omnes cauſas grauaminis, quæ apparēt ex actis. no. Rom.conſ.7.

Appellans à ſententia lata ſuper reuocatione attentatorum, tenetur cauſas grauaminis exprimere: quia quò ad hoc habetur pro interlocutoria. Sed poteſt etiā cauſas non expreſſas proſequi, & per nouas probationes de iuſtitia docere, quia quò ad hoc habetur pro diffinitiua: vt no.Rom.conſ.95.

28 †Appellatio extraiudicialis, ſi eſt commiſſa alicui auditori in palatio apoſtolico, ſtatim poſt cōmiſsionem claudūtur & ligantur manus executoris, ſed ante commiſsionem non: vt no.Ro.con.344.in fine.

Appellatio extra iudicialis verificari debet, antequā inhibeatur iudici à quo: no.Ro.con. 344.

Appellatione ad curiam in partibus interpoſita, ſiue ante, ſiue poſt ſententiam, poteſt auditor, cui appellationis cauſa committitur, inhibere iudici à quo, ſtatim cùm ſibi conſtat appellatum, & per appellationem cauſam ad curiam deuolutam, aliàs non.Ro. con.11.

Appellatione à grauamine ad curiam in partibus interpoſita, auditor, cui committitur cauſa appellationis cum negotio principali, & cum poteſtate citandi ad partes, poteſt de ęquitate, & ſecundum ſtilum curiæ inhibere iudici à quo, etiam ante decretam citationem: vt no. Roman, conſil.11. §.ſed pone, Quod intellige conſtituto

ſibi de deuolutione & appellatione:vt ſup.§.prox.

Appellatio à grauamine iniuſto,ſi eſt in partibus ad curiam interpoſita,& auditori in curia cõmiſſa, ſimul cum negotio principali,&cum poteſtate citandi ad partes,licet auditor pronunciet malè appellatum, tamen ſecundum ſtilum curiæ non fit remiſsio ad partes, ſed remanet cauſa in curia,& hoc propter appoſitioné manus Papæ,licet fortè de iure contrarium ſit: vt not. Ro. conſ.5.aliàs 11.§.ſed poſſe.

Appellatione in curia interpoſita ab auditore cameræ,vel alijs iudicibus in curia,poteſt auditori,cui commiſsio eſt facta appellationis,ſeruato termino ad dicẽdum contra commiſsionem ſtatim inhibere, niſi iudex à quo fuerit Cardinalis vel coauditor palatij: quo caſu non fit inhibitio obſeruatione trium terminorum.no.Rom.con.11.§.in cauſis verò. ſed nec tunc ſeruatis illis terminis,debet inhiberi,ſi appellatio ſit interpoſita ex cauſa manifeſtè friuola,& licet inhibeatur, nihil operatur,nec impeditur perhoc proceſſus.

Appellatione interpoſita & inhibitione ſecuta, proceſſus factus per iudicem, à quo,poſt inhibitionem eſt nullus.Idem de proceſſu facto poſt appellationem legitimam,& ante inhibitionem. not.Rom.conſ.130. Proceſſus autem factus pendente termino ad recipiendum apoſtolos, bene valet: ſecundum Ioan.An.no.Ro. conſ.128.

Appellatio iniuſta à grauamine,ſi eſt in curia ab auditore cameræ,vel ab alijs iudicibus in curia, licet auditor palatij pronunciet malè appellatum,tamen non remittit cauſam ad primum iudicem, ſecundum ſtilum curiæ,niſi primus iudex fuerit Cardinalis vel coauditor.no.Rom.con.11.§.in cauſis.in fin.

Appellatio,quæ fit à Cardinali ſiue ante ſententiam ſiue poſt,non conſueuit ſecundum ſtilum curiæ committi in apoſtolico palatio,ſed committitur Cardinali. no.Rom.con.11.§.in cauſis.in fin.

Appellari poteſt à futuris grauaminibus in cauſis beneficialibus,& in illis ſpeciale.no.Rom. conſ.304. In alijs verò non poteſt à futuris grauaminibus appellari niſi in extraiudicialibus, & quando à futuro grauamine appellatur,tempus proſequendi appellationem nõ

currit

currit à die appellationis, ſed à die quo grauamen infertur, & in cle. ſicut de appel.

ADDITIO.

Vide plenius an valeat appellatio à futuro grauamine per d. Felin. in c. ſignificauerunt. in 5. col. prope fin. ver. extra gl extra de teſtib.

Appellatio generalis à futuro grauamine, & contra incertam perſonam valet, dummodò ſit certa quò ad rē & factum: vt no. Rom. con. 18. aliàs 390.

Appellatio non intelligitur deſerta, licet appellans non compareat in termino prorogato ad recipiendum apoſtolos. Idem ſi non compareat in termino anticipato. no. Rom. con. 406. 89. in prin.

Appellatio non cenſetur deſerta, licet appellās apoſtolos ſibi per iudicem poſt terminum iuris oblatos, nō receperit, dum tamen eos intra terminum iuris debitè petierit. no. Rom. con. 406. ver. item per eadem motiua. Sed ſi eos intra triginta dies non petierit, appellatio nō valet, & eſt deſerta: vt in cle. quamuis. & vide quod ibi no. eo. ti. ca. ab eo. eo. ti. lib. 6.

* SINGVLARE.

Appellare non poteſt condemnatus ex præſumptione iuris, & de iure: quia habetur pro confeſſo & conuicto, & confeſſus & conuictus non appellat: vt in l. 2. C. quorum app. non rec. Ita ſing. dicit Bald. in l. ſi qui adulterium. C. de adul. quod dictum refert & ſequitur pro no. do. Hyppo. Marſil. ſing. 116. incip. Præſumptio iuris, & de iure. H. F.

Appellans, licet frequenter non petat apoſtolos, cū illa inſtantia qua debet. Si tamen iudex à quo appellationi defert, ſufficit, nec dicitur appellatio deſerta. not. Rom. con. 351.

Appellans ſi tempore debito non petat apoſtolos, vel in termino ſibi aſsignato, non proſequitur appellationem, cenſetur appellatio deſerta & tacitè renunciatum appellationi. no. Rom. con. 456. Quod eſt verum, etiam ſi appellatur à diffinitiua: vt no. Ro. con. 357.

Appellans in partibus, cui iudex aſsignat certum terminū ad appellationē proſequendā, & alium ad eū certificandū de proſecutione, ſi intra terminum primū iter arripiat, ſufficit, licet intra terminum arreptum

appellationem non impetret, nec dicitur appellatio deſerta, licet iudicem à quo de perſecutione nõ certificet. Sed iudex non certificatus, poteſt ſententiam exequi, quæ tamen executio reuocabitur, ſi appellans obtinebit in cauſa. no. Ro. con. 94. Qui autem non incipit proſequi appellationem ſuam intra tempus ſtatutum à iudice, deſerit appellationem. no. Ro. con. 155.

Appellans in partibus ad curiam, ſi aſsignatur ei certus terminus ad proſequendum, ſufficit quod vltima die termini iter arripiat, niſi terminus ſibi fuerit aſsignatus, ad præſentandum ſe apoſtolico cõſpectui: qui tunc requiritur, ꝙ etiam pręſentet ſe, & in appellationib⁹ quę fiunt in curia, requiritur maior diligentia. ſ. nedum in termino iter arripiat verſus cancellariam: Sed etiam vice cãcellario ſe præſentet, ſi eum habere poteſt pro commiſsione, aliàs proteſtetur, quod per eum non ſtet, alioquin appellatiõe dicitur deſerta. no. Ro. cõ. 155.

Appellans nõ dicitur appellationẽ deſerere aut ei tacitè renunciare, licet peccat coram iudice à quo, vt pręfigat terminum appellato ad comparendum coram iudice ad quem, quia talis pręfixio termini bene pertinet ad iudicẽ à quo. vide de ap. in c. perſonas. & in c. oblatę. Nec poteſt dici, quod per hoc recedat appellãs à iuriſdictione iudicis ad quem, quia talem terminum ſtatuere non pendet ex iuriſdictione, ſed ex quadam iuris ordinatione ad lites abbreuiandas. Ideò iudex appellatiõis ꝑ hoc nõ offenditur, ſed potius ei⁹ iuriſdictio coadiuuatur: vt no. Io. de ap. c. cum appellationib. friuolis. li. 6.

Appellatio ſi eſt deſerta, vel ab initio nulla, qa poſt decem dies interpoſita, non poteſt valida ſententia pro appellante ferri: imò prima ſententia debet executioni demandari, nõ obſtante, quod per iudicem talis appellationis fuerit ipſa ſententia reuocata: quia nullam habuerit iuriſdictionẽ reuocãdi: vt in cle. ſicut appellationem. hoc verũ niſi iudex appellationis pronũciet ſe cõpetentẽ, & tempus fatale lapſum non eſſet, quia tunc facit ſe iudicem, & valet ſententia reuocatoria primæ: & no. An. in c. ex tenore. de ap. pe. col. ad fi.

Appellatione deſerta, an reuocetur executio facta appellatione pendente: vide ſuper ver. executio. §. execu. facta pendente.

Appel-

Appellationem deferens,vel ei renuncians,non intelligitur renunciare iuri attentatorum,ei quæſito contra attentata poſt ipſam appellationē An.de eo qui mit. in poſ.c. cùm veniſſet. ver.oppono quod Papa.

Appellatio deſeritur duob.modis,tacitè per lapſum fatalium,& expreſsè per renunciationem appellatiōis. no.in cle.c.ſi appellationem. de ap. in gl.3.

Appellans à grauamine,licet poſtea etiam appelletur à diffinitiua,non intelligitur primę appellationi renunciaſſe:quia geminata appellatio non nocet.no.glo. in cle.1.de dolo & contu.

Appellans ſi ſecunda vice appellat ab eadem ſententia vel grauamine, tenet ſecunda appellatio nō prima: no.An.de app.c.dilecto.ver.quæro appellat. Cuius contrarium tenet Archi.& Bar.cuius opi. dicit tenere Ant. ibi in fi.conſultum eſſe.

Appellationi tacitè renunciare videtur, qui aliū iudicem impetrat ſuper cauſa,vel re pro qua appellauit. no.Innoc.de reſcr.c.ex parte. verſ. appellationem. vide Ant.de app.c.ſolicitudinem.

Appellationi tacitè renunciat ille,qui poſt appellationem à grauamine procedit corā iudice à quo, de of. deleg c.gratum etiam.ſi proteſtetur ſe non velle ab appellatione recedere, ſed etiam proſequi de ap. c. ſolicitudinem.niſi ille proceſſus fiat ad docendum & iuſtificandum grauamē,vt patet de ap.c.ſi à iudice.li.6.in tex. & gl.multa tamen ſunt per quæ appellationi renunciatur:vt no.eo.ti.c.perſonas.& c.ſæpe.& vide.inf.§.appellationi renunciare intelligitur.

Appellationi expreſsè renuncians, intelligitur etiā nullitati renunciaſſe:quia nullitas incluſa tacitè in appellatione eſt acceſſorium ad ipſam appellationē quod no.& ita no.Bal.in l.1. C. de ſen. ex per. reci. vide Fran. de Zaba.in cle.c.ſi appellationem in fin.de app. Prædicta intellige,quando appellans vult nullitate vti incidenter, incluſa in appellatione. Sed ſi vult nullitatem principaliter deducere, poteſt,non obſtante quod renunciauit appellationi,vt patet in l.ſi expreſſum.de ap. vbi deſertio appellationis non præcludit viam nullitati,& tamen deſertio habet in ſe tacitā renunciationē.vt in cle.ſi appellationē.in gl 3.de ap.& hoc tenet do. An,

in eadem cle.c.ſi appellationem.in gl.3.de ap. & hoc tenet idem do.An.in ea cle.ſuper gl.fi.quæ idem ſentit. & idem vult Bart.in d.l.fi.vide And.in d.c.dilecto.de ap.& vide de ſen.ex.c.licet.li.6.in 2.glo.&quod no.do de ſan. Ge.ſuper ea.& dicit ibi Ioan.An.ſuper verſ.proſequentis.in nouel.Quod non ſolùm deferens, ſed etiam tacitè vel expreſsè renuncians appellationi, poteſt nihilominus proſequi nullitatem.vide omninò ibi Lapū qui limitat illud dictum,quando agitur de fauore ſententiæ,quo caſu renūcians appellationi auditur ſuper nullitati,aliàs ſecus,ſecundum eum.

Appellationi licet quis videatur renunciare per actum affirmatiuum coram iudice, contrarium tamen in pari not.Inn.de reſt.ſpo.c.olim.3.& An.de fi.presb.c. veniens.in 3.col.

Appellationi renunciare intelligitur,qui iudicem à quo adit,& coram eo aliquid agit in cauſa. Quod dictū plures limitationes recipit. Prima limitatio eſt, ſi ille actus fuit ab aduerſa parte acceptatus,aliàs ſecus. Secunda eſt,ſi iudex à quo fuit iudicialiter aditus:Secus ſi extraiudicialiter de ipſo conquerendo. Tertia eſt, ſi iudex à quo non poterat adiri vt iudex ad quem, aliàs ſecus. Quarta,ſi iudex fuit aditus,vt de ſe cauſam examinaret,ſecus ſi vt cauſam inſtructam ad ſedem apoſtolicam remitteret. Quinta,ſi ille actus ſonat in agere,ſecus in pati. Sexta,ſecundum aliquos ſi aditur iudex à quo,ſecus ſi aditur iudex alius inferior ſeu par. Sed hęc vltima nō placet do.An.qui prædicta no.de eo qui mit. in poſ.c.cùm veniſſent.ver.oppono quod Papa.& vide ſup.§.appellationi tacitè renunciat.

Appellationi interpoſitæ non intelligitur excōmunicatus renunciare,petendo abſolutionem coram iudice à quo,ſi proteſtetur quod non intendit appellationi renunciare,quod eſt verum, quando petit abſolutionem ad finem,vt habilitetur ad appellationem proſequendam,aliàs non iuuat proteſtatio.not.Ant.de ap.c. quæſtioni.& c.qua fronte.

Appellationi interponendæ non videtur quis renūciare,licet intra terminum appellandi aliquem actū fecerit coram iudice qui grauauit, quod limitat Io. de Lig.debere intelligi,ſi ille actus concernit grauamē no.

Rom.

Rom.con.287.puta quando ille actus eſt mera executio grauaminis:vt not.Ant.de ap.c.ſolicitudinem.in 4. col. Secundus caſus,vt tangitur etiam per eum, de eo quæ mit.in poſ.cùm veniſſent.ver.oppono quod Papa. Itē limita illud verum,quando grauatus aliquid agit parē do iuſſui iudicis: Secus ſi ſponte offerens quid agit: vt not.Io.de ap.c.fi.li.6.ſuper gloſ.quod ſi nouel. Sed Hoſtien.dicit indiſtinctè non videri renunciaſſe: vt no. Io. An.de reſt.c.ſignificauit.ſuper ver.intra 10.dies.

Appellationi futuræ an poſsit quis renunciare: vide ſub ver.renunciatio.§.renuntiari non poteſt iuri.

Appellans,ſi tacitè vel expreſsè renunciat appellationi,poteſt ad priorem iudicem redire refectis expenſis parti appellanti, niſi iudex appellationi detuliſſet, quia tunc ad eum redire non poſsit, etiam partibus cō ſentientibus,niſi fieret ei remiſsio per ſuperiorem, vel niſi iudex à quo eſſet ordinarius.no. Ro.con. 363. & vide ſuper ver.iudex.§.iudex deferendo.

Appellās poteſt re integra,id eſt,ante cōmiſsionē appellationis præſentatam iudici ad quem renunciare appellationi etiam inuito aduerſario.no. Ro. conſ.363. Concor.con.425.& vide omninò An.in c. interpoſita.§. ille de ap.& vide inf.§.appellatio ſi eſt interpoſita.

ADDITIO.

De hoc tamen non appellans poſsit inuito appellato renunciare appellationi.vide plenius per do. Feli. in c.ex parte.2.col.ver.ſi appellatus.extra de reſcrip. & ibi vtrùm non deferens primæ appellationi poſsit eā proſequi,niſi appellans eam non proſequitur.

Appellatio debet interponi intra 10. dies à die ſentētiæ,& computatur tempus de momento ad momentū, de ap.c.concertationi.li.6.& no.Ro.con.49.Ideò ſi feratur ſententia contra abſentem & indefenſum citatum ad domum,vel præſumptiuè contumacem, non poteſt intra 10.dies à tempore quo ſciuit eam latam petere ſe reſtitui ad appellandum,quia de iure communi poteſt appellare.no.Rom.con.224.Ideò in citato per editum. no.Rom.con. 364.

Appellans non ſolùm debet probare ſe appellaſſe, ſed etiā intra decenniū appellaſſe.no.Ro.con.190.&no.

Io.An.de ap.c.Romana.§.ſi verò.in ver.ſi conſtiterit.in nouella.præſumitur tamẽ quis intra decennium à die notitiæ appellaſſe, quãdo appellat à grauamine, de quo dicit habuiſſe notitiam 10.diebus, citra ſecus, ſi copulã poneret dicendo 10.dieb.& citra: vt no.Ro.con.306.

Appellatio conceſſa per ſententiam latam ſuper reſtitutione ad appellandum, debet interponi intra 10.dies à die ſententiæ latæ ſuper ipſa reſtitutione.not.Ro.conſ.224.

Appellari poteſt etiam poſt decem dies à iudice grauante, quando actus, qui fit à iudice, non habet vim ſententiæ, quia non omnis vox iudicis eſt ſentẽtia, vel quã do ſententia non tranſiuit in rem iudicatam. Aduertat tamen appellans, vt tunc non appellet à grauamine, per illũ actum illato, ſed à grauamine illato ex eo, quod illum actum non reuocauit, vbi petitum fuit eum reuocari, ſecundum Pau.& Abb. quod dicit An.alibi ne ſcire.in c.dilectus.2.de reſcr.2.col.& no.Specul.in ti. de ap.§.reſtat.verſ.& no.alibi.& dicit do.An.de But.quod in caſu præd.non eſt neceſſaria appellatio, nec lapſus tẽporis excludit facultatem reclamandi.Ita not. per eum de.re.in c.quod ad conſultationem.verſ.not.quod lapſu.no.Ro.con.29.

Appellatione interpoſita currunt 30.dies, tàm parti ad apoſtolos petẽdos, ſiue recipiendos, quã iudici ad eos dandos, q̃ dies cõputantur à die appellationis, nõ à die ſententiæ, licet Io.aliter dixerit no.Ro.con.29.

Appellationis proſequendæ tẽpus poteſt ex pacto partium minui & augeri, dummodò non prorogetur vltra triennium.no.Bal.in l.fi.C.de tem.ap.

ADDITIO.

Et vt leueris labore quærendi, hoc dictum Bald. eſt in d.l.fi.§.fin.in 2.col.poſt princ.ver.per iſtam etiam notabilem literam. Tamen dom.Bald.nihil ibi dicit, quod non prorogetur vltra trienniũ: ſed puto quod iſta ſunt verba authoris noſtri domini Nicolai de Milis.

Appellans habet annum ad proſequẽdum, & ex cauſa bienniũ de appel.c.cùm ſit Romana.&c. ex ratione, an autem detur bienniũ ipſo iure, vel per reſtitutionẽ & an vltra biennium detur aliud tempus ex iuſto impedimento: vide plenius per Inn.& An.in d.c. ex ratione.

Appel-

Appellationis proſequendæ tempus nõ currit pendente cõpromiſſo, ſecus in tempore dato ad appellandum: vt not. Rom. conſ. 346.

Appellationis tempus non currit ei qui agit ſuper attentatis, imò etiam tempus, quo fit executio ſententiæ latę ſuper attentatis ſubducitur de fatalibus: & prædicta vera, quando appellans obtinuit in attentatis. Secus, ſi ſuccumbit: quia tunc ſibimet impedimentum præſtitit. Ideo tempus ei currit. no. Rom. conſ. 102.

Appellanti tempus non currit proſequenti cauſam nullitatis, ſi probabili ratione motus credit ſententiam nullam. per l. contra maiores. C. de inoffic. teſt. ſecundum Bal. ibi. ſed illa lex non facit: quia loquitur in remedijs contrarijs, quæ ſimul deduci non poſſunt. Sed nullitas & appellatio poſſunt ſimul in eodem libello deduci. no. Bart. in l. ſi expreſsim de ap. & etiam Bald. in d. l. contra maiores. dicit in his, quæ ſimul deduci poſſunt, non habet locum illa lex. Nam etiam à ſententia nulla poteſt appellari, & poteſt appellans vi talis appellationis proſequi negotium principale, & cauſam nullitatis. no. Rom. conſ. 341. Barto. autem dicit indiſtinctè quòd donec quis proſequitur cauſam nullitatis, non currunt tempora appellationis, vt l. ſi expreſsim de ap. in fin. 4. colum.

Appellans, cui iudex non præfixit terminum ad appellationem proſequendam, poteſt etiam proſequi vſque ad annum, & poteſt appellatus eum præuenire in impetrando, niſi circa finem anni. not. Rom. conſ. 204. Quod vltimum eſt verum in appellatione, quæ fit extra curiam: ſed ſi fiat in curia, tunc ſtatim datis apoſtolis poteſt appellatus præuenire, ſiue terminus ad appellationem proſequendam fuerit præfixus, ſiue non: vt no. Rom. conſ. 101.

Appellationis tempus datum à iure ad proſequendum, poteſt iudex ex cauſa minuere. no. Rom. conſ. 322. quod intelligitur de tempore dato ad proſecutionem inchoandam, ſed tempus appellationis finiendæ non poteſt abbreuiari per iudicem, nec per appellatum. no. Rom. conſ. 204.

* SINGVLARE.

Tempus datum ad appellandum idem operatur

quòd ipſa appellatio gloſſ eſt ſingularis ſecundum Dy. in l. ex iudiciorum in ver. ſecuta ff de accu. pro qua eſt caſus melior de corpore iuris. in c. non ſolũm de appel. lib. 6. not. Anto. Corſe. in ſingu. ſuis. in ver. appellatio. G. F.

Appellatione interpoſita à grauamine, an iudex ordinarius, vel cui cauſa appellationis delegatur, poſsit de cauſa principali cognoſcere, vide ſub ver. iudex. §. iudex appel. à grauamine.

Appellatus poteſt petere, quòd commiſſo appellationis articulo procedatur coram iudice ad quem in negotio principali, non tamen poteſt ad hunc proceſſum artare appellantem, niſi circa finem anni. not. Ro. conſil. 104. Intellige quod appellatus poteſt petere inuito appellante, ita tamen quod iudex appellationis reuocet grauamina per iudicem, à quo appellauit in lata extra negotium principale, puta propter condemnationem expenſarum, & excommunicationem. Item hoc eſt verum, quando Papa vel Delegatus aditur, qui poteſt adiri per querelam. Secus in Metropolitano, qui ſolùm per viam appellationis aditur, licet aliàs niſi iudex à quo appellationi detulerit. not. Anto. de ap. c. ve debitus. ver. oppono quod etiam. 6. col.

Appellans à grauamine, cui pars appellata dixit, & petit, quod deberet cũ omnibus iuribus, & munimentis ad totam cauſam ſpectantibus, in termino cõparere, ſi non venit in termino, non eſt ei danda remiſsio, nec nouus terminus pro ipſis iurib. producendis, imò eis non expectatis procedatur vlterius in cauſa, ſecundum Innoc. no. Rom. conſ. 204. ver. ex premiſsis.

Appellans à grauamine, cuius appellationem iudex admiſit, cum nullum tamen terminũ ad proſequẽdum aſsignauit, tenetur circa fin. anni comparere ad totam cauſam, ſi appellatus hoc petit & velit, & idem ſi iudex appellationem nõ admiſit, dum tamen appellatus eam approbet, & petat, quod appellans ad totã cauſam compareat, an aũt appellante non comparente poſsit appellatus petere, quod ꝓcedatur in negocio principali per audientiam prędictarũ ſine noua citatione dubium eſt, Inno. videtur velle quòd ſic poſsit procedere, quando appellatus tempore appellationis, vel etiã poſtea longà

ante

ante fin anni petierit, ꝙ appellans ad totã cauſam com pareat. Secus ſi ſolum hoc peteret circa fin. anni. Maior tamen pars dominorum voluit, ꝙ neutro caſu poſsit ꝓcedi ſine n[illegible]a cita. no. Ro. conſ. 204. ver. ex pręmiſsis.

Appellans à grauamine, cui iudex pręfixit terminum ad proſequendum, ſi non venit in termino, poteſt contra eum ꝓcedi, nedum in cauſa appellationis, ſed etiam in negotio principali ſine noua citatione, licet appellans nil petierit ſecundum Inno. quod eſt verũ, quando appellatio fuit à iudice admiſſa, vel à parte approbata, aliàs ſola termini præfixio operatur delationem, nec deuolutionem negotij principalis. not. Rom. conſ. 204. ver. ex præmiſsis.

Appellans à grauamine, cuius appellationi iudex non detulit, terminum tamen ad proſequendum præfixit, non poteſt ante terminum literas impetrare, nec etiam appellatus, & ſufficit quod vterq; mittat procuratorem ad impetrandum, & cõtradicendum: at vbi iudex defert, & terminũ præfixit, tũc partes nedum ad impetrandum & contradicendum. Sed etiam ſufficienter debet mittere ad totam cauſam, & hoc non ex vi præfixionis, ſed delationis iudicis, qui transfert & deuoluit totum negotium principale ad curiam. not. Rom. conſil. 204. ver. ex præmiſsis.

Appellatio quælibet, cui iudex detulit, cauſam deuoluit, nec poteſt dici nulla, ex eo quòd aliqua cauſa in ea non ſit inſerta. not. Rom conſ. 385.

Appellatio à grauamine licet non ſit admiſſa per iudicem, ſi tamen eſt recepta ſiue approbata per appellatum, & appellans petat iuxta formam c. cordi. deuoluit non ſolùm cauſam appellationis. Sed etiam negotij principalis ad curiam. no. Rom. conſ. 204. in fin.

Appellans ab interlocutoria habente vim diffinitiuè tenetur ſeruare formam c. cordi. Sed non cle. appellanti de ap. & no. Rom. conſ. 33.

* SINGVLARE.

Appellandum eſt ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuè ea forma, quæ appellaretur à diffinitiua, & talis appellatio poteſt iuſtificari & impugnari ex nouis actis: vt not. Matheſi. no. 39. incip. no. quòd ab interlocutoria. H. F.

Appel-

Appellatio quando interponitur ſecundũ formam c. ſtatuimus.& c.vt circa.& c.cupientes. debet in ea ſeruari forma c.cordi.no.Rom.conſ.385.

Appellans in beneficiali,poteſt etiam poſt lapſa tempora.c.ſtatuimus. comparere,& appellationem proſequi intra annum, & procedere contra abſentem per audientiam contradictarum. no.Rom.conſ.132.

Appellatione interpoſita ad curiam ſecundum formam c. ſtatuimus. & cle.c.cauſam. de ele. ſufficit quod pars in curia præſens expectet abſentem per viginti dies ſecundum formam ſtatuti ſeu d.c.ſtatuimus. Quibus elapſis,poteſt in cauſa procedi etiamomiſsis tribus citationibus in audientia fieri conſuetis. not. Roman. conſil. 78.

Appellatus poteſt in curia Romana, etiam in abſentia appellantis, & etiam eo inuito proſequi appellationem in partibus interpoſitam ſecundum formam,c. ſtatuimus.de ele. licet ſibi non fuerit intimata, ſecundum formam cle. cauſam. eod.tit. no. Ro. conſ.38.

Appellatus poteſt proſequi appellationem etiam inuito appellante, & eo proſequente poteſt appellans ſe defendere.not.Rom.conſ.65. & prædicta vera,etiamſi ipſe appellatus non deferendo appellationi proceſſit in cauſa coram iudice,à quo no.Rom.conſ.321. ex his deciſionibus Rotæ intelligitur, quòd diligentia appellati in faciendo cauſam appellationis committi excuſat negligentiam appellantis, & ſimiliter diligentia appellati poſt cauſam commiſſam in proſequendo obſeruationem terminorum intra primum fatale excuſat negligentiam appellantis, qui nullos terminos ſeruauit. Secus ſi diligentia fieret poſt lapſum fatale,& ſi poſt deſertionem.& hoc caſu loquitur cle.ſi appellationem.

Appellatio in cauſa beneficiali, vt deuoluat cauſam ad curiam, ſufficit quòd intimetur appellato in loco eccleſiæ,in quo reſidere tenetur,& in eccleſia cathedrali,licet perſonaliter non apprehendatur, nec alibi fuerit perquiſitus.no.Rom.conſ.82.

Appellatio in cauſa beneficiali in partibus, & iudicialiter ad ſedem apoſtolicam interpoſita propter aliquam probabilem exceptionem,non admiſſam, at ſtatim quod fuit intimata appellato deuoluit totum ne-

gotium

gotium principale ad curiam. not. Romanus conſilio 129.

Appellatio quando dicitur ad curiam introducta, & quando dicitur inchoata, vide ſuper ver. inchoata. & quando dicitur deuoluta, & quis eſt effectus deuolutionis. vide per Anto. in c. veniens, de renun. & aliquid in c. ſi duobus. in 6. car. de appel.

Appellatio in cauſa beneficiali nō deuoluit cauſam ad curiam, licet appellatio detur copia appellationis animo intimandi, niſi per alia indicia conſtat appellatum habuiſſe certam noticiam appellationis, quia intimatio prædicta debet fieri ſecundum formā cle. cauſam. Quæ forma eſt, quòd appellato detur copia ſub Authen. forma. licet ei tenor nō legatur, vel lecto ei, tenore Scripturæ Authenticæ ſufficit copiam tradere, niſi petat, cauſa manu publica debet dari. not. Rom. conſilio 168.

Appellatio viua voce interpoſita ad Papam ante ſententiam, vt quando appellatur ab electione, vel ſimilibus, non deuoluit, quia nulla eſt, niſi iudex à quo ei detulerit, quia tunc deuoluit cauſam ad curiam, etiamſi non fuerit aliqua cauſa inſerta, nec apoſtoli petiti. not. Rom. conſil. 385.

Appellatio extraiudicialis à grauamine in cauſa beneficiali in partibus interpoſita, & legitimè intimata, licet ſit deſerta, poteſt tamen appellatus eam committi facere, & in negotio principali procedere per audientiam contradictarum, nec requiritur noua citatio ad partes: Sed ſi appellatus vellet iam poſt deſertionem procedere, debet de æquitate citare aduerſarium ad partes de nouo. no. Rom. conſ. 114.

Appellatio extraiudicialis licet ſit parti intimata, non inducit veram litis pendentiam, eſt tamen quædam prouocatio ad cauſam habens vim citationis. not. Rom. conſil. 310.

Appellatio extraiudicialis, in quibus differat iudiciali, & in quibus conueniat, vide Anton. in c. bonæ. de appel. penult. col. & vlt.

ADDITIO.

Tu vide do. Abb. in d. c. bonæ. in 1. & 2. col. vbi po-

nit

nit quatuordecim differentias inter appellationẽ iudicialem,& extraiudicialem,quæ ſunt valdè notabiles, & multùm aperiunt naturam appellationis extraiudicialis. Et incipit in prima col. in ver. vlt. no. quòd appellatio extraiudicialis.

Appellatus in partibus extraiudicialiter aſſerens ſibi Canonice prouiſum de beneficio quod poſsidet, & aduerſario ſuo nullum ius in eo competere, qui ipſum poſſeſſorem indebitè inquietàt & moleſtat,non repelletur ab obiectionib. poſteà dandis in curia, licet in appellatione ſua nil obiecerit in perſonam vel formam. Secus ſi in appellatione ius ſuum non deducit: ſed ſolum ius partis aduerſæ directè impugnando appellauit.not.Rom.conſ.267.

Appellatio per alteram partem tantùm interpoſita tribuit ius parti appellatę petenti ſentẽtiam in melius reformari, quia ſicut appellans petit eam informari: ita & appellatus debet poſſe petere eam reformari, & ſi quid eſt omiſſum ſuppleri. no. Rom. conſ.365. Sed aduerte,quòd ibi loquitur: quando appellans appellauit à ſententia in totum. Quid autem ſi appellauit ſolùm in partibus contra eum facientibus cogitabis.

Appellatio debet fieri coram iudice, vt debitus honor ei deferatur,niſi metus appellantis vel abſentia iudicis appellantem excuſet,quia tunc in abſentia iudicis poteſt fieri,cum proteſtatione tamen de metu vel abſentia. & aduerte, quia quantùm ad appellationem & petitionem apoſtolorum, dicitur iudex abſens, quando non eſt in loco publico ciuitatis vel terræ, in qua iudicauit,nec ſufficeret,ꝙ eſſet in orto.no.Rom.conſ.366.

Appellans in abſentia iudicis etiam ante notificationem ſibi factam, ita eximitur ab eius iuriſdictione ſicut ſi in eius præſentia appellaſſet ſecundum Innoc. no.Rom. conſ.309. quod intellige, quando non poteſt haberi copia iudicis, aliàs ſecus:vt not. Innoc. in c. fin. de ap. & Arch. in c. de ap. eod. titu. lib.6. & vide Lapum alle. ſua. 39. & Ant. in dict.c.fin. & in cle.1. de appel. ver. quæro de effectu. & in cle.c.cauſam.de ele. verſic. quæro an ſufficiat.

Appellatio manifeſtè friuola ante ſententiam interpoſita, priuat quem iure appellandi à ſententia, à qua

aliàs

aliàs fuiſſet ei licitum appellare.no.Rom. conſ. 412. circa medium.& eſt text.in cle.ſi an.de dol.& cont. & quæ ap.dicatur manifeſtè friuola,ibi vide.

* SINGVLARE.

Appellatiò non impedit taxationem expenſarum, neq; fructuum,imò poteſt iudex à quo taxare, non obſtante appellatione: quia taxatio non eſt noua condemnatio,ſed priorum duntaxat declaratio,quæ declaratio fieri poteſt, non obſtante appellatione:vt no. Guid.Papæ ſing.349.incip.appellatio non impedit.H.F.

Appellare poteſt tertius ratione ſui intereſſe à ſententia lata in fauorē actoris contra poſſeſſorem in cauſa beneficiali,& poterit impedire executionem ſententiæ,ne ipſi appellanti conſtituatur durior aduerſarius, non tamen poterit impedire ſequeſtrationē fructuum, & poſſeſsionis. no.Rom.conſ. 390.

Appellans à grauamine in tertia inſtantia ante diffinitiuam,ſi poſteà ſequatur diffinitiua cōtra eum conformis aliis duabus ſententiis. In prima & ſecunda inſtantia latis non eſt audiendus in proſecutione appellationis,niſi primò dictæ ſententiæ executionem patiatur in executionem demandari: vt nōt.Rom. conſ. 322. Ioan.Andre.dicit contrarium. in cle.1. de re iudi.in glō. pen.& melius in gloſſ.antepen. & idem dicit Anton.in ea.cle.ſuper gloſſ. pen. Sed deciſio Rotæ loquitur,quando cauſa appellationis fuit commiſſa poſt tertiam ſententiam, quæ ſi antè commiſſa fuiſſet, tunc auditores fuerunt varii, vt dicit Rom.

Appellationi à diffinitiua ius differt, & etiam antequam dentur apoſtoli, poteſt appellans cauſam facere committi & proſequi coram iudice,ad quem. Secus in appellatione ab interlocutoria. not.Rom.conſ 357.Sed commiſſio facta de appellatione , antequam ſit interpoſita,non valet,vt de reſcrip.c. fin.

Appellationis commiſsio ſi immediatè poſt illam appellationem interpoſitam præſentatur Commiſſario,cenſetur ſurreptitia, & ante appellationem interpoſita,impetrata, quando cancellaria, & officiales curiæ non ſunt in eodem loco,vbi ſententia lata eſt, aliàs ſecus.no.Rom.conſil. 210.

Appel-

Appellatio interpoſita per Abbatem, & conuentum à ſententia coniunctim cõtra eos lata, poteſt proſequi per ſolum Abbatem in fauorem eccleſiæ. not. Roman. conſil. 206.

Appellatio alternatiua, puta, ſi quis appellat ad Papam vel Archiepiſcopum, valet ſecundum Rotam, licet non ſecundum Ioan. And. & ille erit iudex, coram quo fiet proſecutio. no. Rom. conſil. 210.

ADDITIO.

Vbi autem cauſæ appellationis proponuntur alternatiuę, ſufficit alteram eſſe veram. c. dilexi. extrà de teſti. Et an appellatio alternatiua procedat, vide dom. Alex. in conſil. 161. in 2. col. in 2. vol.

Appellatione pendente nil debet innouari quod ſit in partis præiudicium: ea verò quæ aduerſario nõ præiudicant, innouari poſſunt. not. Roman. conſilio 185. concor. 309.

Appellari poteſt à ſententia lata à delegato Vicarij ſiue Officialis Epiſcopi, ad ipſum Epiſcopum, vel ad Vicarium delegantem, & in arbitrio appellantis eſt, ad quem appellat. not. Rom. conſ. 350.

Appellatio à ſententia Epiſcopi, qui eſt legatus natus in ſua Prouincia, non debet nec poteſt interponi ad eum, vt ad legatum, ſed ad eius ſuperiorem, niſi quando Epiſcopus non ſolùm, ſed etiam alijs, quorum erat immediatus ſuperior, pronunciauit: quo caſu ad eum Epiſcopum appellari poteſt. no. Rom. conſ. 203.

Appellari poteſt à Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum, quando Vicarius proceſsit, non vt Vicarius ex vi ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, ſed vt ſpecialis Cõmiſſarius: Verbi gratia, quando appellatur à collatione beneficij facta per Vicarium: quia non poteſt facere ex poteſtate ſui vicariatus ſine aliqua commiſsione ſpeciali. no. Ro. conſil. 350. concor. 371.

Appellari non poteſt ad ſuperiorem, omiſſo medio, niſi appelletur à ſubdelegato & collega ſuo, vel niſi appelletur ad Papam. Si tamen à ſubdelegato appellatur ad Papam, poteſt excipi, ſed ſi nõ excipiatur, valet proceſſus. no. Rom. conſil. 350.

Appellari nõ poteſt à reſcripto Principis, nec à pronun-

nunciatione facta de principe conſulendo. no. Bart. in l.1.§.1.ff.de ap.

Appellare an poſsit dominus, ſi procurator eius intra decennium appellare neglexerit, vide Bart.in l.1.in fin. quando appellatum ſit. & vide Anto. in c. 1. vt lit. non conteſta.

ADDITIO.

Vide Alexand. in conſilio 95. 3. colum. in 2. volumine.

Appellans à ſententia lata contra falſum procuratorem, intelligitur ipſam ſententiam ratificare & confirmare, vt non poſsit dici nulla ex defectu mandati. ff. rem rat.hab. l.3. §.falſus.not. gloſ. in l. licet. C. de procurato.& in c.1. de re iudica. vide Ioan. Andr. in addit. Speculat. titu. de ſenten.prola.§. quoniam. ver. quid ſi procurator.

ADDITIO.

De hoc plenius vide per do. Felin. in c.1. circa princ. pen.col.cum ſequent.extrà de re iudic.

Appellari non poteſt à Papa, ſicut nec à pręfecto prętorio.not. Specul.in tit.de recuſa.§.recuſari. verſic. ſed nunquid alius: & not.gloſſ.de excuſ.prӕla.ſicut venire, & vide ver.Papa.§.Papa nemini.

Appellari non poteſt ab Imperatore ad Papam in temporalibus.no.glo.10.di.quoniam contrarium not. Anto.in cle.paſtoralis.§.verum.de re iud. & facit quod no.per Innoc.in c.licet ex ſuſcepto de fo.compe.vbi dicit quòd à iudice ſeculari non recognoſcente ſuperiorem appellatur ad Papam, vide inf.§.appellari non poteſt ad Papam.

Appellari non poteſt ab his, quӕ conſcientię iudicis relinquuntur. no. Ro.conſi.353.vide gloſſ.quӕ contradicere videtur in cle.1.de iure pa.ſed illa glo.intelligitur quò ad finem ſuſpendendi:vt not.Ant.in c.1. de conſtit. in vlt. colum. vide ſuper ver. iudex.§.iudex,cui committitur. Item dicit Innoc. in c. fin. de ferijs, quod appellari non poteſt ab his, quӕ arbitrio iudicis committuntur. Quod intellige de his,quӕ ſunt modici vel nullius prӕiudicij,vt patet ex caſu per eum ibi formato, & patet etiam ex text. quem alleg. in cap. conſuluit. verſi.

necerit. de offic. delegat. qui text loquitur de actu parui præiudicij: & hoc tenet Bald. in titu. de mili.va.quæ contum.eſt.in cap.1.adde tamen:& vide Ioan.Andre.& Lap.in c.2.de iur.calu.lib.6. Præterea Innoc. loquitur, quando iudici datur arbitrium ſuper certo & determinato per l. puta, quòd ferias patriæ litigantium poſsit ſeruare, vel quòd contumacem poſsit in diem ſequentem expectare, nullus enim conqueri poteſt, ſi iudex facit quòd lex ſpecialiter ei promittit:vt in dicto c.conſuluit. Sed ſi arbitrium iudici datum eſt indeterminatum,debet intelligi de arbitrio boni viri: vt not.Bar.in l. ſi ſit.in princ.de leg.2.ideo ſi illud iudex excedit, credo quòd poſsit appellari,argu.eorum,quæ no.Bart.in l. 2 ff. de arbit. & prædicta confirmantur ex his, quæ plenè not. Anton.de conſtitu.cap.1.verſicu.oppono quod imò. & vide per eundem Anton. de accuſa.in cap. ſuper his. ſuper gloſſ. in ver.arbitrium.& in verſi. aſtringendus.

Appellari poteſt ab executore apoſtolico, in eo quod ſibi committitur, in quo eius conſcientia oneratur. no. Ro. conſil.424. vide Domi. qui hæc limitat in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. lib. 6.

Appellare non poteſt victor ab omiſsione condemnationis expenſarum,ſi victus appellauit à condemnatione contra eum facta: Secus ſi victus non appellauit. not.Rom conſil 353.

Appellari non poteſt à condemnatione expenſarum facta, poſtquam interlocutoria reuocationis attentatorum tranſiuit in rem iudicatam: quia tempus dictæ condemnationis trahitur ad tempus interlocutoriæ. not. Rom. conſil.13.

Appellare non poteſt verus contumax, fictus ſic: & dicitur fictus,qui citatus eſt ad domum,& non comparuit: vt not.Rom.conſil.49.Idem in citato per edictum. Sed ſecundum obſeruationem Rotæ etiam verus contumax appellat, dummodò appellat intra decem dies computandos in tempore ſententiæ,non ſcientiæ: vt not. Rom.conſil.364.

ADDITIO.

Quia hîc fit mentio de ficto, & vero contumace, de modo

modo dictos contumaces cognoſcendi. vide per dom. Felin. in c. quod ad conſultationem. col. 13. extrà de re iud. Et ibi etiam verus contumax poſsit appellare, ſubtiliterq́ ibi de his more ſuo tractat.

Appellare nõ poteſt verus contumax, fallit de ęquitate in eo, qui ſecundum formam c. ſtatuimus. verus contumax reputatur, contra quem abſentem, ſi per audientiam contradictarũ proceſſum, & ſententia lata poteſt appellare intra decem dies à tempore latæ ſententiæ, non à tempore ſcientiæ computandos, tamen & ſæpius admiſſus eſt appellans intra decem dies à tempore ſcientiæ, quando citatus non fuit perſonaliter apprehenſus. no. Rom. conſ. 137.

Appellans, qui aduerſario intimauit appellationem, ſi eam non proſequitur. Sed aduerſario eam proſequente feratur ſententia contra appellantem, nõ poterit ab illa ſententia appellari, quia cenſetur contumax. not. Rom. conſil. 384.

Appellans à ſententia nulla, poteſt proſequi nullitatem, vndecunque prouenientem, quando appellatur à diffinitiua. Sed ſi ab interlocutoria, non poteſt proſequi nullitatem, quæ colligitur ex cauſis in appellatione expreſsis, & ipſa appellatione iuſtificata ex forma ſui, ſecundum Innoc. de appel. c. dilecto. Sed tu dic pleniùs, vt ibi per Anto.

Appellari poteſt à ſententia arbitri, quando talis ſententia ex forma legis vel ſtatuti parit actionem. Sed à ſententia arbitratoris, quæ tranſactio dicitur. tenet alibi Bar. appellari poſſe in l. 1. ff. de app. reci. tu vide omninò contrarium inf. §. appellari poteſt à ſententia arbit.

Appellans à grauamine exceptionis reiectæ, vel non admiſſæ, ad quam probandam ſe obtulit paratum, iuſtificat appellationem eo ipſo, quod docet probationem oblatam, quod eſt verum, ſi realiter obtulit, habendo ibi teſtes vel inſtrumẽta: Secus ſi verbaliter tantùm obtulit. not. Ioa. And. de teſt. c. ex parte ade. Sed contrarium tenet Ant. quod ſufficit verbaliter offerre, in c. interpoſita. ad fin. de ap. & quod dicitur ſufficere ad appellationem iuſtificandam probationem fuiſſe oblatã, verum eſt, quò ad inualidanda & reuocanda geſta poſt appellationem, nõ quò ad conſequendum exceptionis

effectum,niſi exceptionis veritas probetur, ſi ideo fuit appoſita exceptio pacti de non petendo,non conſequitur abſolutoriam,licet illam realiter ſe obtulerit probaturum,niſi corã iudice appellationis probet pactum. not.Ioan.And.in d.c.ex parte ade.& de app.non ſolùm, ſuper ver.veram.& c.2.ver.quod ſi.ſuper vlt gloſſ.lib 6. in nouella. & idem not. Anto. in dict. c. interpoſita. de appellat.

Appellationis vim obtinet arreptio itineris ad ſuperiorem , quando fit poſt cauſam inceptam & grauamen illatum,& reuocantur attentata poſt appellationem ſiue iter arripiatur ad Papam ſiue ad alium ordinarium ſuperiorem,qui poſsit adiri per querelam: Secus in eo,qui per querelam non poteſt adiri.no. Ant. de appel. in c.dilecti.

Appellationis vim obtinet arreptio itineris ad ſuperiorem,quando fit poſt cauſam inceptam & grauamen illatum,vel ſaltem comminatum, ſiue fiat in propria perſona,ſiue per nuncium, dum tamen cauſa exprimatur,ſicut quando appellatur.not. Ant.de ap c.dilecti.quod procedit, ſi certum eſt, quod propter hoc ad ſuperiorem vadit,vt de grauamine cõqueratur,& proceſſum contra ſe habitum petat reuocari, & iter arripiatur intra decem dies à die grauaminis,& omnia ſeruet,quæ ſecundum naturã appellationis adaptari poſſunt,ſecundum Archi. & prædicta limita, quando iter arripiens de facili,non poteſt habere copiam iudicis, à quo appellat, aliàs itineris arreptio nõ habetur pro ap. ſecundum Innocen. niſi metu iudicis quis non audeat appellare,vel niſi ſit tanta occupatio,quod non poteſt appellationẽ ſcribere & formare,& tunc debet hoc dicere verbo in præſentia iudicis,vel ſaltem iudici, & aduerſario,ſeu eorum alteri intra tempus appellandi intimare,aliàs itineris arreptio non habet vim appel. iudicialis tenet, quando poteſt valere vt extraiudicialis, ſecundum Hoſt.aliàs Inno. tu verò dic,quòd habet vim iudicialis,dummodò ſeruentur illa,quæ poſſunt interuenire ſecundum naturam appellationis. no. Anto. de ap.c.vt debitus.7.col.ver.oppo.ſecundum Hoſt.ſi verò itineris arreptio fit ad Papam ante cauſam inceptam, tunc ſi fit in propria perſona, ſuſpendit iuriſdictionem inferio-

inferioris,ſiue ſit ordinarius,ſiue delegatus,& hoc propter titulum de peregri. non ex eo, quod habet vim appellationis.Sed quia ex cauſa itinerantes ad Papam eximuntur ab inferioribus iudicibus,quãdo cauſa eſt probabilis. Qui aũt ſine cauſa probabili vadunt, non gaudent hoc priuilegio,ſed poſſunt ad domum citari,& ſententia cõtra eos ferri:vt no.An.in d.c.vt debitus.Quod autem dictum eſt,itineris arreptionem ante cauſam inceptam ſuſpendere iuriſdictionem,limita,quando iter arripiatur ante notitiam literarum delegatione: Secus ſi poſt notitiam habitam, quia tunc doloſe facere videtur. Item ſecus,quando iter arripiatur,non in propria perſona, ſed per nuncium. not. Anton. in c. meminimus. de appel. quod limita, quando nuncius mittitur ſolùm pro impetrando. Sed ſi mittitur pro reſtitutione aduerſus ſententiam,quam non poteſt inferior concedere, tunc habet vim ſuſpenſionis, & expectabitur nuncius, nec prius mandabitur ſententia executioni: & hoc maximè in his, qui conſueuerunt per nuncios impetrare, vt collegia magni Prælati, Principes & ſenes. Item ſi nuncius mittit pro conſultando ſuper dubio nouæ cauſæ occurrentis, & non conſuetæ, quo caſu debet expectari reſponſum, vide vt not.Anton.in c. vt debitus.

Appellationis vim obtinet, ſi quis dicit, quòd protectioni talis iudicis ſe ſubmittit. not. Bald.in l.1.in fin. C. ſi qua. prædio.po. & vide in cap. ad audientiam. de appellat.

Appellans à ſententia excommunicationis contra eum lata, quia libello non reſpondebat. Si iudici à quo inhiberi facit proceſſus, per eundem iudicem poſteà habitus eſt nullus, perinde ac ſi ab alia interlocutoria foret appellatum & inhibitum, quia dicta excommunicatio cenſetur de articulis cauſæ, cùm occaſio negocij principalis facta fuerit. not.Rom.conſ.193.

Appellatio legitima à grauamine nõ ſolùm ſuſpendit, ſed abdicat iuriſdictionem à iudice, à quo appellatur. not.Ant.de teſt.c.ex parte ade.

Appellatio legitima à grauamine facit ſententiam, poſteà latam, eſſe nullam, quæ non reconualeſcit, licet appellatio deferatur. de ſent. exc. cap. licet. lib. 6. & ibi

not. per Ioannem Andre. & Archi. & per Lapum allegat. 1.

Appellatio ſicut deuoluit totum negocium ad ſuperiorem, ita & nullitatem. vide quod not. Bartol. C. quomodo & quando iudex. l. ſi vt proponis. & ff. de re iudicat. & l. ſi iudex. & l. ſi expreſsim. ff. de appellat. circa finem.

ADDITIO.

Quid autem operetur appellatio interiecta à ſententia nulla circa deuolutionem, vide per do. Alexand. in conſil. 60. in prima colum. cum ſequent. in quarto volumine.

Appellare non poteſt ille, qui obligauit ſe ad ſtandum ſententiæ iudicis: quia talis obligatio habet vim renunciationis, & appellationis. not. Anto. de iureiur. c. quintauallis. ver. decima differentia.

Appellari non poteſt à ſententia lata per Epiſcopum ex iuriſdictione prorogata per laicum: & illud eſt priuilegium ſpecialiter conceſſum Epiſcopo ab Imperatore. not. Anto. de iureiur. c. quintauallis. verſic. 25. differentia.

Appellare non poteſt coniunctus per teſtes, contra quos nihil opponit ſecundum Ioan. And. quod placet Anto. & idem Anto. no. in c. veſtra. penult. car. in 2. col. de cohabi. cle. & mulie.

Appellari non poteſt à ſententia arbitri voluntariè à partibus electi: quia non parit actionem, & ſi eſt emologata, licet tunc pariat actionem: tamen quia pars approbauit, expreſsè non poteſt appellare ſecũdum eum, licet Bar. dicat quod approbauit vt latam, nõ vt ſit lata. Ideo non poteſt appellare ſecundum eum: ſed malè dicit. Sed ſi ex forma ſtatuti parit actionem, & habet executionem paratam, tunc appellari poteſt. no. Ant. de iureiur. c. quintaual. verſi. 25. differentia. Item poteſt appellari, quando conuentum eſt, quod appellari poſſet ſecundum Bart. Sed tu aduerte, quòd illa appellatio nõ ſapit naturam appellationis, cùm non, niſi à iudice, appelletur, ſed ſapit naturam cuiuſdam reclamatoriæ, vt ibidem not. Anto.

Appellari poteſt à ſententia arbitri iuris, & ille dicitur arbiter iuris, qui eligitur ſuꝑ aliquo incidenti pen-
den-

dente iudicialiter coram iudice:& idem de arbitris, quaſi iudicialibus, qui eliguntur à iudice, ad æſtimandū vel declarandum aliquid coram iudice, & vt approbatores & fideiuſſores, æſtimatores & ſimiles. Secus in arbitris, qui eliguntur vigore ſtatuti ſuper controuerſijs verten tibus inter cōiunctos, vel affines, vel ſimiles: quia licet ex neceſsitate eliguntur: quia tamen non eliguntur ſuper aliquo incidenter pendente coram iudice, non appellatur ab eis, ſecundum Bart. & vide Anton. in dict.c. quintauallis.ver.25.differentia.

Appellari poteſt à ſententia arbitri pro tertio electi per iudicem duob. diſcordantibus ſecundum But. quia iudex eſt ſicut arbiter iuris, ſecundum Ioan. Andre. tu etiam dic quòd poterit reclamari, ſed nō appellari propriè: quia non eſt arbiter iuris, cùm non eligitur ad decidendum aliquid incidens pendens coram iudice, ſed coram arbitris. & idem, quando tertius eligitur à partibus iudice mandante, & multò minus poterit appellari, quando eligitur voluntate partium ſola.no. Anto.in d.c.quintauallis.ver.25.differentia. & vide inf.§.proxi. ſe.& ſup.§. appellari poteſt à ſententia arbitri.

Appellari licet non poſsit à ſententia ſeu laudo arbitri ſiue arbitratoris: vt not. Fred. de Senis, conſil. 285. & not. Barto. in l. 1. C. de arbit. licet contrarium no. in l. fin. C. de ap. re. Poteſt tamen appellari à ſententia lata per iudicē ſuper petitione reductionis ad arbitrium boni viri: quia vt iudex pronunciauit ſecundum Butr. Aduerte tamen, quod licet iudex reductionis diſcrepet à iuris rigore. Si tamen pronunciet ſecundum naturalem æquitatem in re formanda arbitratorium dictum, non poterit iuſtè appellari: quia poteſt eo modo ſenten tiare, quo potuit arbitrator, qui nō tenetur ſequi rigorem, ſed naturalem æquitatem, quam ſi nō eſt ſecutus, poteſt iudex reductionis reformare, q̃d no. Ita no. Ant. in d. c. quintaual. ver. nunquid aūt. 26. col. Sed Io. And. in addit. Specu. in ti. de ap. §. in quibus. ver. quid ſi conuenit inter partes. videtur tenere, quod à ſententia lata ſuper reductione non poſsit appellari. Idem no. Bar. in l. 1. C. de his, qui pe. not. in teſtament. Dicit tamen, quòd ſi cauſa reductionis fuerit ſententia arbitralis lata, & confirmata fuerit, gerit vices diffinitiuæ, ac ſi

eſſet lata in prima inſtantia, & petitio reductionis habet vim appellationis. Ideo alia vice duntaxat appellare poterit: vt not. Bald. in l. 1. C. ne liceat in vna eademq́ causa ter prouo.

Appellatio à ſententia lata per dominum feudi vel pares curiæ fit ad ſuperiorem dominum domini feudi, ſi dominum ſuperiorem habet, à quo de feudo & vtili reductione reducendo in loco, vel ſaltem de feudo fuerit inueſtitus. Si autem habet ſuperiorem dominum feudi, tunc eſt dubium. Sed ſecundum Innocen. ſi agitur reali, appellabitur ad ordinarium illius loci, in quo ſita eſt illa res feudalis. Si agitur de iniuria contra infidelitatem facta, appellabitur ad iudicem rei inquantum agitur perſonali, nec interdicto, vnde vi, vel in rem ſcripta, appellabitur ad ſuperiorem illius loci, vbi eſt res feudalis. Tamen dic breuiter, quòd iudex appellationis erit iudex tribunalis ſuperioris loci, in quo factꝰ eſt proceſſus: quia appellationes magis regulantur à tribunali, quàm à perſonali, niſi conſuetudo aliter diſponat. not. Anto. de iudi. c. cæterum. ver. venio ad ſecundum, ſc. qui in cauſa reum.

ADDITIO.

Vide centum quæſtiones bonas & vtiles in materia appellationum, quas ponit dom. Guido Papæ in li. ſuarum quæſtionum incipiendo. quæſt. 436.

Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper fructibus, vel expenſis, quando non appellatur à ſententia lata ſuper negocio principali. not. Anto. in d. c. quinta vallis. in antepen. col. ver. ſed eſt dubium.

Appellari poteſt à ſententia lata per iudicem de conſenſu partium. not. Anto. de iureiuran. c. quintauallis. ver. 15. differentia.

Appellari poteſt à iudice ſeruante ordinem iudiciarium, ſi de iure poteſt procedere ordine non ſeruato. no. Ant. de choabi. cle. c. veſtra. 44. col. in fin.

Appellari à ſententia nulla. text. eſt de iudic. c. exhibita. & c. fin. Et not. Anto. in dict. c. veſtra. pen. char. ver. venio ad vlt. Sed iudex talis appellationis debet pronunciare talem appellationem iniuſtam inſerta cauſa, quare ſententia eſt nulla, & condemnare appellantem

lantem in expenſis: vt not. Specul. in tit. de ſent. prola. §. vt autem. ver. in iudice autem. in fin. Sed Io. An. ibi in addit. aliter loquitur.

Appellari poteſt à ſententia in manifeſto lata, quia iure non prohibetur. not. Anto. in d. c. veſtra. pe. char. 3. colum.

Appellare an poteſt quis veniens contra confeſsionem veram vel fictam ore ſuo vel procuratoris ſui, vel defuncti facta. vide ſuper ver. notorium. §. notorium an impediat.

Appellari an poſsit quis à ſententia in notorio lata, ſiue ſit notorium facti, ſiue præſumptionis & fictionis, vel confeſsionis, vel probationis, vel ſententiæ. vide ſu per ver. notorium. §. notorium impediat. & §. ſequenti.

Appellans à grauamine, tenetur exprimere grauaminis cauſam etiam notoriam, quia licet notorietas ex cuſat à probatione, non tamen à propoſitione. not. An. in d. c. veſtra. pe. char. 3. col.

Appellationi an alio interpoſitæ adhærens non poteſt illa appellatione vti, niſi doceat ſe intra decennium qua appellare potuit adhæſiſſe, ipſamq; adhæſionem iudici à quo intimaſſe. not. Ro. con. 225. Et no. gloſ. in c. vt circa. de elect. li. 6. ſuper ver. adhærentes. Et dicta adhæſio debet eſſe expreſſa, nec debet fieri niſi per illum cuius intereſt. vt not. Io. And. in nouel. ſuper gl. prædicta.

Appellari non poteſt ad Papam omiſſo medio, quando appellatur à ſubdelegato delegati. non in totum de offi. delega. c. ſi delegatus. §. ad eum quoq; lib. 6.

Appellari non poteſt à ſententia lata per Cardinalem, cui fuit commiſſa cauſa appellatione remota, & hoc propter dignitatem perſonæ. not. Bald. in l. 1. ff. de offi. præfect. præto. Et Pe. More. in c. 1. de offic. delegat. lib. 6.

Appellari non poteſt ad Papam à ſententia lata per iudicem ſecularem temporali iuriſdictione eccleſiæ nõ ſubiectum. Et hoc eſt verum de iure, ſed de conſuetudine eccleſiæ ſecus. text eſt de ap. in c. ſi duobus. ver. denique. Dicta tamen conſuetudo non eſt generalis; ſed ſpecialis in quibuſdam locis ſecundum Io. And. & Ant. ibidem dicit. ſed vacante imperio de iure poteſt appellari ad Papam à iudice ſeculari. not gloſſ. 2. quæſt. 6. c. 2. vide

C 5 ſup.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſup.§. appellari non poteſt ab Imperatore.

Appellatio interpoſita per tertium,ratione ſui inter eſſe, non valet,niſi ea exprimatur aliqua cauſa,propter quam ſua intereſſe dicat. not. Bart.in l. ſententia.in pr. ff.de appel.

Appellari poteſt à iudice reijciēte expreſsè exceptionem,vel tacitè procedēdo ad vlteriora non admiſſa exceptione.Si autem exceptionem non reijcit tacitè & expreſsè,ſed dicit ſe velle deliberare, tunc ſi tertiò requiſitus humiliter vt deliberet,non reſpondet, poteſt appellari hac cauſa aſsignata,ſecundum Hoſt.in c.interpoſita.de ap.Et idem An.eo.ti.c.dilectus.2.col. ver. oppono quod ex quo.

Appellari an poſsit à ſententia lata contra officialē in ſindicatu.vide Cy.Bar.& Bal.C.quorum ap. non rec. l.nulli.& Arch.2.q.6.§.nulli quorum.Et Spe.in ti. deap. prima parte.§.in quibus.ver.3. non licet.

Appellatio ſi eſt interpoſita in cauſis maiorib. & maiores appellantur, de quibus inferior à Papa non poteſt cognoſcere,ſed ſunt iuriſdictioni Papæ ſpecialiter reſeruatę,non poſſunt partes tali appellationi renunciare. Sed ſi appellatur in cauſis medijs,& mediæ ſunt oēs cauſæ ſpirituales & eccleſiaſticæ maiorib.excep tali appellationi anteq̃ ſit recepta per iudicē ad quē,ambæ partes poſſunt renunciare,& redire ad iudicem à quo. Sed vna pars alteri inuita non poteſt,ex quo non eſt recepta appellatio,non licet partibus renunciare,niſi qui ad priuatum earum intereſſe.Sed cōponere ſine cōſenſu iudicis ad quem nō poſſunt,vbi aūt appellatur in minorib.cauſis.Et minores cauſæ ſunt,quādo agitur de tēporalib.tūc antequā appellatio ſit recepta,poſſunt ambæ partes etiā appellans inuito appellato renūciare appellationi,& redire ad iudicem à quo,dūmodò non interſit appellati,vel ſi interſit,ei ſatisfaciat.Poſtquam verò appellatio eſt recepta,non licet partibus ad iudicem à quo redire ſine licentia iudicis ad quē.Sed per cōpoſitionem poſſunt ab appellatione recedere, quandocūq; tàm ante receptā appellationē,quàm poſt eā,inuito iudice ad quem:vt no Io.An.poſt Hoſt.de crim.fal.c.fi.Et vide ſup §.appellans re integra. Sed Bal. dicit ſimpliciter,ꝙ appellans non poteſt renūciare ſi appellati intereſt

eſt, in l.fi. C.quando pro.non eſt neceſ.vide tex. & gl.in c,quamuis.§.cæterùm de elect.lib.6.

Appellans an poſsit petere,quod appellatus cõpellatur ſententiam exhibere,à qua appellatum eſt,aliàs ſententia non proſit appellato. Tu vide Inn.& An.in c. perpetuus.de fide inſt. & Fed. de Senis, cõ.202.alle.20.& Lapum alle.10. & Bar.in l.fi.C.de fide inſtr.

Apertiſsima probatio quæ dicitur, vide ſub ver.probatio.§.probatio indub.

29 †Apoſtata non eſt excommunicatus ipſo iure, niſi quando eſt irregularis, & dimittit habitum: vt in c. 2. ne cle.vel mo.li. 6.

ADDITIO.

Et apoſtaſia non nocet monaſterio poſt profeſsionem, No. do.Felin.in c. in præſentia. 15. col. verſ.in ea. gloſ.ibi teneat monachatus.extra de prob.

30 †Apoſtolicæ ſedis appellatio an cõprehendat Papã tantũ,vel etiã legatũ de Latere. dic in maiorib.ſeu in reſeruatis cõprehendat Papã tantũ.In aliis cõprehẽdat etiã legatũ.no.Lapus de elect. c.ſi abbatẽ.li.6.niſi addat dictio reſtrictiua,puta apoſtolicæ ſedis duntaxat, tunc nullo caſu comprehendit legatũ.no.idem Lapus in cle. c.grauis.de ſen.excom.

31 †Arbiter qui eligitur vt iudex,ſ.vt procedat ordine iudiciario in ſubſtantialib.& hoc quò ad procedendũ,debet etiã quò ad dirimendũ,aliàs decidendum pronunciare de iure, licet poſsit ſi vult pronũciare iniqua. no.An.de iureiur.c.quintaual.ver. venio ad materiam poſsũt tamẽ partes remittere ordinẽ iudiciariũ,vt arbiter nõ teneat ordinẽ iuris ſequi in procedẽdo. Ita tamẽ ꝙ de iure pronunciet:quia cũ arbiter habeat poteſtatẽ à partibus,poſſunt partes illam qualificare.not An. eo. tit.ver.ex his deciditur,quod ſi ex cõpromiſſo. Et vide ſuper ver arbitrator. vbi plura de arbitro tanguntur. ver.confeſsio.§.præſcriptio.§.teſtes.

Arbiter an poſsit eſſe ille qui eſt excommunicatus. Dic quod licet talis in arbitrum aſſumptus, non poſsit partib.contradicentib. officiũ exercere propter periculũ excõmunicatiõis,tamẽ in ipſum tenet cõpromiſsũ & etiã acceptatio,& etiã laudum ſi partes ſe præſẽtãt, & non contradicunt. Item ſi feratur eis abſentibus quando po-

do potuit parte abſente laudare. Ideò tunc exigitur appellatio. not. Anto. in d.c. quintauallis. verſic. 24. differentia.

ADDITIO.

Vide do. Abba. in d.c. quintauallis in 12. col. in prin. ver. 19. differentia. vbi pulchrè loquitur.

32 Arbitri ſententia licet non poſsit per viã appellationis retractari niſi in certis caſibus, poteſt tamen per viam nullitatis retractari: vt ſi lata eſt ſententia ſine ordine iuris, vel per pecuniam, vel contra ius expreſso errore in ſententia, vel contra formam compromiſsi, no. Anto. in d.c. quintauallis. ver. 25. differentia.

33 Arbitri ſententia lata ſeruato iuris ordine, licet ſit iniqua, non poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri. An. in d.c. quintauallis. ver. 4. differentia. Quod intellige ſecundum diſtinctionem poſitam in §. proxi. ſequenti.

Arbitri ſententia ſi non patiatur vitium nullitatis, ſeu iniquitatis, quanquam non poſsit per appellationem retractari niſi in certis caſibus, ſi tamẽ fuit lata dolo partis vel arbitri, retractabitur per exceptionem vel replicationem doli, ſi aliàs eſſet iniuſta præter dolũ partis & arbitri, tunc in cuiuslibet caſibus non retractabitur ſententia arbitratoris, nec iſta retractabitur, ſed in quibus arbitratoris ſententia retractetur: tunc licet ſecundum Inno. huic, quanquam iniqua, ſtandum ſit, tamen ſecundum Hoſt. reducetur ad arbitrium boni viri, quando euidens eſt iniquitas nutriens peccatũ. Et de peccato dicitur conſtare, quando cõſtat de euidẽti læſione, & lex ne dum canonica: ſed etiam ciuilis vult, peccata corrigi, & hoc intelligitur eſſe verum, quando intra 10. vel 11. dies fuit reclamatum, ita quod non poteſt dici ſententia emologata, quod ſequitur Io An. & dicit curiam ſeruare, quod eſt indubitanter verum, quando apparet enormis læſio, quia tunc laudum præſumitur doloſum, meritò competit remedium exceptionis doli, ſecundum ius Ciuile & ſecundum ius Canonicum habebit hoc plus, quia officium iudicis poterit peti retractari, non obſtante iuramento. Et ſi iuramentum obſtaret, poterit iudex ex officio prouidere. not. An. in d.

c. quin-

c. quintaual. 26. differentia. aliàs 25. differentia. Arbitri laudum emologatum expreſsè vel tacitè per lapſum 10. dierum parit actionem in factum, & habet executionē paratam, ſicut ſententia quando eſt ſine pœna; ſed quādo eſt cum pœna, videtur Innocen. velle quod non poteſt emologari, ſed dic quod poteſt ſtatim, quando eſt clauſula rato manente pacto: ſi autem laudum non eſt emologatum nec ſtipulatione vallatum, tūc de iure Ciuili non parit actionem cùm nudum ſit, poterit tamen ad pœnam agi: ſed de iure Canonico agere poterit, licet nudum ſit, quia conſenſus partium adeſt, qui ſecūdum ius Canonicum produxit ius agendi, ſaltem per officium iudicis. not. Anto. in d. c. quintauall. verſic. 11. differentia.

* SINGVLARE

Arbitri corrupti ſententia valet, licet obſtet exceptio doli, ſecus ſi expreſſum errorem cōtineat, quia eſt nulla, ſicut ſententia iudicis: vt no. Matheſil. not. 183. in cip. Not. quòd ſententia arbitri, & an arbitri electi in locum iudicis recuſati cognoſcent de negotio principali: dic quod ſic de iure Ciuili: vt not. Iacob. de ſancto Geor. in l. fin. C. de iud. ſed de iure Can. cognōſcent ſolùm de cauſa ſuſpicionis. c. ſuſpicionis de offic. deleg. c. cùm ſpeciali de appell. H. F.

Arbiter poteſt interlocutoria etiam mutare circa acceſſoria diffinitiuè, dūmodò eadē die fiat. Idē ſi vult reformare quò ad dictamen, non mutata ſententia, ſed verbum dubium declarare nō poteſt, nec diffinitiuam mutare, ſi ſuper toto pronunciauit, ita quod ſuo officio functus eſt, ſiue ſententia ſit aliqua, ſiue nulla. Idem ſi non ſit diffinitiua, ſed tamen iudicis officium finiri facit. Prædicta vera niſi in compromiſſo dictum ſit, quod poſsit iudicare ſemel & pluries & quoties ei placuerit, quia tunc poterit ſic facere & corrigere ſuper diuerſis capitulis: tamen non ſuper eodem non poſſunt fieri plures ſententiæ, niſi compromiſſum eſſet tale, quod non contineret niſi vnum articulum tantùm: quia tunc ſuper illo poſſet pluries laudare, & ſeipſum corrigere, aliàs verba compromiſsi nihil operantur. Si autem in cōpromiſſo dicatur, quod poſsit ſemel & pluries iudicare, &

re,& iudicatum iam corrigere & mutare,& etiam ſi ſint plures articuli,poterit quemlibet mutare ſecundũ Bar. licet Io.An.ſentire videtur, quod nõ valet tale pactum, & circa idẽ mutare poſsit:qa hoc eſſet inuitare ad delinquendũ:vt no.An.in d.c.quintaual.ver.op.ꝙ nõ poteſt, & adde ꝙ no.e.c.ver.decimaoctaua differentia.vbi pdictã clauſulã ꝙ poſsit pluries iudicare & mutare,reſtringit tã in arbitrio,quàm arbitratore, ad caſum q̃ primũ laudũ fuit nullũ:quia tunc poteſt iterato iudicare circa idẽ,& mutare.vide Bal.in l.ſi quis arbitra.de verb.obli. vbi dicit quod illa clauſula, ſemel & pluries laudare poteſt,operatur ſi ſint plura capitula in cõpromiſſo,quod tot poſſunt ſentẽtias diuerſo tempore ferre, quot ſunt capitula:nõ quod poſsit aliquam ſententiam reuocare nec corrigere:ſed ſi in cõpromiſſo eſt vnũ capitulũ dun taxat, tunc dictum c.operatur, quò ad laudũ ſuper illo capitulo ſemel latũ,poteſt per aliud laudum reuocari. Et vide quod no.Bal.in l.1.C.ſi aduerſus rem iu. vbi ſimpliciter tenet quod ex clauſula prædicta poteſt ſæpius circa diuerſos articulos iudicare:non autẽ circa idem.

Arbitratoris laudum ſi petitur reduci ad arbitrium boni viri, tãquam initium, cui incumbit onus probandi.vide Io.And. in addit. Specul.tit. de arb.§. ſequitur. verſ. item quid ſi compromiſſum. & Ant. de probat.c. quoniam contra.penul.cartha in fin de iureiur.c. quintauallis.ver.venio ad ſextum.circa.ſi.ver.Et vide ſuper ver.arbiter.per totum.

Arbitrium ſiue arbitramentum ſi eſt nullum, & petatur reduci ad arbitrium boni viri,poteſt iudex ſuper nullitate pronunciare,ſecundum Hoſtien.vt no.An. de ap.c.dilecto.ver.nunquid autem.10.col.

34 †Arbitrator eſſe non poteſt ille qui eſt excommunicatus vel ſeruus.not.Ant.de ap.c.dilectus.verſi. nunquid autem.10.colum. Contrarium not.de iureiur.c. quintauallis.verſi.24. differentia. Licet Io.An.teneat primam partem in arbitratore publicè excommunicato:vt not.Anto.in d.c.quintauallis.ver.24. differentia. Item excommunicatus poteſt eſſe arbiter, & tenet compromiſſum & laudum ſi partes ſe præſentant & non cõtradicunt.Item ſi laudum feratur eis abſentibus, quando poteſt abſente parte laudare, ideò tunc agitur appellatio:

latio:vt no.An.in d.c.quintauallis.ver.24. differentia.

Arbitrator poteſt eſſe furioſus,habens dilucida interualla,quando compromiſſum acceptauit & iudicauit tempore quo habebat ſanum intellectum.no.An.in d.c.quintaual.in fin.

Arbitrator poteſt eſſe filiusfamiliâs etiam parte inuito.no.An.in d.c.quintaual. in fin.

Arbitrator poteſt eſſe presbyter:quia non reperitur prohibitum.no.An.in d.c.quintaual.in fin.

Arbitrator poteſt eſſe monachus: ſed arbiter non niſi Abbate impetrante. Licet Cyn. dicat,quod nec arbitrator eſſe poteſt,ſed ille qui eſt de ordine minorum nõ poteſt eſſe arbiter nec arbitrator: Abbas autem licet ſecundum quoſdam non poteſt eſſe arbiter, etiam in cauſa monaſterij ſui , tamen poteſt eſſe arbitrator . vide An.in d.c quintaual.ver.19. differentia.

35 † Arbitratrix poteſt eſſe mulier,quamuis non ſit in dignitate poſita,ſed non poteſt eſſe arbiter ſiue arbitrator,niſi in dignitate.no.An.in d.c.quintaual.verſi.8. differentia.

ADDITIO.

Hoc idem tenet do.Abbas.in d c.quintauallis. in 6. col.prope prin.in ver.Sexta differentia.

* SINGVLARE.

Arbitra tamẽ poteſt eſſe mulier in cauſa, in qua tractaretur de ſalute animarũ,vt in repetitione vſurarum & in cauſa decimarũ,quæ ſunt tributa egẽtium animarum,illud eſt ſingulare dictũ Arch.in c.ſcriptũ.6.q.3.quod dictum refert & ſequitur pro no.Lud.Ro.ſing.684.inci. tu audiuiſti.vbi dicit hoc dictum etiam Canoniſtis eſſe incognitum.H.F.

Arbitrator poteſt eſſe iudex,ad quem cauſa compromiſſa pertinet iure ordinario, vel etiam per delegationem,ſed arbiter eſſe nõ poteſt de iure Ciuili,niſi ſit princeps,ſed nõ ſubditi,vel etiã ſubditi,in eo quod iudex nõ eſſet iudex,poſſũt cõpromittere in iudicem,à quo eſt appellatũ,poteſt vt in arbitrum cõpromitti:qa nõ eſt amplius iudex:Sed de iure Canonico poteſt in quemlibet iudicem ordinarium & delegatum cõpromitti, etiã vt in arbitrũ.no.An.in d.c.quintau.ver.decima differẽtia. Adde quod etiã de iure Ciuili poteſt iudex ordinarius: & dele-

& delegatus in arbitrium aſſumi, retenta poteſtate ordinaria vel delegata: vt not. eo tit. ver. 25. differentia.

Arbitrator non poteſt recuſari ſuſpectus arbiter ſic ex cauſa not. An. in d. c. quintaual. ver. 7. differentia. & verſi. 20. differentia.

ADDITIO.

Idem do. Abbas in d. c. quintauallis. in 5. col. in verſ. Quinta differentia. Et no. quod ea quę hîc dicuntur per authorem noſtrum de differentia arbitratoris & arbitri, allegando do. Ant. eadem dicuntur per do. Abbatem in d c. quintauallis. licet ipſe Abbas mutauerit ordinem, & numerum differentiarum inter arbitratorem & arbitrum.

Arbitrator poteſt quis eſſe etiam in cauſa propria. not An. de iud. in c. cùm veniſſent. verſ. ſed nunquid autem. quia aſſumitur vt bonus vir. Sed in cauſa propria non poteſt quis eſſe arbiter, ſicut nec iudex: vt not. An. in d. c. quintauallis. verſi. 7. differentia. & verſi. 6. differentia,

36 † Aduerte quod idem An. dicit in d. c. quintauallis. in prin. Quod poteſt quis eſſe arbiter & arbitrator ſuper iniuria propria. Arbitrator procedit in cauſa abſque ſolennitate iuris vel ordinis iudiciarij, ſecundum Inn. debet tamen extra iudicium laborare ad veritatem inquirendam, vt plenius inſtruatur. no. An. in d c. quintauallis. ver. ad materiam poteſt tamen ſi vult ordinem ſeruare: vt no. eo. ti. & c. ver. 4. differentia.

37 † Arbitrator poteſt procedere in diebus etiam ferialibus in honorem Dei, tamen non compellitur, ſi non vult, licet partes in hoc conueniant. Sed arbiter non poteſt in talibus ferijs procedere, etiam partibus volentibus. no. An. in d. c. quintauallis. ver. 18. differentia.

Arbitrator non aſtringitur ad tempus inſtantiæ ſtatutæ in iudicialibus cauſis, ſecus in arbitrio ſecundum Cy. Cùm tempus inſtantiæ incipit non à die compromiſsi, ſed à die litis coram eo motæ. Io. An. tenet quod in arbitro non habet locum inſtantia, quod de iure Canonico expeditum eſt: quia nec in iudice habet locum. no. An. in d. c. quintaual. ver. 18. differentia.

Arbitra-

Arbitrator non artatur facere ſcripturam de dictis quæ fiunt coram eo,cùm non ſeruet ordinem iudiciorum.not. And. in d. c. quintauallis. ver.venio ad ſeptimum.

Arbitrator nec etiam arbiter tenetur aliquod iuramentum præſtare,licet Bart dicat contrarium in arbitratore.not.Ant.in d.c.quintauallis.verſ.quinta differentia.

Arbitrator non tenetur partes citare ad ſententiam ſiue laudum,licet Bar.dicat cõtrariũ, arbiter ſic, niſi in diſcuſsione ac proceſſu cauſæ fuerint partes præſentes, ſecundum Cy.vt no.Ant.in d.c.quintauallis.ver.ex his infertur.

Arbitrator cùm non diffiniat per viam ſentẽtiæ nõ artatur ad pronunciandum in ſcriptis,nec cum alia ſolennitate,cùm totum ponatur in eius poteſtate,ſed arbiter artatur vt iudex.no.An.in d.c.quintauallis. verſi. tertia differentia.

Arbitratores debent iudicare ſecũdum æquitatem, arbitri verò ſecundum ius arbitri, ergo debent ſeruare rigorem iuris,arbitrator iuſtitiam,ſecundum Io.An.vt no.An.in d.c.quintau.ver.quarta differentia.

Arbitrator poteſt ferre ſententiam ſiue laudum in eccleſia,arbiter non,ſicut nec iudex.no.in d.c.quintau. ver.22.differentia.

ADDITIO.

An coram arbitratore fiat interruptio præſcriptionis,vide per do.Felin.in c.illud de præſc.col.5. in princ. ver.ad illud quod coram.

Arbitrator poteſt manus extendere ad res extra cõpromiſſum,quod intellige ſecundum Bar.quãdo ſe extendit ad connexa, ſed ad omnia extranea non poteſt. Nã ſi de re eſſet cõpromiſſum,de quantitate vel rei ęſtimatione poteſt laudare,idem ſi aliquid rei, vel ſpeciei, vel quantitatis aſsignaret in recõpenſatione adiudicati ſuper re,ſuper qua eſt principaliter compromiſſum. no.An.in d.c.quintaual ver 24.differentia.

Arbitrator ſi ſuper toto pronunciauit bene vel male,functus eſt officio ſuo,& non poteſt amplius mutare ſecundũ glo.Cyn.dicit quod ſi iure ſuo poteſt laudare,

D poteſt

poteſt mutare. Si iure alieno,& ſeruauit compromiſsi ordinem,tūc non poteſt mutare,licet mulier laudauerit:ſecus ſi formā non ſeruauit,quia tūc nō eſt functus officio. Si tamē in cōpromiſſo actū ſit vt ꝓnūciare poſſit quoties voluerit,tunc ſemper mutare poterit etiam circa idem. Quod intellige quādo laudū fuit nullū. no. An.in d.c.quintauallis ver.18.differentia. Et vide omnino quod ipſe no.in d.ver.oppo.quod non poteſt. & ſub ver.arbiter.§.arbiter poteſt interlocutoriam.

Arbitrator cogitur laudare ſi compromiſſum ſuſceperit,non tamen videtur ſuſcepiſſe,licet preſens fuerit vel aliter & ſciens & non contradixit. Arbiter autē non cogitur laudare ſi compromiſſum ſuſceperit,niſi in cōpromiſſo ſit appoſita pœna vel pignora. An autem valet pactum quod arbitrator non poſsit cogi, dic vt not. An.in d.c. quintaual.ver.21. differentia.

Arbitrator ſi eſt aſſumptus ſuper ſubſtantialibus cōtractus,& non arbitratur, non valet contractus, quia non receditur à perſona,ſecus ſi perfecto contractu aſſumptus eſt ſuper aliquo acceſſorio,quia tūc ex contractu perfecto oritur actio,an poteſt officiū iudicis deſeruire ſuper aliquo acceſſorio,licet ille nō arbitretur. no. An.in d.c.quintauallis.ver.21.differentia.

38 † Arbitrator eſt ille cui dicitur,volo ſtare voluntati tuæ. Sed quando fit compromiſſum in aliquē vt ſciſcitetur,an partes poſsint concordare,talis non dicitur arbiter nec arbitrator,ſed mediator.no.An.in d.c.quintaual.ver.quid ſi ſuſcipiat. Item arbitrator dicitur ille, cui quis dicit,volo ſtare dicto tuo: ſed vtiq; arbitrator poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri.no.gl.ff.de arbi.l.pe.& Bar.in l.fi.ff.de præt.ſtip.

Arbitrator eſt ille,in quem compromittitur vt in arbitratorem vel vt in bonum virum,niſi per aliqua verba compromiſsi aliud poſsit apprehendi.no.An.in d.c. quintauall.ver.ex his deciditur quid de tali: ſed arbiter cenſetur ille,in quem compromittitur vt in arbitrum & bonum virū,& quia arbiter dicitur bonus vir:vt no. An.in eo.c.ver.ex his deciditur quid ſi dicatur.

ADDITIO.

Item adde quod arbitrator eſt ille qui poteſt procedere

dere ſine figura iudicij,& ſine ordine iuris, & de iure & de facto,vt habetur per Bar.in §.arbitrorum.in 2. colu. ff. pro ſocio. & per do.Alexand.in conſil.18. quarta parte.

Arbitrator dicitur ille, in quem compromittitur vt in arbitrum & arbitratorem & amicabilem compoſitorem cum poteſtate procedendi de iure. idem ſi compromittitur in eum vt in arbitratorem & amicabilem cōpoſitorem cum eadem poteſtate:quia non repugnat arbitramēto, quòd eius arbitrium deducatur ad limites iuris,& tunc informabit arbitrator arbitrium ſuum à iure,non à ſola æquitate continua.

39 †Arbiter autem dicitur ille,in quem compromittitur vt in arbitrium cum poteſtate prædicta.no. An.c. quintaual.ver.ex his deciditur. ver.quid ſi in cōpromiſſo.& ver.ſeq. nā arbiter cenſetur qui vt arbiter aſſumitur,niſi ex alijs verbis aliter appareat. vt quia dictum ſit quòd poſsit procedere ordine iuris non ſeruato, vel alijs conſimilib. verbis.no.An.in prædicto c.ver. ex his deciditur quod de tali.Item arbiter cenſetur ille qui eligitur vt litis diſceptator.no.An.in eo.c.ver.ex his deciditur quid ſi dicat.

Arbitrator an dicatur arbiter ille,in quem compromittitur tanquam in arbitrum & arbitratorem & amicabilem cōpoſitorem,vel tanq̄ in arbitrum &arbitratorem, ſimpliciter dicit,quod pōteſt quā viā vult eligere vel arbitri vel arbitratoris ſecundū Bar. licet Spe. dixerit ꝙ videt electus,vel arbiter ſaltem,vbi eſt adiecta pœna.no.An.in d.c.quintauallis.ver.ex his deciditur quid ſi eſt.

* SINGVLARE.

Arbiter pronunciando tanquam arbiter & arbitrator,præſumitur pronunciaſſe tanquam arbitrator, vt puta,ſi quando eſt commiſſa Titio tanquam in arbitrū & arbitratorē,ipſe Titius pronunciauit dicendo: Ego Titius arbiter & arbitrator ita pronuncio,&c.in dubio enim tanquam arbitrator videtur pronunciaſſe,ita ſingulariter dicit Bal.in l.non codicillum.ver. & ſic eſt. ar. C.de teſta.quod dictum refert & ſequitur pro no.Fran. cre.ſin.47. incip. commiſſa eſt quæſtio.H.F.

D 2 Arbi-

Arbitrator an arbiter dicatur ille, qui aſſumitur vt poſsit procedere ordine iuris ſeruato vel non ſeruato? dic quod habet vtramq; poteſtatem,& ſi non exprimit, an procedat vt arbiter vel vt arbitrator,cognoſcetur ex modo procedendi:quia ſi ordine iuris ſeruauit in totũ, cenſetur arbiter,aliàs cenſebitur arbitrator,ſecundum Inn.Et ſi ab initio ſeruauit ordinem, & in fine nõ,quia fortè ſine ſcriptis pronunciauit ſententiam, non valet ſententia:quia procedendo ab initio ſeruato iuris ordine videt viam arbitri elegiſſe, & alteri viæ arbitratoris renũciaſſe ſecundũ Dyn. Sed veritas eſt ſecũdum Hoſt. quod valet ſentẽtia tanquã arbitratoris,q̃a vię arbitratoriæ nõ repugnat,ꝙ in parte vel in totũ ſeruet iuris ordo,poteſt etiã ſeruare & nõ ſeruare ,put ei placet.Ex his ſequit,ꝙ ſiue à principio ſeruauit ordinẽ & nõ in fine, ſiue in fine ſeruauit,& nõ in principio,in medio & in fine ꝙ iudicabitur vt ſententia arbitratoris,& ſi eſt æqua ſecundũ naturalem æquitatẽ ei ſtabitur, ſecundũ Io. An. Et vt.no.idem Io.An.in d.c.quintau.ver.4.differẽtia. licet But.aliter dixerit in hoc vltimo : vt no. An.e.c.ver.ſi ex hoc deciditur alia dubitatio.

40 † Arbitratoris compromiſſum non finitur morte alterius compromittentiũ:quia illud eſt pactum vel tranſactio quæ tranſit ad hæredes,etiam ſi cõpromiſsũ fuerit factum ſuper contractu ineundo,quia ſpes cõditionalis obligationis trãſmittitur ad hæredes,niſi ſit talis,quæ perſonæ cohæreat,vel niſi contractus nõ ſit trãſmiſsibilis ad hæredes:arbitri autem compromiſſum finitur morte alterius compromittentium.no.Ant. in d. c.quintauallis.verſi.14.differentia,aliàs 13.differentia.

Arbitratoris vel arbitri compromiſſum non finitur banno & publicatione bonorum alterius compromittentium,tamen exiſtens conditio non obligat fiſcum. no.Ant.in d.c.quintauallis.ver.14.differentia.Et no.eo. c.circa finem.

Arbitratoris poteſtas & laudum,ſicut recipit eſſentiam de conſenſu & voluntate partium, ita contraria voluntate poſſunt partes & laudo decedere. not. Ant. in d.c.quintauallis.verſic.ex hoc inſurgit.aliàs 12.differentia.

41 † Arbitrator aſſumitur ſuper eo,de quo partes non

non ſunt concordes,& non ſolùm ſuper contractu, ſed etiam ſuper lite:tamen ipſa aſſumptio &proceſſus non expeditur per viam iudicij, ſed contractus.vnde compromiſſum & laudum etiam dicitur potius compoſitio vel tranſactio,quàm iudicium vel ſententia ſiue arbitrium.no. Ant.in d.c.quintaual. ver.7.differentia.

42 † Arbitratoris laudum inſerto compromiſſo eſt quædam tranſactio,eo reſpectu,quia fit de re dubia. Et quia partes compromittunt vt à lite recedant, tamen propriè & ſtrictè non eſt tranſactio, ſed compoſitio: quia tranſactio propriè hincinde aliquo dato vel retento. Sed arbitrator poteſt in totum abſoluere, vel in totum condemnare. Item tranſactione propria non receditur,licet iniqua ſit.A laudo autẽ recedi poteſt propter exceſſum & iniquitatem.no.An.in d. c. quintaual. ver.2.differentia.

Arbitratoris dictum propriè non eſt ſententia nec laudum,ſed tranſactio quædam.not.Ant.in d.c.quintauallis.verſi ex hoc inſurgit.aliàs 12.differentia. Sed nec eſt propriè tranſactio, ſed compoſitio: vt not.ſup. §. proximo.

43 † Arbitratoris ſi laudum incidit in contractum, puta quando aſſumitur quis vt arbitretur de pretio rei venditæ,agendum eſt actione ex illo contractu,quãdo ſtatim poſt contractum fuit aſſumptum. Sed ſi non incidit in contractum,tunc ſi in compromiſſo interceſſit iuramentum,mandabitur arbitramentum executioni per officium iudicis, dũmodò ſit ęquum vel ad æquitatem redactum:ſi non interceſsiſſet iuramentum ſed ſtipulatio, agitur ex ſtipulatione. Si autem eſt nudum, tunc parit ſolam exceptionem, niſi ſuper aliqua actione ſit compromiſſum:quia tunc illa actione agitur,ſecundum Innocen.In alia parte dicit Innoc. quod licet nudum ſit ſeruandum,eſt tamẽ ſi eſt æquum: ſed Hoſt. dicit,quod etiam quando eſt nudum,mandabitur executioni iudicis officio,quod de iure Canonico procedit,ſecundum eundem. Etiam quod nudus conſenſus parit ius agendi ſaltẽ per officium iudicis, non tamen quod habeat executionẽ paratam,niſi ſtatuta locorum aliter ꝓuideant.Et hoc verũ ſecũdum Bar. vt no. An.in c.quintaual.ver.ex hoc inſurgit.aliàs 12.differentia.

Arbitratoris laudum non emologatur taciturnitatem 10. dierum, ſed expreſsè poteſt emologari, nō quod per omnia habeat vim emologationis, ſed valebit vt pactum vel tranſactio, ſecundum Innoc. vt no. An. in d. c. quintauallis. ver. 11. differentia.

44 †Arbitratoris laudum contra ius latum eſt nullum, ſi forma cōpromiſsi habeat quod de iure & de facto procedere: ſed de iure tantùm pronunciaret, & dedit formā cōpromiſſo cū tacitè non ineſſet, ſecus in laudo arbitri dicto modo aſſumpti: qa in illo dicto expreſſio inerat tacitè, licet Bar. in hoc dubitauerit. Et ſub illo verbo de iure non ſolùm venire ius cōmune, ſed etiam ſtatutum, & conſuetudo iuri communi contraria. no. An. in d. c. quintauallis. pen. col.

. Arbitratoris dictum ſiue laudum continet modicā læſionem, poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri. Et in hoc differt à laudo arbitri, quod de iure Ciuili non poteſt peti reduci. Ratio differentiæ eſt: quia compromittens in arbitrū, qui vt iudex procedit ſeruato iuris ordine, contemnit iudicē, ideò ad eum reuerti non poteſt. Sed quando compromittit in arbitratorem non cōtemnit iudicem, cùm non agit coram eo vt iudice, ſed via contractus. no. An. in d. c. quintauallis. ver. nunc videamus.

Arbitratoris laudum non reducitur ad arbitriū boni viri propter modicam læſionem, niſi dolus eius vel præſumptus interceſsit: quia tunc ex quolibet damno poteſt peti reductio, cùm dolus remitti non poſsit. no. An. in d. c. quintauall. ver. nemo ad ſeptimum.

Arbitratoris laudum poteſt indiſtinctè reduci ad arbitrium boni viri, propter enormem læſionem, quādo in compromiſſo dictū fuit ſimpliciter, ꝙ poſsit dare de iure vnius alteri etiam in magna quantitate: quia aliud eſt damnū modicū, aliud magnum, & aliud enorme. Et ideò ſub verbo Magna nō cōprehendit enormis. no. An. in d. c. quintaual. ver. venio ad ſeptimum. ibi aduerte tamen. Et ſub verbo Enormis non continetur enormiſsima: vt ergo excludat quis totaliter à facultate petēdi reductionem, ponatur in compromiſſo ꝙ nō poſsit reductio ratione lęſionis etiā enormiſsimę peti, vel quod arbitrator poſsit dare de iure vnius alteri in parte & in to

to.

to.no.Ang.in ſua diſputatione quæ incipit:duo adinuicem litigantes.& vide inf.§.arbitratoris laudum ſi lædit,&c. Quæ autem dicatur læſio in magna quantitate, dicit An.quod eſt magna, quando eſt indiuidua:vt no. An.in e.c.ver.venio ad punctum.vbi mihi videtur Bar. dicere ꝙ eſt magna, quando eſt in 6.parte.Et vterq; allegat l.vnde ſi neruæ.in prin.cum l.ſeq.ff.pro ſoc.& ponit Bar.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.e.ti.Ego dico quod vterq; dicit contra tex.illius legis:Vnde ſi neruæ. cum l. ſeq.vbi tex.apertè declarat,quod læſio dicatur magna, quando eſt in tertia parte.

ADDITIO.

Si aliquis eſt in arbitrium & arbitratorem, an,poſtquam elegit ex qua poteſtate vult procedere, poſſit ad aliam redire,vide pulchrè per do.Felin.in cauſa ex officij.de præſc.col.10.in me.in ver.ſecunda concluſio.

Arbitratoris laudum ſi eſt iniquum, poteſt reduci non obſtante quod in compromiſſo fuerit emologatum laudum futurum, quia talis emologatio habet vim ſimplicis renunciationis. Secus ſi emologatio ſit ſecuta poſt laudum:quia tunc eſt locus querelæ, quod eſt verum,quando emologans fuerit certificatus de læſione,aliàs ſecus.no.An.in d. c. quintauallis. ver. venio ad 7.circa fin.

Arbitratoris laudum etiam ſi re ipſa eſt iniquum & imperitia propter dolum arbitratoris poteſt peti reduci, licet compromiſſum fuerit iuratum, & pœnali ſtipulatione vallatum.licet But.dicat contrarium, quando nō apparet de dolo vel culpa arbitratoris.no. An.in d.c.quintauallis.ver.ad ſecundum quo iure.quod intellige ſecundum diſtinctionem poſitam in §.proximo ſequent.

Arbitratoris laudum ſi lædit tertium, vel eſt contra Deum vel pietatem,vel contra omnia iura,poteſt reduci ad arbitrium boni viri: Si autem eſt ſimpliciter contra ius priuatum patris, ita demùm poteſt reduci, ſi læſio erit in 6.parte,ſecundum Bartol.vel in dimidia, & hoc fortè verius, quæ proportionaliter iudicatur, quādo arbitrator aſſumit ſuper lite & controuerſia,quam

quando aſſumitur ſuper contractu. Et prædicta procedunt & in compromiſſo iurato, in quo partes ſimpliciter & generaliter promiſerunt ſtare laudo. Sed ſi ſimpliciter expreſsè dictum ſit, quod poſsit arbitrator vnius partis ius in totum vel partem alteri dare: vel quod poſſit iudicare altè & baſſe, quod idem eſt: vel quod poſsit de iure vnius dare alteri in parua & magna quantitate. Dic ꝙ ſi læſio eſt maxima, & ex propoſito: & hoc cōſtat, poterit reduci nō obſtantib. prædictis verbis ſic effusè prolatis. Secus ſi læſio eſt magna & nō ex propoſito ſeu ex re ipſa: & hoc conſtat ſecundū Io. An. Sed verius eſt ꝙ tūc etiā poteſt reduci, quia illa verba effuſa magis fuerūt ꝓlata ad beneuolentiā ſub ſpe prolatæ cōfidentiæ q̃ deceptiōis futuræ. vbi aūt nō cōſtat ꝙ læſio ex propoſito fuerit, vel reipſa in dubio ex magna deceptione præſumitur dolus. Et ſi reductio peti poteſt. no. Ant. in d. c. quintauallis. ver. venio ad quintum, & prædicta procedunt etiam ſi renunciatio vel pactum, vel iuramentum interceſſerit de non petendo reductionem: quia quodlibet iuramentum recipit intellectum ſecundum principalem diſpoſitum: vt no. e. c. ver. venio ad 7. Aduerte tamen quod ſi in compromiſſo dicitur, quod poſsit arbitrator de iure vnius partis alteri dare in magna & parua quantitate, nō poterit tamē enormiter lędere, cūm triplex ſit damnum: modicum, magnum & enorme: vt no. An. in d. c. quintaual vlt. car. in pr. ibi aduerte tamē &c. Et aduerte ꝙ læſio enormis dicitur q̃ ſextā partē excedit, cū in ſexta dicitur læſio magna, vt patet in l. vn de ſi neruę. cum l. ſeq. in pr. ff. pro ſocio. vbi tex. dicit, quod læſio in 6. continet magnam & manifeſtam iniquitatē. & idem Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. eo. ti. vide omninò ſup. §. arbitratoris laudum. poteſt & cōcordat Bal. quod ratione enormis læſionis poſsit peti redactio quibuſcunq; verbis in compromiſſo appoſitis non obſtantibus: vt no. ipſe in l. cūm antea. C. de arb. fallit ſi ſtatutum dat valitudinitatem laudo: quo caſu etiam ratione doli non poteſt laudum aliqua exceptione opponi vel reuocari: vt not. Bald. ſuper rub. C. de appel. Et idem videtur, ſi ſtatutum dicit, quod contra laudum nō poſſit aliqua exceptio opponi: vel quod laudum ſit præciſum. no. Bal. C. de exc. rei iud. l. 2.

AD DI-

ADDITIO.

Et ſuprà fecit mentionem, quòd non obſtante iuramento, de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri: nihilò minus peti poteſt reductio. Adde quòd do. Guid. Pa. in quingenteſima.19. quęſt. vbi dicit, quòd ſi prætendatur grauis lęſio, non obſtante iuramento, poterit peti reductio. Et ibi etiam tractat, quæ ſit grauis lęſio.

Arbitratoris ſententia licet inſpecto iuris rigore ſit iniqua, ſi tamen ſecundum naturalem æquitatem ſit æqua, nõ poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri. no. Anton. in d c. quintauallis. ver. 4. differentia, & ſic vt arbitrator non tenetur ſequi iuris rigorem, ſed habet procedere ſecundum naturalem æquitatem: Ita etiam iudex aditus ſuper reductione ad arbitrium boni viri nõ tenetur rigorẽ ſequi: ſed ſecundum naturalem æquitatem debet ſententiam reformare, & etiam ex iuſta cauſa pro bono pacis in aliquo modico partem lędere. not. Ant. in c. prædicto. ver. nunc videamus. Et præſumitur iuſta cauſa, ex quo modicè lędit. Si tamen in totum ſequitur ius ſcriptum, omiſſa naturali æquitate, ſecundum quam poterit laudum in aliqua parte confirmare non poteſt propter hoc eius ſententia retractari: quia licet poſsit naturalem æquitatem ſequi in tractando arbitratoris laudum, tamen non artatur illam ſequi, ſi non vult: vt no. idem Ant. in eo. c. ver. quæro. an in hac. penult. colum. Sed hoc vltimum dictum videtur contra primum, arguendo de toto ad partem.

Arbitratoris laudum licet non ſuſpendatur per petitionem reductionis ad arbitriũ boni viri, tollitur tamen effectus pręſumptionis eius ſicut in appellatione ab excommunicatione. no. Ant. in d c. quintauallis. verſi. venio ad ſextam. vbi ergo non pendet reductio & reclamatio, præſumitur ꝗ laudum ſit iuſtum: vt not. Ant. in. c. quoniam contra. de proba. penul. car. verſic. nunquid autem productis arbitris.

Arbitratorum laudum reducitur ad arbitrium boni viri per officium iudicis, & quãdoq; iure actionis, ſecundum Bart. vt no. Ant. in. d. c. quintaual. ver. venio ad ſecundum, quo iure.

Arbitratoris laudum poteſt peti redtci ad arbitrium boni viri vſque ad triginta annos, qua tanto tempore durat actio & officium iudicis, per qtam petitur dicta reductio: imò poteſt quandoque perpetuò peti: vt quando competit officium iudicis loco exceptionis, quæ perpetua eſt, licet Bart. dixerit, & malè, quòd quandoque finitur quadriennio, & quod in omnem caſum eſt neceſſe, quod petens reductionem contradixerit laudo intra annum ſaltem extra iudicium, quod non eſt verum, quia iure non cauetur. no. Anton. in d. c. quintauallis. ver. quæro tertiò. Item not. Bald. ff. pro ſocio. l. vnde ſi Neruæ. C. de contrahen. empt. l fin. penu. col. ver. quouſque. Secus in laudo arbitri, quod non poteſt niſi vſque ad decem dies peti retractari: vt not. ſup. ver. arbiter. §. arbiter. ver. quod ſi non petitur.

Arbitratoris laudum ſi petitur reduci ad arbitrium boni viri, iure actionis, vel per officium iudicis, quod datur principaliter propter ſe, vel loco actionis, debet ſupradicta reductione adiri iudex eius, contra quem petitur. Vbi autem agitur officio iudicis, quod datur loco exceptionis: tunc debet adiri iudex ipſius petentis, qui dicitur competens ſuper dicto officio, ſicut eſſet competens ſuper actione agente, quod eſt notandum. Aduerte tamen, quod ſi dubium eſt ſuper reductione laudi propter iuramentum, aditur Iudex eccleſiaſticus. Idem ſi laudum eſt ſuper materia ſpectante ad Eccleſiam, vt ſuper matrimonio, idem ſi eſt latum contra pietatem, idem ſi ex eo euidens inſurgit peccatum. An autem adiri tunc debet iudex Eccleſiaſticus petentis reductionem, vel eius contra quem petitur, patet ex præmiſsis. not. Anton. in cap. quintauallis. ver. venio ad quartum. Et vide quod not. per eundem Anton. de foro compet. cùm ſit quint. colum. ver. tertius caſus. vbi dicit, quod Iudex eccleſiaſticus etiam inter laicos eſt iudex competens in cauſa reductionis propter iuramentum. Et ſi laudum quod petitur reduci, apparet nullum, poterit iudex reductionis ſuper nullitate pronunciare. not. Anton. de appel. cap. dilecto. penult. colum. in princip. quod eſt notandum. Et quod dictum eſt in caſu reductionis laudi, adeundum eſſe iudicem actoris vel rei, limita, niſi ſit lau-

dum tale, quod ex forma ſtatuti produceret actionem, & haberet vim ſententiæ, quo caſu adeundus eſſet iudex, & ſuperior arbitratoris, de cuius ſententia conqueratur. Sed pro caſu, cùm quæritur de contractu: videlicet de laudo, quod habet vim tranſactionis: vt no. per Barto. & Bald. in l. 2. C. vbi & apud quem cognitio in integ. Et limita ita quod not. Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. arbitror. ff. pro ſocio. ver. quid erit. Et vide omnino Fred. de Senis conſilio ſuo 285. vide etiam Anton. qui Freder. limitat de foro compet. cap. ſi Clericus. vndecima columna. in princip. verſi. & hoc deciditur etiam.

Arbitratoris laudum poteſt detegi iniquum ex nouis probationibus: quia in cauſa reductionis non eſt neceſsè quod arguatur dolus eius. Si autem exigitur dolus, tunc non poteſt iniquitas detegi, niſi ex ijſdem actis, quia aliter nõ concluderetur dolus, qui nõ cadit in ignorantem, niſi facto arbitratoris occurriſſet, quò minus probationes factæ eſſent. Vbi autem coram eo arbitratore non apparent acta, ad quæ conficienda non artatur de facili, non probabitur dolus, niſi præſumptiuè, vt ſi abſoluit in totum, vel magna parte, & agens vult probare debitum clarum: nam tunc concluditur dolus præſumptiuè. Prædicta intellige de præſumptionibus omninò nouis. Nam ad probandum acta antiqua poſſunt noui teſtes produci: vt ſi agens vult probare coram arbitratore aliquid fuiſſe probatum. no. Anton. in dict. c. quintaual. ver. venio ad ſextum. vide inf. §. proximo.

Arbitratoris laudum quando petitur reduci ad æquitatem, debet petens probare iniquitatem & læſionem: non, quia pro laudo præſumatur: ſed quia petens fundat ſe in læſione. & hęc eſt eius intentio, quam probare habet, & ideo ſi per laudum eſt reus abſolutus in toto, vel in magna parte, & actor producit clara inſtrumenta vel teſtes de debito: niſi appareant aliæ circumſtantiæ, præſumitur laudum iniuſtum, licet poſſibile ſit arbitratorem habuiſſe probationem ſuper exceptionibus: quia pro his aliàs non præſumitur, vt quia laudum, ideo tranſit in rem iudicatam. no. Ant. in dicto c. quin-

c. quintaual.ver.venio ad ſextum. Idem ſi petens reductionem dicat ſe condemnatum,& non appareat aliter, quòd debitor eo ipſo probat laudum iniuſtum: vt not. Anton.in conſilijs ſuis, conſil. 27. Et fuit opin. do. Franc. & Archi. quem ref. in d.c. quintaual. ver. venio ad ſeptimum. & ibi, per quem dicit Franc. vide omninò ſuper verbo,præſumptio §.præſumitur pro laudo.

Arbitratoris vel arbitri laudum,ſi eſt petitum reduci propter iniquitatẽ, & petens ſuccumbat, in pœnam compromiſsi incidit, niſi euidenter appareat de cauſa iuſta petendi. not. Anto.in d.c. quintauallis.ver. ſed eſt dubium.in antepenult. colum.

* SINGVLARE.

Arbitri non poſſunt ferre laudum partibus non citatis, licet dictum ſit in compromiſſo, quòd poſſunt ferre laudum abſentibus partibus,vt determinat Spec. in titu de arbit. in §. excipitur.in fin. quod dictum pro valdè notabili refert & ſequitur Ioan.de Imo.in c.cum dilectus.de arbit.& Alex.in l.ſi quis arbitratu.in 5.colu. ver. quartò limita.ff. de verb.obligat.ideo debebit dici in compromiſſo,quod arbitri poſſunt ferre ſententiam partibus abſentibus, & non citatis: nam hoc caſu benè valebit ſententia non citatis partibus,ſecundum Doct. in dictis locis, Quod eſt practicabile.

Arbitratoris laudum, ſi eſt laudum ſuper eo, quod aliàs per ſententiam erat deciſum,an valeat,vide ſuper verſic. compromiſſum.

44 †Arbitrator poteſt procedere,vt arbiter ſuper vno articulo,& vt arbitrator ſuper alio, & vt iudex delegatus ſuper alio, quando in iudicem delegatum ſit compromiſſum, tanquam in arbitrum, & in arbitratorem: & vna poteſtas per aliam adiunctam non expirat, de præben. niſi eſſent c. hoc ſingulariter no.Ant.

45 †Arbitrium ſimpliciter compromiſſum, intelligitur de arbitrio boni viri. Sed ſi additur verbum Liberum, intelligitur quòd poſsit etiam iniuſtè facere,dum tamen dolus malus abſit.Item verbum Videtur,& verbum Placet, important arbitrium boni viri, ſed verbum Iudicio tuo,importat liberum arbitrium. no. Bal. in l. ſi ſic legatum, in princ. de legat.1.& pleniùs in. Extra-

trauaganti ad reprimendam. ſuper ver. videbitur. vbi de verbis Iudicio tuo, dicitur contrarium. Idem eſt in verbo Plenum, quod eſt in verbo Liberrimi. de leg.3.l. fideicommiſſa.§. ſic fideicom. Et iſta not. Barto. ibi, & vide per eum de arbitrio generaliter commiſſo. in l. ambitioſa. de decre. ab or. fa. Et vide gloſſ. in verb. videbitur. in c.2. de corpore vitia. & ibi per Ant. & pleniſsimè per eum in c.1. de conſtit. vbi de multis verbis loquitur, an importent arbitrium boni viri. & de accuſa. c. ſuper his. penult. colum. Et vide ſuper ver. volo. inf.

46 † Arbitrium differt à facultate, & à conſcientia: nam quædam committuntur in iudicis facultate, & in illis poteſt iudex ſecundum velle ſuum procedere, quia ſic agendo facit quod ius vult. vnde non eſt opus querelæ. Item in commiſsis conſcientiæ iudicis, in quibus nec appellatur. Si tamen appelletur, operabitur quò ad finem deuoluendi, etiamſi ſuperior poſsit deliberare, an quod actum eſt, reuocetur. Sed in commiſsis arbitrio iudicis aduertendum eſt, quod aut committantur ad arbitrium liberrimum cum cauſa, vel ad arbitrium iudicis ſiue boni viri. Primo caſu poteſt iudex ſecundum velle ſuum procedere, ac ſi eſſet commiſſum eius facultati, ſecundum Ioan. Andre. quod eſt verum ſecundum Bart. in his, quæ ſunt grauis præiudicij, vt in ſententijs tenetur ſequi regulas iuris naturalis & æquitatis rationalis, licet ſit libera regulis iuris poſitiui & ciuilis: quinimò & remedia iuris ciuilis, ex quibus eſſet ius quæſitum, & præſcript. ſeruare teneretur: quia ex quo ſunt quæſita, ſunt ex naturali æquitate affixa, & illa tollere eſſet cōtra naturalem æquitatem: licet enim liberum arbitrium concludat voluntatem, & rectè, nō regulat tamen, dummodo excludatur dolus, illud eſt verum, vbi non tangitur præiudicium tertij, ſecundum Lapum. Secundo caſu, quando committitur ad arbitrium cum cauſa: vel ad arbitrium iudicis, vt boni viri, tunc non tenetur ſequi regulas ciuiles, circa ordinaria litis, & modum procedendi, ſed circa deciſoria, & modum finiendi ſic, niſi & circa ipſa deciſoria iam determinata aliter determinandi daretur arbitrium, quo tamen caſu tenetur ſequi naturalem rationem. & quatenus illam non ſequitur per viam appellationis, vel reductio-

ductionis ad arbitrium boni viri reuocabitur. not. Anton. de conſtitu. cap. primo. ver. oppono quod imò. Sed Barto. in Extrauaganti ad reprimendam concludit, quod in commiſsis ad arbitrium boni viri tenetur iudex ſequi regulas ciuiles, & etiam quò ad ordinaria, benè, & pro eo videtur caſus in l. 1. ff. de arbit. vt patet, quia ſi cauſa committitur in arbitrium, eius arbitrio cognoſcenda & finienda, tenetur non ſolùm in iudicando, ſed etiam in procedendo, etiam iuris ordine ſeruato, & hoc verius videbitur. Sed dictum Anton. procedit in his, quæ committuntur ad liberum arbitrium, vt patet in l. quam allegat. C. de inoffic. teſtament. ſed quandoque loquitur de actu in libera facultate conceſſo. Et vide omninò ſuper ver. liberum.

47 † Archidiaconi officium eſt inducere beneficiatos per Epiſcopum, & alios in corporalem poſſeſsionem. Et examinare ordinandos. Quod officium poteſt per alios vel alium exercere, cùm non ſit electa induſtria perſonæ. not. Rom. conſil. 378. & vide ſuper ver. dignitas.

ADDITIO.

Sed Archidiaconus non poteſt conferre beneficia, vel præbendas: vt habetur per Innocen. in c. cum ſatis, ad fin. in ver. Eccleſiam autem. de offic. Archidiac. allegant 16. quæſtio. 7. c. nullus. Niſi hoc ex conſuetudine, vel priuilegio habeat: tunc facit tanquam vicarius, per c. ſuper eo. de offic. deleg. & c. cùm veniſſent. de inſtitu. hæc Innoc. in d. c. cum ſatis.

Dignitas §.
Cura §.
Prælatus §.

Archidiaconus de iure communi eſt maior dignitas poſt pontificalem. not. Ant. in d. c. 1. de offic. Archidiac. Ioan. And. c. deliberatione. de offic. le. lib. 6. in glo. 3. in fi. vide inf. ſub ver. dignitas, quæ dicatur maior.

Archidiaconus poteſt de iure communi Eccleſias intra limites ſui Archidiaconatus ſitas viſitare, & ab eis procurationem recipere ſemel in anno, vt patet in cap. mandamus. de off. Archi. licet gloſſ. dicat, quòd illud eſt

ex conſuetudine præſcripta: ſed text. dicit de conſuetu. debet ergo intelligi de iure. Idem probatur in c. ad hoc. eod. tit. vbi dicit text. quòd Archidiaconus habet iuriſdictionem audiendi iurgia ſingulorum, & ſolicitandi Parochiales, ac corrigendi & emendandi quæ vidit corrigenda. In quibus verbis includitur poteſtas iuriſdictionis viſitandi: nec poteſt dici, quòd ibi ſequitur de conſuetudine: quia Papa fuit de iure conſultus, & de iure reſpondet, & ideo declarant illum textum Hoſtie. & Ioan. Andre. in cap. final. ſuper ver. duntaxat. Idem probatur per text. in cap. cum apoſtolus. de cenſi. & in cap. primo. & in c. final. eodem titu. lib. 6. iuncta gloſſ. 1. ſuper verſic. Prælat. & hoc tenet Ioan. Andre. in cap. cum ſatis. ſuper ver. annuatim. de offic. Archi. Idem tenet Archidiac. 99. diſtinct. c. ſi quis magiſter. §. Archidiaconi. & 25. diſtin. c. perlectis. ſuper ver. cum iuſsione. nec obſtat cap. final. de offic. Archi. quia ibi loquitur de Abbatijs: & idem in prioratibus conuentualibus, & conſequenter idem in Eccleſijs collegiatis: quæ etiam cùm ſint maioris tituli, non poſſunt per Archidiaconum viſitari, ſed tanquam de maioribus, & grauioribus Epiſcopo reſeruantur. Et hoc etiam probatur ex textu dicti capit. ad hoc. ibi ardua, &c. Sed Parochiales Eccleſias, & beneficia inferiora, quæ ſunt minoris tituli, poteſt Archidiaconus viſitare. Hoſtienſ. & Ioann. Andre. hanc diſtinctionem faciunt in dicto capit. final. ſuper ver. monaſterio. & ſuper ver. duntaxat. Et probatur ex text. cap. final. de officio Archipresbyte. vbi eſt expreſſum, quod Archipresbyter poteſt presbyteros in ſua plebe minores titulos habentes viſitare, & de eis curam habere. Ergo hoc fortiùs poteſt Archidiaconus, cuius iuriſdictio amplior eſt: vt patet in capit. primo & finali. de officio Archipresbyt. Et licet etiam Epiſcopus poſsit viſitare Eccleſias intra limites Archidiaconatus inſtitutas, non propterea impeditur Archidiaconus, quin & ipſe viſitare poſsit: vt notat Ioannes Andreas, & Antonius in dicto capit. mandamus. Item Archidiaconus poteſt viſitare, ſi vult, ſemel in anno Eccleſias, etiam extra Archidiaconatum eius ſitas, tamen in eadem diœceſi, in qua eſt Archidiaconus: & hoc

& hoc verum, Epiſcopo illas non viſitante. Sed de triennio in triennium tenetur eas de neceſsitate viſitare Epiſcopo non viſitante: vt not. Ioan. And. in c. 1. de offi. Archi.

Archidiaconus non eſt Prælatus, ſi non aſſumitur per electionem: vt not. Ioan. And. in c. 2. de iudi. vide ibi Anton. & vide infrà ſuper ver. Prælatus. §. Prælati appellatione.

ADDITIO.

Adde an Archidiaconus ſit Prælatus, vide per doct. in c. decernimus. extrà de iudic. & per Ioan. And. in c. cum qui. de præben. lib. 6. faciunt notata in c. cum ad Eccleſiarum de officio ordina.

48 † Archiepiſcopus de iure communi poteſt viſitare omnes Eccleſias ſuæ Prouinciæ. de præſcript. cùm ex officio. de cenſi. §. ſopitæ. melius de cenſi. c. fina. lib. 6. ac contra hoc præſcribere poteſt: vt in dict. c. cùm ex officio. & vide ſuper ver. Epiſcopus. §.

Archiepiſcopo tenentur omnes ſuffraganei iurare fidelitatem & obedientiam. de maio. & obedientia. c. dilecti. de priuileg. c. antiqua. & vtrobique no. per glo.

Archiepiſcopus ad loca exempta intra Prouinciam ſuam declinans, vel per eam tranſitum faciens, poteſt inibi crucem ante ſe portari facere, populo ſolenniter benedicere, ac in pontificalibus etiam cum pallio celebrare, & facere coram ſe ſine pontificalibus celebrari. Sed extra Prouinciam ſuam non poteſt Archiepiſcopus vti pallio, etiam licentia eius, ad quem ſpectat, niſi ſuper hoc eſſet priuilegiatus à ſummo Pontifice. Sed pontificalibus, ſc. criſmando, degradando, & ordinando vti poſſet cum licentia diœceſani loci: quia ſtrictior eſt vſus pallij, quàm pontificalium, vt in cle. 1. & ff. de priuileg. in text. & gloſſ. & de benedictione ſolenni. not. Ioan. Andre. in c. Abba. de priuileg. lib. 6. in nouel.

Archiepiſcopus quãdo & qualiter poſsit intra diœceſin, & in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum iuriſdictionem aliquam, vel aliquod aliud exercere, vide de offic. ordina. c. paſtoralis. in princip. & c. 1. eod. tit. lib. 6. & de præſcript. c. cùm ex officio. & de ſup. neglig. Prælat. cap. 1. lib. ſexto. & de foro compe. cap primo. eod. lib.

lib. & de pœniten. & remiſ. c. penult. de cenſi. c. perpetuo. lib. 6.

ADDITIO.

Adde do. Felin. in d. c. paſto. vbi latè & ordinatè tractat quid Archiepiſcop⁹ poſsit inter ſuffraganeos ſuos.

Archiepiſcopus non poteſt ſuam Prouinciam viſitare, niſi prius in ſua diœceſi viſitauerit. vt de cenſi. cap. 1. lib. 6. Archipresbyter. & vide ſuper ver. dignitas. §. &c.

49 † Archiuo vtrùm ſcriptura, quæ reperitur in archiuo publico, faciat plenam fidem, vide ſuper ver. ſcriptura. §. ſcriptura. de Archiepiſcopo.

50 † Arreſtare propriè eſt præcipere alicuí ſub pœna, ne de eo certo loco recedat. de hoc vide quod no. Fran. zab. in cle. 1. de hære. &c.

51 † Arma & inſignia alicuius, an aliquis poſsit ſibi aſſumere & deferre. vide Anton. in c. dilecta. de exceſ. Prælat. &c.

ADDITIO.

Adde ibidem per dominum Abba. Qui primò tractat, an liceat alicui vti vel portare arma ſeu inſignia: deinde quærit, an liceát, an quis poſsit aſſumere arma alterius.

52 † Argumentum à contrario non habet locũ, quando eſt contra alia iura. not. gloſ. de foro competenti. in c. ſignificaſti, aliàs validum eſt, de his, quæ fi. à Præla. c. cum apoſtolica. Et vide ibi Anton. in cap. publicato. ad fin. de ele.

Argumentum à communiter accidentibus eſt validum in materia probationum. not. per glo. & Butri. & Bald. in l. neq; natales. C. de probat.

* SINGVLARE.

Argumentum à communiter accidentibus validum eſt in iure. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. peta. l. certi iuris. C. de iudic. & non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam criminalibus validum eſt, & ideo ſing. dixit Pet. de Ancha. in conſil. 23. incip. viſa inquiſitione formata. in 2. colum. verſic. præterea aduertendum ſe habuiſſe de facto, quidam erat confeſſus maleficium per tor-

menta, & tamen poteſtas & eius curia dicebant,quod confeſſus erat ſponte ſine tormento, iſte autem tortus non poterat probare torturam, quia quando fuerat tortus, nemo aderat, niſi famuli poteſtatis. dicit ibi Pet. de Ancha. quod Bald. conſuluit in contingentia facti,quem ipſe etiam ibi ſequitur,quòd ille fuerat tortus, & hoc per argument. à communiter accidentibus, nam iſti poteſtates terrarum communiter ponunt homines ad torturam tempore nocturno nemine ibi exiſtente,quod eſt valdè no.& refert pro ſingu.& ſequitur Hypo.Marſil.ſing.primo. H.F.

Argumentum à contrario ſenſu habet locum,quando ſumitur à verbis diſpoſitiuis,vel à verbis, ex quibus ſumitur cauſa finalis, ſecus ſi impulſiua. Item quando ſumitur à verbis modalibus, vel narratiuis, vel ab vna cauſa finali tantùm, vbi cauſæ ſunt plures. not. Anton.de elect.c.publico.ad fin.

Argumentum à ſequela abſurditatis ſententiæ, vt euitetur abſurditas, eſt validum in iure, vt patet de præben.c.dudum. ver. conſiderantes. lib. 6. in gloſſ. & text. & not. Ioan. Andre. in cap. quamuis.eodem titu. & lib. in nouella.& patet ff. de nego.geſt.l. Pomponius ſcribit.

53 †Articulus datus per agentem interdicto recuperandæ, in quo articulo dicit ſe beneficium,quo ſpoliatus fuit, Canonicè & legitimè poſſediſſe, debet admitti, licet articulans non producat ſuam inſtitutionem; nec dicat per quem fuerat inſtitutus, quia poſtea in termino dato ad probandum poterit inſtitutionem ſuam probare per ſcripturam vel teſtes. Satis enim in articulo exprimit colorem eo ipſo, quod dicit ſe Canonicè inſtitutum, præſertim quia dictus articulus non eſt obiectus, ſed de iure dantis, ideo non requirit tam exactam ſpecificationem.no.Rom.conſil.257.& no. Anton.de reſt. ſpo.c. in literis.14.col.ver. ex his deciditur. Et vide ſuper verſic.

Error §.
Iudex recipiendo §.
Libellus §.
Terminus §.

Articuli de præſcriptione exemptionis dati per De-

canum & Capitulum contra Epiſcopum viſitantem non concludunt, nec admitti debent, niſi in eis dicatur de alio Prælato, qui huiuſmodi iuriſdictionem cõtra Epiſcopum præſcripſerit, vel quod illi, ſcil. Decanus & Capitulum præſcripſerint, quod alijs Prælatis ſubſint. no. Rom. conſ. 230. Item dicit Anton. de præſcript. c. auditis. 6. col. verſic. oppo. quod non poſsit.

Articuli dati ſuper præſcriptione ſunt concludentes eo ipſo, quod articulans dicit ſe legitimè præſcripſiſſe, licet non dicat, quod per 40. annos. no. Ro. conſ. 248. & licet non dicat, quod tali titulo poſſedit. no. Anton. de reſtit. ſpol. c. in literis. 14. colum. ver. ex his deciditur.

Articuli ſpecificati in prima inſtantia poſſunt melius ſpecificari in ſecunda, & non dati in prima poſſunt dari in ſecunda. no. Rom. conſil. 36. & vide in l. per hanc. C. de tempo. app.

Articuli in materia obiectiua non debẽt admitti, niſi exactè ſpecificentur. Ideo excipiens, quod beneficium reſignatum per aduerſarium, idem aduerſarius poſt reſignationẽ tenuit, & fructus per ſe vel per alium accepit, non auditur, niſi illum alium exprimat, & de eius mandato ſpecificè doceat. Et idem in obtinente contra primum impetrantem de conſumptione gratiæ, ſeu per acceptationem alterius beneficij per ſe vel per alium facta. no. Rom. conſil. 245.

Articuli in materia obiectiua, licet requirãt exactam & magnam ſpecificationem termini, ſcili. nominis, loci, vel temporis, ac aliarum circumſtantiarum, de quibus vide in l. libellorum. ff. de accu. tamen de neceſsitate nõ requiritur ſpecificatio diei & horæ, dummodò menſis & annus benè ſpecificentur, niſi dies & hora eſſent de ſubſtantia materiæ in articulis deductis. not. Rom. conſil. 255.

Articuli non dicuntur obiectiui, ſed de iure partis, quando tendunt ad purificandam & implendam gratiam articulantis, licet directè & principaliter inferant ius alteri parti non competere, tunc ergo dicuntur obiectiui, quando per eos non docetur principaliter, nec in conſequentiam de iure articulantis, ſed ſimpliciter docet de nõ iure alteri⁹ partis, ſed aduerſarij. no. Ro. co.

28. & vide omninò Oldr. in conſilijs ſuis, conſil. 95. & 148. & 182.

Articuli dati in certum caſum & euentum, ſi ille caſus non euenit, non ſunt admittendi, quia probati non releuant, debet ergo articulans expectare illum euentum, in quem dedit, antequam ad probandum admittatur. no. Rom. conſil. 170.

Articulus poteſt formari per verba iuris, licet tutius ſit fieri per verba facti, quò ad teſtem, vt clarius probet teſtis. not. Ant. de reſtit. ſpo. c. in literis. 14. col. ver. 2. ex his verbis deciditur.

Articuli contra quos excipitur, quòd non ſunt admittendi, poſſunt admitti ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & ita habet communis practica propter lites abbreuiandas. no. Anto. de offic. deleg. c. cùm contingat. in fin.

ADDITIO.

An autem pars ſit citanda in admiſsione articulorum, vide per do. Fel. in c. ſuborta. col. 6. ante me. verſic. limita. 6 de re iud. & in c. 2. col. 10. de teſti.

54 † Articulorum verba, & etiam poſitionum debent intelligi, prout iudici ſunt propoſita, & prout materia verborum de facto importat, non autem recipiunt intellectum à natura ſubiectæ materiæ, nec à iuris interpretatione: vt not. Anto. in c. fraternitatis. de teſti. in char. 5. Ex prædictis poteſt decidi aliqua quæſtio. & idem not. Ioan. Andre. in c. cum. Ioan. de fid. inſtru. ſuper verbo, vnica tantùm venditio, &c.

55 † Aſſecutus ſiue adeptus dicitur quis beneficium, quando habet titulum ſiue ius in poſſeſsione beneficij. Si autem habet ius tantùm, non dicitur aſſecutus, neque adeptus beneficium, ſed ius in beneficio, vt patet in cap. ne captandæ. de conceſ. præben. vbi text. ponit iſta duo pro diuerſis, aſſequi beneficium, & aſſequi ius in beneficio, & hoc not. ibi Ioan. Andre. ſuper ver. ius, in ipſo. in nouella. fateor tamen quod verbum Aſſecutus poteſt verificari in aſſecutione iuris, etiam ſine poſſeſsione: vt patet in c. ſi is cui. & in c. ſi pauper clericus. de præben. lib. 6.

56 † Attentata lite pendente reuocantur etiam poſt mortem

mortem attentantis. not. Rom. conſil. 75. in nouis. Et vide ſuper ver.

Iudex §.
Sententia §.
Appellatio §.

Attentata poſt appellationem legitimam non validantur, licet appellatio poſteà deſeratur, vel renuncietur, imò adhuc poſſunt peti reuocari per viam attentati. not. Anto. de eo, qui mit. in poſs. c. cùm veniſſent. verſic. oppon. quod Papa. Sed Rota dicit, quòd attentata poſt appellationem à diffinitiua non reuocantur per modum attentati, appellatione deſerta, quando de deſertione apparet in actis, ſecus ſi deſertio egeat alia probatione, licet aliquibus viſum fuerit, quod cùm exceptio deſertionis ſit præiudicialis petitioni attentatoris, quòd de illa exceptione eſſet ante omnia cognoſcendum, not. Rom. conſil. 1. & vide omninò ſuper ver. executio. §. executio facta penden.

Attentata pendente tempore appellandi reuocantur per viam attentati, ſicut ſi poſt appellationem attentata forent, fallit in ſententia excommunicationis, quia lata ante appellationem non reuocatur per viam attentati, ſed eget abſolutione iudicis, ſecundum Ioan. Andre. not. Rom. conſil. 187. ver. de ſecundo. Prædicta intelligo in attentatis, penden. tempore decem dierum à die ſententiæ. Sed attentata poſt decem dies à die ſententiæ ante appellationem, quæ tamen poſtea fuit interpoſita intra decem dies à die ſententiæ, non reuocantur per viam attentati, ſed per viam iniuſtitiæ, ſic docto. de iniuſtitia in cauſa appellationis. not. Rom. conſil. 187.

Attentata poſt executionem ſententiæ excommunicationis poſt appellationem ab ipſa ſententia interpoſitam, puta denunciatio, aggrauatio, & reaggrauatio non reuocantur per viam attentati, ſpeciale eſt in ſententia excommunicationis, quia appellatio eam non ſuſpendit. Rom. conſil. 425. §. ex eodem. & vide Anton. in c. bonæ. de appel.

Attentata pendente cauſa reſtitutionis ad appellandum reuocantur per viam attentati. Idem multò fortius in attentatis poſt reſtitutionem conceſſam, &

& ante appellationem interpoſitam durante, tamen tempore appellandi: Fallit in attentatis circa cenſuras eccleſiaſticas. not. Rom. conſil. 379. vide etiam conſil. 444.

Attentata lite pendente per iudicem à quo, ante appellationem à grauamine interpoſitam non poſſunt reuocari per iudicem ad quem, per viam attentati. Secus ſi forent attentata poſt appellationem vel inhibitionem. no. Rom. conſil. 252. aliàs 332. &c.

Attentata poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam non reuocantur, niſi in euentum cauſæ appellationis. Idem eſt in attentatis poſt appellationem extraiudicialiter interpoſitam. Prædicta intellige niſi appellans obtuliſſet ſe probaturum cauſas grauaminis, & non fuit admiſſus: quia tunc pro reuocatione attentatorum ſufficit probare cauſam legitimam fuiſſe expreſſam, & ipſam ſe obtuliſſe probaturum, & non fuiſſe admiſſum. Fallit in appellatione etiam extraiudicialiter interpoſita, ſuper electionibus cathedralium vel regularium Eccleſiarum, quia tunc quicquid fiat contra & poſt appellationem emiſſam, etiam cauſa probabili, licet non oblata probatione, eſt ipſo iure nullum. not. Rom. conſil. 344. Et vide pleniùs per Anton. in c. bonæ. de appel. vbi plenè tractat materiam attentatorum.

Attentata per iudicem vel per partem poſt appellationem extra iudicium interpoſitam ante notificationem eiuſdem eis factam, non reuocantur per modum attentati propter iuſtam ignorantiæ cauſam. no. Rom. conſil. 309. aliàs 303. & vide Anton. in dicto c. bonæ. de appel.

Attentata per actorē lite pendente poſt mortem rei & poſſeſſoris poſſunt peti reuocari per ſubrogatum ad litem & ius defuncti. Iudex tamen non ad inſtantiam illius ſubrogati, ſed ex puro & mero officio debet illa attentata reuocare, faciendo poſſeſsionem cum fructibus reſtitui, quæ poſſeſsio non datur ſubrogato, ſed manebit vacua, donec lis fuerit finita.

Attentata autem per tertium non poteſt ſubrogatus petere reuocari per viam attentati: quia nunquam fuit inter illos duos lis, Sed actor qui fuit ſemper in li-

te, benè poteſt dictam reuocationem petere. not.Rom. conſil.411.

Attentatum an dicatur id quod iudex facit pro executione ſententiæ, pro quo fuit appellatum, ſi appellans non certificauit iudicem de proſecutione facta in termino ſibi aſsignato. vide ſuper ver. aſsignato. & ſuper ver. aſſecuto. §. executio ſententiæ non impeditur,&c.

Attentata lite pendente nunquam veniunt reuocanda ad inſtantiam illius,de cuius iure non clarè conſtat,præſertim quando reuocatio tendit ad reſtitutionem poſſeſsionis beneficij,ne detur vicioſus ingreſſus. not. Rom. conſil. 55. Quod intellige,quando notoriè & clarè conſtat de non iure ſuo. not. Rom. conſil.55. Ea tamen caſu poteſt iudex reuocare ex ſuo mero officio non promoto, non vt pars, de cuius vero iure conſtat, reſtituatur, ſed vt tertio conferatur. not. Rom. conſil. 14. in fin. Et not. Anto.in c.bonæ. de appel.de hoc habetur in deci. Rotæ 58. in nouis.

Attentatum dici non poteſt, ſi actor qui obtinuit in poſſeſſorio,intrauit poſſeſsionem propria autoritate pro executione ſententiæ, licet petitorium tunc penderet. Ideo per viam attentati non poteſt peti reuocari talis poſſeſsio. not. Roman. conſil. 417. ver. ſed pone. & peti incidenter reuocari, qua petitione & reuocatione attentatorum proceditur nullo iuris ordine ſeruato , cùm iudex ex ſuo mero officio poſsit ea in priſtinum reuocare, & requiritur quod agens probet titulum. not. Roma. conſil. 14. & Anton. in c. bonæ. de appellat. &c.

ADDITIO.

An autem victor propria autorit.etiam in beneficialibus poſsit capere poſſeſsionem. vide ſolenniter in c.de cætero.de re iudi.colum.5.poſt me.

Attentata lite pendente,ſi quis petit reuocari in cauſa beneficiali,ſufficit quod probet ſe poſſediſſe tempore litis inchoatæ, & ea pendente ſpoliatum fuiſſe,licet aliter poſſeſsionem ſuam non coloret: quia hoc interdictum eſt magis priuilegiatū,q̄ interdictū vnde vi.Ratio eſt,quia hic offenditur iudex & pars in interdicto vnde

vi. ibi pars tantùm. not. Rom. conſil. 14. Et not. Anto. in c. bonæ. de appel.

Attentata poſt appellationem à partibus ad curiam interpoſitam poſſunt peti reuocari, non obſtante lit. conteſt. facta ſuper appellatione, quare in quacunque parte iudicij poteſt talis reuocatio peti, & ante omnia debet expediri. not. Rom. con. 175.

Attentata poſt appellationem, ſi petuntur reuocari, non ſufficit probare per confeſsionem appellati, appellationem eſſe interpoſitam, niſi doceatur, quod intra decem dies, & per habentem poteſtatem appellandi, fuerit appellatum. not. Rom. conſil. 190.

Attentatorum remedium competit ſpolianti, quando ſpoliator fuit vltimò ſpoliatus: nam facit pro vltimo ſpoliato: quia vltimum ſpolium eſt prius purgandum. not. Rom. conſi. 185. & vide ſuper ver. ſpoliatio.

Attentans lite pendente, non ſolùm venit condemnandus per viam attentati, ad reſtitutionem poſſeſsionis ſiue rei, quam occupauit. Sed etiam ad fructus percipiendos, quia violento poſſeſſori comparatur, niſi habuerit probabilem colorem dubij. not. Roma. conſilio 25.

Attentata lite pendente non poſſunt reuocari poſt concluſionem in cauſa. not. Rom. conſi. 57. quod eſt verum ad inſtantiam partis, ſed ex mero iudicis officio non promoto reuocari poſſunt etiam poſt concluſionem. not. Rom. conſil. 14.

Attentata per Epiſcopum viſitantem Eccleſiam Parochialem ſuæ diœce. non debent reuocari ex eo, quia rector illius Eccleſiæ probat illa attentata eſſe poſt appellationem per eum interpoſitam, in qua dixit, ſe ab ipſo exemptum priuilegio vel præſcriptione, niſi probet etiam exemptionem aliqualiter, licet nõ plenè. not. Rom. conſil. 234.

Attentatorum reuocatio non habet locum in irretractabilibus: vt not. Rom. conſil. 362. in fin.

Attentata lite pendente per procuratorem non habentem ad hoc ſpeciale mandatum, non veniunt reuocanda per viam attentati: quia in generali mandato nihil venit illicitum. not. Rom. conſil. 81. & Lap. in c. eum qui. de præben. lib. 6.

Atten-

Attentatorum ſententia,per quam mandatur attentata reuocari,eſt executioni mandanda ante omnia,etiam antequam de principali cognoſcatur,quæ executio fieri debet etiam in expenſis,in quibus pars extitit condemnata.no.Rom.con.99.

Attentatorum ſententia,per quam mandatur attentata reuocari,habet vim diffinitiuæ. Ideò pro eo taxatur Notario tantum quantum pro diffinitiua,& pro regiſtro quantum continet:pro aduocato autem &procuratore ad arbitrium iudicis,prout viderit eos laboraſſe. no.Rom.con.99.

ADDITIO.

57 †Auctoritas doctorum poteſt allegari pro lege deficiente.Tex.eſt notabilis ſecundum Ang.in l.ſi idem cũ eodem.ff.de iuriſd.omnium iud.

Auctoritas quando requiritur ad validitatem actus, oportet quod in ipſo actu,vel ſtatim & immediatè poſt interueniat. vt de deci.c.cùm Io.vbi ponitur ſtatim collectis fructibus poſt interueniat,aliàs nihil operaretur. no.Inno.de conſue.c.cùm conſuetudinis.& de reb.ecc. non alienan.c.1.lib.6.& An.in d.c.cùm conſuetudinis. Et Bar.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hęr. & Bal.in l.nec quicquam §.vbi decretum.ff. de offi. pro conſul.& legat.&vide ſub verbo,prælatus.§.

58 †Auctoritate Papæ dicitur fieri id quod facit Papa ex ſpirituali commiſsione:ſecus ſi facit iure legationis,quia primo caſu facit vt delegatus,ſecundò vt legatus.de præben.hi qui.& c.ſi eum.& c. ſi apoſtolica.lib.6. Primum caſum intellige,quando in ſpirituali commiſſione ſpiritualiter exprimitur quod legatus facit auctoritate Papæ,ſecus ſi ſimpliciter mandatur legato,vt aliquid faciat,quod tamen ad eum ordinario iure pertinebat, vt patet de reſcript. c. cùm aliquibus. in fin. lib. 6. &c.

ADDITIO.

Auctoritas Papæ vileſcit propter frequentem indulgentiarum conceſsionem,cle.2.§.1.per do.Car.10.nota. de pœni.& remiſ.

Auctoritas cuius diœceſani requiratur in alienatione

ne rei ſitæ in vna diœce. & ſpectante ad eccleſiam alterius diœce. vide Io. de priui. c. paſtoralis.

* SINGVLARE.

Quæ auctoritas doctorum præferatur in cauſis decidendis, vide ſin. per Lud. Ro. ſin. 678. inc. Dicas quæ auctoritas. vbi concludit, quod aut dicta doctorum eccleſiæ fundantur in auctoritate noui vel veteris teſtamenti: & tunc ſtandum eſt dictis eorundem, licet conſilium, Papa, vel Imperator contrarium diceret. Si verò fundātur ſuper dictis ſanctorum, & tunc potius ſtatur Papæ per glo. quam dicit eſſe ſingularē in c. de libellis. 20. diſt. alleg. tex. qui optimè probat 36. q. vlt §. fin. vbi auctoritas ſolius Hieron. præfertur toti concilio. H. F.

Auctoritate noſtra facta, dicuntur per nos facta: quia omnia noſtra facimus quibus noſtra impartitur auctoritas. vide de præben. c. apoſtolicæ. lib. 6. & C. de vet. iu. enucl. l. 1.

59 † Auditor ſacri palatij non poteſt poſt mortem Papæ procedere in cauſis etiam ante mortem inceptis. no. An. in cle. auditor. in fi. de reſc. & vide ſub ver. appel. § iudex. §.

Auus patruus, & auia patrua in ſucceſsione nepotis in bonis ex paterna linea quæſitis excludunt matrem. Similiter auus maternus, & auia materna in bonis ex materna linea quæſitis excludunt patrem. Et idem in proauo & proauia, & alijs ſuperioribus aſcendentibus. C. de bo. quæ lib. l quod ſcitis: & not. Bar. C. comm. de ſucceſs. Auth. itaq. In alijs autem bonis aliundè, quàm ex paterna vel materna linea quæſitis ſuccedit proximior in gradu, & quamuis linea materna vel paterna ſit. C. ad Tertul. Auth. defuncto. Bal. autem dicit, quod licet in lucris nuptialibus, quæ ad nepotem ex linea paterna vel materna prouenerunt, præferatur ille auus, ex cuius linea bona fuerunt: tamen in cæteris & quacunque linea acquiſitis præfertur aſcendens par in gradu. Et ſi ſint plures in eodem gradu omnes pariter admittū tur: vt ipſe not. in d. l. quod ſcitis. & in Auth. defūncto. C. ad Tertul. ver. quæro vtrùm pater, qui & aui & auiæ appellatione continetur, & comprehenditur etiam nō proauus & proauia de vera & propria ſignificatione. Et

ideo

ideò Auth.licet matri & auiæ.C.quãdo mat.tu.off. fun. po.admit. auiam ad tutelam cæteris mulieribus exclu ſis,non intelligitur excluſa proauia:vt no.Bar.& Bal. ff. de poſt.l.cùm eorum.§.item Pomponius.

60 † Autem. iſta dictio Autem eſt aduerſatiua, & de eius natura eſt aduerſari his qui ſunt eiuſdem generis, vt ſi dicerem : ſcholares legunt,Petrus autem currit, in telligitur Petrus,ſ.ſcholaris.& no. per gl.& per Barto.ff. de adul.l.mariti.§.fin.

ADDITIO.

In l.hoc autem.§.de his autem.ff.de dam. infect. in l. tranſigere.C.de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Bannum an omnem extinguat actionem reſpectu bannitorum.*

2 *Baſilica quid dicatur.*

3 *Beneficiorum appellatione quid intelligatur, contineatur, & quod diuerſimodè conſiderantur beneficia.*
Item in quo beneficium differat à priuilegio.

4 *Conferre beneficia an ſit iuriſdictionis.*

5 *Beneficia reſeruata quæ dicantur.*

6 *Generalis beneficij reſeruatio an includat beneficia patronalia.*

7 *Beneficia reſeruata quando dicantur vacare.*

8 *Beneficia deuoluta in quo differant à reſeruatis ad collationem.*

9 *Beneficia manualia per reuocationem cenſentur vacare.*

10 *Penſio an beneficij appellatione veniat.*

11 *Beneficia commendata ſeu alia quæcunque quando dicantur vacare vel non.*

12 *Conſuetudinis tres ſunt ſpecies.*

13 *Beneficia reſignata an ſic ſint alienata vt reſignantes,licet inualidè ad ea redire non poßint.*

14 *Beneficiorum collatio de bonis & fructibus epiſcopatus eſſe dicitur.*

15 *Beneficiorum diſpoſitio in diœceſi cui competat.*

16 *Beneficiorum eccleſiaſticorum incapax ſi per Papam habilitetur:nihilominus vt aliquod aſſequatur, debet ſpecialem oſtendere commißionem.*

17 *Bene-*

17 *Beneficia plura aut plures præbendas habere, an alicui liceat.*
18 *Beneficium eccleſiaſticum an à ſciente defectum patienti conferri poßit.*
19 *Beneficium poteſt ſub alternato modo conferri.*
20 *Beneficium ſola collatione cenſetur collatum.*
21 *Beneficium ingredi auctoritate propria an licitum ſit.*
22 *Beneficium quando dicatur curatum.*
23 *Beneficium quomodo poßit vel debeat reſignari vel acceptari.*
24 *Beneficia eccleſiaſtica an poßint dari ad tempus.*
25 *Cauſa beneficialis quæ dicatur.*
26 *Beneficium primum an per aſſecutionem adminiſtrationis ſecundi incompatibilis vacare dicatur.*
27 *Beneficium indignè poßidens an faciat fructus ſuos.*
28 *Beneficia regularia ſunt ad nutum reuocabilia.*
29 *Beneficium ſimplex non requirit perſonalem ſeu continuam reſidentiam.*
30 *Bigamus verus quis dicatur.*
31 *Bigamia tripliciter conſideratur.*
32 *Bigamus non debet abſq; diſpenſatione ad ordines promoueri.*
33 *Bigamus ad ordines promotus recipit characterem, ſed nõ executionem ordinum.*
34 *Bona fides quando præſumatur, & quando eam quis dicatur habere.*
35 *Brabium diuerſo caſu deberi poteſt.*
36 *Brocardum triplex in iure reperitur, & qualiter quodlibet limitetur & intelligatur.*

DE LITERA B.

1 BANNITVS † qui ex forma ſtatuti non debet audiri, ſi non fuit contra eum oppoſita exceptio banni in cauſa principali, an poterit opponi in cauſa appellationis. vide ſub ver. excep. §. exceptio competens, &c.

ADDITIO.

Banniti duo ſi ſint, alter actor alter reus, an ſtante ſtatuto

tuto quod non audiatur nec agens nec excipiens, an iudex ex officio poſsit repellere agentem. vide per do. Fel. in c. dilecti. col. 4. in princ. verſic. Ad exemplum de duobus.

2 †Baſilica dicitur eccleſia conſtructa antequam ſit conſecrata, poſt cõſecrationem verò vocatur eccleſia. not. Io. An. de iure pa c. nobis. ſuper. ver. eccleſiam.

3 †Beneficium poteſt conferri per Papam ſub conditione, ſi vacabit, de præbend. c. 2. lib. 6. non tamen per inferiorem: vt no. eo. tit. & in c. ſi tibi abſenti. in glo. Sed nunquid ſub conditione, aut ſi vacat, etiam per inferiorem conferri poteſt: vt no. in c. 2. de elect. li. 6. in glo. ſuper ver. iuncta. & per Lapum allegatione 6. Etiam ſi ignoraret vacationem: vt no. per Io. Mo. & Io. An. in d. c. ſi tibi abſenti. & vide ſub verſic. adminiſtrator. in princ. &c.

Epiſcopus	§.	
Cura per totum	§.	gratia per totum.
Homicidia	§.	Irregularis §.
Iudex	§.	
Litigioſum	§.	
Papa	§.	
Prælatus	§.	
Priuilegium	§.	priuilegiũ differt.
Illegitimus	§.	
Irregularis	§.	
Iurans	§.	
Menſa	§.	
Poſſeſsio	§.	
Permutatio	§.	

4 †Beneficia conferre eſt iuriſdictionis licet voluntariæ. not. Io. And. ne ſe. va. c. illa. Et patet, de elect. c. noſtri. & c. tranſmiſſam.

Beneficij appellatione an includatur præbenda vel non, ſi forte quis ſit ad beneficia diſpenſatus, vide conſ. Roman. 247. & vide infr. §. beneficij appellatione. largo modo.

Beneficium in quo differt à priuilegio, vide ſub verbo, priuilegium §. priuilegia differunt.

Beneficij appellatione continetur canonica, ſiue canonicatus ſub expectatione præbendæ, quando eſt canonicus

nonicus intra numerum. Secus ſi extra numerum, niſi præbendæ non eſſent diſtinctæ. no. Rom. conſ. 447. Canonia enim eſt quoddam ſpirituale ius quod ex inſtitutione alicuius recepti in canonicum oritur & creatur, ex quo ei competit ſtallum in choro, & vox in capitulo: vt ibi no. &c.

Beneficij appellatione continetur vicaria perpetua in eccleſia parochiali. no. Lapus in tractatu permuta. beneficiorum. Fre. de Senis. q. 9. aliàs 14. in additio. ibi poſita, &c.

Beneficij appellatione continetur præſtimonia, quę clericis ſolita ſunt concedi in perpetuum. not. Fred. in tract. de permu. q. 9. & Compo. de elect. c. ſtatuimus. & Hoſtien. & Ioan. And. de reſcrip. c. poſtulaſti. Et ibi per Ant. eo tit. c. in noſtra. verſ. veniamus ad quæſtionem. ſed licet præſtimonia appellentur beneficia, tamen nõ intitulantur, nec in titulum, ſiue pro titulo beneficij aſſignantur. no. Henr. de cle. non reſi. c. fin. de præben. de mulcta. in 1. diſtinct. Et vide Guilel. in cle. c. gratiæ. de reſcr. & ibi ſequitur do. An. in 6. col. Sed idem Anto. in cle. fin. de offi. or. tenet quod præſtimonia dantur in titulum, pro hoc videtur text. in c. fin. in princ. de conceſs. præbend. lib. 6. & vide Fred. in tract. permuta. quæſt. 9. aliàs 14.

Beneficij appellatio largo modo ſumpta comprehendit præbendas. no. Ro. con. 247. imò etiam dignitas cõprehenditur & etiam minora beneficia: vt no. in c. 1. de renun. lib. 6. & vide in cle. 1. de ſequeſt. poſs. & quod ibi no. An. Dic quod in fauorabilibus comprehendit dignitates, ſecus in ambitioſis. no. Pe. Mo. in c. fi. de offi. vica. lib. 6.

ADDITIO.

An appellatione beneficij veniat præbenda, vide latius per do. Felin. in c. poſtulaſti. col. 7. circa fin ver. circa gloſ. ſecundam. ext. de reſcrip. vbi ponit tres concluſiones valdè notabiles, & earum fallentias. Card. in cle. 1. 3. q. de cauſa poſ. & prop. Et de ſequeſt. poſ. 7. notab.

Beneficij appellatione non continentur hoſpitalia in literis gratioſis ad beneficia conceſſa, niſi de ipſis hoſpitalibus fiat mentio ſpecialis. no. Rom. conſil. 332. In

alijs

aliis autem literis quàm in literis prædictis, ſi hoſpitale eſt conſuetum conferri clericis in titulum perpetui beneficij, beneficium eſt, aliàs non: vt not. Fred. in tracta. perm. q. 14. Sed licet ſub nomine beneficij non veniunt hoſpitalia, veniunt tamen ſub nomine officij: vt no. gl. in cle. diſpendioſam. de iud. ſuper ver. beneficijs, &c.

5 † Beneficia reſeruata dicuntur illa, quę vacant per aſſecutionem alterius incompatibilis vel per munus conſecrationis impenſum, vel per reſignationem in curia factam. no. Ro. con. 33. vel per mortem beneficiati decedentis in curia vel in loco vicino curię intra duas dię tas. per text. de præbend. c. 2. li. 6. declaratur in c. præſenti. eo. tit. & li. vbi vide omninò.

ADDITIO.

6 † An autem reſeruatio generalis includat beneficia patronalia. vide per do. Felin. in tractatu de iure patronatus. in 7. col. ver. limità ſecundo. vbi latè ponit qd in iure patronatus clericorum, & quid de iure patronatus laicorum.

Beneficium eo ipſo quòd Papa ſibi reſeruat, ſtatim ligantur manus ordinarij, etiam re non integra. de elect. c. ſi eo tempore. li. 6. & no. Fre. in tractatu permut. q. 1. & 26. Et ideò nullus inferior à Papa poteſt conferre, etiã ſi conferens ſit executor vel legatus apoſtolicus: nec etiã poteſt tale beneficiũ optari vi alicuius conſuetudinis. no Ro. con. 23. §. in ſecundò. & hoc eſt verũ ſi in poteſtate legati contineat, quod poſsit beneficia qualitercunq; vacãtia cõferre & indebitè occupata. no. Rom. conſ. 119. Secus ſi contineat, ꝙ poſsit reſeruatã conferre exceptis vacantibus in curia per obitum, quæ nõ veniunt in generali conceſsione reſeruatorum. not. Roman. conſil. 4. hic aduerte quòd licet beneficium ſit reſeruatum: ſi tamen in reſeruatione non eſt decretum, irritans antequam poſsit conferri per ordinarium quanquam ſi conferat puniatur: vt notat gloſſ. in d. c. ſi eo tempore. Sed contrarium not. ibi Ioan. And. in nouella., de conceſſ. præbend. c. ſi capitulo. in gloſſ. 3. eod. tit. Pro primo dicto facit Ioan. And. in c. finali de conſ. eodem libro. in nouella. ſuper ver. vacantibus. Sed illi reſpondetur per id quod nota. de cauſa poſſeſs. cùm eccleſia ſutrina. in gl. fi. & vide quod no. An. de conſt. c. cũ M.

ſuper

ſuper vltimo notabili.circa intellectum finis illius cap. & vide quod no.Compo.de reſcrip.c.capitulum.circa finem,&c.

7 †Beneficia reſeruata dicuntur verè vacare per reſignationem etiam in manibus ordinarij non ſolùm Papæ factam.no.Ro.con.23.non poſſunt beneficia auctoritate ordinarij permutari, ſiue ſint reſeruata generaliter,ſiue ſpecialiter & motu proprio No Fred.in tracta. permu.q.1.Sed nec auctoritate legati habentis poteſtatem generalem recipiendi reſignationem beneficiorũ ex cauſa pmutationis, & illa cõferendi : qa illa poteſtas non extenditur ad reſeruata,niſi in Prouincia legationis eſſent omnia beneficia reſeruata:vt no.Fre.in tractatu.permu. q.2.

Beneficia reſeruata ſi ex cauſa permutationis reſignentur in manibus ordinarij, & cùm illa ordinarius conferre non poſsit,nolunt reſignantes adire ad Papã fortè propter vitandas expenſas, poſſunt auctoritate propria reuerti ad ſua beneficia,niſi ſint per alium occupata,quo caſu non poſſunt reuerti ſine auctoritate ſuperioris.no.Rom.con.23. Et vide circa hoc vltimum ꝙ no.Rom.conſ.61.& no.Fre.in tract.perm. q.3. vbi dicit Papam adeundũ,ſi de facili & ſine grãdi præiudicio adiri poteſt.

Beneficium dicitur reſeruatum, ſi de eo Papa prouidit incertum futurum modum vacandi, licet non eodẽ modo,ſed alio modo vacauerit,& conſequenter prouiſio nulla fuerit.no Rom.con.338. Ideò ſi Papa de illo ꝓuideri mandauit,& licet prouiſio huiuſmodi ex aliqua cauſa effectum ſortiri non potuerit,dicta tamen reſeruatio intelligitur ſpecialis, non generalis.no. Ro.con. 181.Prædicta limitauit.no.ſuper ver. gratia.§.gratia. beneficialis conceſſa. & ſuper ver. Papa eo ipſo quod mandat.

Beneficia collectorum & ſubcollectorum ſemel reſeruata,licet eorum officium poſtea ceſſat,tamen remanent ſemper reſeruata,quia per decretum ſemel fuerũt affecta,quæ affectio nunquam tollitur, niſi per collationem Papalem poſtea ſubſecutam:quod eſt in beneficijs tempore reſeruationis obtentis verum, vel ante, ſecus in obtentis poſt.no.Rom.conſ.181. Et dicta reſeruatio induci-

inducitur eo ipſo, quod officium confertur etiam ante acceptationem & exercitium officij. no. Ro. con. 207. §. ex quo. Rota. deci. 211. in fin.

Beneficia reſeruata vacantia in curia, licet lapſo mẽſe, ſi Papa de eis non prouidit, poſſunt conferri per ordinarium ſecundum formam c. ſtatutum. de præb. lib. 6. tamen illud c. eſt per extrauagantem Bonifacij reuocatum hodie. no. Ro. con. 207.

8 † Beneficia deuoluta poſſunt conferri per executorem apoſtolicum, ſed reſeruata non, niſi in conceſsione hoc ſpecialiter exprimatur. no. Ro. con. 119. Poſſunt etiam legati alia beneficia deuoluta conferre: vt no. glo. tàm de executore, quàm de legato. in cle. ſi de beneficio. de præben. & vide ſuper ver. delegatus. §. legatus poſsit beneficia.

9 † Beneficia manualia licet ad nutum reuocabilia, tamen per reuocationem eorum vacare cenſetur. no. Fred. in tractatu perm. q. 16. Item per mortem dicuntur vacare. no. gl. magna in clemen. quia regulares. de ſupplen. negl. prælato. & in clemen. & ſi principalis. de reſc. ſuper ver. electionem, &c.

Beneficia manualia an poſſunt ex conſuetudine pręſcripta effici perpetua. vide ſuper ver. religioſus. §. religioſus non poteſt conſentire.

Beneficia manualia licet per Papam vel eius auctoritate conferantur, tamẽ ad nutum prælati reuocari poſſunt, quia nõ intelligitur Papam velle prælatorum ius tollere, niſi ex certa ſcientia auferat prælato poteſtatem reuocandi. no. Frede. in tractatu permu. quæſt. 15. vel niſi ex certa ſcientia Papa beneficium manuale conferat, vel ab alio collatum cõfirmet, vel niſi in ſecunda iuſsione approbetur. Et qui certam ſcientiam allegat, illam probare debet: vt no. An. & Inn. in c. porrecta. de cõfir. vti. & inuti. Et vide inf. beneficium manuale. & §. beneficia manualia.

Beneficia pleno iure in temporalibus ad religioſos ſpectantia, debẽt regi per vicarios perpetuos epiſcopis præſentandos, & per eum inſtituendos, vbi autem pertinent ad eos pleno iure tàm in ſpiritualib. quàm in tẽporalib. tunc poſſunt ibi ponere vicarios tẽporales ad nutum remobiles, no. Rom. con. 203. aliàs 273. &c.

F Benefi-

Beneficia conſueta dari clericis ſecularibus, nō poſſunt dari religioſis ſine diſpenſatione Papæ, & econtrà conſueta dari religioſis ſiue monachis non debent dari clericis ſecularibus. de præbend. c. cùm de beneficio. li. 6. & quæ dicantur ſic conſueta dari, vide ibi.

Beneficia omnia ſunt ſecularia de iure communi. Ideò dicenti beneficium regulare vel monaſterium incumbit onus probandi, & poteſt hoc probari, vel ex prima fundatione beneficij, in qua actum fuit quod eſſet regulare, vel ex eo quod per regulares fuit rectum per ſpacium 40. annorum. no. Rom. con. 32.

ADDITIO.

10 † Beneficij appellatione an veniat penſio: vide per do. Felin. in c. ad audientiam. el 2. in prima col. extra de reſcript. vbi eleganter tractat materiam penſionum, ponendo ſex concluſiones. vide ibi omninò.

Beneficium ſi eſt impetratum tāquam ſeculare, ſufficit impetranti probare, quod illud beneficium in vltimo ſtatu fuit rectum per ſeculares: niſi ex aduerſo probaretur, quod aliquando per regulares fuit rectum: quia tùnc haberet neceſſe impetrans probare, quod tātò tempore per ſeculares rectum foret. not. Roma. conſ. 32. & vide omninò Domi. de ſancto Gemi. in c. cùm de beneficio. de præben. lib. 6.

11 † Beneficia commendata non vacant durante cōmenda, quæ eſt Canonicus titulus, ſed ea ſublata, remanet antiqua vacatio. Ideò ſi antē commendam pertinebat collatio ad ordinarium, ſublata commenda facta per Papam redibit collatio ad ordinarium. Licet Compoſt. innuat contrarium. not. Frede. in tractatu permut. quæſt. 15. Lapus autem in additionibus dicit, quod ſi commendatarius decedit in curia, beneficium vacabit in curia. Ex quo ſequitur quod non remanet ibi antiqua vacatio, ſed inducitur noua: vide omninò in §. beneficium vacans reſeruatum, &c.

Beneficium quandoꝗ confertur in gubernationem ſiue adminiſtrationem, quod idem eſt dicere, quod in commendam. no. Anto. de elect. querelam. in prin.

Beneficium præbendale vacat ipſo iure, eo ipſo quod præbendatus aliam præbendam aſſequitur in eadem

dem eccleſia.de conceſſ. præbend. c. literas. & eſt hodie expreſſum, etiam ſi vna ex illis præbendis ſit alteri annexa beneficio: vt in cle ſi. de præben.

Beneficium primum vacat eo ipſo, quod illud vnicum tantùm habenti conferatur ſecundum incompatibile, ſi poſſ. &c. poſſeſsionem ipſius ſecundi nanciſcitur, vel per eum ſtat quo minùs nanciſcitur: quia valet collatio ſecundi, licet ante collationem ſecundi non dimiſerit expreſsè primum. Sed vbi Canonicè, obtinenti plura beneficia incompatibilia confertur aliud incompatibile, non valet collatio ipſo iure ſine diſpenſatione, niſi ante collationem vltimi priora dimittat, & per acceptationem talis collationis nullius beneficij ius perdit, nec vacant priora beneficia, ſi ſano conſilio vſus ſe abſtinebit ab adeptione poſſeſsionis beneficij vltimo collati. Sed ſi poſſeſsionem apprehendit, priora beneficia perdit: vt no. in cle. c ſi plures. de præben. & Archi. in c. non poteſt eo ti. lib. 6. &c.

Beneficium primum non vacat per aſſecutionem poſſeſsionis beneficij ſecundi incompatibilis, ex titulo inualido, quem aſſequens validum putauit: vt in c ſi beneficia. de præben. lib. 6. & ibi Lapus, quem vide. Quod eſt verum ſi id verum putauit, errore facti. Secus ſi errore iuris: vt no. gloſſ. eod. tit. & lib. c. cum qui in verſi. ſcienter.

Beneficium primum vacat per aſſecutionem poſſeſſionis alterius beneficij incompatibilis: ſed ſi vitioſè & violenter dicta poſſeſsio fuerit acquiſita: quia non debet eſſe melioris conditionis inuaſor. no. Ro. con. 61. & eſt tex. in c. eum qui. de præben. lib. 6.

Beneficium primum non vacat per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, quando quis fuit aſſecutus ſecũdum ex cauſa permutationis fiendæ de primo: Expectatur ergo quod epiſcopus reſignationem primi beneficij ex cauſa permutationis acceptet, & vacationi conſentiat: & tunc incipit vacare, non antè, quia adeptio poſſeſſionis ſecundi beneficij non eſt facta ſimpliciter: ſed ob cauſam, ideò expectatur quod cauſa ſequatur. no. Fred. in tract. permu. q. 9. aliàs 11.

Beneficium ſecundum, per cuius aſſecutionem indu

citur vacatio primi, non poteſt quis recipere ſine licentia eius, ad quem primi beneficij inſtitutio & deſtitutio pertinet, niſi contraria conſuetudo 40. annorum ſit in contrarium. no. Rom. conſil. 23. 4. col. Et ex hoc apparet ꝙ licet per aſſecutionem ſecundi vacat primũ, quò ad præiudicium ſuperioris, nec ipſe conſentiat: vt no. An. poſt Hoſt. in c. de multa. de præbe. ver. opponoquartò.

Beneficium curatum, vel non curatum, requirens tamen continuam reſidentiam, non vacat ipſo iure per adeptionem alterius nõ curati etiam cõtinuam reſidentiam requirentis, ſed habet electionẽ beneficij retinẽdi: & eſt neceſſaria monitio & priuatio. no. Io. An. in addi. Spec. in ti. de cle. non reſi. c. 1. §. 1. poſt principium: niſi cõſuetudo ſe aliter habeat: vt no. per eũ. & Matheſ. in c. de multa. de præb. Idem no. Oldr. in conſ. ſuis, conſ. 143. & idem tenet do. Fran. de Zaba. in c. fi. de cle. nõ reſi. q. 8. & 9. Contrariũ tenet Inn. in c. fi. & c. ex tuæ. quod capitulum loquitur in curatis ac dignitatibus & perſonalibus duntaxat, prout dicit Ioan. And. & Oldra. imò loquitur etiam de inferioribus beneficijs, quod patet: quia cùm primus dixerit ſe primum habere pro derelicto per acceptationem ſecundi, & conſequenter primum ipſo iure vacare. Poſtea ſubijcit, quod licet primùm vacet de iure, non tamen vacat de facto, & ideò conferri non poteſt. fallit in caſu c. de multa. de præben. præall. quod loquitur in curatis dignitatibus perſonalibus, quia illa conferri poſſunt, licet de facto non vacent. Vult ergo quod etiam alia beneficia vacent de iure, ſed conferri non poſſunt, quia de facto non vacant.

12 † Et idem voluit Innoc. in d. c. fin. in fin. vbi dicit tres eſſe ſpecies conſuetudinis. Prima ſpecies eſt, quando conſuetudo habet, quod eo ipſo, quod acceptans ſecundum, videatur habere primum pro derelicto, & tũc vacat primum ipſo iure. Secunda ſpecies eſt, quando conſuetudo habet, quod acceptans ſecundum, debet in eo facere continuã reſidentiã, & tũc idẽ: quia acceptãdo ſecundũ requirens continuã reſidentiã tacitè videt ibi velle reſidere, & conſequẽter primũ requirens ſimilem reſidentiam pro derelicto habere, & ei renunciare, cùm in vtroque ſimul reſidere non poſsit: & qui vult conſequens, intelligitur neceſſariò velle habere antecedens,

& om-

& omne id ad quod conſequens peruenitur. Tertia ſpecies eſt quando conſuetudo habet, quod acceptans beneficium non percipiat ipſum ſiue fructus eius, niſi in eo reſideat, & tunc per acceptationem talis beneficiӯ non videtur acceptans primum habere pro derelicto, nec ei renunciare, quia conſuetudo hoc non habet nec importat, ſed ſolum fructibus & commoditate beneficiӯ priuat illum qui non reſidet. ex his apparet intentio Inn. fuiſſe, quod vbi conſuetudo vel ſtatutum non limitat ad reſidẽtiã reſpectu fructuum, ſed ſimpliciter vult beneficium requirere reſidentiam, quod eo ipſo cenſeatur incompatibile, cum alio beneficio ſimilem reſidentiam requirente, & conſequenter per acceptationem ſecundi primum vacare poteſt ipſo iure. & ita declarat cũ An. in d. c. fin. de cle. non reſi. & in c. de multa. in fin. de præben. licet in d. c. fin. reſtrinxerat Innocen. quando conſuetudo habet quod beneficium tale requirit reſidentiam, quod aliàs ſi non reſideat, ſit acceptans ipſo iure priuatus. Sed Innocen. ad hoc non ſe aſtrinxit. Et propterea Anto. in d. c. de multa. melius dixit diſtinguens, quod vbi conſuetudo requirit reſidentiam limitatam reſpectu fructuum, habet locum opi. Io. An. aliàs procedit opi. Innocen. Et hanc opin. Innocen. firmat Io. Cal. propter identitatem rationis, id eſt, incompatibilitatis, vt d. c. fin. de cle. non reſid. Et idem tenet Paulus in cle. gratiæ. de reſcr. licet Lau. & Fran. de Zaba. ibi aliter dicant, & idem finaliter voluit Ioan. And. in dicta clemen. gratiæ. in gloſſ. ſuper ver. beneficium. vbi approbat opi. Innocen. in quolibet beneficio requirente reſidentiam, licet non ſit curatum nec dignitas nec perſonatus, niſi quis fortè diceret quod Ioan. And. loquitur alio caſu, videlicet quod quando acceptans ſecundum, non habet in primo ius in re, ſed ad rem: ſed in addi. Specul. in ti. de cle. non reſi. loquitur, quando habet ius in re, cui non ſic de facili renunciatur, tamẽ iſta reſponſio non valet, cùm de eodem caſu fiat eadem ratio tacitę renunciationis, per quam cle. & eius rationem, dico hodie declaratam & approbatam opi. Innoc. prædictam, propter incompatibilitatem, & propterea Ioan. And. ad intellectum dictæ cle. quæ loquitur de tacita renunciatione iuris ad rem, adducit Innocen. qui

loquitur de tacita renunciatione iuris in re, & licet Io. And in dictis addit. & Lapus alleg. 36 & alleg.3 dicunt quod Innocen.in c fin.de cle.non reſid. contrarium dicit eius quod dixerat in c.ex tuæ.eodem lib. tamen hoc non eſt verum,quia Inn in d c.fi.in pr. cùm dicit, quod requiritur monitio & priuatio vt beneficium vacet, nõ loquitur,quãdo quis erat ſecundum incompatibile aſſecutus.Sed quando beneficiatus ſe abſentat &reſidere non vult,quo caſu debet moneri vt veniat,& ſi non veniat,debet priuari, aliàs ſuum beneficium nõ vacaret, licet non reſidet,&c.

Beneficium curatum non vacat,licet quis in eadem eccleſia aſſequatur eccleſiam parochialem annexã præbendæ,quia præbenda eſt principale beneficium, ꝙ nõ eſt curatum. Et eccleſia parochialis ſibi annexa eſt acceſſorium, cui deſeruitur per vicariũ perpetuũ. de præb. c.ſuper eo.li.6.Et in extrauaganti,execrabilis ad fi. &c.

Beneficiũ curatũ habens, ſi aliud ſimile aſſequitur, niſi primum in manibus ordinarĳ realiter, & de facto intra menſem dimittat,inhabilis hodie efficitur ſecundum Io An.in cle.ſi plures.de præb. An aũt idẽ ſit in dignitatib.Et videt̃ velle ibi ꝙ ſic, in gl. fin. relata ad text. Prædicta intellige,quando ſecundũ aſſequitur per.c. cõmiſſa.de elect.li.6.& per cle.gratiæ. de reſc. & ita intelligit Zenze.in extrauagan. execrabilis,&c.

ADDITIO.

Deciſio eſt ſatis ſcrupuloſa in quantũ dicta ſua vult ꝓbare per illã cle.ſi plures. Nam omittit primũ caſum dictæ cle. qui loquitur in obtinente plures dignitates: & poſtea aſſequente aliam dignitatem. Secundus caſus ipſius cle.loquitur in obtinẽte vnam dignitatem,& poſtea in aſſequente aliam in quo caſu loquitur præſens deciſio.vide do.Car.in d.cle.ſi plures.

Beneficia non vacant per ſpõſalia,ſed per matrimonium per verba de præſenti contractum,licet non conſummatum,quãquam de hoc ſecundo fuerit dubium. no.Rom.con.26.&c.

Beneficium non vacat licet quis renunciet liti &cauſæ,licet fortè lis eſſet coram ordinario, ad quem pertinet recipere reſignationem beneficĳ: vt not. Roman. conſil,

conſil.306.& vide ſuper verbo, renunciatio.§.renuncians liti.

Beneficia quæ ſunt de menſa epiſcopatus vel monaſterij non dicuntur vacare per obitum rectoris. no. Fre. in tracta.permu.q.34. Et idem no. Rom.con.323. Et qualiter poteſtatem habeat prælatus in bonis vniuerſalib. patet in d.con.263.& ſi epiſcopus alteri contulit beneficium,quod erat de menſa ſua,an illo,cui contulit, mortuo,beneficium vacet? vide Ant. in cle.1. de reſcrip. & vide ſuper ver.menſa,&c.

Beneficia nõ poſſunt vacare in eccleſia, in qua non eſt certus numerus canonicorum, nec diſtinctio præbendarum. No.Lap.ſuper tractat.permu.q.34.in addit. ibi poſita.Idem ſi certus numerus.ſed ſtatutum & ordinatum eſt,quod ad minorem numerũ reducatur, ita ꝙ aliquo ex eis ceden.vel decedente, nullus eius loco ſubſtituatur,donec ſit deuẽtum ad numerum reſtrictum: vt no.Fre.in tractatu prædicto.q.34.& 35.

Beneficia quando permutantur, negari non poteſt quin ibi interueniat vacatio. Ideò hincinde eſt neceſſaria collatio.no.Fre.in tractatu permutat.quæſtion.prima. Si tamen epiſcopus permutantibus conſentiat, vel auctoritatem interponat,contuliſſe videtur: vt no.Fre. quæſt.21.

Beneficia permutata vtrũm vacent per reſignationem vel ꝑ mortem,ſi permutatio fuit nulla,& permutãtes credentes eam tenere, adminiſtrauerint in beneficijs, & deceſſerunt in eis,dicit quod ſi fuerunt ambo vel alter in dolo ſcientes permutationem non valere, dicuntur vacare per reſignationem, quò ad doloſum, per mortem,quò ad non doloſum: vt no. Fred. in tract. permut.q.6.quod dictum eſt verum in eo qui fuit in dolo.Idem ſi fuit in culpa,quia ſcire debebat permutationem non valere: vt no. idem Fre. in q.6.iuncta additio. Lap.ibi poſita, &c.

Beneficium dicitur vacare,licet ad illud quis ſit electus, dummodò non ſit confirmatus. no.gloſſ. ſingularis,in cle.1.vt lite pendente.ſuper ver.collato. Poſt confirmationem autem nõ vacat,licet electio nulla fuerit, niſi confirmatio infirmetur,no.Inno.de exceſ. præla.c. inter dilectos,&c.

Beneficium ſi vacat in curia, nõ poteſt conferri per inferiorem à Papa, quia paria ſunt beneficia vacare in curia,& beneficia eſſe reſeruata. no.Fre. in tractat. permut. quæſt. 1. & eſt bonus text. in c.2. de præbend. li. 6. &c.

13 †Beneficia ex cauſa permutationis reſignata non poſſunt conferri,niſi ipſis permutare volentibus. not. Rom.con.23.

ADDITIO.

An autem permutantes inualidè, poſsint redire ad ſua beneficia ſine noua collatio. vide per do.Felin. in c. cùm venerabilis.col.4. poſt prin.ver. vtrùm permutantes de excep.

Beneficium patrimoniale, ſiue patronale ſi confertur per epiſcopum patrono inuito vel irrequiſito, collatio eſt nulla.Si autem permutatur, tunc permutatio non eſt nulla,ſed annullanda.no.Ro. con. 307. ſed Lap. dicit quod etiam permutatio eſt nulla:vt no.Fre. in tractatu perm.q.3.in addi.ibi poſita,&c.

Beneficia reſignata ex cauſa permutationis in manibus ordinarij,licet per ipſum non conferantur, tamen poteſtas conferendi nõ deuoluitur ad ſuperiorem, niſi prius per ſuperiorem monitus fuerit, vt intra certum terminum permutantibus cõferat, & hoc facere neglexerit,quia ad talia beneficia conferẽda non eſt tẽpus à iure pręfixum:vt no.Fre.intracta.permu.q. 28. aliàs 29. Dicit tamen ibi Lap in addi.quod ſi ille qui reſignationem accipit,tertiò requiſitus non contulerit, vel etiam in prima requiſitione dixit,ſe nolle facere,poterũt permutantes ad priora beneficia redire.Et idem fortè elapſis ſex menſibus reſignationis receptę,&c.

14 †Beneficiorum collatio dicitur eſſe de bonis & fructib.epiſcopatus.Ideò vacante ſede, non ſuccedit capitulum in poteſtate conferendi.no. gl.ſingula.de maiorita. & obedien.c.cùm olim.Ideò collatio dicitur donatio,qa licet epiſcop⁹ teneat beneficium vacans cõferre,tamẽ nõ tenet certæ perſonæ cõferre.no. gl.de pręb. c.relatum.& eo.ti.c.quamuis.li. 6. ſuper ver. penſione. & de offi.vica.c.fin.eo.ti.Ille ergo cui epiſcopus cõfert, epiſcopo naturali obligatione ad antidora tenet iuxta illud,

illud, quod not. ff. de peti. hæred. l. ſed & ſi. l. §. conſuluit.

ADDITIO.

Et quòd collatio beneficiorum vacante ſede epiſcopali, non pertineat ad capitulum, tenet etiam Ioa. And. in c. 1. ne ſede vacan. Et Philippus in c. bonæ memoriæ. de appel. hoc verum, ſi beneficiorũ per vacantiam collatio pertineat ad ſolum Epiſcopum, ſecus ſi ad Epiſcopum & Capitulum, vt habetur per do. Car. in cle. ſtatutum. in quinta quæſtione, de elect.

Beneficiorum collatio in Eccleſia cathedrali pertinet de iure communi ad Epiſcopum & Capitulum ſimul, ſecundum quoſdam, vel ad Epiſcopum ſolum, ſecũdum DD antiquos, licet quando Capitulum eligat, tamen auctoritas inſtituendi penes Epiſcopum ſemper remanet. In alijs verò inferioribus Eccleſijs collegiatis, electio Prælati pertinet ad collegium. Collatio autem aliorum beneficiorum inferiorum, ad quem pertineat, vel ad Collegium, vel ad Epiſcopum, dubium eſt. Sed Ioan. de Ligna. tenet quod ad Collegium pertineat præſentatio, ad Epiſcopum inſtitutio, ſicut in erigente capellam in Parochia aliena, quia ad eum vt ad rectorem pertinet præſentatio, ad Epiſcopum inſtitutio. & in dubio præſumitur collegium beneficia in ſua Eccleſia exiſtentia erexiſſe. no. Rom. conſil. 167.

15 † Beneficiorum autem diſpoſitio in diœce. regulariter pertinet ad Epiſcopum. no. Rom. conſil. 421. Sed in collegiatis Eccleſijs ſpectat collatio ad Prælatum & Capitulum, & non requiritur alia confirmatio ſuperioris. Electio autem Prælati ſpectat ad Capitulum, & confirmatio ad Epiſcopum. not. Anto. in c. cum Eccleſia. de elect. niſi priuilegium vel conſuetudo aliud inducat: vt ibi not. & vide pleniùs per eundem Ant. in d. c. cum Eccleſia Vulterana. de elect. an autem collatio beneficiorum Eccleſię commendatæ pertineat ad commendatarium, vel ad eum, cui data eſt Eccleſia in adminiſtrationem, quæ idem eſt vt commenda. vide Anton. de electio. c. querelam. in 1. colum. Et quod not. de præben. c. de Monachis. Et collatio capellaniarum ad Prælatum pertinet, in cuius Eccleſia ſunt capellæ fundatæ:

vt not. Anton. in d.c. querelam. ver. no. vltimo quod ad ſubiectionem. & vide ſuper ver. commenda. §. 1. &c.

* SINGVLARE.

16 †Beneficiorum eccleſiaſticorum incapax, vt puta, filius ſacerdotis, ſi ſit habilitatus per Papam, ad omnem dignitatem non obſtante defectu natalium, tamen non habebit beneficium, niſi habeat ſpecialem diſpenſationem ad beneficia obtinenda, iſtud fuit ſingulare dictũ Innocen. in c. dilectus. el 3. de præben. quod dictum pro valdè no. refert & ſequitur Felin. in cap. veniens. 1. colum. in ver. vnde infertur de accuſa. vbi dicit iſtud dictum eſſe menti tenendum ad reſtringendas habilitationes. H.F.

Beneficium ſiue Præbenda proximè vacatura, dicitur affecta, pro eo, quia auctoritate apoſtolica affectus eſt Canonicus. no. Fred. in tractat. permu. queſt. 1. Idem no. Rom. conſil. 329. &c.

17 †Beneficia plura, vel Præbendas plures, an poſsit quis habere de iure communi, vide Archidia. de reſcri. c. gratia. lib. 6. Et pleniùs Mathe. in c. fin. de cle. non reſid. Dic tamen quod plura beneficia ſimplicia poteſt quis in eadem Eccleſia ex diſpenſatione etiam inferioris à Papa habere. Item dignitatem, perſonatum vel etiam officium cum Canonicatu ſimul & Præbenda, ſed plures dignitates, vel perſonatus ſiue officia & adminiſtrationes ſimul cum Canonicatu & Præbenda, non poteſt in Eccleſia obtinere ſine diſpenſatione Papæ. de conſuetu. cap. primo. lib. 6. Quid autem in diuerſis Eccleſijs, dic vt ibi not. Ioan. Andre. & Archidia. & vide c. cum ſingula. eod. tit. & lib. Et vide quod not. gloſſ. de conceſ. præben. c. literas. eod. titu. & c. de multa. & vide ſuper ver. diſpenſatio. §. diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper pluraliter. adde quod nec duas Præbendas in eadem Eccleſia, etiamſi vni earum ſit dignitas annexa: nec etiam duas Canonias in eadem Eccleſia poteſt aliquis ex diſpenſatione Epiſcopi obtinere. Sed vnam Canoniam cum dignitate, perſonatu, vel officio ſic, vt patet in cle. fin. de præben. in text. & gloſſ. & not. Ioan. Andre. de conceſ. præben. c. literas ſuper gloſſ. vlt. Item non poteſt quis in eadem Eccleſia eſſe

Rector & Canonicus, licet poſsit eſſe Rector & Capellanus.not.Lap.alleg. 116. &c.

Beneficia duo quis habere non poteſt, tamen habentem Epiſcopus poteſt altero priuare, niſi fuerit ſecum diſpenſatum, & ſufficit illam diſpenſationem interuenire ex poſt facto. not.Rom conſil.295.

Beneficium vnum habenti non poteſt aliud conferri, licet conferens poſsit auctoritate apoſtolica beneficia conferre perſonis idoneis, quod eſt verum, ſi primum beneficium eſt ſufficiens, aliàs ſi haberet duo vel tria inſufficientia, poteſt ei de alio prouideri. & quod dicatur ſufficiens beneficium vel non. not.Rom. conſil. 444 §.quærunt etiam Docto.

Beneficium vnum habens, ſi aliud acceptat, an primò intelligatur renunciare, vide Archi. de reſcript. c. gratia. lib. 6. & Innocent. & Mathe. in cap. final. de Cleric. non reſid. & vide quod not. gloſſ. eodem titu. cap. conquerente. & in cle. c. gratiæ. de reſcript. & per Antonium & Ioannem Andre. eodem titul. in cap. in noſtra.

Beneficium ſimplex vel duplex ſiue compoſitum, qualiter cognoſcitur. vide Archi. in c. gratia. de reſcri. lib. 6.

18 †Beneficium ſimplex an poſsit conferri patienti ſcientiæ defectum. vide gloſſ. de elect. c. ſi fortè. lib. 6. In Epiſcopatu non eſt dubium de æta. & qualitat. c. fin. vide etiam, quod not. Doct. de electione & electi poteſtate. cum in cunctis. in princ. & vide ſuper ver. Epiſcopus. §. Epiſcopus, & alij, &c.

19 †Beneficium poteſt conferri ſub alternato modo vacandi, videlicet, ſi vacat tali modo vel tali vel quocunque alio. Item poteſt conferri etiam nō expreſſo modo vacandi. Sed ſufficit dicere, confero tale beneficium vacans. not. Lap. alleg. 6.

20 †Beneficium acquiritur per ſolam collationem ſiue promiſsionem, per quam ius quæritur etiam ante poſſeſsionem adeptam, de reſcript. c. gratia. & de præben. ſi tibi abſenti. lib. 6. & c. quodam. & ibi not. per Io. Andre. in nouel. & eſt text. in c. fin. de conceſ. præben. lib. 6. Et not. Innocen. & Ioan. And. de his, quæ fi. à mat. par. cap. ex ore.

21 †Be-

21 † Beneficij poſſeſsionem ingrediens propria autoritate per executionem ſententię vel alio iuſto titulo legitimo, non priuatur iure ſuo, ſi nullam violentiam commiſit. not. Rom. conſil. 418. verſic. ſed pone, ſecus ſi violenter intrauit: vt not. Rom. conſil. 16.

ADDITIO.

Et quando liceat ingredi poſſeſsionem propria autoritate, etiam in beneficialibus, vide omninò per d. Felin. in cap. de cætero. ver. col. 5. poſt me. in ver. Illud etiam ſcias. de re iud. Et an nuncius poſsit tradere poſſeſsionem oculo vel verbis. Et practicam tollendæ poſſeſsionis omninò in c. cum aliquibus. de re iudi. in ver. inquantum Abbas impugnat.

Beneficium an poſsit conferri ei, qui ſuſpenſus eſt, quò ad ſe tantùm, vide ſuper verbo, ſuſpenſus.

22 † Beneficium ſemper eſt curatum, quando eſt principalis dignitas in Eccleſia collegiata, ſi ad id eligitur quis in Rectorem & Prælatum per Capitulum illius eccleſiæ. not. Rom. conſil. 432. Et vide quod not. Lap. de Præben. cùm in illis. lib. 6. &c.

23 † Beneficium non poteſt aliquis reſignare, niſi autoritate ſuperioris, ad quem pertinet reſignationem recipere, & beneficium conferre. no. Rom. conſil. 498. Et ad illum pertinet reſignationem recipere, qui poteſt reſignantem inuitum deſtituere. not. Rom. conſil. 153. Prædicta vera, quando reſignans habet ius in re: ſed ſi habet ſolum ius ad rem, poteſt renunciare in manibus cuiuſcunque. no. Rom. conſil. 279. Et vide ſuper verſic. renunciatio. §. renunciare non poteſt.

Beneficium ſi eſt acceptatum tanquam vacans, vno modo ſiue per mortem vnius, quod vacabat per mortem alterius, valebit acceptatio, ſed non prouiſio: quia acceptatio non eſt niſi quædam declaratio voluntatis, quæ ſatis declarata eſt, quando conſtat de corpore beneficij, licet fuerat erratum in perſona. no. Rom. conſilio 219.

Beneficium impetrans tanquam vacans per obitũ, non tenetur probare titulum prædeceſſoris ſui; ſed ſufficit, quod probat eum poſſediſſe: & pro tali reputatum fore. Idem in eo, qui prætendit ius in beneficio ex cauſa per-

ſa permutationis: quia non tenetur probare de titulo eius, qui ſecum permutauit: ſed ſolùm de poſſeſsione & reputatione: vt not. Rom. conſil. 109. vide omninò Lap. alleg. 88. vbi dicit, quod ſi contra probatam communem reputationem & famam defunctus probaretur habuiſſe certũ titulum, ſed inualidum: ex hoc non concluditur, eum ius non habuiſſe: quia poteſt eſſe q̊d habuit etiam alium bonum titulum.

24 † Beneficia non poſſunt dari ad tempus per inferiorem à Papa. not. gloſſ. in cap. 1. de capel. Mona. lib. 6. &c.

Beneficia vacatura licet non poſſunt deberi, ſiue eſſẽ debita ex diſpenſatione hominis: poſſunt deberi ex diſpenſatione legis. not. gloſſ. in c. dilectus. el 1. de Præbendis. & ibi per Anton. & per eundem. in c. cum M. Ferra. de conſtit. ſuper quo dic vt hodie not. per gloſſ. de conceſ. Præben. c. 1. lib. 6.

Beneficia vacantia per aſſecutionem dignitatis, ad quam pars eſt electa & confirmata in curia, non dicuntur vacare in curia, ſed in loco, vbi poſſeſsionem dignitatis aſſequitur per ſe, vel per procuratorem ad hoc mandatum habentem. Si autem non habet mandatum, tunc vacant in loco, in quo fuit ratificatio. Sed ſi poſt confirmationem, ante tamen cõſecrationem erat poſſeſsionem aſſecutus: tunc vacãt in curia, vbi fit conſecratio: vbi autem poſſeſsionem dignitatis non fuiſſet aſſecutus per ſe, nec per alium, ſed per eum ſtetit, quò minus aſſequeretur, tunc vacant in loco, in quo vacaſſent, ſi poſſeſsionem aſſecutus fuiſſet. no. glo. ſingulariter in cle. 1. vt lite pendente. ſuper ver. collato, &c.

Beneficium vacans ex renunciatione per procuratorem ad hoc mandatum habentem in curia facta, dicitur vacare in curia, licet principalis tempore renunciationis ſit extra curiam. Sed ſi procurator non habuit mandatum ad hoc, tamen ſi principalis ratificauit, dicitur vacare in loco ratificationis. not. gloſſ. ſingul. in cle. 1. vt lit. pendent. ſuper ver. collato. vide de hoc per do. Car. in d. cle. 1. in 8. quæſtio.

Beneficiorum conferendorum tempus, quando incipiat currere, & ad quem pertinet collatio proprio iure vel etiã deuoluto. vide ſuper ver. Epiſcop. ad quem, &c.

25 Be-

25 Beneficialis cauſa dicit, & ſuper beneficio agi, ſiue agatur petitorio ſiue poſſeſſorio ad beneficium. Quod eſt verũ in materia nõ exorbitanti, ſicut eſt in caſu cle. diſpendioſam de iudi. Secus in exorbitantibus, in quibus debent verba propriè & ſtrictè intelligi: tunc enim dicitur duntaxat cauſa beneficialis, & ſuper beneficio agi, quando agitur ſuper beneficio & iure, & itu. beneficij: vt not. Anton. de iur. calum. cap. 2. ver. not. hic in quarta columna. Sed ſi agitur ſuper poſſeſsione, illa non eſt propriè cauſa beneficialis: vt idem Ant. not. de ord. cog. cum dilectus. §. verum. verſic. quæro an exceptio. 8. colum. &c. Per quæ patet, quod c. ſi hi contra quos. vt lit. penden. lib. 6. quod loquitur in materia exorbitanti: vt not. Ioan. Andre. in nouel. debet intelligi, quando agitur ſuper iure & titulo beneficij, non ſuper ſola poſſeſsione. Et ita intellexit ibi Ioann. Andre. in gloſſ. ſuper ver. litigatur. iuncta gloſſ. quam poſuit in c. 1. eod. tit. & lib. ſuper ver. litigantibus. licet Lap. Abb. ibi dixerit, quod dictum c. 2. locum habet ſi poſſeſſorio agatur. Sed per prędicta apparet, quod malè dicit, non obſtante cle. 1. de ſeque. poſs. quam allegat. & ideo in illa poſſeſſorium comprehenditur: quia id in illa cle. exprimitur, aliàs poſſeſſorium non veniſſet, vt ex præmiſsis apparet, & probatur per id, quod not. Ioan. And. in ead. cle. in glo. ſuper ver. etiamſi dignitas.

2 Beneficium primum non dicitur vacare per aſſecutionem adminiſtrationis alterius incompatibilis delatæ ex conſuetudine, vel Eccleſiæ ſtatuto vacante ſede. Nec propter talem adminiſtrationem cum retentione primi beneficij quis incidit in pœnam conſtitutionis, execrabilis. not. Pet. Maur. de offic. legat. c. deliberatione. lib. 6. ſuper verb. ele. & ibi vide Ioannem Andre.

Beneficium manuale ſi Abbas vel alius Prælatus reuocet, non ſubſiſtente cauſa iuſta & rationabili, an poſſit reuocatus habere recurſum ad ſuperiorem. vide Io. Andre. de Præben. cum ſingula. ſuper gloſſ. ad idem. lib. 6. de ſtatu mona. cùm ad monaſterium. in gloſſ. ſuper ver. oportuerit. & gloſſ. ſequent. & qui cle. vel vo. c. inſinuante. ſuper tertia gloſſ. Si autem tale beneficium mona-

Monacho conferatur per Papam, vel collatum per Abbatem, Papa confirmet, non poterit Abbas reuocare, niſi ex cauſa noua ſuperueniente. not. Anto. de elect. cum inter. & vide Ioa. And. de Præben. niſi ſuper verbo, Prouenientibus. de offic. or. præſenti. in princ. lib. 6. in nouel. vbi dicit quod monachus, cui Papa contulit prioratum manualem, quò ad illum, eſt ab Abbate emancipatus. Hoc intellige, quando Papa confert ex ſui poteſtate. Secus ſi ex deuoluta: quia tunc natura & vires beneficij non alterantur. not. Ant. de confir. vti. porrecta. vide omninò ſuper §. beneficia manualia: licet per Papam. Et vide Ioan. And. poſt Inno. de offic. dele. c. ſuper eo. & Pet. Mor. de offic. ord. præſenti. lib. 6. Et Lap. ibidem, qui dicit, quod Extrauangantes hodie poſſunt ad nutum reuocari, non obſtante prouiſione vel confirmatione Papali. vide Lap. de Caſt. alleg. 19. & 33. vbi dicit, quod licet beneficium manuale collatum monacho per Papam, ſit pro illa vice perpetuum: tamen ſi poſteà vacet, redit ad naturam ſuam, & efficitur manuale, & idem not. Anto. de confir. vti. porrecta: & vide omninò ſuper ver. religioſus. §. religi. non poteſt conſentire, &c.

Beneficium quo quis ipſo iure eſt priuatus, an poſſit conferri per ordinarium, antequam ille per ſententiam declaretur priuatus. vide Lap. de Caſtel. alleg. 125. aliàs 12. ad finem. vide text. & gloſſ. vbi dicitur hoc dubium determinari de præbe. licet Epiſcopus, lib. 6. dicitur expreſsè quod valeat collatio: licet non poſsit eo non vocato auferri poſſeſsio. & ita concludit Anto. de reſt. ſpo. ſollicitè, in pen. quæſt. Idem dicit gloſſ. de elect. commiſſa. lib. 6. ſuper ver. impedimento iuſto, &c.

ADDITIO.

27 †An autem Clericus dignus priuatione beneficij faciat fructus ſuos, donec in beneficio tolleratur. vide per do. Felin. in c. de quarta præſcript. col. 11. in princ. in verſic. faciunt poſtremò prædicta ad quæſtionem. vbi arguit latè pro & contra, tandem concludit quod faciat fructus ſuos, donec per ſententiam priuetur.

Beneficium, an ius in beneficio acquiratur per ſententiam adiudicatoriam iniuſtam pro aliqua partium latam, vide ſuper ver. ſententia. §. ſenten. in realib. &c.

Be-

Beneficia promoti ad Eccleſiam cathedralem non poſſunt conferri per Papam, vt vacantia, antequam promotus poſſeſsionem Eccleſiæ adipiſcatur pacificè. no.gloſſ.in cle.1.vt lite pen. Quod intellige de poteſtate ordinaria, ſed de abſoluta poteſt, cùm in beneficialibus habeat liberam poteſtatem, vt patet ex text. d. cle. in fine.

Beneficium quod ſit eccleſiaſticum, cognoſcitur ex triplici qualitate, ſcil. perſonæ prouidentis, quando eſt perſona eccleſiaſtica, & perſonæ prouiſæ, quando ſoli Clerico prouidetur, & beneficij, quando habet aliquid ſpiritualis annexum, quia propter diuinum officium datur beneficium eccleſiaſticum. Idem datur beneficium purè in perpetuum, non conditionaliter, nec ad tempus. no. Ioan. Cald. & Ant. de reſcript. in c. in noſtra. Et primas duas qualitates ponit Ioan. And. de reſcript. poſtulaſti.

Beneficium vacans reſeruatum, licet alteri commendetur, expirat reſeruatio: quia donec durat vacatio, durat reſeruatio, de Præben. ſtatutum. & de elect. ſi eo tempore. lib.6. & not. Rom. conſil.116. Sed per commendam non deſinit beneficium vacare, ergo, &c. probo antecedens, quia per commendam non acquiritur ius in beneficio: vt not. gloſſ. in c. nemo. de elect. lib.6. & beneficium vacans non deſinit vacare: vt not. gloſ. in cle.1. vt lit. pen. Et ex hoc deſcendit, quod habens commendam prælaturæ, non dicitur Prælatus. no. gloſſ. in d. c. nemo. & 21. quæſt. 1. qui plures. quia Prælatus habet ius in re, commendatarius non: vt no. Innocen. de accuſat. ſi conſtiterit. Imò non ſolùm ius non habet, ſed nec poſſeſsionem, vt patet ex text. & gloſſ. in d. c. ſi conſtiterit. Et propterea, quia commendatarius non habet ius in beneficio, promittunt iura, quod quis poſſit eo tempore ſine diſpenſatione tenere duas Eccleſias Parochiales, vnam in titulum beneficij, aliam in commendam, vt eſt caſus in c. dudum. 2. de elect. & in d. c. qui plures. 21. quæſt. 1. per quos text. patet quod concedens commendam non confert titulum in beneficio, quod ergo dicit gloſſ. in d. c. nemo. quod commenda eſt titulus Canonicus, intelligitur de titulo, quò ad miniſtrandum, non quò ad ius in beneficio commendato quæ-

quærendum. non obſtat quod dicit gloſſ. quod durante commenda non vacat Eccleſia: quia verum eſt, quod non vacat de facto propter titulum commendæ: ſed vacat de iure ex eo, quod nullum habet titulum, ex quo quæritur ius in beneficio, & ita diſtinguit Archi. in d. c. quæ plures. vel magis apertè dicendum eſt, cùm titulus commendæ ſit iuris, quod Eccleſia cõmendata non vacat ſimpliciter & de facto, etiam de iure: ſed vacat ſecundum quid, videli. reſpectu tituli beneficij, per quod quæritur ius in re. Et iſta fuit mens Ioan. And. licet non ſic apertè declarauit in d. c. nemo. in nouella. & ex hoc ſequitur, quod cùm per commendam non ceſſat perfecta vacatio, ceſſet etiam reſeruatio. vbi enim aliqua diſpoſitio duratiua eſt ex ſubſtantia alicui rei, licet pars illius pereat, ſi aliqua tamen pars ſubſiſtit & remanet, tota diſpoſitio durat. ff. de vſufruct. l. ſi cui inſulæ. & de contrahen. empt. l. domum. § ſi verò quamcunque. donec ergo Papa de beneficio reſeruato perfectè prouiderit per titulum, ex quo ius in beneficio quæritur, & per quod vacatio perfectè extinguitur, reſeruatio non expirat per hoc dubium, de quo quæritur, concludens dico, quod per mortem commendatarij, licet expirat titulus commendæ, tamen non inducitur noua vacatio, quò ad titulum beneficij: quia illa ſemper durauit: & per illam etiam reſeruatio: & præterea licet commendatarius decedat, non poteſt inferior à Papa obſtante reſeruatione, de illo beneficio prouidere, & per iſta defenditur opin. Fred. de Senis, qui idem tenuit, licet has rationes non allegauit in ſuo tractatu permu. quæſt. 15. Ro. in antiquis dicit prædicta vera, quando commenda ſit ad tempus certum, ſecus ſi ad incertum, quia tunc reſeruatio expirat: ſed Dom. de Sanct Gem. in c. nemo. diſtinguit. Aut Papa reſeruat beneficium prouiſioni, vel diſpoſitioni, aut collationi ſuæ: Primo caſu per commendam expirat reſeruatio. Secundo caſu ſecus, ſed & vnum aliud aduertendum eſt, quod licet beneficium commendatum, nunquam fuiſſet reſeruatum: tamen ex quo Papa in eo manum appoſuit illud commendando, nõ poteſt inferior de illo ſe intromittere, antequam Papa perfectè prouideat. argum. de appel. vt noſtrum. & quod not. Ioan. Andre. de exceſ. Prælat. inter dilectos.

G & ita

& ita tenet de ele.cum nobis olim.in fi.vide.ſup.§.beneficia commendata,&c.

28 † Beneficia regularia nō ſunt perpetua,ſed manualia,& ad nutum reuocabilia.de ſtatu mo.cum ad monaſte. §. tales.in cle.1.§.ad hoc.e.t, & in cle.1.§.præmiſſa.de ſup. neg. prælа. & vide ſup. §. beneficia manualia. & §. beneficium manuale. quod intelligitur niſi ſint beneficia electiua: illa enim ſunt perpetua, nec poſſunt reuocari ſine iuſta & magna cauſa. de ſtatu monaſte. cap.2. §.finali,&c.

ADDITIO.

Sed ſi Papa conferat prioratum manualem, an mutet propriam naturam, & efficiatur perpetuus. vide per do. Feli.in c.conſtitutus.col.6.ver. Et iſtis ſequitur. de reſcrip. Et latius per eundem in c. per tuas.vlti. col.de maio.& obedien.

29 † Beneficium ſimplex non dicitur requirere continuam reſidentiam nec perſonalem, licet ex eius fundatione ibi debeat eſſe presbyter deputatus ad miſſam quotidiè celebrandam, & poterit facere celebrari per alium no.Lap.alle.116.& 395.

Beneficiorum proprietas, eſt illorum ad quos ſpectat collatio eorundem: vt no. Inno. de tranſac. c. ſtatuimus.

Beneficium ſi impetratur per non clericum tempore impetrationis,non valet impetratio.Similiter ſi præſentatur non clericus per patronum, non valet præſentatio. not. Anto. de iure pa. conſultationibus in ſecundo nota. Quid ſi tempore præſentationis ipſarum literarum erat clericus:cogitabis. Item quid de ordine, quem requirit beneficium, an debeat adeſſe tempore quo quis impetrat vel præſentatur. vide de præben. ſi pro clericis.& de inſtitu. cap. 1.lib.6.vide plenè per. Anto.in cle.fi.de reſcrip.9.vel 14.colum.

Beneficia plura an poſſit quis habere ſine diſpenſatione,vide plenè per Ant.& Fran.de Zaba,in cle.gratiæ, de reſcrip.&c.

30 † Bigamus verus eſt qui cum vidua vel corrupta matri-

matrimonium contraxit : vel qui diuerſis temporibus ſucceſsiuè habuit duas vxores : etiã antè non corruptas. hoc eſt verum, quando matrimonium tenuit: ſecus ſi de facto cum vidua vel cum ſecunda vxore vel corrupta contraxit: quia tunc eſt interpretatiuè bigamus.no.Ro.conſi.345.

ADDITIO.

31 † Bigamia eſt triplex ſecundũ Specu. in ti. de lap.& diſpen. §. iuxta propoſitionis. ver. Contrahitur ibi. Et ſcias,videlicet, vera quãdo quis habuit vnam vxorem, & poſt contrahit cum alia,vel contrahit cum vidua. Similitudinaria,quando monachus vel monialis profeſſa matrimonium contrahit. Et interpretatiua, vt cum habens vnam de iure,contrahit cum alia de facto, ſicut etiam dicit præſens auctor.

32 † Bigamus ſiue ſit verus, ſiue interpretatiuus, non poteſt ſine diſpenſatione ad ordines promoueri, &c. Diſpenſat autem quò ad minores, epiſcopus: ſed quò ad maiores & ſacros ordines, ſolus Papa, cum bigamo verò diſpenſat de poteſtate abſoluta non de ordinaria, cum interpretatiuo autem, de ordinaria diſpenſat. no. Ro. conſi. 455. aliàs 28. quod dictum eſt epiſcopum diſpenſare poſſe quoad minores : verum eſt ſecundum Hoſt. ſed Io. An. & An. tenent contrarium in c. ſuper eo. de biga. per tex.in c. 1.li. 6.vbi etiam hoc tenet Fran. de Zab.5.colum.

33 † Bigamus promotus ad ordines ſine diſpenſatione recipit caracterem,ſed non executionem ordinum, & ſuper tali executione ſolus Papa diſpenſat etiam de ordinaria poteſtate.no.Roma.conſi.445.

Bigamus eſt irregularis de iure poſitiuo : non de iure naturali.not.Roma.conſi.465.

34 † Bona fides præſumitur eo ipſo,quod titulus probatur: vbi autem non apparet de titulo, qualiter bona fides probetur. vide ſuper verbo preſcriptio.§.præſcriptio iuris incorporalis mere realis videlicet ſeruitut.& §. præſcriptio iuris corporalis mixti. & aduerte, quod vbi bona fides præſumitur, hoc non ſufficit, niſi pars deducat & alleget bonam fidem. not. Anton. de cenſi. peruenit.4. charta.ver.circa quartam, &c.

Bonam fidem dicitur habere ille, qui erat in iure: puta ſi habet titulum de iure inualidum,quem putat validum: ideo tunc procedit præſcriptio in caſibus, in quibus ſufficit ſola fides, ſicut eſt de iure Canonico in præſcriptione, quæ non eſt contra ius commune. not. Ant. de cenſi.peruenit,pen.col. vide plenè ſuper verſic. præſcri.§.præſcribere volenti,&c.

35 †Brabium ſi debetur ei,qui prius ad brabium applicauit: & equus ſiue regatius alios equos præceſſerit, an illi debeatur. vide Bald. in l. prima. §.item acquirimus. ver. cæterum. ff.de acquir. poſſeſs. & in l.prima §. quæſitum. de aqua quot.& æſti. & Bald. in l. qui fundum.ff. quemad. ſeruit. amit. & ſi plures ſimul ad pallium applicant, an illis communiter,vel nulli pallium debeatur,& ſi nulli debeatur, an de nouo curri debeat, an illi ſoli, qui ſimul applicauerunt, vel etiam omnes alij debeant ad curſum admitti. vide Bald. in proœ. Digeſtorum. §. ſed tamen nos. Et Angel.de Peruſio,in l. eum qui.ff. ad Trebelli.& in l.ex duobus impuberibus. ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.

36 †Brocardum,ſi non valet quod ago,vt ago nec valet,vt poteſt procedi,quando peccatur in cauſa efficienti & formali ſimul, vel in ſola forma, ſecus ſi peccatur in materia,& in cauſa efficienti tantùm, quia tunc valet vt poteſt. not. Anton. de officio. deleg. cum ſuper. & de appellat. ex inſinuatione, & de deſpon. impu.c. à nobis,&c.

Brocardum,quod non poſſum alteri culpam obijcere, ex qua lucrum ſentio,qualiter debeat limitari & intelligi. vide ſuper ver. culpa, &c.

Brocardum ſi vinco vincentem te,debeo vincere te, qualiter intelligatur.vide Cyn. in Authen. licet. de natura. lib. & Bart. in l.de excep.ff.de diuer.& temp præſcrip.& plenè. in l. Claudius Felix.ff. qui po. in pig. ha. & vide text.& gloſſ.in c.aucto.de conceſ. præben. lib. 6. & Oldra.conſil.195.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Eccleſiæ cathedralis cenſetur eſſe in dignitate etiam ſi præbendam non habeat.*

2 Cano-

2 *Canonici cathedralis Eccleſiæ quam habeant præeminentiam.*
3 *Canonicatus & Præbenda magnam inter ſe poſſunt habere connexitatem.*
4 *Canonicus quæ ratione ſolius Canoniæ conſequatur.*
5 *Canoniæ appellatione quid comprehendatur.*
6 *Canonici an & quando & de quibus rebus poſſunt ſtatuere.*
7 *Receptus in Canonicum, an ante inſtallationem habeat vocem in Capitulo.*
8 *Canonici qui vocem habeant in Capitulo.*
9 *Capitulum alicuius Eccleſiæ quid dicatur: & quam habeat præeminentiam.*
10 *Carcerari nemo debet ſine cauſa: & quæ ſint cauſæ propter quas quis poſsit carcerari.*
11 *Cardinali & legato quando & in quibus ſit credendum.*
12 *Cardinalatus dignitas ad quæ ſe extendat, & quibus gaudeat prærogatiuis.*
13 *Cauſa diuerſimodè venit conſideranda.*
14 *Verbum Cenſemus in lege poſitum quid operetur?*
15 *Præſtatio cenſus an arguat ſubiectionem.*
10 *Denunciatio an in ceſsione actionis ſit requiſita.*
17 *Ceſsio actionis, quæ ceſsionario nociua inducat.*
18 *Ceſsio iurium quando ſit valida vel inualida.*
19 *Ceſsio quando præſumatur ſimulata.*
20 *Dictio Cæterum diuerſimodè poni poteſt in iure.*
21 *Citatio diuerſis perſonis & reſpectibus, locis & temporibus conſideratis agenda.*
22 *Citatus quando quis præſumatur: & quantùm ſit in iudicialibus citatio neceſſaria.*
23 *Citatio non debet eſſe vaga, incerta, aut nimis generalis.*
24 *Citatio perſonalis cuius ſit poteſtatis, & quando ſit neceſſaria.*
25 *Citatus an ſemper & quocunque priuilegio non obſtante teneatur comparere.*
26 *Citatus ad locum inhoneſtum, an teneatur comparere.*
27 *Citatio quando ſit aut non ſit requiſita.*
28 *Cauſa ciuilis quæ dicatur, & quæ criminalis, & quæ mixta.*
29 *Cauſa ciuilis quandoque criminali æquiparatur: & quod differat ſpirituali.*
30 *Ciuitatis vel caſtri vel villæ appellatione, an comprehendantur ſuburbia.*
31 *Ciuitas quibus caſibus priuetur Epiſcopo.*

32 Clauſulæ multiplices in iure reperiuntur: & diuerſimodè interpretandæ.
33 Clericus quando dicatur laico potentior.
34 Clericorum appellatione qui comprehendantur: & quibus gaudere dicantur priuilegijs.
35 Clericus multipliciter dici poteſt ſuſpenſus: & quid operetur ſuſpenſio.
36 Clericus quando dicatur incorrigibilis: & qualiter veniat degradandus & ſeculari poteſtati tradendus.
37 Clericus homicida vel aliàs irregularis, an eo ipſo ad beneficia dicatur inhabilis.
38 Clericus quibus ex cauſis beneficio priuari poſſit: & quando egeat diſpenſatione.
39 Clericus an poſſit eſſe procurator in foro ſeculari.
40 Circumſtantiæ coadiutori competentes quæ.
41 Collatio, prouiſio, diſpenſatio: præſentatio, inſtitutio & electio differunt in materia beneficiali.
42 Collatio epiſcopi vim confirmationis habere cenſetur. Item an inductio in beneficium prouiſionis aut collationis vim obtineat.
43 Præbendæ collatione an ius in Canonicatu acquiratur.
44 Collector quis dicatur.
45 Collegio futuro an poſſit fieri donatio: aut concedi priuilegiũ.
46 Collegij priuilegio quando quis priuari dicatur.
47 Collegium & congregatio, quot perſonis conſtrui dicantur.
48 Colonus ad quæ domino teneatur: & ex quibus cauſis poſſit ab ipſo conueniri.
49 Commenda an ſit titulus eccleſiaſticus: & cuius dignitatis ſit commendatarius.
50 Compromiſſum quando ſit validum & quando inualidum.
51 Concilium cuius ſit authoritatis: & vbi, quando, & per quos fuerint concilia antiquitùs celebrata.
52 Concluſio in cauſa quid operetur reſpecta actionũ diuerſitate.
53 Iudex an poſſit compellere partes ad concordiam.
54 Concubina poteſt ſecundum legum diuerſitatem conſiderari & ſumi.
55 Conditio debet ſecundum contractus qualitatem interpretari, & multipliciter poteſt in prouiſionibus apponi vel impleri.
56 Conductor ad quæ teneatur.

57 Conne-

57 *Connexio quid operetur.*
58 *Confeſſio diuerſimodè venit in iure conſideranda.*
59 *Confirmatio poteſt diuerſimodè fieri.*
60 *Conſcientiæ diffinitio.*
61 *Conſilium quando ſit requirendum: & in quo differat à conſenſu.*
62 *Conſentire quando quis dicatur*
63 *Conſuetudo quid operetur: & quando inducatur: & quando dicatur valida vel non: & quæ requirantur.*
64 *Continentia cauſæ non debet diuidi.*
65 *Contumax quis dicatur: & quid de contumacia ſit in iure terminandum.*
66 *Collegium vel conuentus quid dicantur.*
67 *Dictio Cum diuerſimodè capi poteſt.*
68 *Eccleſia quando dicatur curata.*
69 *Beneficium curatum cui conferri debeat.*

DE LITERA C.

CANONICVS † eccleſiæ cathedralis, licet 1 præbendam non habeat ſed expectat, cẽſetur in dignitate, & debet intereſſe electionibus, tractatibus, conſilijs & alienationibus. no. Ro. conſi. 443. §. in oppoſitũ, & vide ſub verbo, conſenſus. §.

ADDITIO.

An autem epiſcopus poſsit diſpenſare, quod Canonicus præbendarius teneat Canonicatum, & præbendam ſimul cum prælatura ipſius eccleſiæ habente duplicatam prębendam. vide per Fred. de Se. in conſil. 205. & 206. vbi tenet quod non niſi ex magna cauſa, puta eminentia perſonæ, quæ petit ſecum diſpenſari: magna vtilitas eccleſiæ, magna literatura perſonæ.

2 † Canonici eccleſiæ cathedralis habent pręeminentiam & maioritatẽ ſuper alios clericos ciuitatis & diœceſis. Et dicuntur pars corporis eccleſiæ & epiſcopi: quia epiſcopus eſt caput & ipſi membra: & eſſe Canonicum eccleſiæ cathedralis magnus honor eſt. not. Rom. conſi 136.

Canonicus non habet ius eligendi, niſi ſit ei aſsignatus locus in capitulo, not. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 9.

colum. verſicu. ex prædictis concluditur. & multi ſunt Canonici, qui non habent ius eligendi. no. Innoc. de elect.c.bonæ,&c.

Canonicus an poſsit eſſe procurator pro concanonico etiam ſine mandato. vide ſuper ver. procurator poteſt eſſe Canonicus, &c.

ADDITIO.

Tu vide pulchrè per do.Felin.in cap. cùm M. Ferrarien.in 7.col.prope fin.in ver.in ea.gloſſ.de conſtit. vbi tenet quod non ſemper, quia lex, ſed & hæ perſonæ. ff. de procurato. intelligitur de coniunctis coniunctione ſanguinis.

Canonicorum receptio, vbi nõ eſt certus numerus, non habet tempus limitatum à iure, intra quod fieri debeat: ſed per ſuperiorem poteſt certum tempus aſſignari, intra quod ſi recipientes negligentes erunt, ſuperior recipiat. not. Fred. in tractat. permut. quæſt. 29.

Canonici vltranumerarij ſub expectatione præbendæ, ſicut ſunt expectantes ap̃lici in Eccleſia, vbi eſt diſtinctio prębendarum, vocantur Canonici in verbis: nec perpetuò retinent illum Canonicatum per Papam collatum, imò vacante præbenda canonicali intra numerum, & collata expectanti, ſtatim cõſequitur nouum canonicatum intra numerum: & primus eſſe deſinit: & redijt ad Papam, not. Ro. conſ. 443 §.ex quib. Idem no. Ant.de conſtit.cum M.vlti.char.ver.2. quæ eſt differentia. & in col.fin.

3 † Canonicatus & Præbenda diſtincta, & pro eo inſtituta tantam habent inuicem connexationen & reſpondentiam: quod ille, qui aſſequitur prębendam Canonicalem per conſequens cõſequitur Canonicatum illum, pro quo fuit inſtituta, propterea dicunt Docto. quod ſi Papa vtendo ſua poteſtate excellenti, dat alicui canonicatum ſupra numerum ſub expectatione præbendæ, & poſtea præbenda vacans ſibi confertur, eo ipſo intelligitur ſibi per cõſequens collatus canonicatus, qui cum prębenda vacauit, & alter canonicatus primò per Papam collatus deſinit. no.Ro. conſ.443. Idem no.Ant.de conſti.cum M. vlt.char.ver.2.quæ eſt differentia. & vide ſuper ver.collatio.§.collatio præbendæ,

Ca-

Canonicus poteſt de iure recipi in eccleſia vltra numerum præbendarum, quæ in eadem eccleſia certæ & indiſtinctæ ſunt.no Rom.con. 226.

Canonicatu vacante,duo poſſunt eligi ad illum canonicatum,ſecundum Innocent.vt no.Roma.con.443. in prin.

Canonicus regularis hodie poteſt ſine diſpenſatione de conſenſu ſui prælati præfici per epiſcopum eccleſiæ parochiali etiam ſeculari.no.Rom.con.262.

4 †Canonicus ratione ſolius canoniæ percipit quotidianas diſtributiones,& percipit de communibus redditibus,& ſuper excreſcentibus fructibus, habet etiam menſam groſſam,imò etiam omnes fructus præbendarum. Diſtinguit,quod eſt verum de canonicatu intra numerum,ſecus ſi extra.no.Rom.con.463.§.in oppoſitum.circa fin.& vide infrà §.canonicus ſuprà numerarius.

5 †Canonia poteſt dici beneficium eccleſiaſticum, & appellatione Canoniæ continetur omne beneficium eccleſiaſticum canonicè obtentum.not.Roman. conſil. 444.Et Io.And.in c.1.de elect.ſuper.ver.Canonijs.in nouella,&c.

Canonia cenſetur eſſe mater,& præbenda filia,quia ex canonia procedit,& pro ea inſtituta eſt.not. Roman. con.443.

Canonicus cuius ætatis eſſe debet,vide ſuper verbo minor.§.minor 14.annis.

Canonici appellatione an comprehendatur cleric⁹, & econtrà,dic quod ſic in materia larga & fauorabili, ſecus in ſtricta & odioſa,in qua appellatione canonicorum non veniunt clerici.not.La.de elect.c.1.li.6.

6 †Canonici an & quando, & de quibus rebus poſſunt facere ſtatuta,vide gloſſ.claram in c.2. de verbor. ſignifi.lib.6.& quod no.Ioan.And.de conſtitu.cùm omnes.in prin.&An.eo.ti.c.cùm M.7.col.ver.nota quod canonici,&c.

Canonici duo ſi recipiuntur ſimpliciter, vacante duntaxat vna præbenda,valet receptio,& præbenda debetur primo recepto,& ſi non conſtat,quis primò receptus ſit: eſt locus gratificationi per Capitulum: tamen de excreſcentibus fructibus alteri prouidebitur.Vbi au

tem duo in Canonicos recipiuntur non ſimpliciter, ſed formaliter exprimitur ꝙ eos recipiunt ad præbendam vacantē:& hoc fit ſub diuerſis orationib. vt quia dicūt, recipimus vos in canonicos,& vobis aſsignamus talem præbendam, tunc valet receptio, & non aſsignatio, vbi verò ſub eadē oratione,& vnico verborū cōglutino plures recipiūtur, puta recipimus vos ad talem præbendā. Et conſtat ꝙ recipiunt animo ſcindendi eam, non valet receptio, ſecus ſi recipiunt animo cōſtituendi duas præbendas,& hoc cōſtat,& reditus ſufficiunt ꝓ duab. tunc valet receptio & aſsignatio Idē ſi reditus nō ſufficiant, ſed tūc aget ad integrationē vel de vacantib. vel non de vacantibus ſi ſuperſunt excreſcentes. In dubio ſi nō cōſtat, quo animo receperunt, non valet receptio. no. An. de com. cum M. ver. venio ad ſecundum. 14. col.

Canonicus ſi recipitur ſimpliciter in Canonicatu, nec aliquid dicit de præbenda vacatura, valet receptio, & debentur ei ſuperexcreſcentes, quibus non extantibus debet ei prouideri, cùm facultas ſe obtulerit: vbi autem recipitur in canonicum,& interuallo ei promittitur vacatura, tunc valet receptio, ſed non vacaturæ promiſsio. Idem quando in eodem inſtanti, ſed ſub diuerſa verborum conceptione & oratione quis recipitur in Canonicum,& promittitur ſibi vacatura eo animo, vt ſtatim ſit canonicus, & poſtea tēpore vacaturæ habeat præbendam. Vbi autem eodem inſtanti ſub diuerſa oratione verborū fit receptio & promiſsio vacaturæ, effectus tamen vtriuſꝙ confertur in tempus vacaturæ, contendunt receptum non eſſe Canonicum ſtatim, nec habere ſolam præbendam: niſi in tempore vacationis, tunc non valet acceptatio, nec vacaturæ promiſsio, attenta vnitate effectus in tempore, aliàs ſimultaneo, & fortius quando fit receptio & vacaturæ ſponſio ſub eadem ſpecificatione & oratione verborum, effectus tamen vtriuſꝙ confertur in tempus vacaturæ: vbi autem fit receptio & vacaturæ ſponſio ſub eadem oratione, ſed effectus confertur in diuerſis temporibus quia recipitur ſtatim ſi ſit canonicus & habeat præbendam ſolum in proximo vacaturam, tunc Innocent. variat, primò dixit [illegible]ceptionem non valere, nec vacaturæ promiſsionem [illegible]tenta potius ſeparatione effectus quā con-

coniunctione verborum: vt no. An. de con. cum M. ver. venio ad tertium. 16. col.

Canonicorum præbendarum numerus ſi eſt in eccleſia certus determinatus, tunc licet fructus ſuperexcreſcant, ſola ſuperexcreſcentia non rumpitur numerus præbendarum, nec etiam canonicorum, eſt tamen in potentia rumpendi, & ex debito rumpi non debent, tamen ſi canonici non rumpant, nec eis mandatur, quod aliquem in canonicum recipiant vltra numerum, non eſt ruptus numerus, & ſuperexcreſcentes fructus debent aſsignari in vtilitates eccleſiæ, licet Innocen. Hoſt. & Compoſt. dicant quod ſuperexcreſcentia ſola rumpat numerum præbendarum. vbi autem aliqui canonici ſunt vltra numerum recepti, & ſuperſunt reditus ſuperexcreſcentes, non tamen eſt deuentum ad aliquam creationem nouarum præbendarum, tunc licet ſit ruptus numerus canonicorum, non tamen numerus præbendarum: ſed eſt in potentia rumpendi, antequam aſsignent, & compelli poſſunt ad aſsignandum ſuperexcreſcentes. In præbendis creatis autem & aſsignatis iſtis præbendis, rumpitur numerus præbendarum augmentatiuarum, ſed non rumpitur determinatio antiquarum præbendarum, hoc eſt dicere, quod numerus non remanet ruptus, ſed benè augmentatus, & per conſequens eccleſia remanet numerata, quò ad præbendas. Pluribus autem canonicis vltra numerum receptis, ſi ſuperſunt fructus ſuperexcreſcentes ſufficientes pro vna præbenda duntaxat, ruptus eſt numerus canonicorum ſed non præbendarum: eſt tamen in potentia & debito rumpendi pro vno tantùm, & fructus ſuperexcreſcentes debent aſsignari pro recepto, ſed ſi non apparet quis primò receptus ſit, debent communiter diuidi inter omnes. Vbi autem plures vltra numerum ſunt recepti, & voluntate eorum creati ſunt de nouo quatuor præbendæ, tunc licet communis opinio videatur, quod ruptus ſit numerus præbenbarum, verius eſt quod non ſit ruptus, ſed augmentatus.

Ex his apparet quod facilius numerus canonicorũ rũpitur, quàm præbendarũ, quia receptio vnius canonici

nici vltra numerum Canonicorum rumpit numerum, ſed non creatio præbendæ vltra numerum.not. An. de conſt.cùm M.ver.venio ad 5.aliàs 4.15. col. An autem in caſibus prædictis valeat impetratio in eccleſia, non facta mentione de numero, ibi vide, & ſuper ver. gratia. §. gratia impetrata in eccleſia numerata. ſcias ꝙ eccleſia non ſi numerata ex conſuetudine, ſed ex ſtatuto ſic: vt no. Io. An. de concep. præbe. ex parte. ſuper ver. conſuetudine.

7 † Canonicus ſupranumerarius ſi eſt in canonicatu receptus, & ibi non eſt conſuetudo de inſtallando canonicos, habet vocem in capitulo, & omnia iura canoniæ, niſi aliud habeat conſuetudo, quæ in hoc ſeruanda eſt, licet Hoſtien. dicat quod talis conſuetudo nõ valet. Vbi verò non eſt conſuetudo in eccleſia de inſtallando, tunc ante inſtallationem non habet vocem ſecundũ naturam loci in quo inſtallatur, nam ſi ſignatur ei locus in capitulo, intererit in electionibus & alienationib. & alijs quæ ad capitulum ſpectant, ſi aſsignatus eſt ei loc⁹ in choro, habebit in choro legendo & cantando ſecundum ordinem ſuum, & omnia quæ ad chorum pertinẽt & conſuetudo in contrarium non valeret, ſecundum Hoſtien. vt no. An. de conſtit. cùm M. vlt. char. ver. quæro an hi, &c.

Canonicus ſupranumerarius debet habere quotidianas diſtributiones, ſi receptus eſt propria voluntate capituli, ſecus ſi ex neceſsitate de mandato ſuperioris receptus ſit in prima præbenda vacante, ſecus ſi non receptus in prima, quia nondum aliqua vacauit, ſecundũ Inno. quod non placuit. Io. Cald. qui vult quod eo ipſo, quod quis eſt creatus Canonicus, quod ei debentur diſtributiones & alia iura canonicalia, dicit conſiderandum eſſe qualiter Papa mandat recipi, ſi mandatur vt recipiatur in Canonicum ſimpliciter, eſt verum dictum Inno. ſed ſi mandatur vt recipiatur in canonicum cum plenitudine iuris Canonicalis, eſt vera opi. Cal. vt not. An. de conſtit. cum M. vlt. col. ſed Rota dicit, quod ex cõſuetudine approbata curiæ, talis canonicus non debet habere diſtributiones prędictas: vt ibi no, vide ſup. §. canonicus ratione, &c.

ADDI-

ADDITIO.

8 †An autem Canonicus ſine præbenda habeat vocem in căpitulo.Car.in cle.fi.de præben. tenet quod nō in 3.col.4. quæſt.

Canonicus,cui collata eſt præbenda, nōdum habet poſſeſsionem,an habeat vocem in capitulo,& ſi non vocetur,an valeat electio. Compoſt. dicit quod ſit vocandus,aliàs poterit electio caſſari propter contemptum. Archi. tenet talem non inſtallatum non deberi vocari, cùm non habet poſſeſsionem iuris ſibi collati,& eligere eſt fructus poſſeſsionis nō proprietatis.An. dicit quod opi. Comp.eſt vera,quia id quod dicitur, verum domi num non habere vocem,eſt verum,quando alius eſt in poſſeſsione & bona fide, ſedvbi poſſeſsio eſt vacās,eius eſt vox qui habet ius proprietatis,ſecundum Inno. vel dic ſecundum Ant. quod opi.Arch.eſt vera, quia ex quo moritur canonicus,poſſeſsio iuris eligēdi,& quaſi poſſeſsio reſtringitur ad alios canonicos: & ſic ipſi ſolidè ſunt in poſſeſsione contra proprietarium: vt not. Ant. in c.cum M.de conſtitu. in penult. col. verſi. tertius caſus.

Capellanus, vide ſub ver.gratia.§. gratia. per quam quis ſit.

9 †Capitulum ſunt partes & membra corporis epiſcopi,& ideò vacante ſede verè vel fictè ſpectat ad capitulum adminiſtratio de iure communi temporalium & ſpiritualium.no.Rom.con.311.& vide ſub verb.prȩlatus,vniuerſitas vel collegium.

Capitulum nō ſuccedit ſede vacante in his quȩ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.no.Rom.con.312.ideò nō poteſt beneficia conferre,poteſt tamen præſentatos inſtituere.no.gloſſ.de præbend. cùm in illis. §. cùm autem. lib.6.Item poteſt beneficia deuoluta conferre. Io.And. de ele.quanquam lib.6.in quibus autem alijs ſuccedat, & in quibus non, vide plenè per Petrum More. in c. 1. de ma.& obe.lib.6. &c.

Capituli appellatione non venit prælatus.no. Lap. de præben c.fi.lib.6.vide glo.in cle. vt hi quæ de æta. & quali.ſuper ver. in eiſdem,&c.

Capitulum vacante ſede poteſt electos confirmare, præ-

præſentatos inſtituere,& quem ex cauſa beneficio priuare,& alia quæ ſunt neceſſariæ iuriſdictionis exercere. Et ideò poteſt admittere reſignationẽ beneficij: non ſolùm ſpectantis ad collationem, ſed etiam ad inſtitutionem epiſcopi defuncti, quia reſignatio neceſſariò debet fieri in manibus eius, ad quem pertinet inſtitutio & deſtitutio. not. Rom. con. 311.

Capitulum vacante ſede, quia poteſt reſignationes beneficiorum admittere,& ea conferre, & conſequenter poteſt permutantibus beneficia auctoritatem dare, niſi quando collatio ad ſolum epiſcopum pertinet ſine capitulo, quia tunc capitulum non ſuccedit in poteſtate conferendi. not. Fred. de Senis in tracta. perm. quęſt. 26. Succedit autem in poteſtate auctorizandi permutationem, quando collatio pertinet ad alium, quàm ad epiſcopum, quia talis auctoritas eſt de iuriſdictione epiſcopi: vt not. gloſſ. in cle. 1. de re. permut. in qua iuriſdictione capitulum ſuccedit, & ita vult quædam additio poſita in dicta quæſt. 26. ſed aduerte quod gloſſ. in dicta cle. 1. tenet quod capitulum ſede vacante non poteſt auctoritatem præſtare permutationi, quando collatio pertinet ad ſolum epiſcopum, cùm capitulum cõferre non poſsit, ſed contrarium dicit Do de Sanct. Gemin. in additione prædicta, ea ratione quia collatio, quæ fit permutantibus, fit de neceſsitate, vt dicit text. in dicta cle. 1 & ſic cùm ſit neceſſariæ iuriſdictionis, capitulum poteſt conferre: vt not. ſupr. §. proximo. Poteſt tamen huic rationi reſponderi: quod licet poſt factam & admiſſam reſignationem collatio ſit neceſſaria, tamen admittere reſignationem ex cauſa permutationis, eſt voluntariæ iuriſdictionis, cùm permutatio ſit prohibita, niſi ex cauſa ſuperior illam admittat: vt not. in c. quæſitum de re perm.

Capitulum licet ſuccedat epiſcopo in poteſtate conferendi beneficia ad collationem epiſcopi iure proprio ſpectantia, quæ epiſcopus neglexit conferre, tamen nunquam ſuccedit in poteſtate conferẽdi beneficia ad collationem epiſcopi iure deuoluto ſpectantia. no. Ro. conſil. 311.

ADDI-

ADDITIO.

Capitulum quando ſuccedat epiſcopo in iure deuoluto, in licentia danda clerico, in auctorizanda permutatione, in poteſtate inquirenda, in recipiendis reſignationibus, in diſpenſationibus, in poteſtate ſpecialiter competente epiſcopo: in poteſtate commendãdi, in poteſtate doctorandi, & in multis alijs, vide plenè & ordinatè per do. Felin. in c. cùm olim. 2. col. ver. inquantum dicit Abbas. de maio. & obedi.

Capitulum licet prælato defuncto excommunicato vel ſuſpenſo poſsit beneficia conferre ſecundum diſtinctionem c. 1. ne ſe. vac. lib. 6. Et etiam iuriſdictionalia exercere: vt in c. 1. de maio. & obed. eo. lib. tamen prælato abſente, licet in remotis, non poterit capitulũ prędict. adminiſtrare, niſi prælatus eſſet captus, vt in c. ſi epiſcopus. de ſup. neg. præla. eo. lib. & niſi in caſu, vbi ſolum conſilium prælati requirendum eſſet, vt in c. 1. in fi. ne ſe. vac. & vide Lap. qui tenet contrarium.

Capitulum vel collegium quis debeat conuocare, vide ſuper verbo vniuerſitas, vel collegium.

10 † Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili: niſi prius facta executione, reperiatur non ſoluendo: vt not. Bar. C. qui bo. cede. poſ. l. 1. & ff. de ſuſpe. tu. l. tutor. § tutor. & niſi debitor ſit pro illo debito condemnatus, vel niſi debitum ſit fiſcale, & debitor in contumacia perſiſtat: vt not. Bart in l. ſacrilegij. in fin. ff. ad l. Iuliam. pecu. vbi plenè videas. ſed gloſſ. Hoſtien. Ioan And. & Ant. in c. 2. de pig. vbi dicunt pro debito ciuili, de quo conſtat, quem poſſe incarcerari, niſi bonis cedat: vide ſub verbo debitor. §. debitor non iurat. & vide ſub ver. fuga, &c.

Carcerari non poteſt pro debito ciuili aduocatus ſiue Doctor, vel Licentiatus in legibus, aut in Philoſophia, nec ipſorum filij, ſed nepotes illo priuilegio non gaudent: prædicta limita, niſi debitum ciuile deſcendat ex crimine, vel dolus debitoris arguatur: vel niſi conſuetudo ſit in contrarium, quæ decennio præſcribitur. not. Matheſil. in c. Odardus, de ſolu. & de aduocato no. Bar. in l. miles. in prin. de re iud.

Car-

Carcerari non poteſt fœmina pro debito ciuili, ſicut nec clericus, niſi debitum deſcendat ex crimine, vel dolus debitoris arguatur, vel niſi in contrarium ſit conſuetudo, quæ decennio præſcribitur. not. Ant in d. c. Odardus. de ſol. & de clerico. not Bart. in l. miles. in prin. ff. de re iud. vide ſub ver. debitor non vincit: & vide quò ad clericum. ſuper ver. clericus. §. clericus ſi pro debito. & quod not. Io. And. de ſen. exc. ſi clericos. lib. 6. ſuper ver. exceſſus. in nouella. & eo. ti. c. vt famæ. ſuper verbo, quorum.

Carcerari an poſsit debitor poſtquam bonis ceſsit: vide ſuper verbo debitor. §. debitor non vincit.

Carcerari poteſt quis vigore ſtatuti, etiam in caſu quo de iure communi non poſsit. licet Dyn. dicat & malè, quod ſtatutum tale non valet: vt not. Bartol. ff. de condit. & demonſt. l. Titio centum. §. Titio centum relicta, &c.

Carcerari, poſsit ſcriptor & præciſè compelli, vt quod promiſit ſcribere, ſcribat, quando perſonæ induſtria eſt electa, quod in dubio præſumitur. no. An. in c. 2. de pig. &c.

Carcerare, an poteſt iudex eccleſiaſticus, & prælatus clericum ſibi ſubiectum. vide de offi. ord. cùm epiſcop9 lib. 6. & de ſent. excom. ſi clericus. in nouella. & in c. vt famæ. eo. tit.

11 † Cardinali & legato creditur in his quę coram eo aguntur. not. Inno. de accuſa. in c. cùm dilectus. & vide per eundem de offi. dele. cùm in iure. in 1. gloſſ. Arch. idē dicit. 8. q. 3. c. talia & 97. diſtin. c. nobiliſsimus. in add. poteſt dici. de geſtis autem coram alio non creditur ei, ſi tāgunt præiudicium tertij: ſecus ſi nullum præiudicium tertij. vt no. Archid. in d. c. nobiliſsimus in addi. dicas: quod not. gloſſ. de ſenten. excomm. ſicut Io. And. dicit quod ſoli verbo.

*. SINGVLARE.

Cardinali aſſerenti aliquid in præiudiciū tertij, non creditur, gloſſ. eſt not quam ponderat ibi Panor. in c. ſicut. de ſentent. excommu. quod dictum refert & ſequitur pro no. Iacob. de Sanct. Georg. in Auth. ſi quis in aliquo. in 2. col. ver. ſecundò fallit. C. de eden. H. F.

Car-

Cardinali legato creditur de legatione in his quæ non requirunt ſpecialem commiſsionem, in alijs ſecus: vt ipſe not. ſecundum Hoſtien. in c. 1. de offi. lega. libr. 6. in nouella ſuper gloſſ. tria genera. & ibi rationem differentiæ: ſed contrarium not. Ioan. And. ſecundum eundem Hoſtien. in c. ad eminentiam. de ſenten. excom. vbi dicit credendum Cardinali etiam in requirentibus ſpecialem commiſsionem. alibi dicit Ioan. And ſecundum Hoſtien. quod creditur Cardinali ſecundum conſuetudinem curiæ, ſecus de rigore: vt ipſe not. de appellatio. conſtitutus. 2. ſuper verbo, Cardinalis. Spec. dicit quod indiſtinctè creditur Cardinali etiam in requirentibus ſpecialem commiſsionē, conſuluit tamen quod in actu per eum geſto, is cum quo geritur, inſeri faciat tenorem ſuæ poteſtatis in tit. de lega. §. ſupereſt. ver. ſed quid de legat. iuriſdictione. ſed in rub. de teſte. §. 1. verſi. quid ſi aduocatus dicit, de rigore non creditur ei. do. Anto. de But dicit quod legatus de Latere poteſt officiū legationis ſine literis exercere, & ſuper hoc ſit legatus, poteſt literas teſtimoniales dare: vt ipſe not. de reſtitu. in inte. cùm ex literis. verſi. quomodo factum. alibi dicit idem domin. Anto. quod Cardinali non creditur de geſtis à Papa in quantum tangunt præiudicium tertij. Si autem aſſerit ſibi aliquid commiſſum à Papa viuæ vocis oraculo, & hoc litera atteſtatur, non ſimplici verbo, tunc creditur ei vt alteri ſcribenti: & concludit, quod Cardinali creditur in his quæ atteſtatur ſcripto: & quæ ſunt leuis præiudicij: licet eius ſigillum non ſit notum, dum tamen ceſſet ſurreptio, & quod atteſtatur, ſit veriſimile: ſi verò ſigillum ſit cognitum, & atteſtatur verbo de poteſtate ſua, creditur ei quò ad omnia, quæ transfunduntur in poteſtate de iure communi, dummodò ſit notus, ſed non creditur ad illa quæ non transferūtur ſpeciali commiſsione: ſi autem atteſtatur de geſtis coram ſe, non creditur ei de rigore iuris, ſed de conſuetudine curiæ ſecus, & quod dicitur de rigore non credi, intellige indiſtinctè, quando atteſtatur verbo: Si ſcripto tunc creditur prout creditur literis ſimplicis prælati, & aliter non. Si verò atteſtatur de geſtis coram alio, vel ab alio, non creditur ei in quantum tangunt præiudicium tertij, in quantum atteſtatur verbo, ſi ſcripto creditur

ei, prout creditur literis ſimplicis prælati, & aliter non, niſi quod pingue eſt eius teſtimonium propter dignitatem. ita no. An. in c. ſuper his. de fi. inſt.

ADDITIO.

An Cardinali legato credatur de his quæ non continentur in mandato. vide per do. Felin. in c. ad eminentiam cum duabus fallentijs. de ſententia excommunicationis.

12 † Cardinales an vacante ſede ſuccedant in iuriſdictione Papæ. vide gloſ. de ſchiſma. c. 1. lib. 6.

Cardinales an habeant ius epiſcopale in eccleſijs ſuis, vide Pe. Mor. in c. 1. de maio. & obed. lib. 6. ſuper gloſſ. & per alios in cle. ne Romani. de elect.

Cardinales nõ includuntur ſub generali excommunicatione quorumcunq;, niſi de eis fiat mentio ſpiritualis, licet epiſcopi includãtur ſecundum Io. Mo. licet Pet. Mo. dicat contrarium in c. 1. de ſchiſma. li. 6. pro Io. Mo. facit quod no. Io. An. de ſenten. exco. quia periculoſum. lib. 6. in gloſſ. 2 in nouel.

Cardinalis dignitas hodie maior eſt qualibet alia dignitate, quia ipſi ſimul cum Papa omnes iudicant, & nõ poſſunt ab alio quàm à Papa & ſuis collegis iudicari: vt no. Io. An. de præben. dilectus. el 1. in prin. imò nec Papa poteſt aliquid arduum facere ſine eis, ſecundum Ioan. Mona. in c. ſuper eo. de hære. lib. 6. licet Io. And in nouel. in huiuſmodi dubitet. Hoſtien. dicit, quod parum aut nihil poteſt Papa ſine conſilio Cardinalium facere, vt recitat Io. And. in c. antiqua, de priuil. Ex hoc ſequitur quod vbi fit mentio de dignitate, nõ continetur dignitas cardinalatus, quia nec dignitas epiſcopalis continetur, niſi de ea expreſſa fiat mentio: vt no. Io. An. de conceſ. præbend. dilectus. ratio eſt, quia dignitas epiſcopalis nõ eſt dignitas, ſed culmen dignitatis: vt no. gloſſ in c. 2. de præben. lib. 6. ergo multo fortius idem in dignitate cardinalatus, quæ maior eſt epiſcopali & qualibet alia, & eſt aduertendum quod cùm ſit neceſſe de tali dignitate expreſſam & ſpecialem facere mentionem, verba generalia vel etiam vniuerſalia, puta quæcunque dignitas ſit, non ſufficerent, per ea quæ no. Ioan And. in c. quia periculoſum. de ſenten. ex lib. 6. ſuper ver. expreſſam. in nouel.

uel. Et etiam uidetur quod non ſufficerent uerba generalia, licet adderetur clauſula etiam ſine dignitate fiẽda eſſet mentio ſpecialis per ea quæ no. Cyn. in l. 1. C. quando Imp. inter pup. & vid. Et vide ſub ver. dignitas. §. dignitatis appellatione.

Cardinales an faciant collegium, dic quod ſic: vt no. Ioan. And. de iudic. in c. ad deliberandum. in gloſſ. not. cont.

Cardinales, presbyteri, & diaconi non tenentur iurare obedientiam Papę, ſed cardinales, epiſcopi. ſic & rationem differentiæ ponit Io. An. in c. antiqua. de priuil. &c.

ADDITIO.

De hoc per do Feli. in c. ad audientiam. col. fin. ver. Nota tertiò. de præſc.

Caſſatur quod nullum eſt, ſed intellige quod caſſatur de facto, quatenus de facto proceſsit, & dicitur propriè caſſari quod de iure valet. vt lit. non conteſt. accedens, primo & ibi no. glo. ſuper verbo, caſſamus. & in c. per venerabilem. ſuper verbo, non ſeruatum, qui fi. ſint legi.

Cauillatio quid ſit, vide in l. ea eſt natura. ff. de re iudi.

13 † Cauſa ceſſante ceſſare debet effectus. de app. cũ ceſſante. vide plenè per Bart. in l. 1. §. Titio. ff. de dona. & plenius per Anto. in c. poſt translationem. de renun. 8. col. ver. opponitur quod ceſſante. & vide ſuper ver. ciuilis. per totum.

Cauſa q̃ dicatur finalis vel impulſiua, & an in dubio præſumitur finalis vel impulſiua, vide Ant. de renun. c. poſt transla. 9. col. ver. ſed quæro, &c.

Cauſa quãdo dicatur pendere, vel incepta, vide ſub verbo, lis. in prin.

Cauſa limitata limitatum producit effectum. ff. de iti. actuq́ʒ priu. l. 1. §. ſi quis. hoc vide ſuper ver. limitata.

Cauſa quæ dicatur magna ſiue grauis, & quæ parua ſiue leuis, vide Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. col. antepen. in fin.

14 † Cenſemus, quid operetur hoc verbum in lege poſitum, an inducat nouam diſpoſitionem, vel decla

ret antiquam.not.gloſſ.in clemen.1.de conceſ.præbẽd. & ſecunda.

ADDITIO.

Et gl.in cle.1.de prob.vbi habetur, quod iſtud verbũ Cenſemus eſt noui iuris inductiuum.

15 † Cenſus præſtatio quandoq; arguit ſubiectionẽ, quandoq; eſt ſignum protectionis no.An. de cauſ. poſſ. c.ſi.2.col.ver,venio ad quædam.19.col. ver. nunc autem reſtat.

16 † Ceſsio actionis an requirat,quod actori denunctietur, vt impediatur ſoluere cedenti.Et qualiter ſingulariter limitetur,dicit l.3.C.de noua.vide Bald C. quando prouo.non eſt neceſ.l.1.vlt.col.& Bar.in l. facta. §. ſi hæres.ff.ad Trebel.

17 † Ceſsionario nocet ſententia lata contra cedentem,& tranſactio facta cum eodem,quando ante ceſsionem erat lis conteſt.contra debitorem. not. ff. ad Treb. l.facta.§.ſi hæres.ſecus ſi ante ceſsionem non erat lis cõteſt.contra debitorem.no.Bal.C.quando prouo.non eſt neceſ.l.1.vlt.col.

Ceſsione facta vtrùm pactum vel tranſactio facta per debitorem cum cedente, noceat ceſsionario . dic quod ſi ceſsio ad commodum ceſsionarij facta fuit,& debitor ſciuit ceſsionem,qualitercunque ſciuerit, non præiudicat,ſecus ſi ignorauit.Vbi autem ceſsio fit ad cõmodum cedentis,tunc præiudicat,niſi interueniat alterum de tribus poſitis in l.3.de noua.& no.Bart.in l.ſi cũ emptorem.ff.de pact. ff. ad Trebel. l. facta. §. ſi hæres.& Cyn.in l.1.C.de noua.

* SINGVLARE.

18 † Ceſsio iurium non valet,niſi in inſtrumẽto appareat cauſa propter quam,vt puta ex cauſa venditiõis vt habetur latè in l.per diuerſas.& in l.ab Anaſt.C.manda.hoc tamen fallit niſi debitor, contra quem habeo iura,quæ cedo alteri,eſſet in præſentia,& non contradiceret:nam tunc non poterit vnquam opponere exceptionẽ ſimulationis cantra talẽ ceſsionem ita ſin. dicit Bal. in l.cùm eſſent.§.ſin.ff.de ſeru.ruſt.præd. per illum tex. iſtud dictum refert, & ſequitur pro not. Hippo.Marſil. ſingu.

ſingu.45.incip tu ſcis quod ceſsio.H.F.

Cedi poteſt actio iudicati,& officiũ iudicis pro executione ſententiæ:vt eſt text.ff.fam.hær.l.ſi hæres. & in l.in iudicio,&c.

Cedi poteſt actio iniuriarum.no.Bar.de iniur.l.iniuriarum.in fin.&c.

Cedi non poteſt vſusfructus. not. Bar.ff. ad Trebel. l.qui ita. in prin.

Cedi non poteſt ius petendi reſtitutionem ex fideicommiſſo.no.Bar.ff.de verborum oblig.l. ſi ſtipulatus fuerim.in prin.& l.reſtituta.in prin. & ad Trebelli. l.qui ita.in prin.&l.reſtituta.in prin.& eſt tex.in l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dot.vide Bart.in l.2.C.de pact.& per præmiſſa videtur,quod nec hæres poſsit cedere ius adeundi,&c.

Cedi an poſsit,quod non eſt tranſmiſsibile ad hæredes:vide Bart.ff.de iniurijs.l.iniuriarum.3.de verborũ obligat.l.ſi ſtipulatus fuerim. in prin. & ff. de admi. tu. l.ex.pluribus. & de lega.1.l. ſi ſic.§.fin. aliàs eſt l.ſi quis ita,&c.

Cedi poteſt realis actio,id eſt, rei vẽdicatio per non poſsidentem. Et dubitatur,an per talem ceſsionem transferatur dominium.An autem ceſsionarius poſsit agere rei vendicatione ex iure ſibi ceſſo: Dic ſecundum Ioan.And.quod ſic,contra poſsidentem: ſed contra nõ poſsidentem diſtinguit: aut ceditur actio competens, & nihil agitur: aut competitura,& tunc valet, & intentabitur,quando ille alius cœperit poſsidere. not. Rom. conſil.158.Et vide omninò tex.& gl. in l.fin. de hære. vel ac.vend.& vide gl.in l.planè.ff.fami. hercif. & quod no. Cyn.in l.1.C.de alie.iud.mu.cauſ.fac. & vide ſuper verſ. libellus.§.libellus in rei vend.

Ceſsionario an obſtet exceptio banni vel excõmunicationis,quæ obſtabat cedenti.vide ſuper verſi. exceptio.§.exceptio banni, &c.

Cedens an liberetur:& an carcerari poſsit: & an poſſit alimenta deducere.vide ſuper ver.carcerari.aliàs,debitor.§.1.& 2.in prin.&c.

19 † Ceſsio actionis præſumitur ſimulata, quando fit alijs pro quantitate pecuniæ,vel re alia, quam cedẽs cõfitetur recepiſſe, & nõ apparet de reali traditiõe,quo

caſu licet cõfeſsio noceat cõfitenti,tamen nõ nocet tertio contra quem agitur ex ceſsione. no. Bar. qui dicit,ſe pluries conſuluiſſe in l. per diuerſas.C. mand. quod eſt verum ſecundum Nico.de Matarel.& Bar. quando pretium fuit minus iuſtum,aliàs ſecus:vt no.per eos in d l. per diuerſos. Fatetur tamen quod ſi pretium fuit pro parte confeſſatum,& pro parte donatum: tunc in præiudicium tertij nõ valet, nec pro parte confeſſata, ſi nõ apparet de ſolutione aliter quàm per confeſsionem: vt ipſe no per l.2.C.ne lite pendente,&c.

Ceſsio p̃ſumitur ſimulata ſi eſt facta ꝑ minori pretio quàm res valet. Vnde non valet niſi pro pretio quod eſt datũ. Et idẽ quãdo pro parte donata & ꝑ parte vẽdita, quia tunc nec valet pro parte donata,ſed duntaxat pro parte vendita,quia pretium datum eſt: ſed ſi in totum fiat ceſsio ex cauſa donationis valet, niſi fiat potentiori:vt not.Inno.& Io.An.&An.in c.ex parte.de alie.iudi. mu.cau.fact.& idem Bald.& Bart. in præalleg. l. per diuerſas.

20 †Cæterùm,hæc dictio eſt coniunctio copulatiua ordinationum dictionum,quandoq; tamen ponitur aduerſatiuè.not.Ant.de coha.cleri.& mul.c. veſtra. 2. col. in prin.

21 †Citatio prima debet fieri de perſona principali,& non de eius procuratore.Ideò procurator licet citatus non compareat,non poteſt contra dominum procedi in vim citationis,ad ea quæ ſunt magni præiudicij & pleni,ſed ea quæ ſunt leuis præiudicij,vt ad primum decretum procedi poteſt:vt no.Bar.in l.quamuis.de dam. infect.& idem no.An.de dolo & cont.cauſam vide infr. §.citari non oportet principalem,&c.

Citatio prima debet fieri perſonaliter, non ad domum, ſi citatus poteſt reperiri, quando autem dicatur non poſſe reperiri,vide Anto. in d. c. cauſam. & Bartol. in l.3.§.prætor.de dam infect.Hoſtienſis dicit,quod dicitur non reperiri,quando eſt extra prouinciam.Innocent. di cit,quod quando eſt extra ciuitatem, & hoc tenet vbi cauſa celeritatem deſiderat:quia tunc ſufficit ꝙ ſit abſens à iudicio,vt poſsit citari ad domum:& prædicta refert Ant.in d.c.cauſam.

Citatio ad domum ad ſententiam audiendam valet,

let,ſi citatus ſemel in cauſa fuit perſonaliter apprehenſus,vel ſi ſemel comparuit,&in iudicio ſiſtere promiſit. no.Rom.con.48.

Citatio ad domum non valet,quantum ad teſtes recipiendos. vide Rom. con. 48. & in clemen. 1. ſuper ver. perſonaliter. de iud. & plenè diſputat Ioan. An. in regu. præſumitur in mercu. & quando valet citatio ad domum,& quando non,vide Anto in c.cauſam.de dolo & contum. & in c.fin.de eo qui mit.in poſſeſs. & Bart. in l. 4 §. prætor. de dam. infect. & quando fit citatio ad domum,debet intelligi de domo in qua habitat tempore citationis,licet alibi maiori parte anni habitauerit. no. An.in d.c.cauſam.

ADDITIO.

Sed dubitatur de validitate commiſsionis factæ, vt quis citetur perſonaliter vel ad domum,pro quibus vide do.Alex.in conſi.2.in 3.volumine. vbi ponit de citatione facta ad domum.

Citare ſufficit in loco beneficij clericum,in quo reſidere tenetur, & in eccleſia cathedrali, licet perſonaliter non apprehendatur: quia eccleſia cathedralis ſuccedit loco domicilij.not Roman.conſi.82.alibi dicit quod quando committitur citatio in partibus, niſi fiat diligentia in perquirendo perſonam citandam in loco domicilij,licet fiat citatio in loco beneficij, de quo agitur, & etiam in eccleſia cathedrali, non ſufficit etiam ſi aliquis aſſerens ſe procuratorem dicat citandum fore abſentem, & petat ac recipiat copiam citationis: niſi de ſuo mandato legitimè conſtet. not.Rom con. 228.

Citatio per edictum eſt exorbitãs à iure communi, ideò ſtrictè debet intelligi in ſuis terminis & formis à iure permiſsis.not.Rom.con.364.

Citatus per edictum,habetur ac ſi citatus eſſet perſonaliter,ſi tamen non compareret, non dicitur verus cõtumax,ſed fictus.not.Roman.conſil.364.Prædicta intellige,quò ad proceſſum cauſæ,ſed quò ad excommunicationem non ſufficit citatio per edictum,niſi fiat in audientia contradictarum.no.Rom.con.241.

Citatio quando committitur fieri per edictũ in Romana curia & extra, quãquam ipſa citatio legatur in audientia cõtradictarum, & affigatur valuis palatij vel eccleſiæ maioris, vbi eſt curia non ſufficit: ſed oportet etiã quod legatur & publicetur in locis circũuicinis, in partibus in quibus mandatur citari, & affigatur valuis illorum locorum, nec ſufficit in vno ipſorum locorum tantùm fieri: nec etiam ſufficit affictio copiæ, ſed oportet ꝙ affigatur ipſa litera originalis citationis, quæ debet ſtare affixa per aliquas horas. no. Rom. con. 223.

Citatio per edictum in curia poteſt fieri in valuis eccleſiæ maioris die feriata: cùm tunc non teneatur audientia contradictarum, quę diebus feriatis non tenetur, & tunc ſuccedat eccleſia loco audientiæ prædictæ. not. Rom. con. 367.

Citatus ad videndum admitti articulos probandos in curia & extra, debet etiam citari in partibus, vbi fit remiſsio, quãdo teſtes ibi producuntur & iurãt, & ſi pars citanda ibi nõ eſt, nec habet domicilium, citabitur per edictum, & requirentur procuratores & amici. no. Ro. con. 10. &c.

Citatus ad videndum decerni remiſsionem ad partes pro iurib. extrahẽdis, & in publicam formã dandis, debet nihilominus citari in partib. quando iura extrahentur & publicabuntur. no. Rom. con. 10.

Citatio per audientiam contradictarum fit cõtra abſentem, facta prius fide de abſentia. no. Rom. con. 129.

Citatus ſpecialiter ad vnũ actũ, & generaliter ad reliquos actus, vſq; ad ſententiam incluſiuè, poteſt contra eum ſine alia citatione procedi vſq; ad ſentẽtiam incluſiuè, quod eſt verum, quãdo iudicium eſt in loco remoto à diœce. citati, ſecus ſi iudicium agitur in domicilio citati. Item ſecus, quãdo agit̃ in loco remoto, & citatus comparuit ſemel per ſe vel per procuratorem, quia tũc ad reliquos actus citari debet, ex quo præſens eſt ipſe vel procurator: vt no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de cita. §. viſo. ver. item licet. Addit Ant. ſecundum Fede. de Senis, quod etiam ſi non cõparuit, non artat dicta citatio generalis, niſi ad primum actum, qui imminet poſt litẽ conteſta. vt no. Ant. de offi. de lega. conſuluit. in fi. & vide inf. §. prox. &c.

Cita-

Citatus ad certum terminum, vel ad certum actum, & generaliter ad procedendum in cauſa vſque ad ſententiam incluſiuè, ſi non comparet, poteſt poſt contra eum, vt contumacem procedi per audientiam contradictarum. not. Rom. conſil. 345.

Citatio tamen, quæ tunc fit per audientiam, eſt magis de vrbanitate quàm de neceſsitate, quando ex ſpeciali commiſsione citatur quis ad totam cauſam. not. Rom. conſil. 345. aliàs 94. & dicta citatio per audientiam contradictarum habet locum, etiamſi actor in termino primæ citationis non comparuit, licet enim neutro comparente edictum fuerit circumductum, quò ad actum in illo termino primo fiendum, tamen poſteà poteſt de nouo ad illum actum, & ad alios procedi per audientiam, actore poſtea comparente. not. Rom. conſ. 69. quod procedit tàm in citatione iuris, quàm hominis: vt not. Rom. conſil. 328. vide ſup. §. proximo, &c.

Citatus in cauſa beneficiali, ſi non comparet, poteſt contra ipſum abſentem procedi per audientiam contradictarum vſq; ad ſententiam incluſiuè, quod intellige ex iure competenti actori tempore obtentæ commiſsionis: ſed ſi vellet vti nouo iure, quæſito poſt motam litem: vt quia pendente lite impetrauit gratiam in forma, ſi neutri, tunc oportet quod aduerſario dicta gratia intimetur, ſiue quod de nouo citetur per audientiam. not. Rom. conſil. 398. aliàs 320. Vide ſuper ver. reſcriptum. §. reſcriptum. cùm ſit ſecus ſi procuratorem miſit, tamen ille habebat inducias ad dominum conſulendum. no. Rom. conſil. 301.

Citatus ad curiam legitimè, ſi non compareat, poteſt contra eum abſentem impetrari commiſsio, quod contra ipſum procedatur per audientiam, ſola veritate facti inſpecta, & terminis non ſeruatis, nec eſt neceſſe quod ſibi dicta commiſsio intimetur. not. Rom. conſil. 115. &c.

Citatio noua, an requiratur aliter, quàm per audientiam, quando appellans vel appellatus vult procedere in negocio principali poſt deſertionem appellationis à grauam ine. vide ſub ver. appel. §. appellatio extraiudicialis à grauamine, &c.

Citari non poteſt per audientiam ad cauſam deſertionis

tionis principaliter commiſſam ille qui ad ſedem Apoſtolicam appellauit,& cauſam appellationis committi non fecit.no.Ro.con. 406. & ſi contra eum abſentē per audientiam procedatur,proceſſus non valet. no. Rom. con. 114.

Citatio per audientiā poteſt fieri ad inſtantiam actoris contra omnes quorum intereſt,mortuo reo & poſſeſſore.not Rom.conſil. 144. Et ad inſtantiam rei vt abſoluatur ab obſeruatione iudicij,actore cōtumace ante lit.conteſt.not Rom.con.69.

Citari poteſt actor per audientiam vſq; ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè,quando poſt decretā citationem in partibus contra reum receſsit de curia,nullo dimiſſo procuratore,licet non conſtet citationem decretam fuiſſe executam.Sufficit enim,quod ex parte rei ꝓducatur poſt decretam citationem ſufficiens procuratorium ad cauſam, quia ex hoc præſumitur tunc citatio executa, niſi procuratorium ſtatim poſt decretam citationem & receſſum actoris fuiſſet productum, quo caſu debet iudex aliquantum ſuperſedere, & aduētum actoris expectare.no.Rom.con.395.

Citari per audientiam non poteſt ille, quem executor citationis ſpecialiter citauit, & perſonaliter apprehendit vigore generalis clauſulæ in decreto citationis appoſitæ de citando omnes,ſua intereſſe putantes. not. Rom.con.419.

Citatio ſi eſt decreta contra aliquos legitimè, licet non ſit executa in omnibus locis in quibus mandatur, ſed in quibuſdam tantùm ; ſi tamen illi omnes contra quos citatio fuit decreta, conſtituant procuratores ad cauſam illam proſequendam, præſumitur habuiſſe certam noticiam citationis, in tantùm quod contra omnes tanquam legitimè & perſonaliter citatos procedi poteſt.no.Rom.con.271.

Citatus legitimè in partibus ſi non compareat,licet habeat procuratorem in curia cum mandato, qui mandatum non producit,poteſt contra ipſum principalem procedi per audientiam contradictarum. not. Roman. con.169.

Citari poteſt per audientiam appellans,cuius appellatio reperitur auditori commiſſa,etiam ad inſtantiam

non

non habentis mandatum, quia auditor etiam ſine commiſsione habebat iuriſdictionem habitu. no Rom. con. 402. Secus ſi fuiſſet commiſſa alteri non habenti aliam iuriſdictionem ad inſtantiam falſi procuratoris.

Citari poteſt per audientiam ad videndum ſe intrudi in excommunicationem ille, qui ab ipſa excommunicatione, licet malè, fuerit abſolutus. not. Roma. conſil. 399.

Citatio nō poteſt fieri à iudice abſque partis petitione, ideò in citationibus dicitur ad petitionem talis. In dubio tamen ſi apparet citationis commiſsionem & relationem ſcriptam, præſumitur requiſitionem præceſſiſſe, quia præſumuntur omnia ſolenniter acta. no. An. de iud. c. 1. ver. no. 2. Practicam.

Citatio ſi apparet facta per nuncium, licet non appareat de commiſsione, præſumitur commiſsio præceſſiſſe ſecundum Guil. ſed Bartol. dicit contrarium, quia hæc eſt ſolennitas quæ præuenit actum. no. An. de iudi. c. 1. ver. examinamus. vide omninò ſuper ver. nuncius. §. nuncio referenti.

Citatio facta per nuncium publicum iuratum valet, licet non ſit proprius nuncius iudicis. not. Ro. conſil. 355.

Citatio poteſt committi notario, ipſe tamen non poterit ſcribere relationem propriam ſuæ citationis, licet Spe. dixerit quod eius ſcripturæ credatur. no. An. de iu. c. 1. ver. examinemus, &c.

Citationis actus vel executionis officium an poſsit committi parti per iudicem, vide And. de iudi. c. 1. verſi. not. tertiò practicam. dic quod poteſt committi, ſed aduerſarius non artat literas iudicis. Aduerte tamen quod parti aſſerenti ſe citaſſe, non creditur, aduerſa parte negante, niſi aliter probetur, quia non debet eſſe teſtis in cauſa propria: vt not. Anto. in c. 1. de iudi. ver. examinemus. Bartolus etiam dicit quod quilibet poteſt conſtitui nuncius in cauſa propria: vt ipſe not. in l. 1. ff. de ſer. fug. & in l. cùm qui. §. epiſtola. ff. de furt. & l. iuſtè poſsidet. ff. de acq. poſs.

Cita-

Citatio licet regulariter fieri non poſſit per partem abſque ſpeciali licentia iudicis, hoc fallit tamen in debitore fugiente, quem poteſt creditor propria auctoritate realiter citare per capturam non verbaliter ad iuriſdictionem præueniendum, quia citatio in præueniendo exigitur legitima. Item fallit in reperto in flagranti crimine, imò & in quolibet delinquente, qui poteſt capi à quolibet, vt ducatur ad iudicem. Fallit etiam in citatione appellationis extraiudicialis, quam poteſt quis auctoritate propria facere cum cauſa. not. Ant. de iudi. c.1. ver. examinemus.

22 † Citatus præſumitur omnis ille, qui in iudicio ſe præſentat, quod eſt verum in habitante extra locũ iudicij. Secus de eo qui eſt in ciuitate in qua iudiciũ agitur. Prædicta vera in eo qui perſonaliter comparet, ſecus ſi nunciũ mittit indiſtinctè præſumitur citatus: vt not. Ro. conſi. 271. & vide Arch. 82. diſt. propoſuiſti.

ADDITIO.

Citatio facta in perſonam vxoris, vide per do. Gui. Papæ. q. 445.

Citati præſumuntur teſtes eò quod comparent & præſentant ſe ad teſtificandũ ſecũdũ dominos de Rota: vt no. Io. An. de iudi. c.1. ver. oppono 2. quod dicit Rom. eſſe verum, præſertim quando teſtis iurauit in præſentia aduerſarij nihil opponentis: vt not. Rom. conſi. 463. & melius conſi. 372. &c.

Citatio adeò eſt neceſſaria caſualiter quod ſi quis in iudicio ſit inuentus, non compellitur reſpondere ad id pro quo non fuit citatus. no. Ant. de iudi. c.1. ver. no. 4. quæ diſtinguit tamen: vt not. infrà §. citari debet, &c.

* SINGVLARE.

Citanda eſt pars in vno quoque actu, aliàs iudicium eſt nullum, fallit in duobus caſibus, primus eſt, quando ſi pars quæ debeat citari, fuiſſet præſens, ſeu citata, non potuiſſet aliquid in contrarium allegari, nam tunc valet talis actus ſine citatione, ita optimè probat tex. in l. ſi eum ſeruum. §. 1. & fi. ff. de fideicom. liber. & tex. in l. recuſare. in prin. ff. ad Trebel. Secũdus caſus eſt, in quo actus non eſt nullus, quando pars eſt non citata: imò eſt validus, quando ipſe non citato nõ facit præiudicium.

It

Ita dixit Bal.in l.ab eo. c. quomodo & quando iud.Iſtud refert & ſequitur pro no. Hippo.Marſi.conſil.33. H. F.

Citari non oportet illum qui præſens eſt no.Bar. in l.1.ff.de in ius vo.Ideo videlicet electio proceſſus, & ſententia & omnis actus factus præſente illo qui citandus erat,licet citatus non fuerit.not.Io. An.de ele. c.fi.lib.6. ſuper ver.aliàs in nou. Sed quò ad ſententiam,intellige de præſenti qui non contradicit,licet ad omne dubium tollendum cautius eſſet citare partem, licet præſentem peremptoriè ad ſententiam audiendam:vt no.Io.An.& Ant.in addi.Spec.in tit.de prola.ſenten.§.vt autẽ.verſi. vt no. in fi. Sed Ant. dicit quod tunc valet demum proceſſus factus contra præſentem tacentem, quando fuit à iudice certioratus,aliàs non dicitur præſens in dubio, ſecundũ Bar. nõ præſumitur certioratus, niſi pro eo eſſet lata ſententia.Si autem præſens non tacet,ſed contra dicit,tunc dic vt in §. qui proximè ſequitur: vt no.Ant. de iudi.c.1.ver. oppono 2.&c.

ADDITIO.

Citatione coram duobus iudicibus eadem die facta, coram quo cõparere teneatur citatus, vide per do.Gui. Papæ.q.276. &. q.413.

Citari nõ debet præſens in iudicio qui contradicit, ſed ſi non contradicit,aduerte,aut interrogatus dicit ſe velle reſpondere. & tunc compellitur reſpondere, aut non fuit de hoc interrogatus,vel ſi fuit,reſpondit ſe nõ velle reſpondere. & tunc ſi aliàs fuit in iudicio pro illa cauſa,& potuit eſſe deliberatus, cogitur reſpondere iudice eum monente. Si tamen eo non monito præſens ſtaret,& non recederet, valeret quod agitur. Si autem nunquam fuit in iudicio, & non apparet citatus, non compellitur reſpondere, ſi tamen cautus in allegando nõ prætendit defectum citationis, non excuſatur, quia ſufficit quod ſit præſens: ſed prætendit defectum citationis vi deliberationis auditur,& non compellitur reſpondere, compellitur tamen libellum recipere, quia non eſt de actis: cùm & ante citationem porrigatur. & prædicta procedunt vbi non eſt veriſimiliter deliberatum:aliàs cõpellitur reſpondere tam in criminali quàm in ciuili.not.Ant.de iudi.c.1.ver.oppono 2.&c.

23 † Citatio incerta & vaga ac nimis generalis non valet, puta ſi quis citatur ad audiendam voluntatem iudicis ſuper cauſa no. Rom. con. 342.

Citatio valet ſine die, q̃a dies intelligitur q̃ citius poterit, de app. cùm parati. & ibi no. An. in quarto notab.

Citatus ad audiendum ferri ſententiam tali die, vel poſtea quandocunq; placuerit, nõ debet illicentiatus recedere finita die, licet pars citans nõ cõparuit, alioquin vt contumax puniri poterit. Debet ergo etiam & ſequẽti comparere vel licentiam petere ſecundum Gui. de Suza. not. An. de iud. c. 1. ver. oppono. 3. &c.

Citatus ad diem certam ſi non comparuit, & iudex propter abſentiam citati ex benignitate proroget terminum ad diem ſequentem, tenetur ille die ſequenti ſine alia citatione comparere, alioquin vt contumax punitur. no. An. de iud. c. 1. ver. oppono 3.

Citatus ad certũ terminum cõparens non debet ſine licẽtia recedere ad terminũ completũ, nec etiam poteſt, licet citãs non comparuit, nec ſufficit accuſare contumaciam citati, ſed debet etiam in die ſequenti comparere, niſi in primo termino fuit licentiatus à iudice, alioquin condemnabitur in expenſis aduerſario poſtea cõparente, quia duo ſunt præcepta, ſ. vt compareat, & ad diem compareat. licet Bar. huic contradicit, quando citans in primo termino non comparuit: vt no. An. in d. c. 1. de iud. ver. oppono. 3.

Citatus cõparens poteſt ex impedimento morbi ei contigentis illicentiatus recedere, quando eſt talis morbus, qui excuſaret ipſum à comparẽdo ipſo iure, vt morbus ſonticus, aliàs ſenticus. Debet tamen dimittere procuratorẽ qui excuſationẽ ſuã alleget. Et ceſſante impedimento redire compellitur. no. An. de iud. c. 1. ver. opp. 3.

Citatus cõparens ſi reperiat iudicem abeſſe à loco iudicij, poteſt finita hora citationis propria auctoritate recedere, cùm ibi non ſit licentiatus, ideò licentiatur à iure, ſi autem iudex præſens eſt, ſed infirmus talitér, quod ad actum pro quo quis citatus eſt, non valet intendere, tunc debet petere vt eum licentiet vel diem proroget. Et ſi tanta eſt infirmitas, quod iudex his nõ valet intendere, tunc elapſo termino intelligitur licẽtiatus à iure. no. An. in d. c. 1. ver. oppo. 3. &c.

Citatio adeò eſt neceſſaria, quod licet quis ſit contumax, tamē actus geſtus contra contumacem alio die vel hora ad quem ſpecialiter citatus non ſit, non valet. no. An. in d.c.1.ver.oppo.3.in fi. hoc intellige ſi iudex prorogauerit terminum in diem immediatè ſequentem, vel ad vlteriorem prorogari conſuetum: vel niſi prima citatio fuerit etiam generalis ad totam cauſam. not Ant. de dolo & contu. c. cùm dilecti. ver. opp. ꝙ citatus, &c. Prædicta intellige, vbi reus eſt contumax, vbi autem actor non comparet, citatio circunducitur, vnde nec in diem alium poteſt actus differri ſine noua partis vocatione: vt no. Io. An. & An. in c. conſuluit. ſuper ſecunda gl. de offic. del. & præſumitur terminum prorogaſſe, eo ipſo, ꝙ in diem ſequentem diſtulit actum facere: vt no. Bal. in l. 2. poſt edictum. in prin. ff. de iud. Sed contrarium ſentit An. in d.c. cùm dilecto.

Citat⁹ ad videndū iurare teſtes ad diē certā nō iuridicā, ſi teſtes iurāt die ſequēti ſine noua partis vocatiōe vel monitiōe, nō valet. no. Ro. con. 171. vide ſup. §. proxi.

Citatus ad certum terminū qua die & hora dici debeat comparere, vide ſub ver. terminus. §. 1. & §. terminus ſi aſsignatus, &c.

Citatus perſonaliter etiam ex quacunq; cauſa debet perſonaliter cōparere, nec ſufficit procuratorem mittere. no. Ro. cō. 222. vide inf. duos §. ꝓximos ſequētes, &c.

ADDITIO.

24 † Citatio perſonalis quam poteſtatem habeat, & ſi iudex poteſt aliquem citare, vt perſonaliter compareat: vide per do. Gui. Papæ. quæſt. 445.

Citatio perſonalis, hoc eſt, quod quis debeat perſonaliter comparere, non artat ſenes, qui ſunt valitudinarij, & adeò debiles, quod non valent equitare, & tales excuſantur etiam à veniendo ad iudicium cauſa teſtimonij perhibendi, ſed debet ad eos mitti. no. Rom. con. 222. vide inf. §. proximo.

Citatus vt perſonaliter cōpareat excuſatur propter guerras & inimicitias capitales & perſonales, non propter guerras & inimicitias generales, præſertim ſi detur & probetur quod talis citatus cum literis ſalui cōductus illius principis patriæ poſsit venire, & illas obtinere

nere ſicut alij fecerunt:vt not.Ro.con.405. vide.ſup. §. citatus & perſonaliter,&c.

Citatio quando fit per iudicem delegatum,debet inſertum tenorem delegationis habere, ſi fit per literas: Secus ſi per nuncium.no.Ro.con.355.Sed Ant.in c. preterea.de dila.in prima oppo. tenet quod etiam quando citatio fit per literas, non requiritur, quod tenor delegationis inſeratur, ſed ſufficit quòd iudex narret ſe delegatum, vt citatus teneatur comparere allegaturus priuilegium ſuum.

* SINGVLARE.

Citatio in cauſa fiſcali vel Reipu. poteſt fieri nemine petente, tex.eſt in.l.2.§. ſenatus.ff. de iure fiſ. quem tex dicit ad hoc eſſe no.Lud.Rom. ſing. 574. incip. non poteſt pro reo.H.F.

Citatus per vnum ex pluribus iudicibus delegatis datis in ſolidum vt compareat coram eo vel collega, nõ tenetur comparere coram collega,qui non citauit. Et ſi per illum collegam fiat proceſſus, contra eum non valet.no.Rom.concluſione centeſimadecima, &c.

Citatio non requiritur ad dicendum contra reſcriptum delegationis, ſed ſufficit quod inſerto tenore reſcripti citetur pars, vt veniat reſpon ſura de iure alteri parti,vt videtur dicere Specula.in titulo de citatione.§. iam de citatione. verſic. ſed pone. Et deciſio Rotæ conclu.320. & Ant. in c.præterea.de dilatio. Et ratio eſt in promptu,quia iudex licet in veritate ſit iudex,ſi non eſt de ſua iuriſdictione certus vel de ea dubitat, non poteſt partem citare, nec in cauſa procedere. de offi. deleg. c. quoniam Abbas.

Citare autem ad dicendum contra reſcriptum,eſt in dubium reuocare iuriſdictionem ſuam, & ſic citando implicat contradictionem: quia citando vt iudex affirmat ſe iudicem, & citando vt dicat contra reſcriptum, in dubium reuocat iuriſdictionem.Stylus autem curiæ qui habet,quod in curia citatur pars ad dicendum contra commiſsionem, non eſt ad finem, quod illa omiſſa iudicum non teneat, ſed ad finẽ,quod res de qua agitur fiat litigioſa, ſed in citatione non exprimantur illa de quibus in cle.2.vt lit. pen.&ita no.Ro.con.219.conclude

quod

quod tenor delegationis incertus in citatione facit fidem,& ei credendum eſt ad finem, quod citatus teneatur comparere,niſi iudex citans ſit vilis perſona, vel in partibus valde longinquis: vt no. An. de offi.dele. cum in iu.&c.

Citatio vltra duas diœtas valet,ſi fit ad curiam, licet in reſcripto ſiue commiſsione, cuius vigore fit citatio, non dicitur: ergo in alijs citationibus videtur exprimendum illud, videlicet non obſtante conſtitutione concilij de duabus diœtis,niſi citatus habeat de priuilegio ſpeciali, quod vltra duas diœtas citari non poſsit, quo caſu non valet citatio, ſi in reſcripto non fit mentio de priuilegio.no.Ioan. And.de reſcrip.nonnulli.ſuper verbo,iudicium,&c.

ADDITIO.

An autem citatus vltra diœtam teneatur comparere ad illud allegandum, quod vltra terminos iuris citatus eſt: & an in non comparendo, teneat proceſſus. vide per do.Feli.in c.olim.in principio.de exceptio.

Citatio licet permittatur ex reſcripto vltra duas diœtas, non obſtante conſtitutione concilij, intelligitur taliter permiſſa quod non excedat quatuor diœtas, aliàs poſſet in infinitũ trahi, quod eſſet abſurdum: vt no.Io.And.de reſcrip.nonnulli.ſuper verbo,mentionẽ.

Citatio ſi facta eſt de illo qui de neceſsitate citari nõ debuit: non tenetur citans illum expectare. not. Fran. poſt alios de elect.qui propter.§. illud. quæſtione 10.

Citatus ad aliquid coram iudice cõpetenti ad quod de iure artari non poteſt: tenetur comparere allegaturus defenſionem ſuam, aliàs poteſt excommunicari, tanquam contumax: melius tamen facit iudex,ſi ſe abſtineat.not.Ro.conſi.35.&c.

25 † Citatus an teneatur comparere allegaturus priuilegium & defenſionem contra iuriſdictionem iudicis. vide glo. notabilem de accuſa.veniens.in gl. fi.vide omnino Archid. 15. q.4.c.in fi.& Io.An.in regula ſcienti,in ſolutione quæſtionis mercurialis.& Anto.qui pleniſsimè loquitur in c. præterea de dila. & per Barto. & Bal. in l.2.ff.ſi quis in ius voc. non ierit.vide ſuper verb. exemptus.§.exemptus ab ordinario.

ADDITIO.

Vide per do. Feli. in c. ſi duobus. col. 2. in fi. verſi. licet regulariter citatus. extra de app.

Citatio poteſt cõmitti & decerni in die feriata, dũ tamen fiat ad diem non feriatam. Ratio eſt, quia tale decretum non eſt actus iudicialis: ſed poteſt fieri in domo & parte non vocata, niſi quando decretum eſt de citando, valet: executio autem ipſius citationis non eſt dubium quin poteſt fieri die feriata, quia fit per nuncium, non ꝑ iudicem. not. Ro. conclu. 367. &c.

Citatio ad ſententiam audiendam non valet niſi ſit peremptoria, & expreſſe dicatur quod peremptoriè citatur. not. Rom. conclu. 342. quod eſt verum in ꝓphanis. Secus in beneficialibus, in quibus proceditur ſine figura iudicij: vt not. Ro. conclu. 255. Sed in prophanis in quibus proceditur, vt in notorio: Vel ſaltem ſummariè non requiritur ſolennitas peremptorij. not. Ant. de coha. cle. veſtra. 12. col. in prin. &c. Citatio ad ſententiam cenſetur peremptorium habere expreſſum, quando in ea fit cõminatio, ꝙ ſi citatus non comparuerit, iudex ad ſententiam procedet. Secus ſi cõminetur ꝙ procedet, ꝓut iuſtum fuerit, vel prout de iure poterit, ſecundum Bar. no. Ro. conſi. 245. Citatio ſiue monitio, quam fecit epiſcopus in ſynodo, habet vim peremptorij & monitionis, ita & ſine alia monitione contrafaciens pœnam etiam excũmunicationis incurrit. no. Rom. conclu. 442.

Citatio omiſſa in ſententia ferenda licet regulariter reddat eam nullam: tamen hoc fallit in ſẽtẽtia excommunicationis cenſuræ. not. Anto. de cohabi. cler. c. veſtra. 41. col. ver. nunquid autem omiſſa, &c.

Citatio quando fit in genere de omnibus, quorum intereſt, non eſt artatoria, ſed monitoria: & quid operetur. vide Roma. conclu. 419. vide infrà §. proximo.

Citare non poteſt executor citationis aliquem in ſpecie qui non ſit in commiſſione ſibi facta ſpecialiter nominatus, licet in ea ſit clauſula generalis citandi poſſeſſores, vel omnes quorũ intereſt. not. Rom. conſi. 419.

Citandi ſunt abſentes quando aliquis eligitur & recipitur in canonicum: alioquin eis inſtantibus non valet receptio. not. Roma. conſi. 426.

Citari

Citari debet quis ad productionem inſtrumenti ſicut ad productionem teſtium. tex eſt C. de fide inſtru. l. iudices. aliàs inſtrumentum non probat: niſi ſaltē pars citata fuerit ad dicendum contra inſtrumentum productum: vt not. Roma. conſi. 10. Citari debet quis ad reſtitutionem fructuum, in quibus extitit condemnatus. not. Roma. conſi. 286. vide ſuper ver. iudex contrarium. not. Rom. conſi. 320.

Citatio non requiritur ad condemnationē expenſarum, ſecundum Cy. quia de eis conſtat præſumptiuè ex actis in iudicio. no. Ant. de coha. cle. veſtra. 38. col. ver. ſecundum. circa princ. Citari non debet pars quando iuramentum alteri parti relaxatur, vel ab alio abſoluitur. vide pleuè per Anto. c. debitores. de iureiur. in 2. charta.

Citatio facta in curia per curſorem ad dicendum contra commiſsionem, inducit litis pendentiam, quo ad poſtea attentata reuocanda: licet non exprimantur in citatione ea, de quibus in c. 2. vt lit. penden. no. Ro. conſi. 279. &c.

Citari an debeant partes quando arbiter vel arbitrator procedit, vide ſub ver. arbitrator. §. arbitrator non tenetur.

Citari an debeat prior quando per Abbatem à quo prioratus dependet, onus imponitur prioratui. vide ſub ver. Abbas. in princ.

Citari an ſufficiat procuratorem, ſi dominus eſt præſens. vide Anto de do & contu. c. cauſam.

Citare non oportet principalem qui dimiſit procuratorem, licet in locum aduerſarij defuncti alter tertius ſubrogetur. Sufficit etiam citare dictum procuratorem ad dicendum contra cōmiſsionem prædictam. not. Roma conſi. 438. &c.

Citatio ad locum notoriè non tutum, non valet. An autem tūc talis notorietas ſufficit abſq; eo quod excipiatur de loco non tuto. vide Ant. de coha. cle. veſtra. 25. col. ver. ſecundum. circa prin. Et vide glo. pe. in cle. appellanti. de app. & plenius per Ant. in c. ex parte. 1. de appel. Adde quod ſi locus non eſt tutus ratione delicti ipſius citati, tenetur citans comparere; aliàs delictū

remanet impunitum: vt no. Bald. C. de epiſ. & cle. l. omnis. vlt. col. Et ita debent limitari iura dicentia, quod citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere.

ADDITIO.

26 † Citatio ad locum inhoneſtum non valet nec artat citatum: vt habetur in ſpe. de cita. §. 1. verſi. itē quod fit ad locum. Et l. ſi cum dicto. §. ſi arbiter. & ibi Bar. & doct. ff. de arb. Adde Bal. in add. Spec. in d. ti. de cita. ver. item ratione loci.

Citatus ad locum non ſibi tutum, ſi tamen eſt tutus ſuo procuratori, ſufficit quod quando quis artatur, & artari poteſt ad comparendum per procuratorem, not. Anto. de teſti. cum olim. in 2. notabi. ſed vide plenius per eundem. in c. ex parte. cle. 1. de appel.

Citatio facit rem deſinere & eſſe integram, quantū ad iuriſdictionis exercitium. no. Ant. de iudi. q 5. ver. venio ad quintum.

Citari an debeat ille qui eſt cōtumax, vide §. proxi. ſeq. & vide ſuper. verſi. contumax. §. contumax non poteſt mulctari, &c.

Citatus ſi eſt perſonaliter apprehenſus, & citanti reſpondeat ſe non venturum, vel nihil reſpondeat, & non compareat, vel malitioſe procuret, ne citatio ad eum perueniat, non eſt vlterius citandus, nec ad teſtimonium recipiendus: nec ad ſententiam ſecundum Inno. quod eſt notabile. no. Ro. conſi. 338.

Citatio ſicut non requiritur in ſententia iuris, vbi pœna ipſo iure infligitur: Ita etiam non exigitur in ſententia hominis pœnam iuris inferentis ſeu declarantis. Quod intellige quoad promulgationem ſententiæ. Sed ſi vellet ad executionem procedere, & negatur factum, ex quo pœna à iure infligitur, tunc ad ſentētiam declaratoriam illius actus facti exigitur partem citari. no. Ant. de appel. reprehenſibilis. Et Io. An. ibidem contra primum dictum. no. Rom. conſi. 52. vbi dicit partem citandam eſſe, quando petitur declarari eam incidiſſe in canonem latæ ſententiæ. Et vide duos §. proximos ſequentes: & vide ſuper verb. declaratio.

Citatio non requiritur ad ſententiam ſuper notorio ferendam, quæ eſt mera declaratoria ſententiæ à iure latæ

re latæ. An autem in proceſſu præcedente ſententiam ſit pars citanda, vide Ant. de coha. cler. veſtra. 11. col. & generaliter an in notorio ſit neceſſaria citatio, vide ſuper ver. notorium. §. notoriũ. an excuſet à citatione, &c.

* SINGVLARE.

27 † Citatio etiam in notorijs requiritur ad audiendum ſententiam ſecundum communem opinionem, fallit in ſententia principis, quia lata ſuper notorio citationem non requirit, licet contrarium ſit in alijs: vt eſt tex. ſingularis ſecundum lect. glo. in c. cum olim de re iud. Iſta not. Ludo. Roma. ſingu. 748. H. F.

Citatio non requiritur ad ſententiam, quæ fertur ſuper notorio, non ad finem condemnandi, ſecus ad finem declarãdi aliquem iniuſtum actum, vt ſi ſtatutum notorium eſt in ciuitate contra libertatem eccleſiæ vel cõtra ius diuinũ, poterit iudex eccleſiaſticus declarare illũ nullũ, nemine citato. no. do. Ant. in c. veſtra. 40. col.

Citatio non requiritur quãdo executor gratiæ apoſtolicę ſecundum tenorem gratię ſe per teſtes informat de vita, moribus & conuerſatione ac ſcientia & cautu impetrantis. no. Ro. conſi. 441.

ADDITIO.

Huius opinionis eſt etiam Bal. in l. quinquaginta. ff. de excuſa. tuto. in verſi. Sunt & alij actus. Et de hoc quãdo executor apoſtolicus debet citare partem: vide per do. Abba. conſi. 34. in 3 col. cum ſequen. in ſecundo volum. Secus autem ſi executor informatur eius conſcientia. vt per Alex. conſi. 217. ſecunda parte.

Citatio non requiritur quando iudex recepit teſtes ſuper fama vel ſuper notorio vel ſuper legitimitate perſonæ. no. Anto. de coha. cleri. c. veſtra. 48. col.

Citatio non requiritur quando iudex ad ſui informationem procedit vt bonus vir. no. An. in c. veſtra. 78. col. in prin. & plenius per eundem An. & Inn. de præſum. c. fi. & per Ioan. An. in cle. 1. de offi. delegati, &c.

Citatio rectoris eccleſiæ non requiritur quando eccleſia ſua alteri eccleſiæ vnitur. Textus eſt in cle. ſi vna. Feli. in c. quoniam contra. col. 8. in glo. in verſi. citationis. de proba. H. F.

Secus ſi ipſa eccleſia vel bona eius demembrantur. no. Io. An. in cle. prædicta, in glo. ſuper ver. defenſor. Et idē no. Ro. conſi. 229.

Citatio non requiritur ad videndum articulos admitti, ſi fuerit pars citata ad dicendum contra. Et dixi contra, quia nō intereſt amodo partis, ex quo exceptionem dedit Sed appellare poteſt, quia iudex exceptiones ſuas repellit. no. Ro. conſi. 93.

Citari non oportet ad actum niſi illum, qui ex actu lædi poſsit: & qui ſi præſens eſſet, cōtra acta dicere poſſet, & vtrunq; copulatiuè requiritur. ff. de adop. l. nam ita diuus, & de ven. inſpi. l. 1. §. denunciari.

Citari non oportet violentum ad delationem iuramenti, quod aduerſario defertur in eius odium: quia de iuris neceſsitate defertur. Secus in alijs iuramentis. no. Ro. conſi. 299.

Citatio non requiritur ad appellationem interponendam, nec ad apoſtolos dandos, quia ſunt actus extra iudiciales. no. Ro. conſi. 356.

Citatio non requiritur quando priuilegium vel diſpenſatio conceditur. no. Ant. de confir. vtili vel inuti. cum dilecta. & de ſi presby. c. veniens. 3. col. in ſi. &c. Itē quando priuilegium conceſſum innouatur in curia: ſecus ſi extra curiam ex ſpeciali commiſsione fiat innouatio, ſecundum Hoſt. vt not. Ant. in d. c. cum dilecta. Sed glo in l. nam ita diuus. ff. de adop. dicit partem citandam, quando reſcriptum impetratur, ex quo alter lædi poteſt. & idem ſentit Bar. ibidem, &c.

Citatio an vitietur, ſi executor citationis errauit in nomi. citandi. vide ſub ver. error. §. error in nomine, &c.

Citatio non requiritur ad interlocutoriam ferendam: & valet talis interlocutoria, licet ſit iniuſta, ſecundū Inno. vt no. Ro. conſi. 93. Niſi ab illa interlocutoria fuerit appellatum, ſcilicet Inno. Et primū dictum procedit in interlocutoria, nō habente vim diffinitiuæ: ſecus ſi vim diffinitiuæ habeat, vt quia decidit articulum, de quo principaliter agitur no. Ro. conſi. 436. Item ſecus ſi interlocutoria contineat aliquid dari, vel ex ea poſſet pars lædi: vt no. Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in prin. ff. de offi. proconſulis & legati. Sed Anto. tenet, quod in

in omni interlocutoria requiratur citatio partis: vt ipſe no. de procura. c. auditis. ver. oppono. 2.

ADDITIO.

An autem ſi fuerit appellatũ ab interlocutoria, poſſit iudex ad quem, procedere appellato nõ vocato. vide per do. Feli. in c. cum cauſa. ante medium. col. 2. in ver. ad illas duas limitationes. de re iudi.

Citatio partis non requiritur ad validitatem ſententiæ excõmunicationis: vt no. Ant. de coh. cleri. veſtra. 42. col. ver. nunquid autem omiſſa: ita nec requiritur citatio ad ſententiam abſolutoriam ab excõmunicatione, quod eſt verum ſi excommunicatio fuit acta ex officio iudicis, ſecus ſi ad inſtantiam partis. no. glo. 11. q. 3. excommunicationis. Licet autem pars ſit vocanda hoc caſu vltimo: ſi tamen non vocetur abſolutio tenet. no. Io. And. de appel. qua fronte. Et idem tenet ibidem. Ant. in ver. quæro. an liceat. Inno. aliter dicit de offi. dele. prudentia. §. 6. ſuper ver. malitiam. Sed Rota dicit quod ſententia excommunicationis lata ex falſa cauſa & ſine iuris ordine valet mero iure: vt no. Ro. con. 379. ver. de ſecundo. quod intelligit Rota præmiſsis tribus citationibus. Et ſicut ſententia excommunicationis lata ex falſa cauſa, & ſine iuris ordine valet: ita & ſententia abſolutoria ab excommunicatione: quia pari paſſu ambulant. no. Rom. conſi. 379. An autem neceſſaria ſit monitio, vt excommunicatio valeat & iuſta ſit, dic quod excõmunicatio non poteſt iuſtè ferri, niſi præcedat monitio. Quòd eſt verum quando profertur à iudice: ſecus ſi à parte: vt not. Inno. de cenſi. venerabilis. & Anto. de ſenten. ex commu ſacro. & c. contingit. Et debet trina monitio præcedere. per tex. de appella. cũ ſpeciali. in princ. & de ſen. excommu. ſacro.

Fallit quando epiſcopus monet in ſynodo: in qua vnica monitio habet vim trinæ monitionis: quo ad pœnam etiam excommunicationis. not. Ro. conſi. 425.

Item fallit quando excommunicatio imponitur non pro contumacia: ſed pro delicto. quo caſu nulla requiritur monitio: vt notat An. in c. 1. de exceſ. præla: Quod dicit Ioan. An. verũ quando excommunicatio ſit pro crimine notorio, ita dicit ipſe in c. 1. de offi.

deleg.li.6.in nouella. ſuper verb.violentus.licet cõtrarium ſentiat in d.c.ſacro. Item fallit quando excommunicatio imponitur à canone ipſo iure.tex.eſt de app.reprehenſibilis. Item quando fit ad defenſionem excommunicantis propter bona ei per vim ablata: vt no. Io. An. de ſen. excom. dilecto. li.6. ſuper ver. defendere.in nouel.Item quando pro futuris delictis.no.Ioan.An.de ſent.excom.ſacro. in prin. Sed Rota dicit quod non debet aliquis excommunicari niſi ſit perſonaliter monitus,& apprehenſus, vel niſi in fraudem ſe abſentet, vel niſi impediat quod non poſsit ad eum citatio peruenire,vel niſi notitia citationis,quæ ad eum peruenit,conſtituat eum verum contumacem.no. Ro.conſi. 271. Alibi dicit Rota quod licet nullus niſi perſonaliter monitus & citatus excommunicari debeat: ſi tamen per edictum fuerit citatus in audientiam contradictarũ, ſufficit. Secus ſi in alio loco per edictum citetur.not.Rom. conſil.364.Et alibi dicit quod debet præcedere legitima citatio,vt in eius contumaciam poſsit procedi in audientiam contradictarum ad excommunicationem. not. Ro.conſil.362.§.præterea.Tu autem conclude, quod licet requiratur monitio & citatio,vt excommunicatio ſit iuſta: non tamen vt ſit valida: imò abſq; monitione & citatione valet ſententia excommunicationis, licet iniuſta ſit: vt no. glo. de appel. irreprehenſibilis. & de ſenten. excommuni. Romana.§. ſed nec in ſpecie. libro 6.& C.vt lite non conteſta.in gl.finali. in fine.& Inn. de cle.excom. mini.illud. & Frede. de Senis,conſilio. 81. aliàs 11. & Ant. in c.fi. de præben. & in dicto c.veſtra. Et idem ſentit deciſio Rotę,conſil.379.Quod limita in ſententia, quæ fertur ab ordinario : ſed ſi à delegato: tunc ſi eſt iniuſta,eſt nulla. Ro. conſi. 341. Item ſi fertur ab ordinario contra priuilegium Papæ:vt no. Inno. de exceſ. præla. cum ad quorundam. Item ſi fertur ex eo, quod quis excõmunicato participat,vt in c. ſtatuimus. de ſen.excommuni. libro 6. & c. conſtitutionem.eo.ti. & lib. Adde quod ſentẽtia excommunicationis etiam quo ad iniuſticiam non requirit citationem, quando fertur contra contumacem. Sicut nec requiritur in ſententia condemnationis ius expenſarum:vt not.Ant.de iudi. c.1. ver. oppo.3. Item vbi apparet de contumacia,
nulla

nulla monitio eſt neceſſaria, notat Hoſtien. & Io. And. de cenſi. venerabilis. & d. c. 1. de offi. dele. Sed ſententia ſuſpenſionis & interdicti ſi fertur ſine contumacia, non valet niſi monitio præcedat. Secus ſi fertur pro delicto, etiam non notorio. no. Inno. & Io. An. de exceſ. præla. c. 1. vel pro defenſione rerum ſuarum: vt in d. c. dilecto. Quod loquitur etiã de ſentẽtia interdicti. Et in caſu illi⁹ c. nõ requirit monitio. vt ibi no. Io. An. in nouel &c.

Citari debet quis quando petitur declarari eum incidiſſe in canonem latæ ſententiæ. Iudex tamen debet hoc ſummariè cognoſcere. no. Ro. conſi. 342. & melius conſi. 54. vide omnino ſuper §. citatio. ſicut requiritur in ſententia, &c.

Citatio requiritur ad abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, quæ fertur contra contumacem. Sed ad circumductionem edicti non eſt citatio neceſſaria, quia eſt leuis vel nullius præiudicij. not. Anto. de iudi. c. 1. verſi. oppo. 4. &c.

ADDITIO.

Citatio partis nõ requiritur, quãdo clericus captus pro maleficio à iudice ſeculari allegat ſe eſſe clericum, habetur per Bal. in l. ſi qua per calumniam. in ſecunda col. verſic. Sed pone. quod iſte oſtendit.

Citatio an ſit neceſſaria ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto, quæ fit contra contumacem, vide ſub verſi. contumax non poterit mulctari, &c.

Citatio an ſit neceſſaria quando fit aliqua declaratio. reliqua vide ſub ver. declaratio. in prin. & ſup. §. citari debet quis quando. & §. citatio, ſicut nec requiritur in ſententia, &c.

Citatio non valet quando fit ſimul cum monitione per illum cui mandatur vt Titium moneat, quod intra 10. dies beneficiũ dimittat, vel citat eũ ad curiã. no. Specula. de cita. §. 1. verſi. ſed poteſt Papa. & Pet. More. de officio delegati. cum plures, libro 6. ad fi. &c.

* SINGVLARE.

Citatus qui non comparuit, excuſatur à contumacia, quando citatio non erat ſecundum conſuetum ſtylum citandi, ita ſingulariter dixit Ange. in l. fi. C. de can. larg. li. 10. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur

Feli.in c.quoniam contra.col.8.in glo. in verſi.citation. de ꝓba H.F.Citatio licet ſit executa,ſi tamẽ de executione nõ eſt iudici per nunciũ relatio facta,nõ poteſt iudex contra ſic citatũ procedere ad aliquem actum tanquam contra contumacẽ.Et licet poſt actum fiat relatio,actus non conualeſcit. no Bar. ff. ex quibus cau. in poſ. ea.l. hoc aũt.§.1.de condi.& demon.l.multum.& no.Inn de offi.deleg.c.cũ cõtingat.& Bal.C.quomodo &quãdo iudex.l.conſentaneum.pe.col.in fi.hæc vera niſi periculũ eſſet in mora, expectando relationem, vel niſi iudex ex aliqua præſumptione credidiſſet partẽ citatã,licet nuncius nondum retuliſſet: vt no Bal.in l. falſus.C.de fur.

Citatio generalis ad totam cauſam operatur quod reo comparente poteſt procedi vſq; ad ſententiã incluſiuè ſine alia citatione. Sed ſi ſemel cõpareat,oportet eũ poſtea citari ad reliquos actus. Et prædicta vera, quãdo res agitur in loco longinquo à domicilio rei,vbi difficile eſt eum ad quemlibet actum citare,vbi autẽ lis agitur in domicilio rei, tunc generalis citatio non ſufficit ad procedendum contra reum abſentem vltra primum actũ:vt no.Io.And in addi. Spe. in ti. de cita.§. viſo. ver. item licet iudi.& Ant.in d.c.conſuluit.de offi.dele.&c.

ADDITIO. Citationis generalis materiam vide etiam per Lod.põ. in conſi.345.aliàs 103.& conſi.328.

Citatus vt perſonaliter compareat, nõ tenetur perſonaliter cõparere, niſi in certis caſibus in iure expreſſis:de quibus habetur in l.fi.C.de procu.& in c.1.de iud. li. 6. vel niſi talis citatio fiat de ſpeciali mãdato Papæ. vt in c.fi.de maio.& obe.Et in illis caſibus,in quibus tenetur perſonaliter cõparere, excuſatur mittẽdo procuratorẽ,ſi habet iuſtũ impedimẽtum, quod perſonaliter venire nõ poſſet,vtputa infirmitate grauatus : dũmodo nõ ſit quartana:vt no.gl.de ꝓc. querelã:vel metus inimicorũ:vt no.gl 108.diſtin.peruenit. Sunt etiã & alia impedimẽta plura iuſta per eandẽ glo.archi. ſuper ea ſpecificata,quę ibi videas,vide ſup.§.citat⁹ vt perſonaliter.

Citari an debeat iudex qui in cauſa proceſsit, vt veniat ad defendendum eius proceſſum à quo eſt appellatum.vide ſub verſi.iudex.non eſt citandus,&c.

Citatio facta per literas non artat niſi citato detur copia literarũ,ſi illã petat: vt no.Spe.in tit.de citatione. §.iam

§.iam de citatione.ver.hoc aũt facto. qui ad hoc allegat de proba. quoniam contra. &c fin. Sed melius facit tex.quem ipſe non vidit in cle cauſam.in fi.de elect.

28 † Ciuilis cauſa eſt,cuius finis eſt commodum partis & intereſſe priuatũ. Sed criminalis cauſa eſt cuius finis eſt intereſſe publicum & publica vindicta Mixta eſt quę participat cũ vtroq;.Et ideo cauſa fiſcalis ex qua nõ agitur ad vindictam ſed ad intereſſe fiſci, dicitur ciuil.no. Ant.de iudi.ſuper rubrica,&c.

ADDITIO. Cauſa ciui. quæ ſit. vide in Spe. de cont.§. ſequitur videre.verſi. Alias ciuilis, iuncto verſi. Si vero agitur ciuiliter. Et gl. in l.prætor.in prin. & ibi Barto.ff. de ſepul.vio. Ciui cauſa & nõ criminalis dicitur quãdo agiturad priuat. beneficij propter crimẽ, quia talis priuatio eſt directa pœna criminis. Quod patet qa etiã nõ habẽti beneficium,poteſt pœna criminis imponi, aliàs ſequeretur quod carens beneficijs poſſet impunè delinquere. no. Ro. conſi. 402. Ex his infertur quod agens ad priuationem beneficij propter crimen, non tenetur ſe inſcribere, qa inſcriptio nõ habet locũ, quando agitur ciuiliter: vt in c.tuæ.de proba.Sed hoc caſu quando agitur ad priuationem beneficij, videtur inſcriptio neceſſaria:vt no.Ant.in c. ſuper his de accu.1. col. in fi. Et ibi videtur tex.dicere,ꝙ non tenetur inſcrib. ad pœnã tali. ſed ad aliam pœnã extraordinariã arbitrio iudicis, ſiue crimen reducatur excipiendo: vt no.in d.c.ſuper his. ſiue agẽdo,vt in d. c.tuæ.in gl.pen. & ꝙ hæc cauſa ſit ciuil. no. gl.de teſti.ex pte: & eſt tex. in c. per tuas.de ſimonia.

29 † Ciuilis cauſa grauis æquiparatur criminali, ſecundum But.& Bar.vt no.Ant.in c.fin.de iureiur. Quæ autem dicatur grauis. no.per glo. & docto. in c. querelam,de proc.Ciuilis cauſa differt à ſpirit. & ſunt ſpecies ſeparatæ.not.gl.11.q.1.de offi.deleg.in ver.ciui.dicere videatur,ꝙ ſub ciuili cõprehendatur ſpiritualis:poſſet tamen in illa glo. allegari ad cõtrarium, licet ꝙ non comprehẽdatur ex vocabuli ſignif.per extenſionẽ & identitatem rationis,vt diſpoſitum de ciuili habeat locum in ſpirituali,quando eſt eadem ratio.

30 † Ciuitatis appellat.& ſimiliter appellat.caſtri, vel villæ non continentur ſuburbia,nec continentia beneficia. Fallit quando talia loca ſubijciuntur eccleſiaſtico

ſtico interdicto.tex.de ſenten.excommu.ſi ciuitas.lib.5.

Ciuitas ſi priuetur epiſcopatu:an diœceſis etiam intelligatur illo priuata.Ioan. And.poſt Archi.in c.felicis, de pœ lib.6.in §.ciuitas hoc tractat, &c.

31 † Ciuitas tribus caſibus expreſsis in iure priuatur epiſcopatu,primus caſus eſt25.quæſtio. 2.in fi. Secũdus in c.vbi periculum,de elec.lib.6.Tertius caſus eſt in d.c. felicis de pœnis.li.6.&c.

32 † Clauſula generalis non obſtantibus iuribus & ſtatutis in contrarium,quæ poni conſueuit in gratijs apoſtolicis,non operatur quod Papa videatur in dubio diſpẽſare cõtra ius canonicum.Quod aũt dicta clauſula operetur quo ad ſtatuta,vide Ro. cõ. 3. Itẽ dicta clauſula non tollit iurata ſtatuta, vel per ſedem apoſtolicã confirmata,niſi hoc exprimatur:vt nota Io.And.de fil.presby.c.1. in nouel.ſuper gl.quam not.Et vide ſuper verbo.

Lex §.
Statutum §.
Iudex §.
Reſcriptum §.

Clauſula derogatiua ſpecialis an intelligatur incluſiua in qualibet diſpoſitione iurata:ita quod iuramentum habeat vim ſpecialis clauſulæ. vide ſuper ver.iuramentum. §.iuramentum non habet. Et an idem ſit in diſpoſitione proprio motu facta, ita quod motus propri⁹ habeat vim ſpecialis Clauſulæ,vide ſub ver.motus.

Clauſula ſi pro vt de iure vel vt ſine debito aut ſine canonico cauſam iudex terminet,nõ inducit conditionẽ, nec dat nouã formã,ſed ſolum excitatoriam: vt no. Ant.in c.cum ad ſedem de reſti. ſpo. in 3. no. & videtur ibi caſus in d.c. iuncto c. ex conqueſtione. eo. ti. & c. ex tenore.de reſtit.ſpo.vide §.arbitrator.ff.de arbi.ver.arbitratoris laudum contra ius. vide etiam Bar.in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.&l.in diem.§. ſtare. ff. de arbi. Fran. de Are. in l. ſi quis arbitratu.§.de arbitratu ff.de verbo.ob.ad hoc l. hæc verba. ff.de le. & mutuo.§.ſub conditione.ff.pro ſocio. faciũt notata per Inno.in c.prudentiam de offi.deleg.

Clauſula præuia ratione procedat, non facit conditionem.not.Ioan. And.in c. ex inſinuatione de reſcrip. in nouella.ſuper ver.in fi.

Clauſula

Clauſula generalis vel ſpecialis an requiratur derogatoria præcedentis diſpoſitionis,quando agitur de tollendo reſcript. vel priuilegio presbyteri. Et an motus proprius ſine certa ſcientia habeat vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ. not. Archi.25. q.2. vltima voluntas. & Gaſpar. de reſcrip. nonnulli. & Ioan. And. & Anto. de offic. ordi. c. ex parte 2. & Bal. in proœmio vſus feudorum. ver. quæro in corporalibus. per Bar. & Bal. in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. & per Bald. in Auth. hoc inter liberos. C. de teſtamentis. ver. quid ergo. & ver. quæro quid ſi: vbi vide omnino, & in l. humanum. C. de legiti. vltima colum. & per Frede. de Senis, conſil. 45. & plenius conſil. 322. & per Ioan. And. in c. 1. de exceſ. præla. lib. 6. in nouel. & per Fran. de Zab. in cle. 1. de ſepul. & per Cyn. in l. 1. c. quando impe inter pup. & vidu. & Bar. in l ſi quis, in prin. de le. 3. & in extrauagan. ad reprimen. ſub ver. non obſtante. Et vide per Ant. in d. c. nonnulli. & de conſtitu. quæ in eccleſiarum. de reſcrip. c. 1. de conſtit. c. 1. lib. 6. & vide ſuper ver. ſcientia. & vide omnino Lapum in c. quamuis. & in c. ſi propter. & c. ſi eo tempore. de reſcrip. & de præben. ei cui. lib. 6. & de ele cum ex eo. eo. lib. & c. Iacobus, de ſimo. q. vlti. & vide omnino. inf. §. pxi. & ſup. §. prox. & in ver. motus. & vide Ioan. And. poſt Archi. de præben. cum in illis. in pri. ſuper. verb. prouideri. lib. 6. in nouel. &c.

Clauſula derogatoria poſita in l. vel alia diſpoſitione, hoc modo, quod ſi contra fiat, non valeat, tollitur per conſequentem diſpoſitionem contrariam, ſi dicatur in ea generaliter, non obſtante aliqua lege vel diſpoſitione in contrarium. not. Ant. in c. quæ eccleſiarum. de conſtit. Sed ſi clauſula non dicat quod non valet, niſi de illa lege vel diſpoſitione fiat mentio ſpecialis: tunc oportet, ſi illi derogari debeat, quod de ipſa fiat mentio ſpecialis: vt not. Antonius in capitulo nonnulli. de reſcriptis. vel quod dicatur non obſtante aliqua diſpoſitione contraria. Etiamſi in illa eſſent verba derogatoria: non tamen requiritur quod illa verba ſpecificent: vt not. Barto. in l. ſi quis. in prin. de leg. 3. vel ſaltem quod dicatur non obſtante lege aliqua vel diſpoſitione in contrarium, etiam ſi de ea debeat fieri mentio ſpecialis: vt not. Anto. in c. 1. de reſcript. cuius

contra-

contrarium tenet etiam Cyn dicens q̃ hoc vltimum nõ ſufficit d l.1.C.quando impe. inter pupil. & vidu. & cũ Cyn.concor Archi 25.q.2.in ſumma, & c.cum ex illis in princi.de præben.lib 6. ad fin. Sed concordari poſſunt, quia loquuntur in clauſula derogatoria, poſita in lege. Sed Fred de Sen.conſi. 47. dicit idem in clauſula derogatoria poſita in priuil. ſed contrariũ dicit in conſi. 233.

ADDITIO.

Et quando clauſula generalis reſtringitur per ſpeciẽ præcedentẽ, vide latè per do.Fel in c.ſedes.2.col.de reſc.

* SINGVLARE.

Clauſula non obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis, nõ tollit iurata, glo. eſt ſingu. in c.cum non deceat de elec. li.6 vt no. Lu. Ro. ſing 7.incip. quod diſpoſitio:& quid operetur hæc clauſula, nõ obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis, priuilegijs & conſuetudinibus, in contrarium facientibus, vide Iacob. de San. Georg.in l. imperium. in ver.addo vobis.in 2.lect.ff.de iuriſdi.om.iu. H F.

Clauſula poſita in medio & in fine diſpoſitionis, ſiue ſit per modũ clauſulæ ſeparatæ, & per ſe ſtantis, ſiue ſit tanquam qualitas connexa pluribus extremis in eadem oratione poſitis, ad quæ referatur, an ad omnia, an duntaxat ad proxima, vide Bar.in l.licet & in l.talis ſcriptura.de leg 1.& ff.vi bo.rap.l prætor.2 § erit q; differẽtia.& l.ſi ita ſtipulatus.§ Chryſogonus.de verb obli. & l.Scio.§.Caius de fun.inſtru.& l.in repetendis.de leg 3. & de lib.& poſth l.3.§ filius.& per Io.& Ant.in c. inquiſitioni.de appel.& per eundem Ant in cle.1.ad fi de ſupplen. negli. præla. vide omnino per eundem de reſcrip. cauſam quæ.

Clauſula habens tenorẽ præſentib. pro expreſſo quæ ſæpe ponitur in literis apoſtolicis, operatur quod Papa videtur ex certa ſcientia facere quod in literis continetur.no. Ro.conſi.304 aliâs 209.

Clauſula generalis non obſtanti. priuilegijs quibuſcunq;,&c. derogat duntaxat priuilegijs non inſertis in corpore iuris, item his, quæ inſerta ſunt, vt patet p tex. & gl.ff.de iudi.ſi hæres abſens.in princi. & C.vbi de crimine agi oportet. aut.qua in prouincia: vt not.Barto.in extrauagan. ad reprimen. ſuper verſic. nõ obſtantibus.

Clauſu-

Clauſula generalis nõ obſtante aliqua lege in contrarium requiritur in priuilegijs & reſcriptis contra ius commune conceſsis,ad tale præiudicium iuris alterius. l.reſcripta. C.de preci.Impe. offe. & l. fi. C. ſi contra ius vel vti.pub. & ibi not.Bart. & Bal. Bart.tamen dicit hoc verum in priuilegio.Secus in reſcripto.Sed Bal.dicit idẽ etiam in reſcripto. Sed Ioan.And. dicit econtra: valet priuilegium ſine clauſula nõ obſtan. ſecus in reſcripto: vt no.in prin.de exceſ.prœla.li 6.in nouellis. Et ſine dicta clauſula non valent talia priuilegia vel reſcripta,niſi interueniat 2.iuſſio:vt no.Bal. in l. nec damnoſa. C.de preci.Impe.offe. Prædicta vera niſi princeps concedat tale priuilegium, vel reſcriptum, in quibus habet liberam adminiſtrationem,vt habet Papa in beneficijs,quo caſu licet reſcribat contra ius, tamen valet etiam abſq; illa clauſula non obſtante:vt no.Ant.in c. quæ in eccleſiarũ.de conſti.& in c.1.de reſcrip. & tunc dicitur reſcriptum contra ius cõmune,quando nulla ratio reperitur finalis,nec impulſiua ad concedendum, & ſtatutum eſt contrarium. vt no.Bald. in d.l. nec damnoſa. vide omnino ſub ver. priuilegium. §. priuilegium contra ius commune.

Clauſula generalis nõ obſtante aliqua lege in contrarium,requiritur in priuilegijs & reſcriptis contra fiſcum, & contra publicam vtilitatẽ conceſsis, aliàs non valeret.l.nec damnoſa.C.de pre.Impe.offeren.& l.fi. C. ſi contra ius vel vtili.pub. Quod intellige niſi interueniat ſecunda iuſsio:vt not. ſuprà proxi.Quando autem dicatur reſcriptum contra fiſcum eſſe,vel publicã vtilitatem,declarat Bald.in d.l.& in l.reſcrip.C.de preci.impe.offe.&c.

ADDITIO.

Clauſula tollens obſtacula non obſtante, vltra omnes ſcribentes declaratur melius per do.Feli per modum tractatus. in c. nonnulli.in princip. in tertia colũna, cum multis ſequen. extra de reſcrip. vbi ponit multas concluſiones de hac materia. Ideo ibi vide diligenter.

Clau-

Clauſula tollens obſtacula contra impedimenta effectum totalem gratiæ,non excludit obſtacula inducentia dilationem. Ideo vt omnia includat ſic formãda eſt. Non obſtantibus aliquibus, per quæ poſsit aliqua gratia impediri vel differri : vt no. per gl. & doc. de reſcriptis,ſi propter.li.6.

Clauſula ſecundum ſtylum curiæ in literis apponi conſueta, licet ratio apponatur,habetur pro expreſſa: imò & appoſita in aliqua parte reſcripti intelligitur vbi apponi conſueuit: vt no. Ant. de conſti. cum M. 8. col. ver.no.quod clauſula.

Clauſula,ſi eſt ita,quæ ponitur in literis & reſcriptis an requirat probationem omniũ narratorum: an verò ſatis ſit alterum ex narratis probare, quod de iure ſuffi ceret ad intentum:vide de reſcrip.olim.in fi.& c.2.&c.

33 † Clericus non dicitur potentior laico, niſi habeat poteſtatem ſiue ſuperioritatem iuriſdictionalem ſuper laicum, imò laicus dicitur potentior,qui terribilior,ſecundum Hoſt.no.Ro.conſi.142.Et vide ſuper verbo, &c.

Canonicus §.
Monachus §.
Procurator §.
Religioſus §.
Presbyter §.
Regularis §.

Clericus an dicatur vſufructuarius, ſiue vſurarius, ſiue ſimplex adminiſtrator in bonis eccleſiæ,vide ſuper verbo,prælatus.§.prælati licet ſint,&c.

34 † Clericorum appellatione comprehendũtur omnes perſonæ eccleſiaſticæ, quæ gaudent priuilegio canonis ſi quis ſuadẽte. Et omnes qui ſunt de familia clericorum,etiam clerici primæ tonſuræ tantum. Quid de coniugatis,vide Ant.de iudic.cum non ab homine.ver. quæro qui.Et an appellatione Clericorum comprehẽdantur presbyteri,vide Ant.de cohabi. cleri.veſtra.ver. no.quod materia etiam priuilegio clericorum gaudent conuerſi : vt no.glo. ff. de ſen. excom.non dubium. An autem appellatione clerici Cõprehendatur canonicus, vide ſub ver.canonicus.§.canonici appellatione. An autem appellatione Clerici comprehẽdantur cardinales, vide Arch.& alios in c.nemo.de elec.li.6.

ADDI

ADDITIO.

Clericorum appellatione an veniant monachi, cum duabus fallentijs Et an appellatione monachorum veniant conuerſi. vide per do. Felin. in c. non dubium. de ſen. excom.

Clericus in minoribus ordinibus, & non ſacris conſtitutus, non poteſt de iure communi eligi ad parochialem eccleſiam. no. gloſſ. de ele. cùm ex eo. lib. 6. ſuper verbo, ſubdiaconus, &c.

Clericus ſi eſt ſecularis, an poteſt aliquo modo præeſſe eccleſiæ regulari? dic quod ſic, quando eſſet vnita eccleſiæ ſeculari. not. Anto. de iudi. cauſam. Sed an regularis poſsit ſine diſpenſatione præeſſe ſeculari, vide ſub ver. canonicus. §. canonicus regularis, &c.

Clericus ſi pro debito ciuili tenetur inuitus, retinẽs excommunicationem incurrit, etiam ſi clericus promiſit obſtagium, hoc eſt, de certo loco non receſſurum. Secus ſi clericus ſtet in certo loco voluntariè recluſus. no. Io. And. & An. de iureiuran. ex reſcrip. Prædicta intellige niſi debitum ciuile deſcendat ex crimine, quia tunc clericus poteſt impunè detineri, per text. de appell. dilectus. & de pœn. grauis. Item intellige niſi dolus debitoris arguatur, vel niſi conſuetudo ſit in contrarium, quæ conſuetudo decennio præſcribitur. no. Matheſi. de ſol. Odardus. vide ſub ver. carcer. §. non poteſt fœmina. Itẽ quod clericus non poteſt pro debito ciuili carcerari, patet quia ſi bona illa debent accipi. Si non habet illa, non tenetur vltra quã facere poſsit, deducto ne egeat, quia hoc eſt priuilegium clerici: vt no. per gl & Bart. in l. miles. in prin. de re iud.

Clericus cuiuſcunq; ordinis, etiam in minorib. gaudet priuilegio clericali, & ſubeſt ſoli iudicio eccleſiaſtico, nec coram ſeculari poteſt conueniri. no. An. de iudi. cùm non ab homine. in prin.

Clericus non poteſt pro aliqua cauſa conueniri coram aliquo iudice ſeculari, nec vi pacti, nec vi iuramenti, nec vi alicuius conſuetudinis. not. Anton. de iudi. cleri.

Clericus etiam ratione feudi quod tenet à laico, nõ poteſt conueniri coram laico domino feudi. not. Ant.

de iud. at ſi clerici. in prin. verſi. oppo. cum gloſſ. ſed contrarium tenet gloſſ. quam Anto. pro ſe alleg. 11. quæſt. 1. in ſumma.

Clericus non poteſt iuriſdictionem, quam epiſcop⁹ habet in eum, prorogare in alium. not. An. de iudi. cæterùm ver. quæro an in caſibus, hoc verum in paciſcendo ſed in contrahendo in loco ſuo epiſcopo non ſubiecto, ſortitur forum iudicis eccleſiaſtici illius loci, quia iſta prorogatio iuriſdictionis fit à lege, licet propter factum hominis, vt in c. dilecti. de foro competen. vt ibi not. Inno. & Ioan. An. & Ant. Promittendo autem ſoluere in alio loco epiſcopo ſuo non ſubiecto, non poteſt clericus ſine conſenſu ſui epiſcopi iuriſdictionem alterius prorogare: vt not. Angel. in l. 1. ff de iudi. & Spe. in ti. de competenti iud. §. 1. ver. in clericis autem, &c.

Clericus non poteſt conueniri coram iudice ſeculari nec in ciuili nec in criminali, ſiue de crimine agatur ciuiliter ſiue criminaliter, licet Ioan. And. dixerit quod in cauſa merè ciuili poteſt reconueniri, niſi actio ſit talis naturæ quod infamet. Bartol. tamen ſimpliciter tenet, quod in ciuili poteſt reconueniri. Et hoc dicit communi vſu & conſuetudine approbari. Sed ſecundum primam opin. talis conſuetudo non poteſt operari, ſed eſſet potius corruptela, niſi daretur tacitus vel expreſſus conſenſus Papæ, aut tolerantia ex certa ſcientia. no. An. de iud. at ſi clerici. in prin. ver. oppo. cum gloſſ. &c.

* SINGVLARE.

Clericus non ligatur ſtatuto laicorum, quo cauetur quod ſolutio debiti probari non poſsit per teſtes, etiam ſi cauſa tractetur in curia ſeculari: vt no. Hippo. Marſil. ſing. 29. incip. ſtatuta laicorum. H. F.

Clericus coniugatus propter eius crimen per iudicem ſecularem captus, non eſt remittendus ad forum eccleſiaſticum, niſi doceat ſe contraxiſſe cum vnica & virgine, & portaſſe habitum & tonſuram. not. Roman. conſil. 202.

35 † Clericus quando dicatur ſuſpenſus à Deo, ab homine, vel à iure. Et an celebrans poſt tale ſuſpenſionem

nem efficiatur irregularis. Vide pleniſsimè per Ant.de cleri excom.min.c fin.&c.

Clericus ſuſpēſus quò ad ſe tantùm, priuatus eſt ab omni actu ſpirituali ad eius commodum.no.Ant de cleri.excommuni.mini.c.fin.Et an ſuſpenſus priuetur beneficijs obtentis,& reddatur inhabilis ad obtinenda. vide de æta & quali.c.cùm bonæ.& ibi per Ant. Et vide infrà §. proximo.

Clericus ſuſpenſus à iure quò ad ſe,licet non quò ad alios, eſt inhabilis, quò ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda.Ideò non poteſt eligi text.de cle excomm. mini. c.ſi celebrat.Et ſic multò fortius eſt inhabilis, ſi ſuſpenditur ab homine,vt etiam patet in text.& gloſſ. de æta. & quali. c. cùm bonæ. Ratio,quia talis dicitur etiam quo ad alios ſuſpenſus à iure:vt not gloſſ.in d.c.ſi.Nam primo caſu ſuſpenſus à iure, licet habeat ordinem, quò ad habitum tamen non habet, quò ad ordinis executionem:vt not de præbend.ei cui.lib 6. in gloſſ.penult. in fin Ideò ad beneficia cenſetur inhabilis:vt not.in cle. 2. de æta.& quali.in glo.2 in fi.Et clarius ibidem per Guil. & Ant.& vide ſup § proximo.

Clericus accipiens ordinem à non ſuo epiſcopo, ſine licentia ſui epiſcopi ſuſpenſus eſt ipſo iure, tamen non tali ſuſpenſione, quæ irregularitatem inducat, ſi poſtea celebrat, niſi etiam ab homine ſuſpendatur: vt not.gloſſ.in c.eos de tempo.ordi.lib 6. & Archidia.9.q. 2.Lugdun Sed Ioan.And.dicit in c.quod translationem de tem ord.ꝙ talis eſt ſuſpenſus de iure quò ad ſe, non quò ad alios.licet gloſſ.in c.ſi celebrat.de cler. excomm. mini. dicere videatur quod ſit ſuſpenſus etiam quò ad ſe,non quò ad alios,quando ſuſpenſio eſt ex alia cauſa, quàm ex participatione cum excommunicato.

Clericus ipſo iure ſuſpenditur,eo ipſo, quod eſt homicida notorius, vel notorius hæreticus, vel notorius peccator,qui tale peccatum commiſit, quod etiam poſt peractam pœnitentiam impedit ordinis executionem, not.Ioan And.de ſimo.per tuas.2. Idem ſi eſt notorius fornicator:vt not gloſſ in c.cùm non liceat. de præſcr. & Hoſtien.& Ioan.And.in c.vt clericorum.de vita & honeſt.cle.

Clericus ſuſpenſus ab officio an intelligatur etiam

ſuſpenſus à beneficio. vide per glo. magnam in cle. cupientes de pœ. Et quid operetur ſuſpenſio, vide plenè per gl. de con. cùm dilectus. vide ſub verbo, ſuſpenſus. per totum, &c.

Clericus poteſt ſuſpendi, ſi eſt infamatus ſaltem de facto ex crimine, licet quidam dicant quod ſola condẽnatio ſuper crimine etiam abſque infamia ſufficiat ad ſuſpenſionem, quod non placet. Sed infamatus de iure poteſt deponi. Ex quo nota, quod omne crimen inducens infamiam iuris, eſt depoſitione dignum. no. An de iud. at ſi clerici. in prin. ver. ad tertium not.

Clericus recipiens eccleſiam de manu laici, niſi monitus renunciet, ſuſpenditur à beneficio, & officio, ſed ſi perſeueret, deponitur, laicus verò excommunicatur, de iurepa. c. præterea. & c. relatum. Et vide c. quiſquis. de ele. 2. quod ibi no. per Innoc. qui diſtinguit, an de manu laici quis recipiat eccleſiam, vt beneficium, vel prout proprietatem. Et vide quod no. gloſ. de tenun. quod in dubijs. & 16. quæſtion. vltim. ſi quis deinceps. & c. ſequenti.

Clerici irregulares poſſunt dici à iure ſuſpenſi. not. Ant. de coha. cler. c. veſtra. in 5. col. opp. &c.

ADDITIO.

An autem clerici incurrant irregularitatem propter conſilium. vide per do. Felin. in c. 1. de offi. deleg.

Clerici ſuſpenſio eum ab altari perpetuò non remouet: ſed ad tempus. Suſpenſio perpetua à vicaria, habet reuocationis ſeu renunciationis effectum. Depoſitio nihil aliud eſt, quàm ab altari perpetua reuocatio. no. An. de iud. at ſi clerici. in prin.

Clericus poteſt beneficio priuari, ſi tenet fornicariam, ſiue concubinam publicè. Secus ſi occultè: vt patet de teſt. ex parte: adde vt ibi not. Ant. & vide inf. §. proximo. §.

Clericus poteſt ex crimine ſuſpendi, & deponi, & degradari. Suſpenditur enim ex omni crimine, ex quo de facto eſt diffamatus, dum tamen ex eo populus ſcandalizetur: aliàs ſecus ſaluo caſu dilapidationis, & ſimoniæ, in quibus ſtatim ſuſpenditur. Deponitur autem ex omni

ni delicto cum incorrigibilitate,& ex omni delicto cauſante irregularitatem. Item ſi delictum eſt publicum & ſcandaloſum. Item ſi delictum diu continuatur. Item ſi habet in ſe infamiam iuris vel qualitatis enormitatis, ſicut eſt periurium, adulterium vel homicidium, quæ inter enormia computantur. De ſimplici fornicatione dubitatur. Sed dic quod ſi fornicatio eſt notoria vel ſcandaloſa,vel diu continuata,eſt digna diſpoſitione,ceſſantibus dictis qualitatibus.Idem ſi eſt cum moniali.Idem ſi cum virgine vidua.Idem ſi cum conſanguinea.Idem ſi cum filia ſpirituali, vel cum ea quam ad pœnitentiam recipit. Idem ſi cum ſoluta nō virgine. Idem ſi eam duxit in vxorem.Idem ſi non duxerit in vxorem, ſed ſimpliciter eam cognouit & eſt in ſacris, quia ibi eſt annexum adulterium ſpirituale. Secus ſi non eſt in ſacris.Ex his conclude,quod clericus habens prælaturã, poteſt ex notabili negligentia deponi:quia in eo eſt graue delictum. Degradatur autem ex omni crimine cum incorrigibilitate.Aliàs regulariter non degradatur. Fallit in hæreſi, & in falſario literarum apoſtolicarum, & in ſortilegio:de homicida dubitatur. Sed veritas eſt, ꝙ ex illo non degradatur.no.An.de iudi.at ſi clerici.in pr. ver.quæro ad declarationem:quod eſt verum niſi ſit incorrigibilis:vt no.ibidem Anto.eo.tit.cùm non ab homine.verſi. no.hîc apertum. Item deponitur clericus ſi eſt vſurarius:vt no.gl.de cler.excom. mini. c.clerici. & vide ſup.§.proximo.

Clericus quando ſuſpenditur vel deponitur ex delicto,ſi eſt corrigibilis,non proceditur vlterius. Sed ſi eſt incorrigibilis,tunc excōmunicatur,& anathematizatur. Et ſi eccleſia vltra non habeat quid faciat,traditur curiæ ſeculari,cui nullo caſu tradi debet ante incorrigibilitatem:niſi falſarius ſit literarũ apoſtolicarũ. not. An.de iud.cum non ab homine.vlt. col.

Clericus actualiter degradatus ſtatim incipit eſſe de foro ſeculari, & antequam tradatur curiæ ſeculari. ſecundum Ioan.And.Secus in verbotenus depoſito, qui non efficitur de ſeculari foro antequam tradatur. Aduerte tamē degradationis formam.Nam ſi dicit, degradamus te,& nihil aliud profert abſente iudice ſeculari: tunc ex hoc non ſubeſt iudice ſeculari.Sed ſi eo præſen-

te clericus degradatur, traditus cenſetur. Sin autem dicit, degradamus te & priuamus te omni priuilegio clericali: tunc etiam traditus cenſetur. not. Ant. de iudi. at ſi clerici §. de adulte. verſi. venio ad tertium contrarium. Si tamen clericus depoſitus iterat delictum, ſtatim ipſa incorrigibilitate perdit beneficium clericale. & ſubeſt iudici ſeculari ſine alia traditione vel degradatione. Idem ſi incorrigibilitas ſurgit extrina monitione, licet expreſſa depoſitio non ſit facta: ſecundum Io. An. vt no. An de iud. cùm non ab homine. ver. 2. oppo.

36 † Clericus qualiter degradetur, & qualiter tradatur curiæ ſeculari, vide Ant. de iudi. at ſi clerici. de adulte. in fin.

Clericus dicitur incorrigibilis, quando ter monitus non deſiſtit. Sed ſi non monitus reuertitur ad priora delicta, vel in illis perſeueret, non dicitur incorrigibilis, licet pœnitentiam ſibi iniunctam non ſeruet. Vnde per hoc non poſſet tradi iudici ſeculari. not. An. de iud. cum non ab homine. verſi. quæro qualiter. & vide in ver. no. Practicam.

Clericus quando deponitur ex delicto, ſi dicit ſe paratum corrigi, debet in monaſterium detrudi ad pœnitentiam peragendam, non tamen debet in tantùm vita attenuari, quod veriſimiliter moriatur. not. An. de iud. cùm non ab homine. verſ. quæro qualiter, &c.

Clericus pro enormi delicto primò deponitur. Et ſi eſt incorrigibilis, quia delictum iterat, excommunicatur. Tertiò anathematizatur: & vltimo traditur curiæ ſeculari. not. Ant. de iudi. çùm non ab homine. ver. not. practicam, &c.

Clericus cuiuſcunque ordinis etiam in minoribus, poteſt deponi ex furto, & ex quolibet alio delicto enormi. not. Anton. de iudi. cùm non ab homine. in principio.

Item clericus primæ tonſuræ tantùm, patitur degradationis actum, ſecundum Archi. vt no. Anton. eo. tit. ver. quæro cui.

Clericus irregularis ex delicto non ipſo iure depoſitus, ſed deponendus: non tamé eſt tradendus curiæ ſeculari ante incorrigibilitatem. no. An. de iud. cùm non ab homine. ver. no. crimina.

Cle-

Clericus depoſitus an perdat priuilegium clericale, vide gl. & Io. And. & Ant. in c. ad abolendam. ſuper ver. prærogatiua. de hæret. &c.

ADDITIO.

Vide ibi do. Abba. in 3. col. ante med. in ver. in gloſſ. ſuper ver. prerogatiua. vbi videtur diſtinguere inter degradationem verbalem & actualem: vt primo caſu non perdatur priuilegium clericale, ſecundo caſu ſic.

37 † Clericus licet ſit homicida, vel aliàs irregularis non eſt inhabilis ad beneficia. Et licet poſt beneficium adeptum committat homicidium, non priuatur ipſo iure beneficio, ſecundum Compoſt. & not. Ioan. An. de conceſ. prebend. cùm noſtris. in prin. ſuper ver. poſſide at. licet aliter dicat Roman. conſil. 253. Ex delicto autem ante promotionem & beneficium adeptum commiſſo, priuandus non eſt. per text. de purga. ca. c. fin. & ibi per Ant. contrarium not. Ioan. Cal. in c. querelam. de iureiurand. non obſtat c. fina. de purga. ca. quia ibi non erat probatum delictum, ſed ſola infamia. Item ibi infamatus ſe purgare debet, vbi delictum de quo infamatur eſt graue. Et idem in quolibet crimine non occulto etiam ante promotionem commiſſo. & c. fin debet intelligi de crimine leui & occulto: vt ibi no. per Phil. Hoſtien. Ioa. And & Ant. vide tamen Ant in d. c. cùm veſtris. 8. col. vbi dicit collationem beneficij factam irregulari valere. Secus in electione facta ad prælaturam, & idem dicit Cal. in d. c. querelam. & vide ſub ver. irregulariter. §. vt homicida, &c.

38 † Clericus poteſt ex crimine falſitatis beneficio priuari. per tex. de reſcrip. olim. & ibi no. Ant. &c.

Clericus poteſt propter inobedientiam beneficijs ſuis priuari. no. glo. in c. dolentes. de cel. miſ. &c.

Clericus an egeat diſpẽſatione pro omni delicto, dico quòd ſi agitur reſpectu pœnæ imponendæ ab homine, ſi delictum eſt omninò occultum & non probabile, non eget diſpenſatione. quia eccleſia non iudicat de occultis. Sed ſi delictum eſt occultum & non notorium, probabile tamen, eget diſpenſatione: ſed vbi agitur de diſpenſatione quòad officium ordinis. dic vt no.

An.de iud.at ſi clerici.§.de adulterijs.ver.quæro an quo libet,&c.

Clericus coniugatus non poteſt eſſe iudex ordinarius,nec delegatus iudex in cauſa ſpirituali: vt not. Io. And.in c.Io.de cler.coniug. Et quod dicit Lapus in c. de offi.vicar. libr. 6. Et vide plenè per Anton. in d.c. Ioan. &c.

Clerici & prælati an dicātur eſſe de territorio vel de diſtrictu dominorū temporalium,vide plenè per Mor. in c.fi.in prin.de offi.deleg.lib.6.

Clericus non poteſt iuramentum præſtare coram iudice laico ſine licentia ſui prælati ſiue ſuperioris. Sed coram iudice eccleſiaſtico ſic,ſiue ordinario ſiue delegato, quia eo ipſo quod iudex eſt, habetur pro ſuperiore quò ad cauſam coram eo vertendam ſecundum Inno. & Ioan.And.in c.1.de iuramen.calum. Sed aduerte,quia eſt verum quò ad clericum coram eo litigantem.vbi autem non eſſet actor nec reus,ſed vt teſtis vellet iurare in cauſa inter alios vertente,videtur quod non poſsit ſine conſenſu ſui præl.ti. Et ita videtur Inno. loqui in d. c. 1. Poſſet tamen dici quod ſicut iudex delegatus eſt ſuperior,quò ad partes,ita & quò ad teſtes compellēdos vt iurent,& deponant, &c.

Clericus promotus ad ſacros ordines intra tempus pubertatis,ſi inuitus & coactus fuerit promotus, non tenetur comparere,ſed matrimonium contrahere poteſt:vt not. gloſſ. in c. vnico de cleri. per ſaltum promo. Idem ſi non fuerit coactus,dum tamen intra pubertatē contradixerit,& in contradictione perſeuerauerit vſq; ad pubertatem,idem etiam ſi intra pubertatem non cō tradicit:duntamen ſtatim cùm cœperit ad pubertatem peruenire,contradicat:& illud ſtatim intelligitur intra triduum:vt not.Hoſtien.& Inno.in c.pueri. de tempo. ordi.aliàs non auditur: vt not. Compoſt. & Ioan.And. in præfato c.vnico.& in d.c.pueri.& Archid.r. quæſtio. 1.pueri.licet gloſſ.aliter dixerit in dicto c.vnico. & in d. c.pueri,&c.

39 † Clerici non poſſunt eſſe procuratores in foro ſeculari;ſed in eccleſiaſtico ſic. not. Inno. de obligat. ad ratioci. c. fin. ſed in foro ſeculari poſſunt cum licentia epiſcopi:vt not.Innocen.in c.1. de iuramen. calum. vide

de ne cleri. vel monaſt. c. 1. & 21. quæſtion. 3. per totum, &c.

Clericus ſuccedens laico non poteſt coram ſeculari iudice conueniri: vt not. gloſ. & Arch. 11. quæſt. 1. clericus nullum. quod intellige niſi inſtantia fuiſſet cum defuncto inchoata: vt no. Ang. in l. hæres abſens. in prin. C. de iud. &c.

Clericus eo ipſo quod fit miles priuatur omnibus beneficijs ſuis: vt no. gl. in c. fin. de cler. non reſid. Quod intellige, quando ſe in ea exercuit: aliàs ex ſola militia non perdit priuilegium clericale: vt not. Inno. in c. 1. de apoſtatis. idem not. gloſſ. & Archid. 51. diſtinct. Si quis. vide Anto. qui plura requirit ad priuationem in d. c. 1. de apoſtatis, &c.

Clericus qui eſt in ſacris non poteſt inſtrumenta cōficere, nec officium notariatus exercere: licet de facto iã contrarium ſeruetur: vt no. Hoſtien. & Io. An. in c. ſicut ne cler. vel mon. &c.

ADDITIO.

Et maximè in regno Franciæ vbi presbyteri notarij cauſas recipiunt & conficiunt inſtrumenta publica.

Clericus eccleſiæ an & quando poſsit agere & defendere ſine mandato pro rebus & iuribus eccleſiæ, & quãdo agit, an agere debeat nomine proprio vel eccleſiæ. vide Ioan. And. & plenius per Anton. in c. cùm olim. de teſti.

40 †Coadiutor quid ſit, & quis ſit, ac cui, & per quẽ, & in quibus caſibus detur, & quod ſit eius officium vel poteſtas, & quando expiret: vide plenè per Io. An. de cle. ægro. c. fi. & per Oldra. con. 44.

41 † Collatio differt à prouiſione, diſpenſatione, præſentatione, inſtitutione, & elect. de præbe. cùm in illis. lib. 6. & de elect. 1. eo. tit. vnum tamen quandoq; pro reliquo ponitur. not. Rom. con. 446. dic quod ſub verb. electionis comprehenditur præſentatio & inſtitutio in alijs quàm in impetrationibus beneficiorum: vt in cle. inſ. de re. perm. in fi. penul. gl. ſuper ver. libellus. §. libellus in quo laicus, & vide ſuper ver. &c.

Beneficium §.
Capitulum §.

Poſſeſſor §.
Prouiſio §.

45 † Collatio epiſcopi, quando ad eum pertinet conferre, habet vim confirmationis ſuperioris. no. Anto. de reſti. ſpolia. in literis. 26. col. ver. venio ad vltimum, &c.

Collationis & prouiſionis vim obtinet inductio in poſſeſsionem, & receptio in canonicum, quando inducens vel recipiens habet poteſtatem conferendi, & prouidendi, & nulla alia præceſsit collatio vel prouiſio; aliàs ſecus. no. Roma. conſi. 439.

Contrarium ſentit Oldra. conſilio 141. in fin. vide omnino Ioan. And. in addi. Spec. ſuper rubri. de inſti. &c.

Collationem beneficij videtur facere epiſcopus eo ipſo quod permutantibus conſentit: vt no. Fre. de Sen. in tractatu permu. quæſtione 25. Per quod concludi poteſt quod redeuntibus ad priora beneficia iuxta formam c. ſi beneficia. de præben. libro 6. intelligitur facta collatio de nouo per ſuperiorem, cuius auctoritate redeunt.

Collatio beneficij quo pars eſt ipſo iure priuata, an poſsit fieri antequam per ſententiam declaretur priuata. vide Lap. de caſtel. alleg. 110. & in fi.

43 † Collatione præbendæ an acquiratur ius in canonicatu. dicit Ant. quod ſic ſecundum Compoſt. & Hoſt. vt ipſe not. in c. cum M. Ferrarien. de conſti. Nam cùm præbenda ſit pro canonico inſtituta, eo ipſo quod vacans præbenda confertur, intelligitur etiam canonia collata: vt no. Io. And. & Archi. in nouel. in c. fi. clericus de præben. li. 6. Idem tenet Io. An. & Compoſt. in c. cum M. de conſti. & Guil. & Zenze. in cle. ſi iuxta. de præben. Idem tenet Rota conclu. 441. Et econuerſo collato canonicatu cenſetur collata præbenda vacans pro illo canonicatu inſtituta. Secus ſi tempore quo confertur canonicatus præbenda non vacaret: quia fortè vacaret canonicatus vltra numerum: vt no. Lap. in c. ſi poſtquam. e. ti. & li. Et vide ſub verbo, cano. §. cano. vltranumerarius. & §. cano. & præbenda, &c.

44 † Collector non cenſetur iudex, ſed adminiſtrator, ſiue negotiorum geſtor. not. Ro. conſilio 207. aliàs 265. Et vide ſub verbo, beneficium. §. lex. §. probatio. §.

Colle-

Collector deputatus per Papam, poteſt nedum vnũ, ſed plures, & nedum poſt, ſed ante litem conteſtatam alios ſubcollectores facere, & ſubſtituere: vt not. Ro. conſi. 265.

ADDITIO.

De eo autem qui fuit collector, & mortuus eſt poſt Pontificem, pro quo fuit collector, quid iuris ſit, vide per do. Feli. in c. in natura. 21. correlatio. de reſcrip.

45 † Collegio vel monaſterio futuro non poteſt donatio fieri: de re iu. Abbate ſane. lib. 6. Nec poteſt priuilegium concedi. de eccle. ædifi c. penul. Sed legari ſic, no Bar ff. de ali. lega. l. ſeruas. Et vide ſub verbo, beneficium. §. capitulum. §. conuentus. §. eccleſiæ. §. electio. §. gratuitum. §. vniuerſitas vel collegium, &c.

46 † Collegij priuilegium perdit, qui à collegio per quinquennium abſens fuerit, eo ſaluo, quod in collegio aduocatorum, qui fuit abſens per triennium, perdit priuilegium collegij. no. Bar. in l. per hanc, C. de aduo. diuer. iudicum.

Collegiũ ad ſui eſſentiam non requirit ibi aliquem eſſe prælatum: vt not. Archidia. 21. quæſtione 1. ſicut in glo. ſed contra. & Innoc. de præben. cùm non ignores, &c.

Collegia quæ ſunt illicita, & quæ licita, vide Bart. in l. fi. ff. de colla. illi.

47 † Collegium faciunt duo de iure canonico, vt in c. 1. de ele. & ibi tenet Pau. & Fran. de Zaba. in cle. & ſi principalis, de reſcrip. licet de iure ciuili requirantur tres, vt in l. Neratius. ff. de verbo. ſigni. Innoc. etiam dicit, quod etiam de iure canonico requiruntur tres; vt in c. poſtulaſti, de iure patronatus. Et idem dicit Archi. ſecundum Tancre. 10. q. 1. in c. 1. Sed Ant. in d. c. de elect. dicit quod duo faciunt congregationem, & tres collegium, &c.

48 † Colonus qui omnes fructus terræ percipit, & domino penſionem in pecunia ſoluit, tenetur ſoluere onera quæ imponuntur terræ, quam colit, vt C. de anno. & tribu. l. 1. lib. 10. & no. glo. fi.

* SINGV-

* SINGVLARE.

Colonus partiarius non poteſt conueniri vltra quã facere poſsit, iſtud eſt ſingulare verbum Rapha. Ful. in l. ſi merces. §. vis maior per illum text. ff. loca. Quod dictum refert & ſequitur pro valdè no. Fran. Crem. ſing. 155. incip. tu ſcis quod ſocius. H.F.

49 ✝ Commenda an ſit titulus beneficij eccleſiaſtici: vide Archidiaco. de reſcriptis. ſi propter. in fin. Et de electione. nemo. lib 6. dicit quod eſt titulus canonicus: vt no. Fred. in tractatu permutationum: quæſtione 15. Et vide ſub verbo, beneficium. §. beneficium reſeruatũ vacans permutatio.

Commendatarius poteſt præſentare clericum ordinandum ad titulum eccleſiæ, ſecundum Archidia. in c. nemo, de electioni. lib 6 ratio eſt, quia poteſt commendatarius fructus eccleſiæ ſibi commendatæ recipere, ergo conſequenter poteſt præſentare: quia præſentare eſt fructus iuris patronatus percipere: vt no. dom. de Sancto Geminiano in dicto ca. nemo. Per quam rationem patet ꝙ etiam poteſt eligere & conferre beneficia: Quia eligere & conferre eſt fructus iuris eligendi: vt no ſuper verbo, fructus. §. fructus appellatio. Et hoc eſt verum, maximè quando commẽdatori conceditur, quod poſsit fructus nedum in vtilitatem eccleſiæ, ſed etiã in ſuos vſus conuertere, prout hodie communiter fiunt commendæ: vide omnino ſub verbo, beneficium. §. beneficiorum collatio.

50 ✝ Compromiſſum generale de omnibus litibus ſi factum eſt cum clauſula, ꝙ lis & quæſtio intelligatur de omni eo & toto quod erat laudatum, tunc valet laudum, etiam ſi ſuper eo quòd aliàs erat per ſententiam deciſum. no. Ant. de arbi. expoſita. Ratio eſt ſecundum eum, quia potuit de validitate ſententiæ in dubiũ reuocare. Propterea dicit Bald. in. l. poſt rem. ff. de tranſa. ꝙ quando dicitur ſententia nulla ex cauſa probabili vel appellatum vel appellari poteſt ab ea, tunc de contentis in tali ſententia poteſt fieri compromiſſum. & vide ſub verbo, arbitrator prælatus. §. prælatus ſicut nõ poteſt. & ſuper ver. terminus.

Compromiſſum an poſsit fieri in decimis vel decimarum

marum fructibus, & alijs ſpiritualib⁹, vel ſpiritualibus adiacentibus. vidè ſub ver. decima vel decimarum ius.

Compromiſſum ſi non valet in perſona vnius, non valet in perſona alterius, quia non debet claudicare ad inſtar iudiciorum. ff. de arbi. l. cùm dies. §. penult. l. ſi interpretatur, aliàs ſed interpellatur. §. fin. & l. ſi pupillus.

51 † Concilium an poſsit facere ſtatutum cōtra ius; vide ſub ver. ſtatutum. §. ſtatuta contra ius. & vide ſub ver. Papa.

Concilia vbi, & quando, & per quos celebrata fuerunt, vide Io. An. in c. nemo de elect. li. 6. in nouel. ſuper. 2 gloſs.

Concluſio non requiritur in cauſa beneficiali. Secus in cauſa prophana. not. Rom in conſil. 5. & vide ſub ver. iudex.

52 † Concluſio in cauſa non impedit productionem inſtrumentorum in cauſa beneficiali & matrimoniali, in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij no Ro con. 30. imò & in cauſa prophana: idem eſt ſecundum æquitatem: vt no. Rom. con 30. &c.

Concluſio in cauſa non impedit quin poſsint recipi teſtes ſuper habilitatibus perſonæ impetrantis, & ſuper probatione ſignorum; ſigillorum & notariorum per partem aduerſam negatorum. not. Rom. con. 6.

Concluſione facta ad inſtantiam actoris ſi iudex admittit articulos rei, videtur tacitè reuocaſſe concluſionem, quod eſt verum, ſi iudex ſciuit concluſionem factam. Secus ſi ignorauit, quia forte ſucceſsit alteri qui fecit concluſionem. no. Rom. con. 5. &c.

53 † Concordia an poſsit iudex compellere partes litigantes ad concordiam faciendam. vide Ant. de mutu. pet. c. 1. vlt. col. &c.

ADDITIO.

An iudex poſsit compellere partes ad concordiam, vide pulchè per do. Felin. in rubrica de treu. & pa 1 col. cum duabus ſequen. per regulam cum ſeptem fallētijs. Et in c. cauſam. el 2. in princip. de reſtitut. & ibi quid ſit concordia.

54 † Concubina largius ſumitur ſecundum cano-

nes

nes,quàm ſecundum leges. Quia canones appellant illam cum qua illicita & prohibita copula habetur: Leges autem appellant:quę ſine nuptijs in domo tenetur quaſi loco vxoris. Et talis concubinatus per leges permittitur, ſed per canones prohibetur: vt no. Ant. de cohabi. cle. veſtra. ver. no. quod ſumitur. & æquali nomine antiquitus vocabatur concubina. vide tex. in l. vſurarius. ff. de ver. ſigni. & C de dona. inter vi. & vxo. l. 2.

Concubinæ poteſt dari & promitti, & tenet obligatio, niſi fiat per militem vel clericum, qui miles cœleſtis eſt. no. gl. & Bar. in l. affectionis ff. de dona. & Cy. in l. 3 C. de dona. inter vi. & vxo. Sed promiſsio per concubinam facta occaſione concubinatus non valet: vt no. Barto in d. l. affectionis. Item nec mileș nec hæreticus poteſt legare concubinæ. not. Barto. de teſta. mili. l. miles § mulier.

55 † Conditio an dicitur impleta quando impletur ob aliam cauſam, quàm cauſa conditionis implendæ. no. Ro. conſi. 413.

Conditio poteſtatiua, licet impleatur ſiue non, trahitur retro Secus in cauſali. no An. conſi. 363. aliàs 316.

Conditionalis promiſsio non dicitur illa, per quā quis promittit mihi ſoluere cùm petiero. Secus in promittente, ſi petiero ff. de verbo. obli. l. ſi 10. cùm petiero. & no. glo. & Bart. in l. liber homo. §. decem. eo. titu. &c.

Conditiones iuris non faciunt diſpoſitiones conditionales, ſed monitionem inducunt. not. Anto. de iureiuran. quintauallis. penulti. col.

Conditio vel modus, an poſsit impleri per hæredem eius, q implere debeat, & econtrà an ſufficiat eam impleri in perſona hæredum eius, cui implendum erat, glo. aliquid tangit in l. 2. C. de pact. inter emptor. & ven. vide plenè per Cy. C. de condi. inſer. l. ſi plures. & per Bar. in l. ſi decem cùm petiero. de verbo. obli. & in l. à teſtatore. de conditio. & demonſtra.

Conditio, ſi eſt inſtitutus, ſi deceſſerit ſine hæredibus, vel ſine filijs, adiecta fideicommiſſario, qualiter intelligatur, vide ſub ver. fideicommiſſum §. 2.

Conditio reſolutiua reſoluitur ipſo iure. Quod eſt verum in conditione extrinſeca: vt not. An. de conſti.

cum

cum M. verſi. huic opinioni mirabiliter obuiat. 19. colum.
56 † Conductor prædij an teneatur ipſe vel locator ad onera quæ prædio imponuntur, vide ſub verbo, colonus.

* SINGVLARE.

Conductor qui promiſit reficere molendinum, intelligitur de prima refectione. iſtud eſt notabile dictum do. Fran. Cremon. no. 146. inci. decidi ſemel pulchram quæſtionem. H. F.
57 † Connexio operatur ꝙ res ſeparatæ naturæ contrahuntur ad naturam alterius per coniunctionem & connexitatem. Et ideo connexorum idem eſt iudicium. no. An. de iudic. c. 4.

Confeſsio & ſententia procedunt à pari, vt cui præiudicaret ſentētia, præiudicat confeſsio. nota. Anto. de iudi. at ſi clerici. in princip.
58 † Confeſsio extraiudicialis non nocet ſecundum Inno. vt no. Ant. de iudi. at ſi clerici. in prin. ver. vel extra glo. Sed Ro. dicit quod confeſsio extraiudicialis, licet plenè probet in ciuilibus, tamen in criminalibus non, quo ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ. Ideo presbyter confitens adulterium extra iudiciū non deponitur, ſed beneficio priuatur. no. Roma conſi. 180. Tu dic in criminali, quod confeſsio extraiudicialis ſuper crimine facit plenam probationem, ſi fiat præſente & acceptante procuratore fiſci, vel eo cuius principaliter intereſt. Secus ſi fiat eo abſente, niſi fieret in conſpectu populi, vel maioris partis, per quam talis confeſsio ingerit ſuſpicionem & præſumptionem vehementem de delicto, ita quod poteſt dici notorium præſumptionis, vel ſuſpicionis. Vnde ſufficeret ad condemnationem, niſi aliter illam præſumptionem purgaret confitens: vt not. Ant. de coha. cleri. c. veſtra. 31 col. Et ſic in hoc caſu plus nocet confeſsio ſuper crimine, quàm ſuper contractu, cùm confeſsio facta abſente parte in contractibus non ſufficiat ad condemnationem: vt not. prin. eiuſdem colum. cum ibi dicitur, quod confeſsio in contractibus debet habere comites ſuos. Et vide infrà §. confeſsio facta parte abſente, &c.

Con-

contra confitentem. Sed dicitur quod ſi confeſsio duo continet, vnum pro confitente, aliud contra, ſtatur ei quod eſt contra, non ei quod eſt pro. & ſic nihil facit ad propoſitum de confeſsione ambigua.

Confeſsio facta coram iudice competenti, non tamen animo litigandi nec litem cõteſtandi, licet non ſit omninò actus iudicialis, hic eſt quod filius eam facere poteſt ſine conſenſu patris, tamen hoc habet de natura iudicij quòd habet executionem paratam, & eam non ſequitur ſententia, ſed præceptum. no. Ant. de iudi. at ſi clerici. in pr. ver. vltimo. ex gl. Bal. tenet contrarium cõfeſsione facta per filiumfamiliàs. C. de bo. quæ li. l. cùm non ſolùm. §. neceſsitate. & vide Bar. & gloſſ.

Confeſsio facta coram aliquo iudice, non tamen in forma iudicij, non operatur effectum confeſsionis. no. An. in d. c. at ſi clerici. ver. vlt. ex glo.

Confeſsio facta coram iudice de re. de qua non litigatur, non præiudicat confitenti. no. An. de cohabit. clerì. c. veſtra. penul. col. in fin.

Confeſsio facta coram iudice incõpetenti, non prę-iudicat coram competẽte, nec ex ea poteſt ſequi aliqua condemnatio. no. An. de iud. at ſi clerici. in prin. & vide quod no. An. eo. ti. ver. 2. oppono quod ſentẽtia. Sed plenius dic, quod confeſsio facta coram iudice competente, licet non valeat vt iudicialis, valet tamen vt extraiudicialis tantùm, habet effectum quod licet ex ea nõ poſſit directò condemnari confitens per iudicem competentem, tamen compellitur per ipſum in ea perſiſtere, aut illi dare intellectum: ita tamen quod illam excuſat, poterit ex illa condemnari ſecundum Innocen. Et ita fuit per multos conſultum & determinatum. Sed verius eſt quod nec in extraiudiciali valet, quia facta eſt in iudicio vetito, quando facta fuit per clericum coram iudice ſeculari.

Confeſsio facta coram nõ ſuo iudice operatur iſtos effectus, primò quia ſi eſt facta ſuper crimine, & ex ea inſurgat infamia ſaltem facti, poterit ei purgatio indici: in qua ſi deficiet, indirectè condemnabitur. Si autem poteſt confeſsionem excuſare, & ſe purgando det illi aliũ intellectum, non condemnabitur. Idem ſi ex ea ſurgit ingens ſuſpicio, vel ingens præſumptio, operatur di-

cta confeſsio, quia facit indicium, & coadiuuat alias probationes, & vigore iudicij poterit poni ad torturam, & compellitur vel confeſsionem excuſare, vel in illa perſeuerare, aliàs cõdemnabit. Et ita debet intelligi Inn. vt no. An. in d.c. at ſi clerici. in prin. ver. vlt. ex gloſſ.

ADDITIO.

Quid aũt de confeſsione clerici facta coram iudice laico, vide per do. Felin. in d.c. at ſi clerici. in 4. col. poſt me. ibi. Vtrùm autem iſta confeſsio. vbi poſt alios ſcribentes eleganter tractat iſtam quæſtionẽ. Item vide de hoc per Alex. in con. 13. in 6. col. in primo vol.

Confeſsio facta coram arbitratore, ſecuto laudo, nõ reuocatur ſi laudum eſt validum, quia negotium eſt finitum cùm ſit tranſactio. Secus in laudo arbitri quia non videtur adhuc finitum, niſi ſit emologatũ. no. An. in d.c quintauallis. ver. 15. differentia.

Confeſsio facta coram arbitratore vel arbitro, valet vt extraiudicialis, non vt iudicialis, ſecundum Cyn. vt not. Ant. de iureiur. quintauallis. §. 4. differentia.

Confiteri an videatur producens inſtrumentum omnia in eodem contenta eſſe vera, vide ſuper ver. error. in prin. §.

Confiteri dicitur, qui non diffitetur, quia illud diffiteri venit ex contumacia non reſpondentis. no. Ant de coha. cle. veſtra. ver. quod quandoq;, &c.

Confeſsio viri vel vxoris pro matrimonio, vel contra matrimonium, an valeat & probationem faciat. vide 30. q. vlt. §. his ita. & de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. c. ſuper eo. & quod no. An. in c. fi. de confeſ. 8. col. in fi. Et vide text. & quod ibi not. Ant. de reſcript. c. cùm cauſa, &c.

Confeſsio in iudicialibus non præiudicat, vt ſi quis confitetur quem tenere beneficium iuſtè, cùm tamen iniuſtè teneat. no. Ant. in c. fi. de confeſ. & Io. An. in c. 1. in fi. eo. tit. lib. 6. in nouella. an autem confeſsio aduerſarij probet titulum beneficij, in fauorem alterius partis. vide ſub ver. probatio. §. probari non poteſt titulus.

Confitens aduerſarium appellaſſe, non intelligitur propter ea confiteri quod intra decem dies appellauerit,

uerit, ideo talis confeſsio non eſt ſufficiens probatio. Et ſi confitens etiam diceret, quòd intra decem diés appellatum fuerit, non ſufficeret, niſi diceretur quòd appellatio fuerit interpoſita per habentem poteſtatem appellandi. no. Ro. conſil. 190.

Confeſsio ſuper dominio de præterito non claudit in fauorem Aduerſarij dominium de præſenti. not. Ro. conſil. 330. vide tex. de tranſa. præterea, 2. de excep. cum venerabilis, & vtrobiq; per Ant. Et quod no. per gloſſ. & Bart. in l. cùm certum. §. 1. ff. de confeſſ.

Confeſſus ſuper his quæ iuris ſunt præter dolū tenetur probare ꝙ ſine dolo facit, aliàs punitur, & contra eum ſtatur ſuæ confeſsioni. no. Bar. in l. 1. C. de ſica. vide omnino, infra § proxim.

Confeſsionem acceptans pro ſe, tenetur etiam acceptare contra ſe. no. Ro. conſil. 393. vide Io. An. de confeſſ. c. ſtatuimus. lib. 6 in nouel. ſuper verb. confeſsionem, & Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiuit, de li le. vide ſuprà proximo.

Confeſsio perſuaſione Aduerſarij facta, poteſt probata perſuaſione, reuocari. not. Bart. C. de iur. & fact. ignor. l. error. not. An. de confeſſ. c. fin. pen. col. & vide infrà §. confeſsio, & de libertate. & §. ſequenti.

Confeſsio ficta non trahitur ad alias res vel perſonas, ad quas vera confeſsio extenderetur. not. Ant. de iudic. at ſi Cler. in prin. §. nunc venio, &c.

Confeſsio ficta non infamat, nec etiam ſententia lata ſuper crimine ex ficta confeſsione. not. Ant. in d. c. at ſi Clerici. in prin. verſ. nunc venio, &c.

Confeſsio indeliberatè facta, etiam apud acta facta poteſt reuocari, etiā non docto de errore: Sed deliberatè facta non reuocatur, niſi de errore doceatur. not. An. de deſpon. impub. atteſtationis. & vide ſuprà §. confeſſio perſuaſione. & vide ſuper verſ. error. §. error confeſsionis. & §. errorem ſuum, &c.

Confeſsio non præiudicat confitenti, quando contra confeſsionem eſt directè ſententia lata, & tunc licet confitenti venire contra talem confeſsionem. not. Ant. de excep. cum venerabilis. 8. col.

Confeſsio facta parte abſente, valet in pendentibus à ſola voluntate confitentis. Idem in confeſsione iudiciali, quæ fit in libello, quia libellus ſemper loquitur & datur iudici vt detur parti. Idem in confeſsione quæ fit in exceptionibus, quia hic eſt libellus rei. Idem in cōfeſſione extraiudiciali, quæ fit per epiſtolam, vel librum vel teſtamento, aliàs regulariter in confeſsione iudiciali & extraiudiciali requiritur præſentia partis vel alterius, qui pro ea recipiat & ipſe totum habeat, tamen ex æquitate canonica poteſt dici, quod ſemper valet confeſſio etiam parte abſente, quia ſola mens ſufficit de qua conſtet. not. An. de fide inſtr. ſi cautio. 2. col. & vide ſup. §. 1. & vide omninò Bart. in l. non ſolùm. §. 1. de liberationis verbo, de libe. le. & in l. ex hac ſcriptura, ad fin. de dona. &c.

Confitens vnum confitetur tacitè omne id quod ſequitur neceſſariò ex illo, vel quod eſt antecedens ad illud vel ab eo dependens, aut connexum, de conſtit. trāslato. de tranſact. præterea c. 2. de offi. dele. cùm ſuper. & ibi not. Ant. in hoc notabili. niſi aliud vnum quis fateatur excipiendo, quo caſu nō intelligitur fateri aliud, & quod ex illo ſequitur neceſſariò: vt not. gloſſ. in d. c præterea. & eſt text de excep. cùm venerabilis & ibi not. Io. And. ſuper prima gloſſ. Si tamen illud exceptum aliter probetur, quàm per confeſsionem excipientis, tunc illa probatione cenſetur probatum id quod ex illo ſequitur. Vnde probata permutatione, probatur permutantem fuiſſe dominum, cùm permutās non poteſt referre quæſtionem dominij, quia recipiendo rem ex cauſa permutationis confeſſus fuit tacitè fuiſſe permutatum dominium, vt patet in d. c. cùm venerabilis: vt ibi not. 10. col. ver. opp. quod excipiens. & ibi hoc proſequitur per tres columnas. Sed prædicta procedunt inter contrahētes ſiue etiam permutantes. An autem quod ad tertium præiudicet confitenti dicta tacita cōfeſsio, dubium eſt, poſſet dici quod ſic de iure Canonico ſecundum quod etiam abſenti prodeſt confeſsio: vt not. ſuprà in §. proximo.

Confeſsio facta in tormentis, non præcedentibus indicijs, ex quibus confitens per ſe torqueri poterat, non præiudicat confitenti, ſi in illo poſt torturam perſeuerat,

rat:vt ſingulariter not. Bart. in l. penul. ff. de quæſtion. Bald. dicit, quod præiudicat confitenti, ſi in ea perſeuerat. in l. 1. C. de confeſſ. Sed gloſſ. quas pro ſe inducit, non loquuntur, quando indicia non præceſſerunt torturam.

* SINGVLARE.

Confeſsio offenſi operatur vt inculpatus de offenſa non poſsit torqueri etiam exiſtentibus indicijs contra eum, ita ſingulariter dixit Bald. in l. 1. in pen. col. ver. pone quod teſtator. C. commun. de leg. alleg. l. Paulus. §. 1. ff de bo. liber. Et an & quando confeſsio offenſi proſit, vel noceat offendenti. vide omninò Hippo. Marſil. ſing. 22. incip. confeſsio offenſi. H. F.

Confitẽs ſe certã ſummam ex cauſa dotis, vel ex alia recepiſſe, ſi poſtea apparet quod poſt confeſsionem fuit ei pars dictæ ſummæ ſoluta, præſumitur plus non habuiſſe, ideò vltra illam partem non tenetur, niſi appareat, illam partem fuiſſe datam pro reſto, & pro completa ſolutione. not. Bald. C. mandati. l. Anaſt. ad fin.

Confeſsio facta in vltima voluntate, an valeat & ꝓbet in præiudicium confitentium & hæredis & etiam tertij. vide Anto. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. ver. vlt. eſt videndum. & ver. quandoque verba enũciatiua inſtrumento. & in c. ſi cautio. de fide inſtrum. ver. alius eſt effectus. & per Bart. in l. cùm quis decedens. §. codicillus. & §. Titia. de leg. 3. & per Cyn. & Bald. C. de non num. pec. l. generaliter. quæſt. 10. vide ſup. §. confeſsio facta parte abſente, &c.

ADDITIO.

Quid autem ſi quis confiteatur in vltima voluntate ſe fuiſſe vulneratum à Titio, quod faciat indicium ad torturam. vide do. Alex. in con. 14. in vlt. colu. in tertio volum.

Confeſsio facta inter perſonas prohibitas præſumitur facta in fraudem legis, non ſolùm ſi fiat in vltima voluntate, vt l. qui teſtamentum. ff. de probatio. ſed etiam ſi fiat in contractu, vt l. 1. C. de natura. lib. Et ita tenet Bart. in d. l. qui teſtamentum. & in d. l. 1. & de legat. 3. l. cùm quis decedens. §. Titia, & de vulg. & pupil. l. ſi is qui

ex bonis, licet Bar. dicat contrarium in dict. l qui teſtamentum, & in d. l ſi is qui ex bonis: ſed Ang. ſequitur Bar in dict. l. is qui, &c.

Confeſsionem ſuam licet quis non poſsit reuocare, nec contra eam venire, poteſt tamen eam excuſare, & declarare: vt eſt caſus in cap. cùm dilect de accuſat.

Confiteri an videatur qui excipit, vide verſ. exceptio. §. exceptionem obijciens non videtur, &c.

59 † Confirmatio Principis intelligitur ex certa ſcientia facta, quãdo in confirmatione ponitur tenor confirmati, etiam ſi in confirmatione adijciatur clauſula, non ſtat conditionaliter: ſed exponitur ſi pro eo quia: per tex. de confirma. vti. c. penult. Et ibi notat Ant. &c.

Confirmatio quando fit ex certa ſcientia cum ſuppletione defectuum, an Papa intelligitur defectus ſupplere nedum quo ad ſolennitatem, ſed etiam quo ad ſubſtantiam, vide ſuper verb. gratia. §. gratia ex certa ſcientia.

Confirmatio eius quod nullum eſt, nihil operatur, etiam ſi fiat ab eo qui dare poſſet. tex. de fide inſtru. c. inter dilectos. §. cæterùm. Sed Bar. dicit, quòd etiamſi confirmans dat, quando ipſo iure nullum eſt confirmatum: ſecus ſi confirmat imperfectum, quod non eſt ipſo iure nullum, vt electionem: ſed ſi confirmat id quod eſt ipſo iure validum, tunc ſi confirmans non potuit tollere confirmationem, nõ dat. Idem ſi tollere potuit, ſed de nouo dare voluit, aliàs ſecus, ita notat Bar. in l. more. aliàs eſt l. & quia. ff. de iuriſdict. vide.

Confirmare videtur Epiſcopus eligendo vel confirmando, quando ambę poteſtates in eo concurrunt. no. Ro. conſ 423.

Confirmatio facta per Papam de aliquo actu geſto, cuius tenor in confirmatione inſeritur, probat illum actum: licet ſcriptura originalis eiuſdem actus nõ producatur, quod eſt verum, quando ille actus erat factus per Papam vt priuilegium vel indultum. Secus ſi factus erat per alium, quia tunc non probat ſine originali, niſi talis confirmatio eſſet facta partibus præſentibus vel vocatis: vt not. Hoſt. Io. An. & Ant. in c. pc. de confir. vti. vel inuti.

60 † Conſcientia diffinitur ſic: eſt agnitio vel cognitio

tio ſiue ſcientia cuiuslibet cordis ſuſpſius, quam nemo ſcit niſi ſolus Deus. no. Ro. conſil. 441. Et vide ſuper ver. appellatio. §. appellari nõ poteſt ab his. & ſuper verbo, Iudex. §. Iudex non committitur: vt in cauſa, &c.

ADDITIO.

Et quando aliquid debet fieri ſub conſcientia alicuius quid importet. Vide per dom. Fel. in c. non poteſt. col. 2. poſt princ. verſ. Secundò, quia non videtur, de re iud. Et conſcientiæ alicuius commiſſa inueſtigatione requiritur citatio eorum, quorum intereſt, vide per Alex. conſil. 217. ſecunda parte.

61 † Conſilium licet ſit requirendum quando pars tenetur aliquid facere conſilio alterius, non tamen eſt de neceſsitate ſequendum. not. gloſ. & Io. And. de arbi. cùm olim. de elec. cùm in veteri. non reſtat an dicatur cum conſilio, vel de conſilio. not. Io. An. in dict. c. cùm olim. Et Ant. & Bart. ff. de exerci. l. 1. §. ſi plures. Et vide plenè per Ant. in d. c. cùm olim.

Conſilium differt à conſenſu: vt not. ne. ſe. vac. c. 1. lib. 6. in gloſ. ſuper verſ. aſſenſu. & ſuper verſ. conſil. &c.

Conſenſus capituli vel patroni vel alterius, ſi requiritur in actu, qui fit ab alio, licet in ipſo actu non interueniat: ſufficit quòd ante vel poſt interueniat. Ex hoc infertur quod cõſenſu ceſſante, actus propter contemptum non redditur nullus, ſed per ſententiam annullandus. no. Ro. con. 296. vide conſil. 150. fallit in electione, in qua defectus conſenſus alicuius reddit eam nullam, nec confirmatur, licet poſtea ſuperueniat conſenſus: vt not. Ant. in c. 1. de rebus eccle. non alie. lib. 6. ſuper gloſſ. in nouella. Et vide Freder. in tractatu permut. quæſt. 30. Vide pleniſsimè per Anto. de conſue. c. cum conſuetudinis. & vide ſuper verb. conſilium. §. primo.

Conſenſus Canonicorum etiam non collegialiter præſtitus in receptione alicuius Canonici, facit eum verum Canonicum ſine alia electione, vel collatione, ſecundum Innoc. vt not. Ro. conſil. 439. ad finem.

62 † Conſentire videtur qui tacet in temporali conceſsione non perpetua. not. gloſſ. in c. 2. de his quæ fi. à præla. & de reb. eccle. non alien. c. 1. in gloſſ. penult. lib. 6. vide Ioan. And. in regula: is qui tacet. & de præſcript. c. nonne. vbi dicit contra Bartolum & Cyn. & Bald. C. ad Velleia. l. ſi fine. & Bartol. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo.

Conſentire videtur qui tacet in vtili, honorabili, & meritorio: ſecus in oneroſo, factum tacentis adiunctum declarans conſenſum. not. Ioan. And. in regula, is qui tacet. & Innocen. de elect. in geneſi. In oneroſo eſſet factũ tacentis adiunctum declarans, quo caſu etiam in oneroſis qui tacet conſentit, iuri ſuo renunciet, vt in c. ex ore. de his quæ fiunt à prælat. & not. Bart. qui ſubſcribat vel ſigillat. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim. & Bald. in tit. an mar. ſuc. vxo. in bonis. c. ſi quis. in fin. 10. Sed in actu facto me abſente ad mei fauorem vel præiudicium: an eo ipſo quod ſcio, & non contradico, videor conſentire & approbare. Vide Bartolum in l. quo enim. ff. rem rat. hab.

Conſequenti deſtructo deſtruitur & antecedens. ff. de deſpon. l. oratio. & vide ſub ver. lex. §. lex qui prohibet, &c.

Conſeruator quis eſſe poteſt, vide de offi. deleg. c. 1. & fin. lib. 6. in cle. & ſi principalis. de reſc. in gl. ſuper verbo, delegatus.

ADDITIO.

Et in Spec. de deleg. §. fin. ver. item quod non eſtis. Bald. in addi. Spe. eo. tit. verſi. fin. & in cle. 1. §. 1. de exceſ. prælat.

Conſortes litis qui dicantur, vide ſub verbo, procurator. §. procurator ſine mandato admittitur cum cauſa ne, &c.

Conſtitutio. vide ſub ver. lex. per totum, &c.

63 † Conſuetudo poteſt operari quod valet diſpenſatio, licet fuerit requiſitus conſenſus eius, qui de iure requiri debeat. no. An. de iud. at ſi clerici. ff. de adul. ver. venio ad declarandum, &c.

Conſuetudo non valet ſuper eo de quo non poteſt deponi per l. no. Ant. de iud. at ſi clerici.

Con-

Conſuetudo multum operatur circa ius patronat⁹, no.Rom.con.422.in prin.

Conſuetudo generalis,de qua multi doctores atteſtantur, nō eſt probanda quaſi ſit notoria:vt no.Matth. in c.relatum.2.de teſtamentis.

Conſuetudo tantum tempus requirit ad eam inducendam quantum requirit præſcriptio ad præſcribendum,in illo nulla eſt differentia inter conſuetudinem & præſcriptionem,licet in alijs ſint multæ differentiæ. Idem ſi conſuetudo tangit priuatos vel eorum bona, & non eſt contra ius,inducitur ſpacio 10.annorum : quia tanto tempore eorūm præſcriberentur: ſed ſi tangit eccleſias vel eorum bona , non inducitur minori ſpacio 40.annorum : quia tantum tempus requiritur in præſcriptione rerum ſuarum,ſecundum Inno.vt no. Rom. conſil.18.

Conſuetudo irrationabilis dicitur illa,quæ eſt contra ius:habet tamen aliquam iuris approbationem, ad quam inducendam requiritur ſpacium quadraginta annorum,ſecundum Innocent. not. Roman. conſil. 442. quinta col. Sed illa quæ eſt ſecundum ius præſcribitur decennio:vt not.Rom. conſil. 32. vide in §. rationabilis valet.

Conſuetudo licet non ſit ius contra : ſi tamen per eam detrahitur in toto,vel in parte iuri eccleſiæ vel eccleſiaſticæ perſonæ, non inducitur minori ſpacio quadraginta annorum.no.Rom.con.18.in 5.col.& in 5.& 6. colum.

Conſuetudo in eccleſia, in qua eſt certus numerus canonicorum,& diſtinctio præbendarum,videlicet maioris & minoris,ſi non eſt ibi certus numerus canonicorum,per quam diſponitur quod receptus in canonicum vltra numerum præbendarum, & carens præbenda,non poſsit optare maiorem:ſed duntaxat minorem præbendam,valet & tenet.Rom.con.216.

Conſuetudo per quam diſponitur quod habens ſiue optans minorem præbēdam in eccleſia, vbi ſunt maiores & minores præben. poſsit poſtea iuxta ordinem ſuæ receptionis optare maiorem cum vacabit, valet & tenet.no.Rom.con. 227.

Conſuetudo per quam diſponitur quod habens mi

norem præbendam, poſsit optare maiorem cum vaca-bit, non operatur q. habens maiorem poſsit optare minorem: quia de minori ad maiorem licet aſcendere. Sed de maiori ad minorem non licet deſcendere, ſecundum Io. Mo. Sed Io. An. contra: vt no. Ro. conſi. 227.

Conſuetudo optandi non poteſt introduci in eccleſia, in qua non eſt numerus canonicorum, aliàs canonicatuū: nec diſtinctio præbendarū, quia tunc præbenda vacare non poteſt. Idem ſi in eccleſia eſt numerus canonicatuum: ſed non eſt numerus nec etiam diſtinctio præbendarum. Et idem ſi etiam eſt numerus p̄bendarum, correſpondens numero canonicatuum & canonicorum: ſed ipſæ præbendæ non ſint diſtinctæ, & per Officiales capituli bona adminiſtrantur, & cuilibet canonico ſua æqualis portio fructuum datur: & iſtæ ꝓprio vocabulo vocantur portiones non præbendæ. Secus ſi capitulum per Officiales non adminiſtrat, ſed per ſeipſum bona capituli ad tempus diuidit, & cuilibet canonicorum partem in præbendam aſsignat, & elapſo tempore reducuntur bona in communi: & fit noua eorum diuiſio: tunc etiam poteſt induci conſuetudo optandi partem in præbenda defuncto aſsignata, & talis conſuetudo inducitur decennio: vt no. Ro. conſil. 18. in princi.

Conſuetudo optandi poteſt induci in eccleſia, in qua eſt certus numerus canonicorum, aliàs canonicatuum, & certus numerus & diſtinctio præbendarum. Idem etiam ſi certus numerus canonicatuū, dum tamē ſit realis diſtinctio præbendarum, quæ actualiter ſunt diſtinctæ à dote & fundatione alterius, ita quod quælibet præbenda ſit differentia dotis ſuæ. Sed & dicta conſuetudo non poteſt induci minori ſpacio 40. anno. quia eſt contra ius ſcriptum, quod quis ſine facto ſuperioris acquirat canonicum titulum in beneficio. Sed ſi præbendæ non eſſent ab earum fundatione diſtinctæ, non eſſet quælibet differentia dotis ſuæ, ſed capitulum bona communia ad tempus diuideret, & cuilibet canonico partem aſsignaret, ita quod tempore elapſo bona reuertentur in communi, & fiat noua ipſorum diuiſio, tunc conſuetudo optandi tales præbendas per capitu-

lum

lum aſsignatas induceretur ſpacio 40. anno. quia non eſt contra ius: cùm titulus non mutetur. Et inter tales præbendas non ſunt tituli beneficiales, nec fit actualis diuiſio, ſed duntaxat fit prout in mera temporalitate conſiſtit: vt no Ro. conſi.18.2. & 3. colu. ſed An. aliter loquitur, vt infrà §.proxi.

Conſuetudo optandi inducitur decennio, patiente & tacitè conſentiente epiſcopo, vt ſi in eccleſia cathedrali ſciente epiſcopo plures ſunt optandæ præbendæ, quia quod poſsit expreſſè ſtatuere, poteſt ex lapſu decēnij tacitè conſentire. Sed ſi fieret optatio ignorante epiſcopo, non induceretur conſuetudo valida, niſi in ſpacio 40. annorum. Ex quorum lapſu præſumitur ſcientia & tacitus conſenſus ſuperioris: nec poteſt dici in primo caſu conſuetudinem decennio inductam eſſe contra ius ſcriptum, quod beneficium auctoritate propria ſine canonica inſtitutione quis obtineat, quia imò auctoritate ſuperioris ſcienter & tacitè conſentientis, & volentis quod optio habeat vim collationis, quod poteſt ordinarius facere ex quo ad eum pertinet collatio: & ſic nulli præiudicium facit: nec eſt contra ius, ſed nouum modum collationis iuri communi addit, nec ius commune requirit quod expreſſè fiat collatio pro forma: ſed ſufficit tacitè fieri, & tractus vim collationis habeat: vt no. Fred. de hoc tacito conſenſu in tracta. per mu q.27. & Ro. conſi.423. & prædicta colliguntur ex notatis domini Ant. de But. & de conſue. c fina.26. col. ver. concludo. & in penul. vbi allegat Io. And. qui de præmiſſis loquitur in eo c. in tertio membro ſummæ ſuæ. ver. ſuper hoc membro, & in antepē.q. eiuſdem membri, & eadem auctoritate, qua optans nouum beneficium acquirit, eadem auctoritate antiquum dimittit. Et ſic non propria auctoritate antiquæ præbendæ renunciat, ſed auctoritate ſuperioris per ſtatutum conceſſa, & ſic non obſtat ca. quod in dubijs. de renunc. & in c. admonet. nec ob. hoc, ſi dicatur quod per hoc dicatur ius ad vacatura, cōtra conciliū Lateran. Et ſic videtur contra ius, q̄ conciliū duntaxat ꝓhibet, quando ex ſpeciali diſpo. homi. tale ius datur, nō quādo ex genera. diſpoſitio

ne le-

ne legis, ſiue ſtatuti, quia hoc nõ eſt prohibitum: vt not. Ant. de conſtit. cum M. 16. colum. ver. venio ad tertium notabile. Sed Rota aliter dicit, vt ſup. §. proximo præcedent. & opinio Rotæ eſt verior: quia epiſcopus nec per tacitum conſenſum, nec per expreſſum poteſt dare ius ad vacatura, vt in c. conſtitutus. 2. c. fin. de con. præben. Sed opin. Ant. poteſt ſaluari in opin. quæ in mera temporalitate conſiſtit: de qua loquitur gloſſ. quam alleg. in c. fin. de conſ. lib. 6. in 3. gloſſ.

Conſuetudo & ſtatutum optandi procedunt à pari: quia ſicut facultas optandi datur per conſuetudinem: ita per ſtatutum. not. de conſue. c. fin. lib. 6. in gloſſ. 3. in fin. Et poteſt facere epiſcopus ſtatutum de optãdo. not. Ant. de conſue. c. fin. 26. colum. Conclude quod indubitanter puto verum, quando ſtatutum fit de optandis beneficijs ad collationem epiſcopi ſpectantibus, ſecus putarem in alijs, ne facto epiſcopi ius aliorum lædatur. An autem ſtatutum valeat aliorum inferiorum ſuper beneficijs optandis ad eorum collationem ſpectantibus ſine auctoritate epiſcopi factum. Et ſimiliter an in eccleſijs ipſorum inferiorum inducatur conſuetudo optandi ex lapſu decennij, dubium eſt: quia licet nulli niſi ſibi ipſis tales inferiores præiudicent; tamen videtur quod ſine auctoritate epiſcopi vel alterius ſui ſuperioris non poſſunt tale ſtatutum facere; & conſequenter nec conſuetudinem inducere: imò & contra epiſcopum taliter ſtatuentes faciunt: quia nedum ſibi, ſed etiam ſucceſſori in collatione præiudicãt: niſi dicatur, quod ſucceſſor poterit ſtatutum reuocare, quod procederet quando ſolus epiſcopus ſtatuiſſet. Secus ſi cum conſenſu capituli: quia tunc ſine contrario conſenſu capituli reuocare nõ poſsit: cogitabis. Nam & per ſtatutum prædictũ fit præiudicium Papæ, ad quem ſolum ſpectat dare ius ad vacatura, & ſic deciſio Rotæ melius ponderauit quàm Anto. per tex. c. conſtitutus, de conceſ. præben. licet Rota illũ tex. non alleget.

Conſuetudo optandi non habet locum in beneficijs reſeruatis. not. Roman. conſil. 24. nec in beneficijs, quæ ſunt de iure patron. not. Frede. de Sen. con. 62.

Conſuetudo optandi non habet locum in beneficijs quæ permutantur. no. Frede. de Senis in tracta. permu. quæſt.

quæſt.28.con.62.licet Lapus Abbas aliter in quadam ad dit.ibi diſtinguat,limitet dictum Frede. in permutatione facta motu proprio vel etiam ad inſtantiam partis, ſed in fauorem iuris publici. Secus in fauorem iuris priuati ipſorum permutantium.

Conſuetudo optandi ficut non poteſt fieri de beneficijs eius, qui in curia deceſsit,ita nec de groſsis fructibus, quos idem defunctus obtinebat,etiam ſi ad capitulum redirent.no.Rom.con.289.

Conſuetudo optandi ingens in aliqua eccleſia tollitur,ſiue verius differtur,quando mandat Papa in eccleſia eadem alicui prouideri de primo vacaturo, non obſtantib.conſuetudinib. ipſius loci vel eccleſiæ in cõtrariũ quibuſcunq;,quod qualiter intelligit, vide con. 28.

Conſuetudo facit priuatam ſcripturam haberi pro publica.tex.eſt de fide inſtr.cùm dilectus: dat etiam iuriſdictionem aliàs non habenti,& facit legitimum, qui aliàs eſt illegitimus ad promotionem:vt not.gloſſ.in d. c.cùm dilectus:& eſt text.de arb.dilecti. Et vide ſuper ver. ſcripturam.in prin.

Conſuetudo an poſsit dare poteſtatem legitimandi non habenti:vide ſuper ver.filius.§. filij legitimi.

Conſuetudo non valet,quod electus non confirmatus adminiſtret. not.glo.Compo.& Io And. de conſue. cùm venerabilis. Idem videtur velle Inno.de elect trãſmiſſam,& de conceſ.præben.propoſuit, vt ibi refert Io. And.in prin.& Hoſt.inc. tranſmiſſam. licet contrarium ſenſerit Hoſtien.in c.quia nos; de appella. vt ibi refert Ioan.An.Sed Ant.tenet quod non valet conſuetudo in d.c.cùm venerabilis,& in c. tranſmiſſam: & dicit quod eſt caſus in d.c.cùm venerabilis. Idem tenet Archi. in c. eum qui.de præben.lib.6.& ibi idem confirmat Io.And. in nouella.Licet autem non valet conſuetudo , quod non confirmatus adminiſtret; valet tamen cõſuetudo quod inſtallatio vel aliquis actus poſt electionem habeat vim confirmationis. not.Io.And.in addi.Spe.in ti.de acti.& Spe.§.ſuper petitionibus.verſi. per literas.& ſi electus non confirmatus adminiſtrat,efficitur intelligibilis ad beneficia. no.Ioan.And.in c.auaritiæ.de electionibus .lib.6.in glo.fi.in nouella.

Conſuetudo poteſt induci ex actibus negatiuis,quãdo

do negatiua intellectualiter colligitur ex actibus affirmatiuis.no.An.decle.coniu.Io.

Conſuetudo excuſat à pœna temporali, non ab æterna ſiue gehennali.no.glo.de tempor.c.2. & 4. d.c. deniq; quod dixi de temporali,limita ſecundum quoſdam in pœna imponenda ab homine, ſecus in pœna,quæ imponitur à canone:vt not.Io.And.c.1.de treu. & pa.ſuper 2.glo, in fi.

ADDITIO.

Ex his poteſt quæri an conſuetudo contra ius diuinum valeat,de quo vide per Alex. in conſi. 107.in prima col.2.volu.

Conſuetudo non excuſat à peccato, quando quis contra legem præceptoriam venit, ſecus ſi veniat contra legem non præceptoriam. no. Io. An. in nouel. de treu.& pa.c 1.ſuper 2.glo.& vide quod not.per eum. ſuper Rubrica de conſuetu.in fi.

*ADDITIO.

Conſuetudo irrationabilis, quamuis actum non validet, nec à peccato excuſet, operatur tamen vt facilius ſuper ipſo actu diſpenſari valeat, vt per Alex. in conſil. 144.inci. circa primum dubium.in 3. col.ver.quinto accedit.in 2. volu. per gl. quam dicit not. in c. venerabilis de conſuetudi. H.F.

Conſuetudo poteſt diſpoſitionem aliàs inualidam validare. no.An.de iudi.at ſi clerici. C.de adulterijs.ver. venio ad declarandum.

Conſuetudo non valet quod diſtributiones quotidianæ dentur non intereſſentibus diuinis: & idem de portionibus funeralibus.de cleri. non reſid. c.1. li. 6. & no.glo.de reſcript.c.fi. eo.li. licet Lap. contrarium dicat ſeruari in ciuitate Floren. vt ipſe no. allegat. 36. ſed in allegatione 43. quod ſicut de iure non valet dicta conſuetudo : ita per locum ab oppoſitis non valet conſuetudo quod diſtributiones quotidianæ,& funerales portiones non dentur intereſſentibus diuinis.

Conſuetudo exigendi vectigalia ſiue gabellas non valet, niſi tanto tempore ſit ſeruata, quod contrarij non ſit memoria. no.Cy.in l.2,C.noua vecti. Et Bar.in l. ſi publi-

ſi publicanus.§.fi.ff.de publ.& eſt tex.in c.ſuper quibuſdam.§.præterea de verbo. ſignifi. & ſecundū illum tex. debet intelligi l.imperatores.ff.de polli.& l.1. C. no.vectig. Et hoc procedit etiam ſi princeps illam conſuetudinem ſciuit, qui cùm impoſitionem noui vectigalis ſibi ſpecialiter reſeruauit, & cuilibet alteri prohibuit: & in hoc voluntatem ſuam declarauit.l.1.C.noua vectigalia. præſumitur potius in illa voluntate perſeueraſſe, quàm conſuetudinem toleraſſe, niſi conſuetudo ſeruata fuerit tanto tempore, cuius contrarij memoria nõ ſit: vt no.Bar.in repetitione l.vectigalia. C.no.vecti. Et idem eſt in omnibus principibus reſeruatis, in quibus non valet conſuetudo, niſi ſit tanti temporis, cuius contrarij non exiſtit memoria: vt no. Ant. de conſue. c. fi. 17.col.ver.per quæ puto: vide infrà ver. præſcriptio. §. præſcribi an poſsit ius exigendi pedagium.

Conſuetudo laicorum non ligat clericos, nec etiã pro eis valet, quando ſpecialiter & expreſſè diſpoſuit de perſonis clericorum, vel rebus eccleſiarum: vt no. Bar. in l.1.C.de ſumma trini. & idem no. Io.An.in Addi. Spe. in tit. de conſti. Idem concludit Ant. in c. quod clerici. de fo.compe. Quid autem de conſuetudine generali nõ exprimente perſonas nec res eccleſiaſticas, vide plenè per Ant.in d. c. quod clerici. & per Ioan. And in regula ſine culpa. in 2. q. princi. lib. 6. deſuper.ver.lex imperialis.

Conſuetudo non poteſt habilitare perſonas, aliàs inhabiles ad matrimonium contrahendum, ſed econuerſo poteſt habilem inhabilitare, ſecundum gl. Vin. & Gof.de conſangui. & affin.quod ſuper his.Sed tunc demum valet conſuetudo inhabilitans habilem, quando habet concurſum iuris antiqui, licet correcti vel eius quando tranſgreſsio induceret ſcandalum ſecundum gl.in c.ſuper eo. de cogna.ſpi. Hoſt.autem dicit ꝙ nulla conſuetudo poteſt inducere aliquid impedimentum ne matrimonium contrahatur: niſi ſit approbata per ius ſcriptum, vel per Papam. Item not. ipſe in d.c.ſuper eo. vel niſi eius tranſgreſsio induceret ſcandalum: vt notat per eum in capi. 1. de cognat. ſpiri. Secus vbi ſcandalum non imminet: & qui aliter ſoluit tanquam

non intelligens offendit, ita dicit in c. quod dilecto, de conſang. & affin. Sed Io. And. in d. c. quod ſuper his. dicit quod opi. Vinc. & Goffr. eſt vera in conſuetudine ordinata ad matrimonium impediendum ne contrahatur. Secus ſi ordinetur ad matrimoniũ iam contractum dirimendum. Ant. autem in. d. c. ſuper. diſtinguit: aut conſuetudo ordinatur vt impediat matrimonium contrahendum, & valet: aut dirimat iam contractum. Et tunc ſi dirimat, ad tempus poteſt, ſed vt dirimat perpetuò, non poteſt: niſi concurſum iuris ant. qui ſecum habeat, & eius tranſgreſsio ſcandalum inducat, vel niſi ſit à iure vel à Papa approbata. adde quod not. Io. An. in c. 1. de coniug. ſer. vbi dicit quod non valet conſuetudo, quòd viduæ non poſsint nubere, niſi prius cum domino terræ de aliquo ſe redimant, dicit etiam lib. 6. in nouella: quod non valet ſtatutum diſponens quemlibet contrahentem cum filiofam. ſine conſenſu patris certã pœnam incurrere, licet illud non firmat, ſed hoc firmat Ant. in c 1. de ſponſa. &c.

Conſuetudo particularis in certa eccleſia ſeruanda eſt in ea: licet eccleſia Metropolitana vel aliæ circumuicinæ eccleſiæ eiuſdem prouinciæ habeant conſuetudinem cõtrariam. Sed ſi in aliqua particulari eccleſia nulla eſt conſuetudo, tenetur illa eccleſia ſeruare conſuetudinem Metropolitanam: ſed ſi in Metropolitana ceſſat cõſuetudo, tenetur ſeruare conſuetudinem vigentem in alijs circũiacentibus eccleſijs: vt not. Hoſtien. Io. An. in c. ſuper eo. de cog. ſpi. vide quod no. de offi. Archidi. cum eccleſia Vulterana. & de cenſi. ſuper eo. & de cõſue. c. cùm olim. in tex. & gloſſ.

Conſuetudo rationabilis valet: ſed irrationabilis non valet: & licet quidam dicunt an ſit rationabilis vel non, certam doctrinam non poſſe dari: ſed arbitrium fore: tamen veritas eſt, quod illa rationabilis, quæ eſt à iure approbata vel ſaltem non improbata, & tunc præſumitur rationabilis donec irrationabilis detegatur: niſi eſſet contra ius, quia tunc præſumitur irrationabilis, probetur ſecundum Ioa. And. vt no. An. de conſue. c. ſi. in 3. & 4. col. vide ſupr. §. conſuetudo irrationabilis dicitur.

Conſuetudo contra ſubſtantiam actus non valet, quia

quia impoſsibilitatem continet. not. Anto. in c. fi. de cõſue. 4. col. vide ſuprà §. conſuetudo rationabilis dicitur.

Conſuetudo irrationabilis ſecundũ leges habet nomen conſuetudinis: tamen ſecundum canones perdit illud nomen, & appellatur corruptela. no. Anto. in c. fin. de conſuet. 10. charta. ver. ex his concluditur differentia conſuetudinis.

Conſuetudo poteſt induci expreſſo & tacito conſenſu, & ex ſcripto & non ſcripto, quando illud agitur, quod conſuetudo inducatur, tamen inducitur momẽtaneo conſenſu, ſeu aſſuefactione: & hoc verum in conſuetudine vera, ſed ficta mutilata poteſt momentaneæ induci. not. Ant. in c. fi. de conſuetu. 5. colum.

* SINGVLARE.

Conſuetudo non inducitur ex ſententijs arbitrorum, etiam ſi eſſent mille ſententiæ arbitrorum. ita ſingulariter dixit Bal in c 1. ver. extra glo. de feud. cog. ꝙ dictum refert, & ſequitur pro not. Fran. Crem. not. c. incip. tu ſcis quod binus actus. H. F.

Conſuetudo an extendatur de vna re vel perſona ad aliã, vel de nouo iure ad aliud. vide Inno. & Io. And. & Ant in fin. de offi. Archi. & de capel. mo. dilectus. Aduerte tamen, quod conſuetudo extenditur ad oppoſita ſecundum Inno. vt no. An. de cenſi. peruenit. in fi.

ADDITIO.

Et vtrùm conſuetudo extendat de vno caſu ad aliũ, vide per Alex. in conſi. 68. in 9. col. in 2. volu. Et per do. Feli. in c. auditis. in prin. col. 9. de præſcrip. Et latiſſimè colum. 11. poſt me. verſi. quinta & vltima declara.

Conſuetudo differt à præſcriptione, quia conſuetudo acquirit ius, & contra quemlibet indifferenter, præſcriptio contra ſingularem, ſecundum do. Cy. Item finis conſuetudinis eſt creare ius, vt publicum, quod appellatur diſponens. Finis præſcriptionis eſt, creare & quærere ius vt priuatũ, quod appellatur diſpoſitiuum. Item conſuetudo eſt ex parte eius cui fauet, & eius contra quem non determinatur ad certam perſonam: vel

etiam ſi ex parte eius, cui quæritur, ſit certa perſona vel locus, dummodo ex parte eius contra quem determinatur, ad omnes indifferenter, & non ad plures vt ſingulos: vel etiam econuerſo, ſi ex parte eius, contra quem determinatur ad certam perſonam, ſiue ad plures vt ſingulos. Si ex parte eius, cui quæritur, eſt indifferens non determinata ad certam perſonam: Præſcriptio vera eſt quæ ex parte vtriuſq; determinatur ad certam perſonam vel locũ ex parte eius, contra quẽ determinatur ad plures, vt ſingulos nõ indifferenter ad omnes, vt prædicta per exempla declarat Ant. de conſue. c. fi. charta 8. Vbi Petrus recitat, & ver. ſi ſubſtantialem. & licet dictum ſit, quod conſuetudo creat ius publicum, pſcriptio priuatum, tamen appellatur conſuetudo, non præſcriptio, puta quando applicatur ad materiam, quæ tempore non requirit, nec ibi poteſt eſſe præſcriptio, ex defectu requiſitorum ad præſcriptionem. not. Anto. de cenſi. peruenit. 5. col & 3. col. 43. in princip.

Conſuetudo vt locũ habeat oportet quod præcedat à tacito conſenſu habentis poteſtatem legis condendæ. no. Ant. de conſue. c. fi. 10. chart. 1. col.

Conſuetudinis præſtationis longi vel longiſsimi an producatur vel acquiratur obligatio ad annuã præſtationem in futurum fiendam. Vide ſub verbo, præſcriptio tanti temporis.

Conſuetudo quod quis non pluralis in præbendis eſt laudabilis & rationabilis: vt not. Inno. & Ioan. And. in c. fi. de cleri. non reſi. ad fi.

Conſuetudo quando canonicus non inſtallatus nõ habeat vocem in capitulo, valet. Item valet conſuetudo quod nullus canonicus habeat vocem, niſi habeat præbendam. Sed Hoſt. dicit contrarium: vt not. Anto. in c. cum de conſtitu. vlti. char. verſi. quartò quæro. an hi.

Conſuetudo laicorum concernens fauorem eccleſiarum & laicorum, valet & clericos ligat abſq; alia approbatione Papæ: ſicut etiam valet lex imperialis facta in fauorem eccleſiarum. Sed ſtatutum laicorum inferiorum à principe, non valet nec ligat clericos niſi per Papam ſpecialiter approbetur. not. Io. An. & Hoſt. in c. fi. de ſolu. licet Bar. aliter dicat in l. 1. C. de ſum. tri.

Conſue-

Conſuetudo non poteſt dare iuriſdictionem inferiori prælato ab epiſcopo deponendi aliquem clericũ: vt no.Io.An.de fo.compe. cum contingat.ad fi. Et Ant. ibidem. aliàs autem conſuetudo dat iuriſdictionem, vt d.c.cum contingat.& de arbi.cum dilecti. & C. de emã. lib.l.1.& no.glo.9.q.3.conqueſtus. & vide ibi Archidia.

ADDITIO.

Qualiter autem conſuetudo det iuriſdictionem, vide per do. Feli. in c. cùm contingat. de foro competen.

Conſuetudo non requirit titulum ad præſcribendum, ſecus in alijs præſcriptionibus: vt no. de cau. poſ. & proprie.cum eccleſia.& Io. An.poſt Hoſt.de præſcrip. cum olim.

Conſuetudo quod eccleſiarum vicarij, qui de iure debent eſſe perpetui, fiant temporales, & ad nutum amobiles, non valet, vt in c. 1. de capel. mo. lib. 6. & ibi no.gl.ſuper ver. conſuetudine. Poſſet tamen illi textui reſponderi, quod loquitur in vicario præſentato epiſcopo, per epiſcopũ inſtituto, qui non poteſt etiam ex conſuetudine remoueri ad nutũ præſentantis. Secus fortè eſſet in vicario deputato per rectorem, & non inſtituto per epiſcopum, quia talis poſſet ex conſuetudine reuocari ad nutum rectoris. Vide ſuper ver. eccleſia.§.eccleſia parochialis debet. Et quod valet conſuetudo, ſentit Io. And. in regula quæ contra iura.lib.6. in mer. ad fin.

Conſuetudo etiam contra legem inducitur ſpacio 10. annorum de iure ciuili: vt no. glo. in l. in quibus. ſuper ver. inueterata, iuncta glo. fi. ff. de legi. & hoc tenet Barto. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Et idem de iure canonico, quando datur tacitus conſenſus eius, qui poteſt illi iuri derogari: vt no. do. Ant. in c. fi. de conſue.7. charta.2. col. Iura autem canonica requirentia tempus 40. annorum ad conſuetudinem inducendam contra ius commune, debent intelligi quando nõ adeſt tacitus conſenſus eius, qui habet poteſtatem illud ius tollendi, vel quia habens illam poteſtatem, non fuit præſens in loco conſuetudinis. Secus ſi fuit præſens, vt no. in c. fi.

Conſuetudo autem rationabilis,quæ non eſt contra ius, inducitur decennio etiam de iure canonico: vt no.Io.An.in c.fi.de conſue,li.6.in glo.1.

Conſuetudo quod epiſcopus ſolus ſine capitulo poſsit res eccleſiæ alienare,non valet.no. gl. & Inno. in c.cum cauſam de re iu.& Io.An.poſt Hoſt. in c. Romana. ad fi.de ap.ſuper gl.præſcripta.li.6.in nouel.Et idem no. Bar. auten. hoc ius.ver.3.dicebam.C.de ſac.ſan.eccle.

ADDITIO.

Tu vide per do. Fel. quod in c. cum cauſa. de re iu. col. 3. poſt me. cum ſequen. ver. Ad illud, vbi tractat quid valere poſsit conſuetudo in alie.rei eccleſiaſticæ.

Conſuetudine induci poteſt, quod epiſcopus ſine conſenſu capituli poſsit vnam eccleſiam alteri vnire, vel rem vnius eccleſiæ, etiam in caſu illicito alteri alienare:vt no.ſuper ver.epiſcopus.§.epiſcopus poteſt cum conſenſu.& §.epiſcopus non poteſt præſcribere.

64 † Continentia cauſæ non debet diuidi, ſed coram eodem iudice agitari, & quando dicatur eſſe continentia cauſæ,vide tex.in glo.Cy.& Bart. & Bal.in l. nulli.C.de iudi.quod limitat Ant.in c.fi. de iudi. verſic. oppo.gl.1.& de cauſa poſ.c.1. & de ſan.epi.c.1.vlt.col.

Continuè qualiter hoc verbum intelligendum ſit, vide ſub ver. præſens.

Contra: ad quid teneatur,qui promiſit vel iurauit non facere contra aliquem,vide Ant.in c.petitio.de iureiuran. &c.

Contrario vno ſolo poſito remouetur reliquum. ff.de verb.obl.licet hæc verba ille &.C.de teſta.l. non ad codicillum. & ff. de diuor. l. fi.§. fi.

65 † Contumax dicitur ille, qui citatus comparuit, ſed illicentiatus receſsit, & poteſt dici talis non ſolùm verus, ſed manifeſtus contumax: quia talia iudicialia non poſſunt eſſe non manifeſta. no. Ant. de iu. c.1.ver. no.citatum. Fictus contumax dicitur,quando citatus per edictum non comparuit.no. Ro.conſil.249.contrarium tenet Bal. in hoc vlti. C. quomodo & quando iudex.l.ea quæ. Et quis dicatur verè contumax vel fictus. vide plenè per gl.in cle. 1. de dolo & contum. & per Bar.

in l.

in l. fi. ff. de in integ. reſt. & vide ſuper ver. actor.§.excommunicatus.

ADDITIO.

Quis dicatur verus, aut præſumptus contumax, vide do. Alex. in conſi.103. in 10. col. in 1. volumine.

Contumax quando appellare poſsit, vide per glo. 1. de dolo & contu. & per Bar. in l. fi. ff. de in integ. reſt. Et vide ſuper ver. appellatio. §.

Contumax tanto maior videtur, quanto ex re minori conſurgit, ſecundum Io. An. vt no. An. de iudi. cum non ab homine. in fi.

Contumacia actoris non comparentis in termino quo fecit reum citari, punitur in eo, quod reus comparens in termino poteſt petere edictum circumduci vel abſolui ab inſtantia iudicij. Si autem reus comparuerit tunc actore poſt terminum comparente, debet in cauſa procedi contra ipſum reum per audientiam contradictarum, tanquam cõtra contumacem, licet etiam neutro veniente in termino, circumducatur edictum quo ad illum actum pro tunc in termino fiendum, tamen poſt terminum poteſt de nouo ad illum actum, & ad alios procedi per audientiam contra reum abſentem, ſi citatus fuit ad totam cauſam vſq; ad ſententiam incluſiuè. no. Ro. conſi 345. Et hoc habet locum tam in citatione iuris, quàm hominis: vt no. Ro. conſi. 132.

Contumaci quandoq; interdicitur adminiſtratio beneficij propter ſuſpicionem dilapidationis. no. Ant. de iudi. c. 1. pe. col. ver. oppo. cum glo.

Contumax poteſt mulctari ex antiqua contumacia ad actum mulctæ interponendæ. no. An. de iu. c. 1. ver. non contumacem.

Contumax poteſt per iudicem ex officio puniri & mulctari, etiam parte non petente. no. An. de iu. c. 1. ver. no. 4. quod his.

ADDITIO.

Idem tenet do. Abbas in d. c. 1. in 3. col. in prin. ver. nota iudicem. Non tamen allegat do. Ant. ſed Bar. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat.

Contumax non poteſt criminaliter condemnari ad finem diſpoſitionis, lite non conteſt. & non liquidata cauſa, ſecus ſi agitur ciuiliter ex non reſidentia, aliâs ꝑpter nõ reſidentiã. no. An. de iu. c. 1. ver. no. 5. in crimi.

Contumax non poteſt mulctari, niſi de nouo citetur, vt veniat ad ſe defendendum, quare mulctari non debeat, nec etiam poteſt contra eum ferri abſolutoria, ab obſeruatione iudicij ſine noua citatione: ad circumductionem tamen edicti non eſt neceſſaria citatio, quia hoc eſt leuis, vel nullius præiudicij. Et idem in ſententia excommunicationis ferenda contra contumacem, quæ non requirit nouam citationem, ſicut nec ſententia condemnationis expenſarum, & aduerte quod quantum ad excommunicationem ſufficit de cõtumacia conſtare etiam aliter quàm per citationem, ſed miſsio in poſſeſsionem nõ poteſt contra contumacem fieri, ſi non eſt citatus ad actum miſsionis, niſi cõtumax in iudicis conſpectu, & quando iudex iubet parti vt litẽ conteſtetur, & pars contumaciter recedit lite nõ conteſtata, quo caſu poteſt ad miſsionem procedi ſine alia citatione, ſecundum Bart. vt no. Ant. de iud. c. 1. ver. oppo. no. 4.

Contumax in non comparendo, ſi agitur defendere matrimoniũ, vel conuenitur de crimine notorio vel famoſo, poteſt poſt annum epiſcopatu & beneficio priuari abſq; alio iudicio, quia perſeuerans per annum de contumacia, habetur pro confeſſo de tali delicto, & ſi delictum eſt tale, quod priuat ipſo iure, vt hæreſis, erit poſt annum ipſo iure priuatus, vtroq; caſu non auditur amplius poſt annum ſuper delicto, quo ad beneficia vel bona, ſed benè auditur ſi ſuper delicto, vel ſic ſe defendere, ne deponatur. no. Ant. de iudi. c. 1. pen. & vlt. col.

Contumacia an ſit delictum, vide Cy. C. de cri. ſtel. ſuper rub. & Bar. in l. omne delictum. ff. de admi. tuto. vbi eſt gl. nota.

66 †Conuentus ſiue collegium dicitur, vbi in eccleſia ſunt duo vel tres: in vno tamen retinetur ius collegij, gl. no. de elec. c. 1. & de iure patro. nobis. vbi ponit ſigna, per quæ cognoſcatur, an eccleſia ſit conuentualis. vide ſuper ver. eccleſia. §. eccleſia collegiata prælatus.

Conuer-

Conuerſus licet ſit laicus reſpectu profeſsionis, tamen non reſpectu habitus. Ideo conuerſi perſonæ eccleſiaſticæ reputantur. no de elect. C. ex eo. in glo. fi. li. 6. & vide ſuper ver. clericus.

Copia quando danda eſt, an debeat dari ſub autentica forma. vide ſuper ver appellatio. §. appellatio in cauſa beneficiali non deuoluit.

Copiæ iudiciorum an dandæ ſint parti per iudicẽ, vide ſub verbo, iudex. in prin.

Copia libelli danda eſt expenſis actoris: vt no. Io. An. in cle. cauſam de elect. ſuper ver. porro. Et idem tenet Pan Fran. de Zab. & An. & idem no. Spec. in ti. de libel. obla §. 1. ver. actoris. Contrarium tenet Ang. in l. 1. §. edere. ff. de edend. vbi dicit eſſe caſum. Bar dicit quod in aliquibus locis ſeruatur, quod datur copia expenſis actoris. In aliquibus locis ſeruatur quod datur expenſis rei. Et ideò ſeruanda eſt conſuetudo curiæ: vt ipſe no. in aut. offeratur, & de li. conteſt. c. vno. ſed de rigore iuris debet reus recipere copiam libelli expenſis ſuis: vt no. per Cy. & Bal. in d aut. offeratur.

Copiam inſtrumentorum in iudicio productorũ non tenetur producens dare ſuis expenſis aduerſario: vt no. Ang in l. 1. § edere ff. de eden. niſi eſſet inſtrumentum mandati procuratoris, quia illius copiam tenetur dare alteri parti expenſis ipſius producentis, ne pars aduerſa grauetur ex abſentia principalis: vt no. Bar. in l. 2. §. defendi ff. ex qui. cau. in poſ ea. quod intellige niſi principalis eſſet talis, qui non poſſet comparere perſonaliter vt vniuerſitatis: vt no. Ang. in d. §. defendi.

Copia cuiuslibet intimationis, quæ fit parti ad fauorem intimantis, debet dari expenſis ipſius intimantis: vt no. Ioan. An. in cle. cauſam de elect. ſuper verbo, porrecta. Et idem tenet ibi Pan. Fran. de Zab. & Ant. licet Zen. & Guil. dicant ibi contrarium.

Copia literæ citatoriæ debet dari citato ſi illam petit, & ſi nõ datur, non artatur ad cõparendũ: vt no. Spe. in ti. de cita. §. iam de citatio. ver. hoc autem facto. qui ad hoc allegat de ꝓba. quoniam cõtra falſam. & c. fi. Sed tex. melius facit, quẽ ibi non vidit in cle. cauſ. in fi. de el. Vbi expreſſe dicitur ꝙ omnis intima. quæ fit alicui, vt

artetur ad aliquid agendum, non artat, niſi literæ, quæ intimantur, detur copia, ſi petatur. Si autem litera citatoria debet intimari & legi citato, vt dicit Spe. in dicto §. iam de citatione. §. porro ergo debet dari copia illius literæ ſi petatur: aliàs citatio non artat, hoc etiam ſi probatur ex principio dictæ cle. quæ vult, quod vbi appellatio intimatur, talis appellatio nõ deuoluit cauſam nec artat appellatũ ad comparendum, niſi copia illius appellationis detur, ſi petatur. Conſtat autem quod intimatio dictæ appellationis habet vim electionis ad curiã de elec. ſtatuimus. c. cupientes. lib. 6. & no. Fran. de Zab. in d. cle. in prin. 26. q. vbi eſt expreſſum quod intimatio facta per literas non artat citatũ, niſi detur copia literarum ſi petatur, pro hoc facit ratio quia literæ curatoriæ ideo pſentantur citato, vt ex earum tenore poſſet ſe inſtruere de exceptionibus ſuis, tam cõtra partem, quam contra iudicem: vt in c. præterea de dilationibus. vt no. Spe. in d. §. iam de citatione. in prin. ergo literarum danda eſt copia petenti, alioquin non poſſet ſe inſtruere de defenſionibus ſuis, & conſequenter denegaretur ſibi facultas defenſionis contra cle. paſtoralis.

Credere, quid importet hoc verbum, vide per An. de reſcrip. 3. loco.

Creditor an dicatur poſsidere rem pignoratam, vide ſuper ver. poſſeſsio. §. poſsidere dicitur.

Criminalis cauſa quæ dicatur, vide ſuper ver. ciuilis.

Crimen an differat à delicto & peccato, vide ſuper ver. delictum. §. delictum differt.

Culpam ex qua lucrum ſentio, non poſſum alicui obijcere ad aliud, quàm ad lucrum conſequendum vel conſecutum retinendum. not. Bar. in l. tam minus. ff. de fideiuſ.

67 † Cum, hæc dictio ſumitur quandoq; pro Quando, & quandoq; pro Quamuis: quandoq; ponitur copulatiuè, & tunc an coniungat acceſſoriè, vel æquè principaliter, vide Anto. de reſti. ſpo. in literis. prima col. ſed nunquam facit conditionem: vt no. ſuprà ver. conditio. §. conditionalis promiſsio.

ADDI-

ADDITIO.

Contra hoc quod hic dicitur, ꝙ hæc dictio Cum nunquam facit conditionem, tenet Bal. expreſſè in rubrica. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. verſi. quidam dicunt. vbi dicit quod hæc dictio Cum, facit expreſſam conditionem, licet non principaliter, ſed ſecundario. Idẽ tenet Bar. in l. centeſimis. in 2. col. verſi. Ex his dicerem. ff. de verbo. obliga.

Cura qualiter accipiatur, vide Archi. de ſi. preſby. c. 1. lib. 6. in glo. dic quod cura. & per Ioan. And & Ant. de cleri. non reſid. quia nonnulli. & de offi. Ar. cum ſatis.

Curam animarum habent de iure communi cuncta tria beneficia, ſ. dignitas decanalis, & Archidiaconalis, & eccleſia parochialis. no per glo. & Ant. de elec cum in cunctis. §. inferiora. Idem in qualibet dignitate principali, in eccleſia collegiata vel conuentuali. no. Lap. de præben. cum in illis. li. 6. quod intellige quando collegium vel conuentus eligit ſibi rectorem in prælatum. not. Ro. conſi. 440. Et idem in quolibet prælato & inferiori epiſcopo. not per glo. & Anto. de offi. ord. cum ab eccleſiarum.

68 † Cura eccleſiæ propriè dicitur, quę habet curam actu: illa autem quæ habet curam habitu, duntaxat habetur pro non curata, ſaltem quo ad vitandam pœnam conſtitutionis de cura loquen. no. Io. An. de elec. licet canon. li. 6. in glo. ſed nunquid. & Hoſt. de cler. non reſi. quia nonnulli. & per Zen. in extrauaganti, execrabilis. ſuper ver. habentia. & Pau. & Ant. in cle. 1. de offi. vica. ſed Arch. tenet contrarium: vt recitat Io. An. in d. c. licet canon. in nouel. ſupradicta. ſed nunquid. Et ibi videtur Ioan. And. ſtare in hac opi. hoc etiam tenet Abbas & Inno. & Ioan. Cal. in c. de multa. de præben. & Spec. in ti. de lega. §. videndum. ver. ſed quæritur quod beneficium. Frede. de Senis tenet contrarium in conſi. 40. aliâs 80.

Curata poteſt effici eccleſia ex conſuetudine. no. Io. And. de offic. ordi. conquerente. ver. ſi autem. Et idẽ not Anto. de cauſ. poſſ. & proprie. c. fi. 26. col. ver. ex his deciditur.

Curatum non dicitur beneficium ex eo quòd habeat baptiſmum & criſma not. Hoſt. & Io. And. de Cleri. non reſi c. quia nonnulli. Et Frede. de Senis. conſ 80.

Cura poteſt per curatum etiam inferiorem Epiſcopo committi, & delegari ad tempus alteri, ſubſiſtente neceſſaria & iuſta cauſa not. Hoſt & Io. And. in c. 4. de offic. Archipresby. Et idem no. Ioan. And. in c. cùm ex eo. de elect. lib. 6 ſup. ver. ab eis. & ſup. ver in diuinis. in nouella imò etiam Rector eccleſiæ curatæ qui nõ eſt Presbyter, poteſt alteri Presbytero iure exercitiũ committere: vt no. gl. in Cle. 1. de priuileg. ſup. ver. Presby.

Cura parochialis eccleſiæ, quæ regitur per Vicariũ, dicitur eſſe non ſolùm penes Vicarium: vt in c. fi. de of. Vica. Et not. gloſſ. in cle. dudum. de ſepul. ſuper ver. ſacerdotibus. ſed etiam eſt penes Rectorem: vt not. in gloſſ. in c ſuper eo. de præbend. lib. 6. & not. Ioan. And. in c. expoſuiſti de præben. & Zenze. in extrauagan. execrabilis. ſuper verſic. perpetuos quod eſt verum quando Rector percepit decimas, oblationes & alios reditus eccleſiæ, & Vicario eſt certa portio aſsignata: vt not. Ant. in cle. 1. de offi. Vica. quando autem cura agitur vel regitur per Vicarium temporalem, tunc ſpectat cura ad ipſum Vicarium, ſecundum Pan. & not. Fran. de Zabarel. in cle. 1. in ver. præſentatos. de exceſ. prælat. ſed tunc negari non poteſt, quia etiam ſit apud principalem Rectorẽ, qui habet iuriſdictionẽ ſuper Vicariũ perpetuũ, quia temporalem remouere poteſt, ſed non perpetuum. & vide infrà, curatũ beneficium obtinẽs.

Curatum beneficium conferri non poteſt, niſi illi, qui 25. annum attigerit. de electio. cùm in cunctis. §. inferiora. niſi cura talis beneficij regitur per Vicarium perpetuum, quia tunc poteſt conferri illi, qui viceſimũ annum compleuit: vt eſt caſus in c. ne in agro. §. cùm exterùm. de ſtatu monach Et prædicta intellige in beneficio quod non eſt alteri vnitum: Secus ſi ſit vnitum præbendæ, quia tunc ſufficit, quòd ille qui confertur habeat ætatem, quæ ſufficiat ad præbẽdam: Ratio, quia tunc beneficium curatum tanquam acceſſorium ad præbendam ſequitur naturam præbendæ, quæ eſt principalis: vt probatur in c. ſuper eo. de præbend. lib. 6.

Curatum beneficium obtinens tenetur intra annum

num à die monitionis ſe facere ad ſacerdotium promoueri:aliàs poteſt priuari per ſententiam.de elect.cùm in cunctis.§.inferiora. & ibi no.Inno.& Io.And.ſuper ver. admoniti: vt patet ibi in tex. in ver. remoueat. & hoc quando beneficium non eſt eccleſiæ parochialis: ſi autem eſt parochialis, priuatur ipſo iure ſine canonica monitione, niſi intra annum à die poſſeſsionis acceptæ promotus ſit. de elect. licet canon. & c. commiſſa. lib. 6. & hoc quando eccleſia parochialis non eſt collegiata: ſed ſi eſt collegiata, requiritur monitio ad priuationem: vt patet in c. ſtatutum.eo.tit.& lib. Secus ſi eſt conuentualis,quia tunc monitio non requiritur: vt eſt caſus in cle. ne in agro. §. cæterùm. de ſtatu monachorum. Vide Frede. de Senis,conſil.25. & quod dixi annũ incipere à die poſſeſsionis adeptæ, vel monitionis factæ. intellige, quando collatio facta fuit ei, qui 25. annum attigit, quod eſſe poteſt, quando cura illius beneficij regitur per Vicarium perpetuum, quo caſu ſufficit,quòd ſe promoueri faciat intra 25.annum: vt d.§. cæterùm. & prædicta intellige de beneficio curato alteri non annexo: ſecus ſi ſit annexum ſiue vnitum præbendę,vel alteri beneficio non curato,quia tunc non tenetur præbendarius ſe aliquo tempore facere ad ſacerdotium promoueri,cùm prębenda,quæ eſt beneficiũ principale,ſacerdotium non requirat: vt probatur in c. ſuper eo.de præb. lib.6. Et videtur caſus in c.extirpandæ. §.qui verò.eo.tit. & hoc verum,quando beneficium curatum vnitur acceſſoriè ad aliud non curatum: Secus ſi æquè principaliter vniatur, quia tunc ſi eſt parochialis eccleſia,tenet ꝓmoueri,& habet locũ c. licet canon. quia priuatur ipſo iure ex non ꝓmotione,licet canonicè non ſit monit⁹:ſi non eſt parochialis eccleſia, requiritur monitio ad priuationẽ,& habet locũ c.cùm in cunctis.§.inferiora: Sed primo caſu quando acceſſoriè vnitur,non tenetur promoueri, nec priuatur ex non promotione.per tex.d.c.extirpandæ.§.qui verò.qui nõ tollitur per d. c. licet canon. vt not. Io. And. in c. licet canon.ſuper ver. perſonaliter: Ratio,quia tunc beneficiũ acceſſoriè alteri vnitum,aſſumit naturam & conſuetudinẽ illius,cui vnit.de ſta.mo.recolẽtes.§.fi.vt no. gl.& Ant.in c.1.ne ſe.vac. & hãc differentiã duorũ caſuũ circa priua-

priuationem ponit Lap. in c. ſtatutum. de electio. lib. 6. nec obſt. quod præbendarius, qui eſt rector eccleſiæ parochialis ſibi vnitę, dicatur ratione illius eccleſiæ aliquã curam habere: vt not. Io. And. in d. c. ſuper eo. quia illa non eſt cura fori pœnitentialis: ſed iudicialis & contentioſi. no. Io. de lig. in d. c. ſuper eo. & talis non requirit ſacerdotium: vt not. Fran. Zabarel. in cle. 1. de off. vica. 21. q. Et probatur ſic. Nam Archi. habet curam animarũ in foro cõtentioſo: vt in c. 1. de offi. archi. & de elect. dudum. 2. §. ſed cum in iure. Et tamen in Archidiacono non requiritur quod ſit ſacerdos, ſed ſufficit quod ſit diaconus: vt c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. Item talis cura non facit beneficium incompatibile cum alio curato fori pœnitentialis: imò quo ad hoc habetur pro nõ curato, vt eſt caſus in d. c. ſuper eo. & in extrauag. execrabilis. ad fi. Vide omnino ſuper ver. eccleſię. §. eccleſia parochialis ſi eſt. Et vide ſuprà §. cura parochialis.

Curator ad litem non tenetur facere inuentariũ. no. Ro. conſi. 45.

Curator tenetur ſatiſdare rem minoris ſaluam fore: aliàs non poteſt adminiſtrare, niſi ſit datus in teſtamento vel à iudice per inquiſitionem. C. de tuto. & curato. qui ſatis non dede. l. 1. Et hodie etiam datus per inquiſitionem ſatiſdat: vt dicit glo. in d. l. 1. quod eſt verũ, ſi datur à defenſore vel magiſtratu ciuitatis. Secus ſi à præſide: vt no. glo. in aut. vt hi qui obli. ſe habe. prohi. res minoris. §. pe. col. 6. Et hoc tenet Bart. in d. l. 1. C. de tuto. & cura. qui ſatis non dede. Et idem tenet Azo. in ſum. eo titu. vide Barto. & Bal. in l. ſi nemo. 2. §. hoc dictum. ff. de teſtamen. tu. vbi idem tenet quod dictum eſt, &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio legis Aquiliæ in quo differat ab actione in factum. ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. Celſus, &c.*

2 *Damnum dans & occaſionem damni, an eadem actione conueniantur.*

3 *Damni appellatione an contineantur expenſæ.*

4 *Debitor cedendo bonis non liberatur, & num 6.*

5 Debitor

5 Debitor cedens bonis quod priuilegium acquirat.
7 Obligatio debitoris diuerſis reſpectibus eſt conſideranda.
8 Debitoris promiſſio an ſit obligatoria & præcisè interpretanda.
9 Verbum Decernimus dicitur iuris declaratorium.
10 Decima, quibus, quando & quo iure ſit debita.
11 Ius decimandi an cadat in laicum: & quot modis decima ſit conſideranda.
12 Declaratio & interpretatio dubiorum quibus competat: & quanto tempore duret facultas declarandi.
13 Decretum ex falſa cauſa interpoſitum, an aliquid operetur.
14 Delegatio de quibus fieri poſſit.
15 Delicta multipliciter conſideranda.
16 Delictum in quo differat à crimine.
17 Depoſitum quando proſit vel noceat depoſitario.
18 Cauſæ deuolutio ad curiam quando fieri dicatur.
19 Dies pro termino aſſignati qualiter veniant computandi.
20 Dignitas quid ſit: & quid officium & perſonatus.
21 Dignitatis appellatione quid intelligatur aut comprehendatur.
22 Diœceſis & Diœceſani appellatione quid & qui comprehendantur.
23 Diſpenſatio diuerſis reſpectibus eſt conſideranda.
24 Diſpoſitio quælibet eſt rebus ſic exiſtentibus, & nil mutato intelligenda.
25 Quotidianæ diſtributiones quæ dicantur.
26 Diſtrictus quid ſit.
27 Bonorum fraternorum diuiſio per quem ſit facienda.
28 Doctor & doctoris filij qua fulgeant dignitate.
29 Domicilium originis immutabile dicitur: ſecus de domicilio habitationis.
30 Dominium quando acquiratur, & quid appellatione dominij comprehendatur: & quando transferatur, & quàm multipliciter diuiditur.
31 Dominus an pro facto ſubditi teneatur: & multa de dominorum circumſtantijs.
32 Donatio multiplex eſt, quando validè ſeu inualidè facta dicatur. Item quando reuocabilis, aut non.
33 Dos quando ſit permutabilis aut præſcriptibilis.
34 Dictio Dummodo, quid importet.

DE LITERA D.

1 DAmnvm. †Si quis ꝑpriè per ſe & immediatè dat, competit contra eum actio legis Aquiliæ. Sed, ſi cauſam damni præſtitit, competit acto in factum. ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. ſed ſi quis. ver. Celſus. vt patet eo. tit. l. ſi ſeruus ſeruum meũ. §. fi. & dictæ actiones competunt etiam ſi damnum inferens, vel damni cauſam præſtans non habuit animum damnificandi. dum tamen re ipſa damnificauerit, & culpa præceſſerit. vt l. ſed, & ſi quacunq;. §. 1. & l. qui occidit. §. ſi quis ali[illegible]num. Et no. gl. in l. ſcientia. §. cum alte. eo. tit. & dictæ actiones competunt non ſolũ ad damna & expen. ſed etiam ad operas amiſſas, & quæ in futurũ amittentur, & ad omne intereſſe etiam extra rem: vt l. vt lex. & l. ſeq. eo. tit. & ff. ſi quis pau. fe. d. l. ex hac lege. de his quæ deie. vel effu. l. 1.

2 †Damnum ſi quis intulit, & alius occaſionẽ damni dedit, an contra illum qui occaſionem damni dedit, agere poſsit ad damnum reficiendum. dic vt not. glo. de teſti. ſicut nobis. & de homi. & de cætero. vide infrà §. prox. & vide de offi. ordi. c. ſi canonici. in tex. & glo. po. ſup. ver. occaſione.

Damnum ſi mihi datur per inimicum Titij, vel inimicitias quas habet cũ ipſo Titio, poſſum agere contra ipſum Titium, vt damnum mihi reſarciat: vt not. Bar. ff. ſolu. matrimo. l. in his. in prin. & ff. loca. l. ſi merces. §. culpæ. Sed aduerte, quia Bar. loquitur quando præcedit contractus, ex quo mihi ille Titius tenebatur de dolo & culpa. Vbi autem nullus præcedit contractꝰ, non video vnde contra Titium oriatur obligatio, præſertim vbi inimicitia erat ex cauſa iniuſta contracta, quia delictum vnius non debet vergere ad iniuriam vel pœnam alterius, in regula non debet, & in regula ſine culpa. lib. 6. & c. 1. de iureiur. eo. lib. vide ſuprà §. proxi. & quod dicitur de ambaſiatore capto vel derobato, vide ſuprà ambaſiatore, &c.

3 †Damni appellatione an contineantur expenſæ, vide de iureiur. c. in noſtra & quod no. Arch. 2. q. 1. in primis. vbi declarat. c. in noſtra.

Addi-

ADDITIO.

Vide Bal.in l terminato in fin.pe col.cum ſequen. C.de fruct. & liti. expen. vbi tenet, quòd appellatione expenſarum non continentur damna. Et per Alex. in l.1.§.fi.in 3. col in med. in ver. Item ex iſta gl. no. ſecundum Bal. & dicit hoc verum, niſi in expenſis ratione contumaciæ per d c.in noſtra. de iureiur.

Debet,hoc verbum neceſsitatem importat.not. Ro. conſ.350. &c.

4 † Debitor cedendo bonis nō liberatur,& ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit,conuenitur. no.glo.de ſolu.c. Odardus. & de homic ſicut dignum.§. eos. licet contrarium not gl.& malè in c.cum tut.de vſu. & vide ſuper ver. fideiuſſor.

Fideiuſſor §.
Præſumptio §.
Obligatio per totum.

5 † Debitor cedendo bonis acquirit priuilegium, & non poteſt effectualiter conueniri,niſi quatenus facere poſſet deducto ne egeat no Io.An. de ſol. Odardus ſup. gl.fi.Sed hoc limita, q̄ ad bona poſt ceſsionē quæſita, qa de quęſitis antè nulla fit deductio,ſed q̄ ad illa nud⁹ exu lat.no.Cy.in l.1.C. qui bo.ce.poſ.in 4.q. & idē no. Math. in d.c Odard. Item etiā quo ad bona poſt ceſsionē quęſita, licet ſecundum leges fiat deductio, ne egeat: ſecus tamen ſecundum canones, ſecundum Vincen. & Hoſt. ſecundū Goff. addit etiam ſecundum canones : ſecundū Vince.& Hoſt.quo ad forum iudiciale,ſed Goff. quo ad forum pœnitentiale, in quo non remittitur peccatum,niſi totū ſoluatur debitū,& æs alienū:vt no.Io.An. de vſur. cū tu. ſuper gl. ver. & licet. Ex his conclude, ꝙ poteſt poſt ceſsionem cedens,& debet alimētari ex fructibus futuri beneficij ſui. Sed ante ceſsionem omnes fructus aſsignantur creditori, nulla facta deductione, donec ſibi fuerit ex fructibus ſatisfactum: vt not. Ioan. And.in d. c. Odard. ad fin.

6 † Debitor non eximit ſe cedendo bonis, quin poſsit carcerari pro debito ciuili, quando illud debitū deſcēdit ex delicto,vel dolo ipſius debitoris no. Matth. in d.c.Odar.Item quādo ante ceſsionē ſuā bona in fr u

dem

dem debitoris alienauit.no.Bar in l.ſi an ſi. ff. de priui. credi.ſed Inno.& Io. An. in c. Odardus. dicunt quod ex debito pro delicto agitur ad primum intereſſe, non debet debitor carcerari, ſed pinguiori fortunæ relinqui. Secus ſi ageretur ratione iniuriarum:quia cauſa non intendit ad primum intereſſe Sed ſi agatur furti ad pœnā applicandam parti,quo caſu actore volente, ſi non habet debitor vnde ſoluat, debet ei pœnam pecuniariam, aliàs parti applicandam in corporalem commutare,nō obſtante ceſsione,ſecundum Inno. & Io. An. vt ſuprà. Sed hoc caſu putarem quod ſi vellet creditor debitorē carcerari, deberet certum tempus præfigi, inquo carceribus ſtare deberet,vt illo elapſo liberatus foret: quia tunc carcer aſsignatur pro pœna & pro cuſtodia: quia pœna carceris loco pecuniæ, quam non poteſt ſoluere, ſubrogatur.

7 † Debitor obligatus dare fideiuſſorem, ſi nullum inuenit qui fideiubere velit, ac ſufficiat, ſi iuratoriam cautionem præſtat. vide ſuper verbo, fideiuſſor. in prin.

Debitor ſi eſt obligatus ad vendendum rem certo precio, quo ſibi oblato licet non recepto habetur venditio pro perfecta. l. labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. ff.de contrahen.emp. & notat Barto.in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. de leg.1.& l.vxorem.§.agri plagam.de leg.1. & l.vxorem.3.vide infrà §.proxi.

Debitor obligatus ad vendendum rem, nō dicitur obligatus ad nudum factum: ſed ad tradendum & dominium transferendum, ſi eſt dominus.no. Bar.de le.1. ſi fideiuſſor.§.fi.de leg.3.l. vxorem.§. agri plagam. Vide Bar.in l.1. C.communia de le.ver. quo ſi teſtator iuſsit. & Ange.in l.in æſtimationibus ff.de peti. hære. Ex hoc ſequitur quod talis debitor poteſt præciſe cōpelli vendere & tradere,nec liberatur præſtando intereſſe, iuxta no. Bar. in l. ſtipulatio. non diuiduntur. 6. charta.ver. ad tertium venio. ff. de ver. ob. & ibi plenè per eum vide, quando debitor poſsit ad factum præciſe compelli.

8 † Debitor promittens factum etiam cum iuramēto, non poteſt per iudicem laicum nec eccleſiaſticum compelli præciſe ad factum, ſed ſufficit eum præſtare intereſ-

intereſſe, quia iuramentum recipit intellectũ ex mente ſecundum materiam ſuper qua præſtatur, ſecundum Inno. Iurans ergo facere aliquid, intelligitur vel intereſſe præſtare ſecundum quod lex intelligit: vt not. Ant. de iudi. capi. 1. verſ. dubium eſt. & de arbi. per tuas. 6. col. Vide quod no. per eum in c. 2. de pigno. vbi dicit ſcriptorem poſſe præciſè cogi ad ſcribendum, quod promiſit quando electa fuit induſtria perſonæ, quod præſumitur. Vide omnino Bald. qui aliter loquitur, & qui ponit plures caſus, in quibus poteſt quis ad factum præciſè compelli. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt profe. l. 1. 14. col. & 25. ver. nunc quæritur de aliquibus. & ver. ſed pone quod de venditione.

ADDITIO.

Tu vide do. Alex. in l. ſi conuenerit. in prin. ff. de iuriſdict. om. iudi. vbi videtur tenere contrarium, ſed quod debitor promittens factũ cum iuramento cogitur præciſè ad factum: & reprobat ibi opinionem do. An. quam hic recitat do. Nico. de Milis ſoluendo contraria iura per do. Anto. allega. Ideo vide ibidẽ per ipſum do. Alex.

Debitor promittens ſoluere vbicunque locorum, nõ poteſt extra ſuum domicilium conueniri, niſi in loco in quo reperitur, vel in quo habet bona, ſecundum opi. communem. & hoc maximè procedit quando certa loca enumerantur, & generalis clauſula ſubijcitur, vt promitto ſoluere Bononiæ, Florentiæ, & vbicunque locorũ. Aduerte tamẽ quod tunc poterit cõueniri in remotiori loco ab expreſsis. no. Anto. de iudi. c. 1. ver. concludo.

Debitor promittens ſoluere creditori vbicunque ei placuerit, & ſic per verba ſignificantia arbitrium boni viri, poteſt conueniri in loco vbi bonus vir arbitretur ſecundum naturalem æquitatem, licet non poſsit aliàs ibi conueniri de iure, ſecus ſi promittit per verba ſignificantia liberam voluntatem, vt promitto ſoluere vbi velis, quia tunc non intelligitur de loco habitationis, vbi aliàs conueniri poterat, & ita debet intelligi Bar. vt no. Anto. de iudic. c. 1. ver. concludo, &c.

Debitor promittens ſoluere vbicunque debitum

petatur, poteſt in quolibet loco cōueniri, in quo extraiudicialiter debitum ab eo petitum eſt, quia in inſtanti petitionis iuriſdictio creatur. Idem ſi dicat, promitto ſoluere vbicunq; conueniar. Secus ſi dicat, promitto reſpondere coram quocunq; iudice, coram quo petieris, & ibi ſoluere, quia tunc intelligitur de petitione iudiciali, quæ non poteſt fieri niſi coram iudice rei. Si autem dicat, promitto reſpōdere & ſoluere, quocunq; locorum petieris, videtur quod conueniri poſsit in omni loco, in quo extraiudicialiter petatur, & illud verbum Petieris ad diuerſa relatum, diuerſimodè intelligitur, niſi dicatur ꝙ poſsit vtrunq; æquè determinare, ſi in peti. iudic. ita intelligatur. Vbi autem diceret, ꝓmitto ſoluere vbicunq; me inueneris in Thuſcia, certū eſt quod in quolibet loco, in quo reperitur, ſortitur forum ratione contractus. Et hoc verum eſt quando loca ſunt certa. Sed ſi loca exprimuntur, vt ꝓmitto ſoluere Bononiæ & Ferrariæ, tunc obligatio diuiditur, & non poterit in altero ex illis locis inſolidum conueniri, niſi hoc adiectū ſit, cautum eſt ergo illud addere: vt no. Anto. de iudi. c. 1. ver. concludo.

Debitor ſimpliciter promittit reſpondere vbiq; vel vbicunq; inuenitur, vel in quocunq; foro, non poteſt inuitus extra locum ſui domicilij conueniri, quia ſemper poteſt ante lit. conteſta. pœnitere, & iuriſdictionem aliàs non ſui iudicis declinare, quod eſt verum quantū ad principalem cauſam, ſed quia pœnitendo & declinādo obligatur parti ad intereſſe, poterit pro illo intereſſe conueniri coram ipſo iudice declinato, quia executionem pacti deſtinauit in loco iudicis non ſui, & ſic quaſi quo ad pactum videtur ibidem contraxiſſe, ſecundum Guil. quod eſt ſingulariter dictum: vt not. Anto. de iudi. c. 1. verſi. concludo. & hoc puto ſiue ad intereſſe agatur ex pacto, quando fuit veſtitū: ſiue agatur ex dolo, quando fuit nudum, quia ſicut per contractum quis ſortitur forum, ita per dolum ſiue delictum.

Debitor obligatus naturaliter tantū, an & quando poſsit conueniri coram iudice eccleſiaſtico. vide ſuper verbo, iudex. §. iudex.

Debitor obligatus ex pluribus cauſis ſi ſoluit, & nō exprimit, in quam cauſam debeat ſolutio cedere, vide

vide per Barto. in l. 1. ff. de ſolu. & plenius in l. cùm ex pluribus.eo.titu.

ADDITIO.

Et in l.1.C.eo.ti.& in l. vbi.& in l. ſi ex pluribus.§. 1. & ibi Bar.ff.eo.& in l.fi.ff.de eo.qui cer. lo. Et in Spec.de actio.ſeu peti.§.2.verſic. Quid ſi ille. vbi ponit cuius ſit electio.

Debitor non cenſetur idoneus, quo ad iudicatum ſolui ſatiſdationem, licet poſsideat immobilia alibi quàm in loco iudicij:vt not.glo.& Bar. in l.fi.C.de priu. agen.in re.li.12.& Bar.in l.ſciendū.in prin.ff. qui ſatiſda. cog. quod intellige quando poſsidet immobilia in loco valde longinquo à loco iudicij.Secus ſi poſsideret in loco propinquo, niſi vbi eſſet debitor multum potens, vt dicit Bar.in d.l.ſciendum.§.1. & l.2. in prin. eo. tit. dicitur etiam quis de fuga ſuſpectus,ſi non poſsidet immobilia in loco delicti, vbi conueniri & puniri debet: vt no.Io.And.in c.ſi clericos.ſuper verbo,ne fugiat.de ſen. excommu.lib. 6. in nouella.

Debitor tenetur ire ad domum creditoris, & ibi debitum ſoluere. not.Ioan.And.in c. ſignificante. de pig. Sed plenius de hoc, & cuius expenſis debeat res debita portare ad domum creditoris,vide Bar.in l.item illa.ff. de conſti.pecu.& Bal.in l. attentam.C. de vſuris.

Debitor obligatus ad rem tradendam, licet poſsit illam tertio extraneo vendere,vt ff.de publi. l.ſi autem. §.ſi duobus. Tamen non poteſt eam vendere nec aliena re in conſortem, ſecum ad eandem rem tradendam obligatum, ſecundum Inno.quod eſt notabile:vt no.Ant. in capi.cum M.de conſtitu.34.col.ver. venio ad 8.

Debitor ſortitur forum ratione contractus. Sed ita demum poteſt in loco contractus conueniri, ſi ibi reperiatur, vt in c. Romani.§. contrahentes de foro cõpe. lib. 6. niſi renunciauerit priuilegio fori. Quo caſu etiam ſi non reperiatur, ibi poteſt ibidem conueniri: vt no. per Bar. & Bal. & per gloſ. in leg. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ie. Sed contrarium dicit ibi An-

ge.per §.contrahentes.vide Anto.in c. dilecti. & c. fi. de foro compe.

Debitor obligatus in tempore, an teneatur ſoluere in prin.temporis, puta anni, vel in fine anni, dic vt no. Barto.in l.qui hoc anno. de verbo.obliga. & per Bal. qui in aliquibus dicit contra Barto. in l. 1. C. quando dies le. ce.

Debitor an præſumatur liberatus per ſolutionem; ſi habet penes ſe inſtrumentum obligationis incisum, vide ſub verbo, præſumptio.§. præſumitur debitor.

Debitor qui eſt in fuga, poteſt perſonaliter capi, etiam ſine auctoritate iudicis, ſi commodè iudex haberi non poteſt. Idem in debitore in fuga ſuſpecto, debet tamē ante omnia ſummariè cognoſci: vt no. Ioan. And. in c.2.de pigno.vide Bart. & Ange.in l.vt prætor.§. ſi debitorem.ff. de his quæ in frau. cre.

* SINGVLARE.

Debitor fugitiuus poteſt capi per creditorem, & duci ad iudicem, nedum quando eſt in fuga: ſed etiam quando ſunt aliqua ſigna euidentia, quod vult fugere, ita ſingu. dixit Ange.per glo.ibi in l.pignoris cauſa.C.de pigno.act.quod dictum refert & ſequitur pronot. Hippo.Marſil. ſingul.43. incip. debitor fugitiuus: & adde ꝙ debitor fugitiuus etiam in die feriata in honorem Dei poteſt capi & detineri, donec ſatiſdet. glo. eſt in l. fi. ſuper verbo, fideiuſsionis. C.de ferijs. quam glo. dicit eſſe ſingularem Iacobi. de Sancto Geor. in l. 2. circa fi. ff. eo. H. F.

Decanus: an decanatus ſit dignitas, vide ſub verb. dignitas.

Decernimus: hoc verbum eſt iuris declaratorium. no.Ant.de iudi.c.decernimus.in fi. Sed Ioan. And. dicit quod ſignat noui iuris editionem; non antiqui declaratio. vt ipſe no. in clemen. quamuis de appel. & in clemen.2.de regula.& in c.eos.de ſenten.excommu. lib. 6.

10 † Decima quibus clericis de iure debeatur, vide Roma. conſil.431. & vide ſub verbo, iudex. §. iudex poteſt præſcribere.& ſub ver.præſcriptio.§.

Præſcri-

Prӕſcriptio §.
Priuilegium §.

11 †Decima ſiue ius decimandi non cadit in laicum, niſi ex priuilegio apoſtolico: ſed fructus decimarũ ſic. not. Ro. conſi. 46. & no. glo. de loca. c. 2. de deci. c. quãuis: vt no. Ant. de reſtit. ſpol. ex parte 10. col. Primum dictũ limita, niſi decimæ eſſent ante concilium Lateran. laicis conceſſæ: quia illæ cadunt in laicum, tamẽ cùm ſit quid ſpirituale, quod pertinet ad laicos ex ſingulari gratia, & fauore eccleſiæ. no. Ro. conſi. 385. In confeſsis autem poſt concilium Lateran. verum eſt quod Papa potuit & poteſt ſtatuere illud quod vult, dumtamẽ ex toto ipſas non tollat: vt no. Inno. ſuper Rubrica de deci. & Ant. eo. tit. parrochianos. 4. col. Sed ad feudum bene poteſt Papa concedere laico decimas. Inferior autem Papa non poteſt, licet olim ante concilium Lateran. poterat cuilibet cum auctoritate ſuperioris prælati: vt no. Io. And. de his quæ fi. à præla. cum Apoſtolica. Item licet Papa non poteſt vniuerſaliter omnes eximere à ſolutione decimarum, poteſt tamen ex ſpeciali priuilegio aliquibus hoc perpetuò concedere. no. per glo. Hoſt. Ioan. And. & Fran. de Zab. in c. à nobis. de deci.

Decimæ ſi tanto tempore, cuius initij non eſt memoria, ſunt conſuetæ dari in feudum, præſumitur conceſſum ante concilium Lateran. no. Io. An. de his qui fi. à præla. cum apoſtolica. Et ideo licet deuoluantur ad eccleſiam etiam per renunciationem vaſalli, poteſt prælatus eas concedere alteri laico, quia non dicitur de nouo feudare & alienare. no. Fre. de Senis, c. 2.

ADDITIO.

Vtrùm autem in decimis, de quibus laicus eſt inueſtitus, ante concilium Lateranẽſe, alius laicus poſsit contra ipſum præſcribere eaſdem, vide ſolenniſsimè ꝑ do. Feli. in c. cauſam. col. 2. in verſi. limita ſecundò prædicta.

Decima feudalis laico ab antiquo in perpetuum conceſſa, poteſt per ipſum laicum conſentiente epiſcopo etiam ſine conſenſu capit. concedi eccleſiæ in feudũ

per tex. de his, quæ ſi.à præla. cũ apoſtolica.in.fi.vt etiã ipſi capitulo concedi poteſt: vt no. glo. in cle. 2. ſuper ver. menſe.de re ec.non alie. Sed non poteſt per ipſum laicum concedi laico etiam conſentiente epiſcopo: vt no. Io. And. & Fran. in c. prohibemus. de deci. licet glo. ibi dicat contrarium.

Decima laico iuſtè & canonicè conceſſa non tranſit ad eius hæredes, niſi hoc expreſſè ſit actum. tex. de deci.ad hoc.& not.glo.eo.titu.quamuis non intelligas de conceſsione poſt conſilium facta, &c.

Decima & ius decimandi poteſt vna eccleſia præſcribere contra aliam.no. Ro.conſi. 414. Sed laicus non poteſt ius decimandi præſcribere: fructus autem decimarum perceptos benè præſcribit: vt no. Ro. conſi. 44. & no. glo. de loca. c. 1. de deci. c. quamuis. & no.Ant.de reſti. ex parte. 10. col. & vide ſuper ver. præſcriptio.§. præſcribi non poteſt exemptio.

Decimarum ius non poteſt in compoſitionem vel tranſactionem deduci, quia eſt ſpirituale, & ſuper ſpiritualibus non poteſt componi vel tranſigi, ſed ſuper accedentibus & cohærentibus extrinſecis ad ius ſpiritualiter ſic, ſecundum Inno.vt no. An. de cõfir. vti.c. pen. Valet tamen tranſactio in præiudicium tranſigentis, licet nõ in præiudiciũ ſucceſſoris.no.gl.de deci.ex multiplici.c.nuper.ſuper fructibus autẽ decimarum tranſigi poteſt, vt patet ſuper §. proxi. præceden. dicit tamen Hoſt. quod per modum non arbitri, ſed arbitratoris & amicabilis compoſitoris poterit ipſum ius decimarum in tranſactionibus deduci: vt not. Io. An. in c. fin. de re permu. Permutari autẽ non poteſt cum re temporali: vt ibi no. glo. fin. niſi fortè Papa approbaret: vt not. Anto. ibidem in fin. vide Io. An. poſt Inno.in c.ſtatuimus de tranſac.ſuper verbo, componit, & ſuper ver.ius aliquod.& in c.ſuper. eo. ti.

Decimæ an ſint ex præcepto legis diuinæ vel canonicæ, & an non ſoluentes illas peccent, vide gl. ſuper rub.de decimis.& Io.An.eo.ti.à nobis.& in c.cum in aliquibus,& in rub. qui prior. in q. poſita in 4. parte, & Ant.eo.ti.parochianos.& Archi.16.q.1.decimæ. & not. gl. de deci. c.1. lib. 6.

ADDI-

ADDITIO.

Decimæ ſunt debitæ de iure diuino & canonico. Exod.22.c.Leuitici 27.Deu.13. c.reuertimini. dicens autem decimas non deberi, vix excuſatur ab hæreſi. vt in c.ſi qui presbyteri. 81. diſtinctio.

Decimas an poſsit Papa tollere & extinguere diſponendo quod non ſoluantur in toto vel in parte. vide ſuper verbo, Papa.§. licet non poſsit.

Decimæ licet de iure communi debeantur, ſi tamē in aliqua prouincia de conſuetudine communiter non ſoluantur, & ibi aliquæ res vendantur, ex cuius fructibus decimæ ab emptore petuntur, an venditor teneatur emptori ad intereſſe, vide ſuper verſi. venditor.§. venditor vendens.

Decimæ fructuum germinantium ſiue naſcentiū, vel alterius lucri, an debeant ſolui deductis expenſis, vel ſine expenſarum deductione, vide tex. & gl. & quod ibi not. per Inn. Hoſt. & An. in c. paſtoralis, de deci.

Decimæ quæ debeātur epiſcopo, & quæ debeantur rectori parochialis eccleſiæ, vide quod no. per glo. & doct. in c. cùm contingat. de deci. & ibi pleniſsimè per Ant. poſt Io. Cal.

Decimæ ſi ex priuilegio conceduntur eccleſiæ, tale priuilegium extenditur etiam ad decimas noualium. vt in c.ex parte. & c.de quarta. de deci. Secus ſi tale priuilegium laico concedatur, vt patet in c.tua. inf. eo. tit.

Decimas poſsidens & præſcribens in fundo pro parte culturato, ſi poſtea reliqua pars culturetur de nouo, decima illius partis nouiter culturatæ, debetur illi ad quem pertinet ius decimandi in parte antiquitus culturata, quia ſequitur naturam prædij, cui adhæret: & cuius pars eſt, ſecundum Vincen. vt no. Io. An. in c. ſi. de priui. & Spe. in ti. de proba.§.1.verſi. quid ſi pars agri: & talis pars licet ſit nouiter culta, non appellatur noua lis, quia trahitur ad principium, prius ſiue antiquitus cultum: vt no. Io. An. in c.1. de ver. ſigni. & ſicut ingrediens certam partem fundi acquirit poſſeſsionem totius, licet omnes glebas terræ non tangit. l. 1. in prin. ff. de acqui. poſ. Ita etiam percipiens decimas in aliqua parte fundi acqrit quaſi poſſe, iuris decimandi in toto fundo,

 licet

Declarari & interpretari ad eum pertinet, cuius eſt condere C. de le. l.2. de ſenten. c. inter alia.

Declaratio debet fieri circa rem dubiam, quia in re non dubia ſiue clara non cadit declaratio. no. Bar. in l. ab executore ver. quo 2. ff. de appel. & compoſ. de reſcrip. cauſam quæ. & ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. Et no. Ro. conſi. 366. vide omninò quod no. Ant. in c. fin. de conſt. & vide ſuper ver. interpretatio. §. interpretationem.

13 † Decretum ex falſa cauſa interpoſitum, licet ſit irritum, dat interim colorem tenenti, donec caſſetur. no. do. An. de cle. coniuga. c. diuerſis fallacijs.

14 † Delegatio poteſt fieri de his quæ ſunt meri imperij ſecundum canones, ſed non ſecundum leges. not. Ro. conſil. 416. & vide ſuper ver. iudex. §. delegari non.

Delegari non poſſunt ea quæ ſunt ordinis, niſi fiat delegatio in Epiſcopum, in inferiorem non poteſt, & quæ ſit ratio, vide Arch. 95. di. peruenit.

15 † Delictum quod ſit impediens ordinis executionem, etiam poſt pœnitentiam peractam. vide gloſſ. & Doct. de renun. c. niſi cùm pridem. & vide ſuper ver.

Clericus §.
Probatio §.
Fuga §.
Maleficium §.
Securitas §.

Delicta enormia & grauia ſunt, periurium, adulterium, homicidium, & alia quæ arbitrio iudicis relinquuntur, quæ ſunt crimina ſuſpenſionis, degradationis, depoſitione digna. vide Ant. de iu. at ſi cleri. in prin. ver. quomodo ad declarationem.

ADDITIO.

Delicta quæ mereantur depoſitionem, degradationem. Vide etiam per do. Fel. in d. c. at ſi cleric. in 10. col. ante me. in ver. Quæ autem crimina mereantur. extrà, de iudicijs.

Delinquens poteſt à quolibet capi, vt ducatur ad iudicem, licet in flagranti crimine non ſit repertus. not. Ant. de iu. c. 1. ver. examinemus.

Delinquens non repellitur ratione alicuius criminis ab agendo in iudicio. not. Ant. de iud. intelleximus, verſ. idem credo.

Delinquens in conſpectu iudicis etiam pro tribunali ſedente, non magis ei nocet, quàm ſi in abſentia iudicis delinqueret, quia iudex ad hoc non ſedet. not. An. de confeſ. c. fin. 8. col.

Delictum adulterij maius eſt omnibus alijs præter crimen læſæ maieſtatis. not. Bart. ſuper Rubrica. ff. de adulte. Sed dic ſecundum Ant. quò ad criminis quantitatem, non eſt omnibus alijs maius: ſed quantū ad criminis communitatem & frequentationem maius eſt, quantum ad pœnę quantitatem eſt, ita graue ſicut omnia alia, quia pro eo imponitur pœna mortis, quantum ad delicti extenſionem eſt de grauiorib. quia nō ſolum delinquit ipſe, ſed & aliū attrahit: Nam animę duorum polluuntur. no. Ant. de iud. at ſi cle. §. de adulte. ver. venio ad vltimum.

Delictum vnicum cenſetur, ſi quis aliquando vno impetu plures percuſſerit, quia illæ plures percuſsiones pro vna habentur. not. Io. And. in regula iuris delictum. lib. 6. in mercu.

Delinquens licet per pœnitentiam ſit abſolutus à pœna fori pœnitentialis, poteſt tamen accuſari & puniri in foro contentioſo. not. gl. & Io. An. de diuor. gaudemus. Et idem dicit gl. 33. q. 2. admonere. licet Hoſt. dicat contrarium. c. tuæ de procu. vbi dicit, quòd eccleſia etiam debet pœnitentiam defendere, cuius dictum poteſt ſaluari, quando pœnitentia fuit publica, quia illa ſuccedit loco pœnæ fori contentioſi: vt not. An. in c. ſuper his. de accu. diſpenſatus autem, vt non obſtante delicto poſsit ad ſuperiores aſcendere, & in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, non poteſt amplius accuſari de tali delicto, & hoc operatur dicta diſpenſatio: vt not. gl. vlt. & Io. An. ſuper ea. in c. fin. de temp. ordi.

16 † Delictum differt à crimine, quia delictū eſt genus generaliſsimum. Crimen eſt genus ſubalternum. not. gl. in l. 1. C. ſi aduer. delictum. Item delictum & crimen differunt à peccato. no. in reg. peccatum. lib. 6. in 1. glo.

Delictum poteſt vnico actu contra plures committi, & tot erunt delicta, quot erunt perſonæ, contra quas delin-

delinquetur, & pro qualibet perſona pœna committi-
tur inſolidum. Vnde ſi ſtatutum dicit, quòd pro quoli-
bet inſultu facto in perſona alicuius, punitur inſultans
in 10. & qui plures ſimul inſultat, tot erunt pœnæ, quot
perſonæ inſultatæ: vt no. per Bar. & Ang. in l. 2. ſi ad plu-
res. & ff. de ſepul. vio. Secus ſi ſtatutum puniat delictum
commiſſum circa res, licet illa res in qua delinquitur
ſit plurium perſonarum. Vt ſi ſtatutum puniat turban-
tem poſſeſsionem alicuius, quia tunc vnica pœna tur-
banti imponitur, vt ibi no.

* SINGVLARE.

Delictum ſi eſt commiſſum in præſentia iudicis ad-
huc ſedentis pro tribunali, non requiritur alia proba-
tio: vt no. An. Corſe. ſing. ſuis. in ver. delictum. ver. ſi de-
lictum. per gl. reputatam ſing. in §. fin. 2. q. 1. H. F.

Delinquens, qui crimen in ſe confitetur, an poſsit &
debeat interrogari de ſacris terminis, & qualem fidem
faciat depoſitio eius contra ſocios. vide Bart. in l. nepo-
ti, aliàs repeti. §. 1. ff. de quæſt. & Ant. in c. 1. de confeſſ. &
Cy. in l. fin. C. de accu.

Delinquenti opem præſtans, an teneatur eadem pœ
na qua delinquens, & qualiter quis dicatur opem præ-
ſtare vel auxilium, vide Bar. in l. is qui opem. & in l. in
furti. §. ope. ff. de furtis.

Delictum ſacrilegij quibus caſibus committitur, vi-
de Io. An. de Sen. excommu. cùm pro cauſa.

Delinquens ſi in tortura non præcedentibus indi-
cijs ſtatim confitetur crimen, & poſtea in illa confeſsio
ne perſeuerauit, an ſibi præiudicet talis confeſsio, vide
ſuper ver. confeſsio. §. confeſsio facta, &c.

Denominatio qualiter fieri debeat, vide ſub ver. ap-
pel. §. appellatio in cauſa beneficiali non deuoluit. & vi
de ſub ver. proteſtatio.

Deportatus & damnatus in metallum, an poſsit a-
gere & conueniri & ſtare iudicio, tàm pro præteritis iu
ribus ante deportationem, quàm etiam pro futuris ob
ligationibus. vide An. de iu. intelleximus, circa fin.

17 †Depoſitũ ſi eſt factũ de pecunia nõ data in ſacculo
ſignato, ſed ſimpliciter numerata, tacitè actũ videť ꝙ de
poſita-

poſitarius illa pecunia vti poſsit, & tantundem in gene re reſtituere teneatur. l. die ſponſaliorum. §.1. ff. depo. & tunc depoſitum excedit naturam depoſiti, quia dominium & poſſeſsio tranſit in depoſitarium, vt patet in l. Lucius. & l. publici. §.1. eo. tit.

ADDITIO.

Depoſitarius autem lucratus cum pecunia depoſita, ſi reſtituit depoſitum, & lucrum, errore iuris, quia putauit ſe teneri etiam ad lucrum, non poteſt repetere: ſecus ſi per errorem facti, quia putauit Procuratorem ſuum ita promiſiſſe: vt habet per Bal. in l.1.10.q. C. pro Socio. Et per Alex. in.l. ſi non ſortem. in fin. prin. ff. de condi. indeb.

Depoſitum factum ad certũ tempus poteſt etiam ante tempus repeti ad beneplacitum deponentis. l.1.§. penult. ff. depo. quod intellige de depoſito ſtante in ſua natura: Secus ſi naturam depoſiti excedat, vt quando deponitur pecunia non data ſignata, quo caſu ſicut depoſitum excedit naturam depoſiti in hoc, quòd depoſitarius poteſt pecunia vti, & in eum tranſit dominium & poſſeſsio. Ita etiam excedit in alio, quòd non poteſt ante tempus reuocari, ne facultas vtendi ſemel conceſſa, auferatur: cùm hoc caſu depoſitum ſit factum gratia depoſitarij. Sed primo caſu fuit facta gratia deponentis, vt patet ex notatis per Bar. in l. commodato. §. ſicut. ff. commoda. Ratio differentiæ eſt: quia primo caſu non intereſt depoſitarij, quòd non reuocetur depoſitum ante tempus, ſecundo verò caſu ſic.

18 † Deuolutio cauſæ ad curiam quando dicatur eſſe facta, vide Ro. conſil.19. & conſ.164. Et plenius per Ant. in c. veniens. de renun. vbi etiam ponit effectus huius deuolutionis, & aliquid vide per Ant. in c. ſi duobus. de appel. 6. col. & vide ſuper ver. appellatio. §. appellatio in cauſa beneficiali in partibus cum pluribus §§. ſequentibus. & vide ſuper verſ. introducta.

Deuolutio negotij principalis ad curiam non fit ex commiſsione facta in curia ſuper nullitate diffinitiuę ſententiæ in partibus latæ, licet iudex nullitatis pronunciauit ſententiam nullam. no. Anto. in c. auditis, de

procu.

procu.in 18. notabili. niſi partes conſentiant, quòd etiam in principali procedatur in curia: vt ibi not.

19 †Dies termini an computentur in termino, & an fiat computatio de momento ad momentum, vide ſuper ver. terminus. §. termini dies.

Dies quando plures pro termino aſsignantur, an intelligantur continui, vel vtiles, vide ſuper verb. terminus. §. termini ſi ſunt, &c.

20 †Dignitas perſonatus & officium quid ſit, vide Archid. in c. 1. de conſuetudine. lib. 6. & vide plenius ibi per do. vide text. cum gloſſ. de leg. 3. l. legatis. §. ſi ex officio. & vide ſup. ver. prælatus. §. prælati appellatione.

Dignitas eſt eſſe priorem. de præben. c. niſi. & no. gl. de ver. ſig. quamuis & obtinet primum gradum dignitatis; quando ſit per electionem, & non habet ſuper ſe Abbatem: vt not. Arch. de præben. licet. lib. 6. Prædicta intellige in prioratu beneficiali: ſecus in carnali, quia illa eſt dignitas: vt in cle. & ſi principalis de reſcriptis. & hoc not. Anto.

Dignitas eſt eſſe Abbatem, & comparatur dignitati Epiſcopali, quæ ſimpliciter nõ eſt dignitas, ſed culmen dignitatis. not. Arch. de præben. licet. lib. 6.

Dignitas eſt eſſe Archidiaconum ratione conſuetudinis, licet nullam exerceat iuriſdictionem, &c. Secus theſauraria præpoſitura, & decanatus, & alia in eccleſia cathedrali non ſunt dignitates. In aliis autem eccleſiis collegiatis ille qui eſt caput & prælatus eccleſię, electus à collegio, & per Epiſcopum confirmatus, dicitur eſſe in dignitate, quia iuriſdictionem habet ſuper eligentes: ſed habens adminiſtrationem rerum, vel præeminentiam, vt ſunt Syndici, Procuratores, Caſtellani, Sacriſtæ, aliàs Caſtæ, non ſunt in dignitate; ſed in officio, habens autem adminiſtrationem cum iuriſdictione, vt Camerarius Papæ eſt in dignitate: vt not. Rom. conſil. 173. Alibi dicit Rom. quòd eſſe præpoſitnm non eſt de iure dignitas, niſi quando præpoſitus ſuccedit in locum Archidiaconi, ſed Archipresbyteratus eſt dignitas. Idem in decanatu, niſi decanatus ſit realis: vt not. Rom. conſil. 440. de præpoſitura. vide infrà §. dignitas quæ dicatur. Sed an eſſe Archipresbyterum ſit dignitas; vide per Guil. Pan. & Ant. in cle. 1. de præb. Et per eundẽ

Ant.

Ant.in c. de multa.eo.tit. Et vide in magna gl. in cle. vt hi qui. de ætа.& quali. & tex. de conſue. cùm olim. & de inſti. c. fin. dic quòd dignitas eſt, niſi conſuetudo ſit in contrarium:vt no.Franc.de Zab. in cle.1.de præben. Et ratio eſt, quia Archipresbyter etiam ruralis habet iuriſdictionem ordinariam etiam in minoribus & cauſis: vt not.glo.Inno.Io.An.& Ant.in c. fi.de offi. Archipreſbyteri. Sed Fred.de Sen.dicit, quòd tunc demum Archipresbyteratus ruralis eſt dignitas, quando habet eccleſiam collegiatam actu:vt ipſe no. in conſil. 80. Vide Ro. in antiquis conſ.124.& conſ.125.

ADDITIO.

Quia ſuprà fecit mentionem de theſauraria, an theſauraria ſit dignitas, vide per do. Abb. in conſil. 93. ſecundo volum. & ibidem, quid ſi aliquod officium non habet annexam dignitatem, eſt tamen in maiori reputatione alio dignitatem habente , an illi præferatur.

Dignitas venit ſub nomine præſidum , non ſub nomine adminiſtrationis, niſi ex adiũcto aliud appareat. not. Ant.in cle.1.de reſcriptis.

Dignitas eſt eſſe canonicum in eccleſia cathedrali, etiam ſub expectatione præbendæ. Ideò tali canonico, ſcilicet creato & ſupernumerario, ſicut in cæteris in dignitate poſitis cauſæ à ſede Apoſtolica committuntur. no.Ro.conſil.443. Idem etiam not. Ant.in canonico ſupernumerario:vt no.in c cùm M.de conſt.ad fi. alibi dicit Ro.quòd eſſe canonicum eſt honor: vt not.Ro.conſ. 443.in fin.2.charta. Item mediantes qui ſunt ad nutum reuocabiles deputati: vt alijs præſint, dicuntur in dignitate, donec fuerint reuocati, & poſſunt eis cauſæ delegari.no.Fred. in tract.permu. q.16.

Dignitas eſt quicquid ex conſuetudine dignitas reputatur: vt not. Roma.conſil.449. quia tantùm operatur conſuetudo quòd & reputatio eccleſiæ, quantum ius commune poteſt dignitatem inducere: vt not. Ro. conſil. 173.

Digni-

Dignitas Archidiaconatus de iure communi, maior eſt poſt Epiſcopum, quę autem ſit maior dignitas in eccleſia collegiata vel Præpoſitus vel Decanus. Quidam dicũt, quòd Præpoſitus, quia ſuccedit in loco Archidiaconi: Decanus verò in locũ Archipresbyteri. Archidiaconus verò eſt maior dignitate Archipresbytero, licet Archipresbyter ſit maior in ordine. Sed dic vt not. Ro. conſ. 440. & conſ. 449.

Dignitas eſt eſſe plebanum, quando plebanus habet collegiatam eccleſiam actu: aliàs ſecus, & idem in propoſito. no. Fred. de Sen. conſ. 80. vide Ro. qui aliter dicit in propoſito conſ. 450. & domi. dicit ꝙ idem in plebano, in c. de conſuet. lib. 6. concordans cum Fred.

21 †Dignitatis appellatione nõ comprehenditur epiſcopalis ſine eccleſia cathedrali, nec in cõſtitutionibus, nec in priuilegijs, ſiue diſpenſationibus: vt in c. dilect⁹. de conceſsione præben. & ibi Inno. & Archi. de præben. c. 2. lib. 6. & no. hoc ibidem Io. An. in gl. 2. ſaluo, ꝙ in his quæ ius vetus coadiuuat, appellatione dignitatis venit etiam epiſcopalis: vt not. Io. And. de elect. auaritiæ. lib. 6. ſuper verſ. dignitatis, in nouella. vide ſuper ver. cardinalis. §. cardinalatus dignitas.

Digniora præferenda ſunt minus dignis, de cauſ. poſſeſ. & proprie. cùm dilectus.

Dignitas eſt eſſe Vicariũ epiſcopi. no. glo. in cle. auditor de reſcrip. & Pet. More. in c. fin. de offi. deleg. lib. 6. ibi quæro an elect. vt not. gloſ. in cle. & ſi principalis. de reſcrip. ſuper ver. delegatus. Item Vicarius latè intelligendo appellatur prælatus. not. Ant. de iudicijs. decernimus ver. oppo. quòd alij.

Dignitas quæ eſt maior poſt pontificalem in eccleſia cathedrali, vide Io. An. in c. deliberationem. de offi. leg. lib. 6. Ibi dicit ꝙ præpoſitura eſt maior concurrentibus qualitatibus, de quibus ibi loquitur. vide ſuprà §. dignitas eſt eſſe Archidiaconum, &c.

Dilatio donec pendet non poteſt iudex ad vlteriora procedere, niſi ex cauſa dilationis reuocet, de appellat. ſignificante, & ibi not. Io. And.

22 Diœceſani appellatione an comprehendantur inferiores epiſcopi, vide gl. in ver. diœceſani. in cle. quamuis. de fo. comp. & in cle. de iure pa. in ver. diœceſani.

Diœce-

Diœceſis qualiter ſumatur, vide quod not. gloſſ. in cle. ne Romani. §. ſanè. de cle.

Diœceſis appellatione comprehenditur ciuitas in conſtitutionibus, ſtatutis & priuilegijs: Secus in reſcriptis: vt not. Inno. & Hoſt. in c. 1. de offi. ord. vt not. gl. in c. 1. de re. permu. lib. 6. Vide Ant. in c. Rodulphus de reſcriptis.

Diœceſis & in diœce. & de diœce. eſſe cenſetur locus exemptus, quia per exemptionem non deſinit eſſe de diœce. licet diœceſanus nō poſsit in illa iuriſdictionem exercere: vt in cle. §. ſimili modo de priuileg. & not. Fre. de Senis, conſilio ſuo.

Directè ſi quid fieri prohibetur, non debet fieri indirectè. de hęret. ſtatutum. lib. 6. & glo. not Ioan. An. in nouel. ff. de his quæ notan. infam. l. athletas. §. ait Præt. & de nego. geſt. l. ſi ex duobus. & no. per Dyn. in regula cùm quid.

23 †Diſpenſatio quatenus reſpicit præiudicium diſpenſantis, debet latè interpretari, quia hoc reſpectu beneficium eſt. Sed ſi attēditur materia ſuper qua diſpenſatur, dic, quòd ſi eſt diſpenſatio iure debita, vt quia facta eſt de legitima cauſa, tunc licet latè non interpretatur, tamen non debet nimis reſtringi, ſaltem taliter q̄ reddatur inutilis, quia ius eſt, non gratia. Idem eſt ſi ſit gratia motu proprio conceſſa, ſecus ſi non motu proprio nec iure debita, ſed ſimpliciter eſt permiſſa, quia tunc eſt ſtricti iuris & reſtringenda taliter, quòd quantum minus poteſt gratię conferatur, & hoc quò ad principaliter diſpenſationi ſubiecta: Nam & conſecutiua omnia neceſſaria principalibus ſemper extendunt. no. An. de iud. at ſi clerici. §. de adulterijs. ver. ad quartum principale. Prædicta intellige in alijs diſpenſationibus quàm matrimonialibu , quia matrimoniales debent largè intelligi in fauorem matrimonij, niſi ex larga interpretatione ſcādalum ſequeretur, vt patet ex c. quòd dilecto de conſanguin. & affinita. Et declaratum eſt hodie poſt extrauagan. cle. 6. quæ incipit nuper, de qua Io. Cald. mentionem facit in d. c. dilecto. licet Hoſt. velle videatur, quòd etiam in matrimonialibus diſpenſatio ſit odioſa, & continēter reſtringenda: vt Io. An. in c quia circa. eo. tit. §. fin. Sed malè dicit, quòd imò eſt fauorabilis,

bilis, & latè intelligenda, vt patet in extrauagan. prædicta, quæ vult quòd diſpenſatio in ſimplici trahatur ad mixtum, quod patet, quia diſpenſatio in quarto gradu ſimpliciter facta ad gradum, vbi tertius gradus eſt cum quarto mixtus, quòd non fieret ſi dicta diſpenſatio eſſet odioſa, quia tunc diſpenſatio in ſimplici non traheretur ad mixtam: vt not. Io. And. in additio. ſuper Rubrica qui filij ſint legitimi, & Bart. in l. 2. in princip. ff. de verb. oblig. Et eſt ponderandum, quòd trahitur ad mixtum, etiam ſi id quod miſcetur de per ſe ſumptũ ſit, difficilioris diſpenſationis eo ſuper quo expreſsè diſpenſatur, quod patet, quia in tertio gradu difficilius diſpenſatur quàm in quarto, patet in extrauagan. prędicta autem, iuncto c. fi. de conſang. & affin. quòd verba diſpenſationis matrimonialis illum latum recipiunt intellectum, quem recipiunt verba iuris communis, quòd eſt notandum, & vide infrà diſpenſandi facultas, & §. diſpenſatio facta ſuper impedimento.

Diſpenſatio facta cum illegitimo, vt poſsit beneficia acceptare, intelligitur de primo & vnico, ideò ſtatim cum vnum beneficium adeptum fuit, gratia expirauit: & licet illi renunciet, illud conſequi non poſſet, etiam per viam permutationis ſine noua diſpenſatione, ſecundum Archi. licet Io. An. no. Ro. conſ. 339. pro qua eſt text. in c. non poteſt de præb. lib. 6. Illi tamen textui reſpondet Io. An. in nouel. ſequens Io. Mo. & vide Freder. in tracta. permu. q. 12.

Diſpenſatio Papalis facta cum illegitimo ad beneficia ſimpliciter non includit beneficia curata, nec præbendas eccleſiæ cathedralis. Secus ſi gratia ſit eruberãs ſcilicet, quòd poſſet obtinere beneficia quæcunq;, ſecundum Io. And. Sed diſpenſatio facta per epiſcopum ad beneficia quæcunq;, non includit præbendam in eccleſia cathedrali, ſecundum Inno. licet Archi. aliter dicat. no. Ro. conſ. 136. & vide ſuper verſ. gratia §. gratiam habens ad collationem epiſcopi. & §. ſeq. Item vide infrà §. diſpenſatio facta cum illegitimo.

Diſpenſatio ſup incompatibilibus facta, nõ intelligitur concedere, quòd diſpenſatus non teneatur in altero beneficiorũ perſonaliter reſidere, & in altero per ſubſtitutum deſeruire, debet ergo in vno perſonaliter

deſeruire in altero per ſubſtitutum: vel poteſt nunc in vno, tunc in alio reſidere & deſeruire. no.glo.ſuper verbo, retinere, in c.non poteſt.de præbend.lib.6.

ADDITIO.

Hæc etiam ponit dominus Card.in cle.1.in princ. in 4.col. in me.in 9.q.de præb.& dignit.

Diſpenſatio inſufficiens & inualida ſuper duobus incompatibilibus retinendis, licet ius non tribuat retinendi, tamen ordinario præbet obſtaculum conferendi ſecundum, dum tamen in diſpenſatione dicatur, quòd poſsit primum cum ſecundo retinere, nō obſtante conſtitutione concilij generalis. Et ſic operatur diſpenſatio, quòd non poteſt ſecundo ſine licentia Papæ priuari: Sed primum poteſt ordinarius conferre per decretalem, de multa. & Io.And.de præb.non poteſt ſuper ver.canonicè.lib.6.in nouella. Et fuit dictum Spec. in tit de diſpenſatione.§.videndum, ad fin.ver.porrò.

Diſpenſatus vt non obſtante ætate, poſſet conſequi & tenere curatum, videtur diſpenſatum, quòd intra annum non faciat ſe promoueri. Et ideò non obſtante ætate, & quòd nō ſit in ſacerdotio, conſequi poterit nedum beneficiū, ſed & fructus, qui aliàs applicātur collegio, & capitulo quādiu curatū obtinēs faciat ſe ad ordines promoueri, quia propter hoc ſolum videtur facta.

Diſpenſatio ſi ſit adiuncta clauſula prouiſio, quòd interim animarum cu.&c.no.Ant.de iud. at ſi cler.§. de adulterijs.ver.ad quartum principale. & Ioan. And. de elect.cùm ex eo.ſuper ver.iuſta de cauſa. lib.6.in nouel.

Diſpenſatus vt poſsit beneficium conſequi & tenere, non obſtante abſentia, non poterit per hoc percipere fructus, quia iſta diſpenſatio non ita directè reſpicit perceptionem fructuum, ſicut illa quæ fit ſuper defectu ætatis procurato beneficio obtinendo. not. Ant.in d.§. de adul.ver.venio ad quartum principale.& Ioan.And. in d.c.ex eo.in nouella, &c.

Diſpenſare non intelligitur Papa ſuper incompatibilibus, licet alicui prouideat de beneficio curato, & in prouiſione dicat, non obſtante alio ſimili quòd obtinet quæ expreſsio facta de beneficio obtēto cenſetur facta ad vitandum ſurreptionem, nō vt diſpenſatio rerū con

fuſio-

ſuſionem inducat.tex.eſt. de præb.nõ poteſt. in fi.lib.6.

* ADDITIO.

Diſpenſatio ex falſa cauſa reddit nulla: vt no.do.Phi. Dec.in con.318.incip.in cauſa. in pen.col.ver.nõ obſtat. in 2.vol.& adde ꝙ diſpenſatio non porrigit ad defectus ſuppreſſos:vt no.Iacob. de San.Geor.poſt Ang.& alios, in l. ſed ſi hac lege. §. patronũ aũt. in primo no. ff.de in ius voc. & vide Soc. conſ 226. incip. quæſtio præſentis. col.fi.ver.adduco etiã.vol 2.vbi ꝙ diſpenſatio trahitur ad ea,quæ veniunt in eius conſequentiam,& an diſpen ſatio cenſeat ſuper vno impedimento tantũ facta, vide Barb.conſ.71.incip ſapienter, &c. & quidem viſo, &c. col pen.ver.cùm ergo iſta puella,in 2.vol.H.F.

Diſpenſatus ad ordinem non intelligitur diſpenſat⁹ ad beneficiũ,cùm quis poſsit habere ordines ſine beneficio.not.Ant.in d.§.verſ ad quartũ principale,alibi dicit,quòd intelligitur diſpenſatus ad beneficium non curatum, & ſic ſeruatur:vt no. ipſe in ca.poſtulaſti,de reſcrip.& idem tenet Oldrad.conſ.22.

Diſpenſatus ad dignitates eccleſiaſticas non intelligitur diſpenſatus ad epiſcopatum,& diſpenſatus ad epiſcopatum, non cenſetur diſpenſatus ad Archiepiſcopatum,ſecundum Inno de conceſ.præben.dilectus,& per Archi.de præben.licet lib. 6. vide Ant.in d.§.de adulter. venio ad tertium.

Diſpenſatio facta cũ illegitimo, vt poſsit obtinere beneficiũ in eccleſia cathedrali, non poterit illud cõſequi in Metropolitana.not.Io.And. de præb. quamuis lib. 6. in nouella, in verbo,Metropolitana: Quod intellige, quandò diſpenſatio eſt certa ad ordines ad vnum beneficium duntaxat: Secus ſi eſt ampla ad plura beneficia etiam curam animarum habentia: vt not. Ioan.And. in addit. Spec. in titul.de fi. presbyt.§. 1. circa fin. Item ſecus videtur ſi diſpenſatur, quòd poſsit obtinere beneficia ad collationem Archiepiſcopalem ſpectantia, vt colligi poteſt ex no.per Ioan. And.in addi.Spec.in tit.de act. & petit. §. ſuper petitionibus.ver. pe.in fin. & d. c. quamuis,ſuper ver.hoc caſu,in nouel.& ꝙ dictũ eſt ſuprà de diſpenſatione ampla, & comprehendat nõ ſolũ cathedralem,ſed etiam Metropolitanam,fuerũt verba

O 2 Oldrad.

Oldrad.conſ.212. vbi etiam dicit notabiliter, quòd licet diſpenſatio non comprehendat beneficium curatum: ſi tamen eſt reſtricta ad beneficia certæ ciuitatis & dioeceſis: Si eſt ampla, ad beneficia certæ prouinciæ. Et fortius ſi eſt amplior, ad beneficia totius mundi, ſub tali diſpenſatione veniunt beneficia etiàm in eccleſia Metropolitana, contra quod videtur, quod no. Inno. in c. dilectus, de conceſ. præben. ſed nō eſt contrà, quia in alijs terminis loquitur, & verba ibi non ſunt apta includere Archiepiſcopatum.

ADDITIO.

Diſpenſatio vnde habuit originem, qualiter fiat, & quot ſunt eius genera, & quomodo diffiniatur, & quando fiat, vide in Spe. de legatis. §. 9. & ſequen. vbi ponitur materia diſpenſationum. & in Spec. de ſenten. §. 6. verſ. poſtremo, & ſequen. vſq; ad finem.

Diſpenſatus an ex hoc quòd diſpenſatus ſit ad epiſcopatum, ſit habilitatus vt ad eum poterit promoueri ab inferiore Papa: dic quod eſt diſpenſatus quò ad ſolam pœnam: aliàs diſpenſatus nō poterit ab alio quàm à Papa promoueri. Sed ſi eſt diſpenſatus ſimpliciter, & quo ad promotiones futuras, & tunc poterit promoueri, cùm macula ſit in totum deleta: Secus in caſu quo macula remaneret: vt in diſpenſato ſuper defectu natalium non legitimato. no. Ant. in d. §. de adul. ver. venio ad tertium.

Diſpenſatus ſimpliciter cenſetur diſpenſatus quò ad omnia, & ideò diſpenſatio ſimpliciter facta cum delinquente ſuper delicto habilitat eum, non ſolùm quò ad beneficia habita, ſed etiam quò ad habenda, quia ex toto deletur vitium in diſpenſato: Secus ſi diſpenſatio refertur ad res vel ex toto, non deletur vitium. not. Ant. in d §. de adul. ver. ad quartum principale.

Diſpenſandi facultas alicui conceſſa in hac forma, quòd poſſit diſpenſare cum adultero & cū inceſtuoſo intelligit diuiſim & nō coniunctim cū adultero tantū, vel cū inceſtuoſo tantū: Non aūt, q cum eodē poſſit de vtroq; delicto ſimul diſpenſare, quia facultas diſpēſandi, in quantum ius relaxat: & quia iure ſingulari conceditur, ſtricti iuris eſt: ideò reſtringi debet. Cuius contrarium

trarium in hoc dixit Bart. vt not. Ant. in d. §. de adulte. circa fin. vide ſuper ver. filius. §. filius qui eſt ſpurius. Vbi vide omninò limitationem prædictorum. Adde ꝙ habẽs facultatem diſpenſandi cum nato de adulterio: non poteſt diſpenſare cum nato de adulterio duplicato, ſcilicet nato de patre vxorato, & matre alteri vxorata: vt patet per no. per Ioan. And. in addi. Specu. ſuper Rubric. qui fi. ſint legit. ver. quæro ſi natus, & ver. huic quæſtioni.

* ADDITIO.

Diſpenſatio licet ſit odioſa, tamen conceſſio poteſtatis diſpenſandi eſt fauorabilis: vt eſt caſus. not. & ibi Ioan. And. & omnes doct. in c. fin. de ſimo. & not. Socy. conſ. 95. incip. nulli dubium. colum. 4. ver. 3. quando in quarto volu. H. F.

Diſpenſatus vt poſsit plures perſonatus recipere, ſi ei canonicè conferantur, ſi eos poſtea recipit minus canonicè, licet peccet, tamen perſonatus ab eo auferri nõ poſſunt, quia malè & iniuſtè tenet, & ſic diſpenſatio à pluralitate excuſat, non ab iniuſta detentione: vt not. Ant. & Innoc. in c. dudum. 2. de elect. & Specu. in tit. de diſpenſ. §. videndum, ad fin. ver. quid ſi diſpenſatur. Ex his infertur, quòd talis non incurrit pœnam inhabilitatis, quæ infligitur tenenti duo incompatibilia ſine diſpenſatione: vt in extrauag. execrabilis. In contrarium facit, quia dicta diſpenſatio fuit conditionalis, & conditio deficit, conſequenter nihil debet operari: vt not. Ant. in d. c. dudum. vlt. col. Si autem dicta diſpenſatio non ſit conditionaliter, ſed ſimpliciter quis diſpenſatur, vt poſsit plura incompatibilia retinere: tunc ſi diſpenſatio refertur ad obtenta minus canonicè, nihil operatur, quia eſt ſurreptitia: ſed ſi refertur ad obtinenda, tunc procedere debet opinio Inno. de qua ſuprà: vt not. domi. de ſanct. Gemi. in c. non poteſt. §. illud. de præben. lib. 6.

Diſpenſatio non valet quando ſit pendente impetratione, quia obtentum eſt contra diſpenſatum, vt beneficijs priuetur, & alteri certo conferantur: non enim potuit diſpenſare in præiudicium tertij impetrantis,

cui erat ius quæſitum ſaltem ad rem. not. Anto. in d. §. adul. ver. 2. ex parte perſonæ.

Diſpenſatio validat electionem, quæ nulla erat propter diſpenſationis defectum, vbi non agitur de præiudicio coeleſti, quia electio nulla propter talem defectum reſpicit quandam ſuſpenſionem, & habet quid validatis ſecundum Inno quòd no. Ant. in d. §. de adul. ver. 2. ex parte perſonæ.

Diſpenſatio eſt actus iuriſdictionalis, & menſuratur poteſtas diſpenſandi à poteſtate pœnam imponendi: vnde non poteſt quis diſpenſare ſuper pœnam, quam pœnam non poteſt imponere: vt no. Ant. in d. §. de adul. ver. ex parte perſonæ.

Diſpenſare an videatur ille qui ſcienter prouidit indigno, licet non exprimat quòd diſpenſat, vide quòd not. gloſſ. de fi. presbyt. veniens de ſchiſmat. c. 2. & de elect. c. 1. de cle. coniug. diuerſis fallacijs. & per Innoc. & Ant. in d. c. veniens. vbi omninò vide per eundem Ant. pleniſsimè. in c. conſultationibus. de iure pa. 2. & 3. charta.

Diſpenſare nõ poteſt legatus de Latere ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium, quia hoc ſolus Papa poteſt. not. Rom. conſil. 286.

Diſpenſare poteſt epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum. not. Rom. conſil. 296. Et vide ſuper ver. beneficium. §. beneficia plura. & vide infrà, diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus circa ætatem promouendorum ad ordines. not. de æta. & quali. cle. fin. in gloſſ. penul.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum patiente defectum ordinis, vel ætatis, vt beneficium curatum obtineat. not. Ant. de iud. at ſi clerici. §. de adult. ver. oppo. quòd diſpenſent. dic tamen hodie de hoc: vt not. in c. 1. de ætat. & quali. lib. 6. in nouella, vbi omninò vide.

Diſpenſare ſicut non poteſt Epiſcopus in ætate cum Rectore parochialis eccleſiæ: ita nec cum perpetuo vicario. not. Rom. conſil. 272. facit ad hoc Clemen. 1. de offic. Vica.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus contra conſilia generalia ex

lia ex cauſa magnæ neceſsitatis vel vtilitatis,& quæ ſint cauſæ permiſſæ & prohibitæ Epiſcopis, quò ad diſpenſationem, vide Rom.conſil.262.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper irregularitate,quam irregularis ab Epiſcopo diſpenſibilis celebrando incurrit. not.Ant.de coha.cler.veſtra.in oppo.circa finem: nam ſolus Papa ſuper irregularitate diſpenſat, & ſuper defectu qui erat in promoto ad epiſcopatum tempore promotionis. no.Ant.de iud. at ſi cler.ver.venio ad tertium.in §.de adult.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum curatorum, vel dignitatum & perſonatuum, ſed ſuper beneficijs ſimplicibus ſic, de præben.literas. Et vtrobiq; not. ſuper ver. beneficium. §.beneficia plura. & vide ſuper ver. diſpenſare poteſt Epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum. & vide omninò Ant.in d. c. de multa.in fin.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in bigamia,quæ inducit irregularitatem ex defectu, & tamen diſpenſat cum intitulato,licet ex defectu irregularis ſit. not.Ant. de iud.at ſi clerici.§. de adulte.ver.oppo.quòd diſpenſat: ſed Ro.dicit, quòd Epiſcopus cum bigamo vero vel interpretatiuo diſpenſat, quò ad minores ordines, ad ſacros autem ſolùm Papa cum vero bigamo diſpenſat de poteſtate abſoluta, non de ordinaria, cum interpretatiua aut de ordinaria diſpenſat, vt ſuper executione ordinum ad quos ſit bigamus ſine diſpenſatione promotus, ſolus Papa diſpenſat etiam de ordinaria poteſtate.not. Rom. conſil.445.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper duabus canonijs vel præbendis in eadem eccleſia, ſed in canonia & perſonatu vel officio ſic. not. Ioan.And. de conceſſ. præbend.literas. Et in Clemen.ſi. de præbend. in gloſſ. vlt. vide Ant. in c.multa.ad fin.de præbend. in gloſſ.vltima.

ADDITIO.

Vide per dom. Abbatem, in d. c. literas. de conceſſ. præbend, colum.1.circa fin.in ver. optimum argumentum.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus cum illegitimo, licet ſit irregularis ex alieno delicto. not. Ant. in d. §. de adul. ver. oppo. quòd diſpenſat. dic tamen hoc hodie: vt in c. 1. de ſupplen. neg. præla. lib. 6. ſuper glo. penult. in fin. & de fi. presbyt. c. 1. eo. lib. in tex. & glo. vbi omninò ſuper ver. beneficium, cum tribus glo. ſequent. & in nouel. ſuper dictis glo. & ſuper ver. cura.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus cum clerico depoſito propter crimen, ſed ante depoſitionem ſic: cùm ſuſpenſo autem poteſt diſpenſare tàm ante quàm poſt ſuſpenſionem. no. Ant. in d. §. de adult ver. oppo. quòd nõ diſpenſet: Ratio autem quare poſt depoſitionem non diſpẽſet, eſt, quia non deponitur quis niſi ex delicto graui & manifeſto, & ſic cauſante irregularitatem, in quo ſolus Papa diſpenſat: vt not. Ant. eo. §. verſic. venio ad tertium, in fin.

Diſpenſare poteſt epiſcopus in adulterio, & in minoribus delictis cum clerico deponendo. Sed aduerte quia requiritur illum, cum quo diſpenſatur, egiſſe pœnitentiam in totũ vel in partem de crimine, ſuper quo ſit diſpenſatio, quia cum impœnitente & in peccato perſeuerante, non poteſt diſpenſari. not. Ant. in d. §. de adul. in princ. & ver. venio ad tertium. quod eſt verum ex debito iuſtitiæ: ſi tamen fieret illa diſpenſatio, nulla pœnitentia peracta, tenet: vt no. per do. Ant. in d. ver. venio ad tertium.

ADDITIO.

In quantum dicit hic do. Nicolaus, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare in enormibus, vide do. Cardina. in Clemen. 1. in penult. q. de offi. ordina. vbi videtur tenere contrarium eius quod hîc dicitur.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus in hæreſi. Item cũ ſacrilego, & ſchiſmatico, tàm in beneficio quàm in ordine. Item in omnibus capitalibus occultis. Et conclude, in materia delictorum, & in adulterio & leuioribus diſpenſat epiſcopus, niſi vbi reperitur expreſsè prohibitum, & maiora intellige omnia delicta cauſantia irregularitatẽ, ſiue ex delicto ſiue ex defectu, aliàs hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui maioribus informabit arbi-

arbitrum conſiderando adulterium & periurium cum quibus diſpenſat. nota. Anton. in d. §. de adulte. verſicu. venio ad vltimum, vſq; ad fin.

Diſpenſare poteſt epiſcopus ſuper inceſtu, ſed non poteſt cum eodem diſpenſare de adulterio & inceſtu ſimul, ſecundum Io. And. vt not. Anto. in §. de adulte. ver. venio ad vltimum.

Diſpenſare poteſt epiſcopus cum reo, etiam inuito accuſatore, licet delictum ſit probatum, quia poteſtas diſpenſandi epiſcopo eſt libera, & quia hoc habet à iure, non debet ei beneficium iuris auferri, quod intelligitur niſi diſpenſatio tangeret priuatum præiudicium accuſantis, vt quia erat cum eo coelectus, ſed non poteſt diſpenſare cum accuſatore, qui non probauit, quia punitur ex præſumptione calumniæ, ſecundum Io. An. vt no. An. in d. §. de adult. ver. 2. ex parte perſonæ.

Diſpenſare poteſt epiſcopus cum clerico infami, & ipſum ad famam poteſt reſtituere poſt pœnitentiam, ſicut poteſt Princeps & Senatus, quia Eccleſia etiam habet ſenatum no. Ant. de iudi. at ſi clerici. in prin. ver. venio ad ſecundum.

Diſpenſare non ſolùm poteſt epiſcopus, ſed etiam cogitur, poſt pœnitentiam peractam, ſubſiſtente cauſa. Non tamen ad hoc datur actio, ſed iudicis officium imploratur, quo implorato ſi non diſpenſat, peccat, & iniuriam facit, & tunc coram ſuperiori agi poterit, ſaltem eius officium implorando. Sed ſi diſpenſatio petitur ſine cauſa, tunc non cogitur diſpenſare, licet pœnitentia ſit peracta, poteſt tamen & ſi vult, & cùm ſit permiſſa diſpenſatio, & tunc eſt gratia. Sed primo caſu eſt debita, & tunc ius, cùm ſit executio iuſtitiæ. no. Ant. in d. §. de adul. ver. 2. ex parte perſo. vide infrà §. diſpenſatio quædam.

Diſpenſare nō poteſt epiſcopus circa canones pœnales, vel inhabilitantes, in caſibus in quibus epiſcopis eſt prohibita diſpenſatio. Sed econtra diſpenſat in caſibus, in quibus ſpecialiter eſt permiſſa. Vbi verò non apparet ſpecificè prohibita, nec permiſſa epiſcopo, tunc ſi prohibitio actus eſt concilĳ, non diſpeuſat epiſcopus, ſi eſt concilĳ & latæ ſententiæ, non diſpenſat inferior epiſcopo, excepta excommunicatione. Si autem eſſet

 alia

alia conſtitutio quàm pœnalis vel inhabilitans, tunc ſi diſpenſatio eſt permiſſa ſimpliciter: licet non ſit permiſſa ſpecificè epiſcopis, poteſt epiſcopus diſpenſare, niſi illa conſtitutio legem imponat epiſcopo, & ſic regula prædicta reſtringitur ad canonem reſtringentem ſubditos, ſed ſi diſpenſatio eſſet prohibita, vel ſaltem non apparet permiſſa, vt quia ius aliquid prohibet, nõ tamen excipit, ne diſpenſetur, tunc epiſcopus non diſpenſat. no. An. penul. colum. In materia autem delictorum, dic vt ſuprà in aliis. §. dictum eſt.

Diſpenſare poteſt contra propriam conſtitutioné, quia ex cauſa poteſt in totũ tollere, quod intellige niſi conſtitutio tranſiuerit in contractum, vel alterius priuilegium, vel niſi conſtitutio ſit iurata, quam licet tollere poſsit, contra eam tamen non diſpenſat, cùm ſeipſum nõ poſsit abſoluere à iuramento. no. Ant. in d. §. de adulte. penu. colum. contrarium tenet Pet. Morel. in hoc vltimo. in. c. licet canon. de elec. lib. 6. ſuper ver. carere. de quo vide plenius per An. in c. 1. de his. quæ fiunt à maio. parte ca. Et vide quod no. per eundem in c. cum M. de conſti. 7. col. ver. ſi verò diligenter.

Diſpenſare poteſt epiſcopus etiam ſine conſenſu capituli, ſecundum communem opinionem, quia ius diſpenſandi competit epiſcopo de iure ſpeciali, in quo non habet capitulum cõmunicare, & licet hoc non eſſet de iure ſcripto, poſſet hoc conſuetudo operari. no. Ant. in d. §. de adul. verſi. venio ad declarandum.

Diſpenſare poteſt epiſcopus, & quilibet inferior in materia pœnitẽtiali, niſi ſit ſibi expreſſè prohibitũ, quia pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, &c. Fallit in caſibus reſeruatis, quia habentur in c. 1. de pœ. & re. li. 6. Ita not. An. in d. §. de adul. ver. concludo. pe. col.

Diſpenſare non poteſt prælatus inferior epiſcopo, etiam vbi eſt diſpenſatio permiſſa, niſi ſpecialiter appareat inferioribus conceſſa, quia talia & grauia epiſcopus reſeruat, niſi abbas vel inferior prælatus habeat epiſcopalem iuriſdictioné. no. An. in d. §. de adul. circa fi.

Diſpenſationé aliàs inualidam poteſt conſuetudo validare. no. An. in d. §. de adul. ver. venio ad decla.

Diſpẽſare poteſt ſolus Papa in voto Hieroſolymitano, quod

no,quod eſt verum in voto propter ſuccurſum facto, ſecus ſi quis velit viſitare ſepulchrum vel ſanctum Iacobum, vel Romam, in quibus caſibus etiam inferior Papa diſpenſare poteſt. no. An. de fi. inſtru quod ſuper his in fi. ſed contra hoc videtur tex. & glo. de vo. quod ſuper his. ver. rurſus.

Diſpenſare poteſt Papa matrimonium contrahi, in ſecundo gradu conſanguinitatis, in linea æquali, non in linea inæquali: no. Io. An. & An. in c. literas de reſtitutione ſpoliatorum. de diuor. gaudemus. ſed ex cauſa poteſt etiam in linea inæquali, & in quolibet gradu lege diuina prohibito, diſpenſare. no. Io. An. qui filij ſint legiti. per venerabilem. ſuper 2. gl. in fi. debet tamen eſſe magna cauſa, ſecun. Inno. Hoſt. Io. An. & Arc. §. vt hi. no. in §. diſpenſare an poſsit Papa. vbi Inno. vide. Itē poteſt diſpenſare ex cauſa in primo gradu affinitatis. tex. eſt in c. fi. de diuor. nec obſtat ꝙ ſit prohibitum lege diuin. quæ non poteſt tolli per hominem, quia non tollitur, ſed ex cauſa diſtinguitur, & hoc fieri poteſt: vt no. Inno. de conſti. quæ in eccleſiarum, & optimè facit quod no. Io. An. in regula. actus legitimi. in fi. de reg. iur. li. 6. in mercu.

Diſpenſare non poteſt Papa, quod matrimonium carnali copula conſummatum diſſoluatur, ſed ſi non interſit copula, poteſt diſpenſare. no. glo. de conuer. cōiuga. ex publico. quod vltimum procedit de poteſtate abſoluta, ſed de ordinaria non poteſt, niſi ſubſit cauſa, ſecundum Hoſt. & Io. An. ibidem. Maior ergo poteſtas Papæ in diſpenſando circa matrimonium cōtrahendū, quàm in diſſoluendo contractu, quia liberè diſpenſat quod contrahatur contra legem canonicam, etiam ſine cauſa, & contra legem diuinam cum cauſa, vt ſuprà ꝓxi. §. dictum eſt. in contrarium autem diſſoluendo, ſi eſt ſimpliciter ratum, & ſi lege canonica validum, diſpenſat liberè ſine cauſa, de poteſtate abſoluta, ſed ſi eſt cōſummatum: tunc quia per ipſum præſentatur vel repꝛmittitur conformitas carnis inter Chriſtum & eccleſiam, nulla ex cauſa rumpi poteſt, & qui aliter ſentit hæreticus eſt. no. Io. An. in c. ex publico. in fi. ſed aliter no. per eum in c. actus legitimi. de regu. iur. li. 6. in mercu. in fi. vide glo. in c. fi. de tranſac.

Diſpen-

Diſpenſare in quibus non poſsit Papa, vide Inno. de ſtatu mona cùm ad monaſterium. & gl. in c. literas. de reſtit. ſpol. in 4. glo.

ADDITIO.

Et in Spe. de diſpen. §. Nunc breuiter. vbi ponit quindecim caſus, in quibus Papa non poteſt diſpenſare.

Diſpenſatio per quam conceditur promoto, quod beneficia quæ tempore promotionis obtinebat, retinere poſsit, intelligitur de illis quæ canonicè obtinebat, quia talis diſpenſatio in beneficijs obtentis nouum ius non tribuit, ſed antiquum conſeruat & protegit, tex. & gl. de reſcript. ſi gratioſè. in fi. li. 6.

Diſpenſatio generalis reſtringitur ad cauſas, in quibus facilius diſpenſatur. Ideò ſi ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſetur, intelligitur in diuerſis eccleſijs, non eadem. no. An. de præben. de multa. 6. col. ver. venio ad tertiam partem.

Diſpenſare poteſt ſolus Papa cum corpore viciatis. notat Ioan. And. de corpore vicia. c. 1. & c. ſignificante. ſuper glo. finalem.

Diſpenſatio in maiori non extenditur ad ſimile, vel ad minus, niſi illud minus ſub maiori includatur. no. Io. And. de reſcri. poſtulaſti. ideo diſpenſatus vt poſſit promoueri ad diaconatũ non obſtante illegitimitate, videtur conſequenter diſpenſatus, quod ad ordines inferiores promoueri poſsit, quia id includitur. no. Io. And. in addi. Spe. in ti. dele. §. fi. ver. quid ſi diſpenſatũ. & Ant. in d. c poſtulaſti.

Diſpenſare an poſsit legatus cum illegitimo, quo ad beneficia curata, & ad ſacros ordines. vide glo. de fi. presby. c. 1. lib. 6. ſuper ver. ſedis apoſtolicæ.

ADDITIO.

Diſpenſatio legati in quibus caſibus valeat, vel non, vide in Spe. de diſpenſatio. §. Conſequenter aliqua.

Diſpenſa-

Diſpenſatio licet tanquam odioſa non extendatur ad cauſam parem, vel minorem, illud eſt verum in diuerſis & ſeparatis ſpeciebus, ſecus in incluſis vel annexis: vt no. Io. An. in additio. Spe. in titu. de lega. §. fin. verſi. 2. trahitur etiam diſpenſatio ad conſecutiua: vt not. glo. de præbend. quia in tantum. Nam conſecutiua poſſunt dici incluſa & connexa. vide infrà eo. §. diſpenſatus per Papam.

Diſpenſatio facta ſuper impedimento affinitatis, valet, & in vim eius poteſt diſpenſatus matrimoniũ cõtrahere, licet in diſpenſatione nulla fiat mentio de impedimento publicæ honeſtatis iuſtitiæ prius orto, ex ſponſalibus vel matrimonio: vt no. Guil. de monte Lau. in ſacramentali ſuo. ad fi. licet Io. dixerit & malè ſuper arbore affinitatis, reſtringens talem diſpenſationem & affinitatem ex coitu illicito ortam, quod eſt falſum: Tamen quia in dubio non debet præſumi delictum. ff. pro ſocio. l. merito. tamen etiam quo ad verba diſpenſationis matrimonialis non ſunt reſtringenda, ſed fauore matrimonij latè intelligenda, ſicut & virtute iuris communis, vt in c. extrauagan. cle. 6. quæ incipit. nuper. iuncto c. fi. de conſangui. & affinita. niſi ex conſuetudine reſtringantur: vt ſcandalum euitetur: vt patet in c. quod dilecto. eo. titu. Sed certum eſt, quod vbi per ius commune tollitur impedimentum affinitatis, intelligitur largè de omni affinitate, ex licito vel illicito coitu orta, & conſequenter intelligitur ſublatum etiam impedimentum publicæ honeſtatis, tanquam conſecutiuæ: vt no. per glo. & Ant. & omnes doct. in d. c. nõ debet. eo. ti. Ergo idem dicendum eſt quando per diſpoſitionẽ tollitur impedimentum affinitatis, vt conſequenter intelligatur etiam ſublatum impedimentum publicæ honeſtatis, & nec iuuat dicere quod c. non debet. cum glo. loquitur, quando impedimentum tollitur in genere quo ad omnes, & diſpenſatio ſolum tollit in Spe. quo ad aliquos, quia illud operatur diſpenſatio in Spe. quo ad aliquos, quod operatur diſpenſatio generalis in ſuo genere. Idẽ ſpiritualis in ſua ſpecie. ff. de admi. tu. l. ſi duo. & ſi Io. And. dictam extrauagant. vidiſſet: id ſuper arbore prædicta non dixiſſet id quod ſcripſit in ſummula per eum compoſita ſuper quarto libro decretalium.

Vbi

Vbi dixit quod cum aliquibus diſpenſatur, vt poſſunt in quarto contrahere, reſtringitur diſpenſatio vt locũ habeat, duntaxat quando vterq; contrahentium eſt in quarto gradu:quod falſum eſt,& contra tex. extraua. & vide ſuprà §. proxi.

Diſpenſatio quædã eſt ſimpliciter permiſſa, & quędam eſt de iure debita. Et dicitur de iure debita quando petitur ex legitima cauſa:vt no. gl 50. diſt. Domino ſan. & c.vt conſtitueretur. Hinc eſt quod licet pro ipſa conſequenda non detur actio, poteſt tamen iudicis officiũ implorari:vt no.gl.50.q.7.exigunt.Et ſi ordinarius eam denegat,peccat: & poteſt haberi recurſus ad ſuperiorẽ: vt no.gl.in d.c.exigunt. & d.c. Domino ſancto. Ratio eſt quia talis diſpenſatio non eſt mera gratia,ſed ius quoddam: & iuſti. execut. vt no. Archid in d c.vt conſtitu.2. de elect.licet canon.lib.6. dicitur autem debita quando petitur propter grauia ſcandala vitanda,vt patet de cõſan.& affi.quia circa. & 1. q. 7. neceſſaria. Item propter ſtragem gentium vitandam: vt d.c.vt conſtitueretur. & 23.q. 4. ipſa pietas. Item propter pacem habendam, & guerram vitandam,& vbicunq; publica vtilitas ſuadet. vt in c.fi.qui fil ſint legi.& 1.q.7.neceſſaria.& c. quotiẽs.

Diſpenſare non poteſt Papa ſuper matrimonio cõtrahendo ſuper defectu conſenſus, videlicet, quod matrimonium valeat inter illos, qui nõ conſenſerunt. no. Io.in c.per venerabilem. qui fil. ſint legi. ſuper 2. glo. & idẽ dicit Anto.in repe.eiuſdem c. 12. col. ver. videamus ergo. poteſt tamen Papa ex cauſa neceſsitatis propter bonum pacis diſpenſare, quod impuberes matrimonium contrahant. licet perfectũ conſilium ſine conſenſu nõ habeant: vt eſt caſus in c.2.de deſpon.impube.

Diſpenſare an poſsit Papa quod conſtitutus in ſacris in ordine ſubdiaconatus poſsit matrimonium cõtrahere, & cõſequenter an poſsit diſpenſare contra votum continentiæ.vide quod no.gl.32.diſtinct. de illo. & de cleri.coniuga. cùm olim dic quod poteſt diſpenſare ex cauſa, non ſine cauſa, & quæ ſit ſufficiens cauſa. no. Archid.25.q.1. ſunt quædam. & Ioan. And. de ſtatu. mona. cùm ad monaſterium.&Hoſtien.in ſumma.de voto. §. qualiter,ad fi. & vide omnino Innocen. in c. niſi cùm pridem. ſuper ver. malitiam. de renuncia. vbi cauſas

diſpen-

diſpēnſandi contra iura exprimit. Sed Hoſtien. alibi concludere videtur, quod non poſsit diſpenſare in cōtrahēdo: ſed in contractu retinendo ſic: vt ipſe no. in tit. qui cleri. vel vouen. §. ſi vouens. ver. Videtur igitur quod ſummus Pontifex, & ver. præce. & ſeq. ſi tamen benè videatur: dicit etiam ibi quod ex cauſa poteſt etiā Papa diſpenſare in contrahendo, concludit ſecundum Tho. in ſecunda ſecundæ q. 88. arti. 11. quod cum conſtituto in ſacris poteſt Papa diſpenſare, vt matrimonium contrahat. Secus in profeſſo religionem aliquam approbatam ſecundum formam c. 1. lib. 6. ſed Ioan. And. poſt Inno. & Hoſt. dicit quod etiam cum profeſſo poteſt Papa diſpenſare ex magna cauſa, & magnam cauſam appellat, quando per diſpenſationem ſuccedit pax patriæ: vel patria infidelis ad fidem conuertitur: vt ipſe not. in regula, ſemel Deo. libro 6. in dicto c. cùm ad monaſterium, ſuper vltima gl. & in c. 1. de voto. 51. diſtinct. in glo. fina. & vide omnino quod not. per eum in c. placet. de conuer. coniugat. in gloſſ. quod Ioan. And. dixit Papam poſſe ex magna cauſa diſpenſare, etiam cum profeſſo, fuit etiam de mente Magiſtri ſententiarum: vt nota. Archi. 25. q. 1. ſunt quædam. vbi omnino vide, quia ibi ſpecificant plures cauſas, ex quibus diſpenſatio fieri poteſt. puta pro magna guerra ſopienda, vel pro augmentando cultum diuinum, ſi eſſent pauci fideles, vel pro vitanda ſtrage gentium, vel ſi communis vtilitas totius eccleſiæ aut vnius eccleſiæ, regni, prouinciæ, hoc expoſceret, quod diſpenſatio fieret: & prædicta procedunt de poteſtate ordinaria. Sed de plenitudine poteſtatis videtur, quod Papa poſſet ſuper quolibet voto continentiæ etiam ſolennizato diſpenſare etiam ſine cauſa: vt ſentit Hoſtienſis in ſumma de vo. §. qualiter. circa finem. & in ſumma qui cleri. vel vo. §. quis vouens. ver. ſi quis diſputabit. Quinimò videtur, quod etiam de ordinaria poteſtate poſsit Papa etiam ſine magna cauſa diſpenſare, quod presbyter & monachus poſsint matrimonium contrahere: quia presbyter & monachus non prohibentur lege diuinà contrahere: ſed ſolùm prohibentur ex conſtitutione canonica. Ideo ſi conſtitutio eccleſiæ non emanaſſet

matrimo-

matrimonium contractum per presbyterum vel monachum, valeret: vt no. Hoſt. Io. And. & Ant. in c. rurſus. qui cler. vel vo. & in c. meminimus. eod. titu. Votum ergo continentiæ nec ſolennitas, non impediunt matrimonium, ſed ſola conſtitutio eccleſiæ: vt eſt expreſſum in c. 1. de voto. lib. 6. & ibi etiam no. Io. And. in nouella. vide etiam per ipſum in regula. ſemel Deo. & c. actus. de regu. iuris. lib. 6. Sicut enim eccleſia ſua voluntate ſtatuit, quod tales non poſſent contrahere, & ſi contrahant, non valeat. Ita & contraria voluntate poſſet ſtatuere, quod decetero matrimonia per tales cõtracta valeant & ita tenent Hoſt. & Io. An. & Ant. in d. c. rurſus. ergo ſic poteſt ſtatuere quo ad omnes quod presbyteri & Monachi poſſint contrahere, fortius imò diſpenſare quod contrahant: & hoc argu. vtitur Hoſt. & Ioan. And. in c. cum ad monaſterium. vnde ibi concludunt quod requiratur magna cauſa. Sed ratio & argumentum concludunt, quod talis cauſa non requiratur, quia eius eſt. reuocare, cuius eſt ſtatuere, niſi dicas quod cum eccleſia ex magna cauſa ſtatuerit, quod conſtitutus in ſacris, & Monachus non poſſunt contrahere, & cauſam refert Ioan. An. in d. c. de vo. libro 6. in nouella. Similiter abſq; magna cauſa cõtra contractum ſtatuere, nec etiam diſpenſare poteſt: arg. l. nihil eſt tam naturale. ff. de regu. iur. & quod not. gloſſ. in l. minor. in principio. ff. de euict.

Diſpenſatus per Papam, vt non teneatur ſe facere ad ordines promoueri, ita habet vocem in capitulo, & quotidianas diſtributiones percipere ac optare poteſt, niſi conſuetudo contrarium dicat: ac ſi promotus eſſet, quia impedimentum quod obſtat, ſublatum eſt, per diſpenſationem Papalem. not. Ioan. And. in cle. ſ vt hi qui. de æta. & quali. in gl. ſuper ver. annexæ. & ſup. ver. infrà eo. Et ita not. Pau. & Ant. in eadem clemen.

Diſpenſatus non eſt idem cum illo qui non eget diſpenſatione: vt not. Io. And. in regula: in generali. lib. 6. in mercu. ſub membro 13. hoc intellige, quoad omnia, ſed quoad id, in quo diſpenſatus idem cenſetur: vt ipſe not. c vide ſuper. ver. verba. §. verba facientia.

Diſpenſatus ad beneficia curata non obſtante defectu

fectu ætatis poteſt aſſequi parochialem eccleſiam, nec tenetur promoueri ad ſacerdotium ante 25. an. & vitalis diſpenſationis fructus ſequeretur, etiamſi ex conſuetudine vel ſtatuto vel alio iure debiti eſſent, alteri quàm diu Rector eccleſiæ reciperet ſacerdotium, quia per diſpenſationem prædictã fungitur ſacerdotio, quo ad fructus:vt not.Io. And.de elect. cùm ex eo. ſuper ver. iuſta de cauſa. in nouella. vide ſuprà §. diſpenſatus. vt non obſtante.& §.diſpenſaturum, vt poſsit.

Diſpenſatio Papæ facta ſuper matrimonio contracto lege canonica prohibito trahitur retro vſq; ad principium contractus, ſecus ſi fuit diuina lege prohibitũ: quia tunc diſpenſatio non trahitur retro: ſed valet vt ex nunc,non extunc: vt not. Ioan. An. in c. per venerabilem.qui filij ſint legitimi. ſuper 2.glo. ſed Ant. dicit, ꝙ nullo caſu diſpenſatio trahitur retro: vt ipſe not. in dicto c. per venerabilem.in 13. columna.

Diſpenſare poteſt Archiepiſcopus,vt legatus,ſuper defectu ætatis & ordinum ad epiſcopatum ex cauſa neceſsitatis vel vtilitatis eccleſiæ: vt not. Io. An. in addi. Spec.in titu.de leg.§.nunc de epiſcoporum. ver.nunqd legatus. licet Specu. teneat ibi contrariũ. & idem quod Specu. tenet Anton. in c. præter ea. de æta. & qualita. Hoſt.in ſumma.de æta. & qualita. §. ætas. & idem ſentit Innoc. in c. innotuit. in prima gloſ. de electio. vbi dicit, quod cauſæ maiores ſunt ſedi apoſtolicæ reſeruatæ, & cauſæ electionum epiſcoporum ſunt de cauſis maioribus: ſic ibi dicit: ſic eſt caſus in c.1.de æta.& qualita. lib. 6. vbi à contrario ſenſu colligitur, quod in dignitatibus curatis non poteſt ordinarius diſpenſare ſuper ætate: & ita tenet Ioan. And. ibi in glo ſuper verb. non imminet. & in nouella: & ſi hoc prohibetur in dignitatibus inferioribus, fortius in dignitate epiſcopatus dicendum eſt,qui maiorem curam habent,nõ ſolùm ſui capituli, ſed etiam totius ſuæ diœceſis. de offic.ordina.ſi epiſcopus.& c.cùm epiſcopus.lib.6.

Diſpenſatio facta alicui, vt poſsit plura incompatibilia retinere,reſtringitur ad duo tantùm.not.Ant.de elect.dudum enim.penultima colum.

P Diſpen-

28 †Doctor vel eius filius vel nepos, an poſsit pro debito carcerari. vide ſuper verbo, carcer. §. 1. & vide ſuper verbo, ſcholaris.

Doctores decretorum ſunt legum præferendi doctoribus, quo ad honores deferendos: in iudicando autem, & conſulendo, cæteris paribus, magis creditur ciuilibus, in arte ſua peritis. not. Anto. de iudi. at ſi Clerici.

Doctoris filius eſt cæteris paribus, alijs præferendus. l. nemini. C. de aduo. diuer. iudi. & ibi no. per Barto. & Bald.

* ADDITIO.

Doctores iuniores ſunt præferendi Senioribus, quando ſunt excellentiores: vt no. Alexan. in l. eum qui. in 1. col. ver. Item id quod. ff. ſi cer. pet. & an doctor artium & medicinæ dicatur eſſe in dignitate conſtitutus. vide eundem Alexan. conſi. 94. incip. conſideratis his. in 2. col. ver. ſed ita eſt quod dictus. in 1. volu. & adde quod docto. auctoritas habetur pro caſu legis: vt no. Barba. in conſi. 36. incip. ſapienter, & c. & quidem viſo. & c. col. 18. ver. item ſatis dicitur in 2. volu. H. F.

Doctor quibus priuilegijs gaudeat, dic quod decē, quæ declarauit Fran. de Zabarellis, in cle. 1. in prin. de magiſtris. q. 4.

Dolus qualiter probetur, vide tex. & glo. de re permu. c. 2. eo. lib. in glo. ſuper ver. fraude. & per Io. And. in regula ſcienti. de regu. iur. lib. 6. in nouella. & per Bart. in tractatu de teſte. §. ſolus. & vide ſuper verbo, opinio.

ADDITIO.

Doctor, ſi reputatus fuerit Doctor per decennium, non tenetur probare per literas, ſe eſſe Doctorem. vide Pau. de ca. in l. ſi ſolennibus. C. de fide inſtru. circa ſi.

29 †Domicilium Originis immutari non poteſt. no. glo. ff. de Sena. l. pen. Sed domicilium quod quis ex habitatione ſibi conſtituit, mutare poteſt verbo & facto in trans-

in transferendo ſe ad alium locum cum familia, & rebus: vt not. Bart. ff. ad municip.l. domiciliũ. & de fun. inſtru.l. prædia.

30 † Dominium propriè non cadit in iuribus incorporalibus: ſicut nec poſſeſsio, ſed appellatur quaſi dominium,& quaſi poſſeſsio.tex.in c. fi.de iudi. & vide ibi Anto.in 4.no. & vide ſuper ver.poſſeſsio.§. probatio.§. proprietas, per totum.

Dominium an transferatur per ſolam ceſsionem, vide ſuper ver. ceſsio.§. cedi poteſt realis.

Dominium an acquiratur per conſtitutum factum à Domino qui non poſsidet,vide Bar. in l.quod meo. in principio.& l.interdum.§. fi.ff.de acqui.poſ. & l.Celſus. de vſu. aliàs de vſucap.

Dominium bonorum eccleſiaſticorum cuius ſit, vide ſuper verbo,prælatus. §. prælati non ſint, & §. ſequenti.

Dominij appellatio intelligitur directè, quando verbum dominij profertur ab eo,qui ſuo dominio tantùm vti poteſt: Secus quando poterit vti dominio alterius, vt ceſsionarius rei vendicatione,qui poteſt vti directo dominio cedentis,& ſuo vtili. tunc enim appellatione Dominij venit etiam vtile. not.Rom.conſi 258. Sed in ſtatutis appellatione Dominij intelligitur de directo.no. Barto.in l.2. ff. de vſucap.

Dominium directum & vtile acquiritur ex præſcriptione in quantum directum & vtile accipiamus, put diſtinguitur ex modo vtendi, quia præſcribens rem ſimpliciter habet omnem vſum: ergo habet vtrunq; dominium,aliàs non haberet dominium totale,ſed partiale, ſed accipiendo directum dominium, prout directè deſcendit à iure naturali, vt quando res vacans occupatur, vel alij à vero domino traditur, tale directum præſcriptione non acquiritur:vt no. Ioan.And.in mercu.in regula poſſeſſor.ſuper 4.q. in fi.

Dominium poteſt in alium transferri abſq; vera poſſeſsione:duntamen aliqua traditio interueniat. no. Anto. de cau. poſ. c. fi. 14. col. ver. venio ad ſecundum articulum.

Dominiũ an transferatur per ſentẽt. ſine traditio-

ne.vide Bar.in l. Pompon. §. ſi iuſſu. ff. de acqui. poſ. & vide tex. de ſta.liber.l. ſtatu liberi à cæteris. §. quintus. dic quod non tranſit: vt no.gl.inſti §. fin. vide omnino. Bal.in l.1.C. communia vtriusq; iudi. vide tex. & glo. & Bar.in l.exceptis. C. de excep. rei iudi. & Inno.in c.cùm dilectus. de elect.

* ADDITIO.

Dominium vbicunq; transfertur ſine traditione, illud eſt vtile,non autem directum: vt not. Saly. in aut. donationem. C. de iure dot. refert & ſequitur Iacob. de Sanct. Geor. in l.traditionibus, in glo. fi. C. de pact. H. F.

Dominium an transferatur in alium per confeſſionem poſſeſſoris, dicentis alium eſſe dominum, cùm tamen ipſe ſit dominus. vide Bar. & Bal. in l. cum falſa. aliàs fictum. C.de iur.& fact. igno.

Dominium transfertur ſine poſſeſsione eo ipſo, q; princeps aliquid dat per gratiã vel priuilegium: vt no. Bal.in pœn.lib.feud.vbi vide. Secus ſi princeps gratiam faciat,ſed cum alio contrahit:vt not.Bald.in c.1.§.in inueſtitura.de no.fi.for.in vſi. feu.

31 † Dominus tenetur ex delicto vicarij vel alterius officialis ſui delinquentis in officio ſibi commiſſo, niſi quia citò ſciuerit, pœnituerit eius delictum. no. Ro. conſi. 279.

Dominus nõ poteſt agere pro ſubditis vel colonis ſuis actione iniuriarum, contra epiſcopum vel alium prælatum talliantem vel ſpoliantem vel turbantem: niſi præmiſſa fuerint in iniuriam & odium ipſius Domini. Et ſimiliter non poteſt Dominus agere pro rebus ablatis ſubditis vel colonis ſuis: quia Domini non intereſt: nec eſt procurator ſubditorum. no. Ro. conſi. 351. & vide iura ibi allega. & Ang. qui plenè loquitur in c.dilectus.de appel.in 2.& 4.contrario. Sed contrarium tenet Archi.1.q.1. in primis in princ. Inno. in d c. dilec. diſtinguit. aut intereſſe, quod Dominus petit pro iniuria facta ſubdito, diſcutitur & probatur per minimos circuitus: aut ſine magno circuitu. Primo caſu poteſt Dominus agere pro tali intereſſe. Secundo caſu ſecus, & ponit

ponit exempla, ſed iſta diſtinct. nõ eſt vera, cùm ꝙlibet verum intereſſe peti poſsit, etiam ſi per magnos circuitus ꝓbetur, vt patet in intereſſe ꝙ conſiſtit in lucro ceſſante. l. 3. §. fi. ff. de eo ꝙ cer. lo. & l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo ꝙ intereſt ꝓfe. & hoc tenent Innocen. Hoſtien. & Io. And. in c. ſacro, de ſenten. excom. & Ant. in c. ſalubriter. & in c. nauigan. de vſur. & Io. And. declarans Inno. in dicto c. nauiganti. idem tenet Cy. & Bal. in aut. & hoc. C. de vſur. & idem tenet Bar. in l. 1. alleg. Vide omnino ſuper ver. vniuerſitas. §. vniuerſitas ciuitatis. & quod not. Bart. & Fran. de Zabarel. in clemen. 1. in prin. de reliqui. & venera. ſanc.

Dominus rogando ſubditum dicitur ſibi mandare: quia rogatio Domini præceptum eſt: vt patet in tex. & glo. ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſed ego. & no. Barto. in tractatu de Tyranno. ver. 7. quæro. 2. colum. in fi. vnde ver. eſt rogare ducum ſpecies violenta iubendi. & not. Bald. C. quod cum eo qui in alie. po. neg. l. ſi mandatur.

Dominus ex vna cauſa nõ poteſt amplius fieri Domin⁹ ex alia cauſa: quia ꝙ meum eſt, amplius meũ fieri non poteſt, niſi prima cauſa eſſet dubia: vel niſi per ſecundum vberius & pinguius prouideatur. no. Io. And. per Io. Mona. de priuile. cum perſonæ libe. ſuper vlti. gl. in nouel. Sed aduerte ne decipiaris, quod licet Io. Mona. dicat regulam fallere in dictis duobus caſibus, tamen rectè intelligendo non eſt verum quod fallat, quia remanente cauſa prima ex qua fuit Dominium acquiſitum, impoſsibile eſt, quod Dominus ex vna cauſa, fiat Dominus ex alia, vt liquidè patet: vt notat Barto. in lege 3. §. ex plurimis. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi autem prima cauſa eſt dubia, vel in iure vel in facto, tunc quia propter tale dubium non conſtat, quem Dominum eſſe, poteſt ex alia cauſa certa Dominium quærere. Et hoc caſu non eſt verum dicere, quod Dominus ex prima cauſa fiat Dominus ex ſecunda: quia non conſtat, quod ex prima cauſa ſit Dominus. Et paria ſint, non eſſe vel eſſe, & non apparere. ff. de te. tu. l. duo Titij. Item non fallit regula alio caſu, ꝙ aliquãdo ex cauſa dicitur pinguius ꝓuideri. l. fundo lega. ff. ad l. Falc. qa ibi prima cauſa ex qua fuerat acquiſitũ Dominiũ rei le-

gatæ pendente conditione, reſoluitur ipſo iure adueniente conditione per l.2.C.cõmunia dele. ibi poſita. ideò cùm deſinat eſſe Dominus ex prima cauſa, poteſt fieri ex ſecunda, vt dicit tex. in c. inter dilectos. de fide inſtru. Et ſic ibi adueniente conditione legati, eodẽ momento reſoluitur dominium ex prima cauſa, & de nouo acquiritur ex ſecunda. Et ita colligitur ex ordine intellectus.

Dominus feudi non poteſt alienare proprietatem ſine conſenſu vaſalli. de prohi. feu. alie. per Fre. c.1. præterea ducatus: & no. glo. in l. inuitus. ff. de fideiuſſori. idem no. Hoſt. & Io. And. in c. dilecti filij. de maio. & obedien. & Cyn. in l.1. C. de noua. quod intellige, niſi alienetur cum vniuerſitate curiæ vel caſtri: vt no. glo. in c. ſi quis. quo tempo. mi. inueſti. pete. de. Item no. Bal. in l. 2. in prin. ff. ſolu. matrimo. Sed quidam diſtinguunt, ꝙ ſi Dominus vult alienare in parem vel in potentiorem, poteſt etiam ſine conſenſu vaſalli, in inferiorem non: vt no. Cyn. in d.l.1. Sed illud procedit quando alienatur in ſpecie, ſecus ſi cum vniuerſitate, quo caſu etiam in ruſticum alienare poteſt, vt in c.1. §. ex adiuncto. in vſi. feud. dele. Corra. tamen ille textus facit contra, quia licet in Mediolano ſeruetur, tamen alibi cõmuniter cõtrarium ſeruatur, & pro regula tradit ille tex. vide ibi Bal.

Dominus terræ non poteſt terram ſuam alteri domino ſubijcere contra voluntatem ſubditorum ſuorũ: vt not. Hoſt. Io. And. & Ant. in c. dilecti filij. de ma. & obe. & Bal. in c. ſi quis. quo temp. mi. inueſti. pe. de. quod intellige, quando vellet ſe & terram ſuam ſubijcere alteri, non tamen eam totaliter conferre vel transferre, quia duplicetur intereſſe ſubditorum, ne hoc permittant primo caſu, quia eorum intereſt, ꝙ Dominus eorũ ſit liber. Secundò quia eorum intereſt, non habere plures Dominos. Vbi vellet quis terram ſuam alteri ſubijcere, & in totũ alienare, videtur quod poſſit etiam inuitis ſubditis, quia ceſſat intereſſe ſubditorum, niſi dicas quod ſaltem intereſt ſubditorum, non mutare Dominũ: vt no. Inno. de præſ. c. auditis. quod procedit quãdo nouus Dominus eſſet Tyrannus: vel aliàs malè regeret ſubditos ſuos, aliàs ſecus. Adde ꝙ ciuitas non poteſt ſe vni domino ſubijcere: vt not. Ioan. And. de hære. præſiden. lib. 6. in nouella.

Domi-

Dominus ciuitatis vel caſtri, an eo ipſo quòd dominus eſt, fundat intentum ſuum de iure communi ſua iuriſdictione in eadem ciuitate vel caſtro, dic quod no. Io.And. in c. nimis. de iureiur. & An. de for.comp.cùm contingat. ver. quædam eſt poteſtas dominica, in 2. colum.

Dominus an poſsit manumittere ſeruum ſuum per procuratorem, vide ſuper verb.procurator.§. procurator non poteſt conſtitui per dominum.

32 †Donatio enceniorum, quæ fiunt ſponſæ tempore nuptiarum per conſanguineos, & amicos viri & vxoris diuiditur hoc modo, quia encenia quæ fiunt per conſanguineos & amicos viri, ſunt viri, alia ſunt vxoris: vt not. Bald.ff.de vul. & pupil. ſed ſi plures.§.in arrogato.

Donatio facta inter virum & vxorem firmatur iuramento. not. Bar.in l.ſi quis.ff.de fideiuſ. & in l. Seius & Augerius. ff.ad l.Falc.& Fre.in conſi.ſuis, conſ.160. aliàs 150. ſed Ant.dicit, non firmari iuramento, licet iurans teneatur iuramentum ſeruare: vt ipſe not.in c.cùm contingat de iureiur. 12. col. ver. ex his deciditur, & de do. vide ſuper ver.iuramentum.§.iuramentum. licet validet donationem.

Donatio an poſsit fieri abſenti, vide ſub ver.abſens. §.abſenti ſi ſit.

Donatio cauſa mortis non poteſt fieri niſi præſenti vel ſtipulanti, vel ſi eſt abſens, oportet quòd Notarius pro eo ſtipuletur. not.Bar.in l.tàm is. §. 1. ff. de do.cauſ. mort. nec poteſt donatario cauſa mortis fieri ſubſtitutio, niſi per ſtipulationem: vt not.Bar.in l. ei cui. eo. tit. licet autem donatio cauſa mortis facta abſenti, nullo pro eo recipiente, non valet vt donatio, valet tamen vt fideicommiſſum: vt not.Bart.in d.l.tàm is.§.1.in l.1. eodem tit.

Donatio ob cauſam non eſt propriè donatio. ff. de do.l.hoc iure.§.labeo.& §.fin.ideò non eget inſinuatione: vt not.gloſſ. eo.tit. l.à quibus. quod intellige: vt ibi not. Bart. & vt not. Guil. in l.illud. C.de ſac. ſanct.eccl. dicta tamen donatio ob cauſam ita eſt contractus nominatus, ſicut eſt ſimplex donatio: vt no.gl.& Bart.in l. fin.C.de cond. ob cauſam.

Donatio cauſa mortis ad ſui confirmationem non

requirit aditionem hæreditatis: vt not. Bal. ff.de cond. ob cauſam.l.cùm quis.& idem not.Bar.in l.ſequẽs quæſtio.ff.de le.2.licet ipſe dubitauerit in l.in mortis cauſa. ff.de dona.cauſa mortis.

Donatio inter virum & vxorem non confirmatur morte donantis,niſi traditio rei interuenerit. ff.de dona.inter virum & vxorem.l.Papi.vel niſi aliquid intercesſerit, quod loco traditionis habet: vt l. ꝙ de ſuo. C. de donatio.cauſa mortis.& ibi not.& idem not.Bart.in l.Papi. Idem no.Bal.in l.1.C.de donat.ante nup.ſed aduerte,quia Bart.dicit confesſionem de recepto factam animo donandi,haberi loco traditionis, ſed glo. in d.l. quod de ſuo, & Bal. in d. l.1. requirunt aliud vltra confesſionem.

ADDITIO.

Donatio inter virum & vxo.vtrũ confirmetur ęquali tate, vide per do. Fel. in ca. ſuper eodem.el.2.vltra medium col.verſic.Et per iſtum tex. de teſtib.

* SINGVLARE.

Donatio inter virũ & vxo. regulariter eſt prohibita: vt in toto tit.ff.& C.de don.inter vir.& vxo. & c.fi.extrà eo.tene tamen perpetuò menti,quòd ſi coniuges faciãt ſibi inuicem reciprocam donationem ſi contingat alterum præmori,non dicitur donatio prohibita,ſed valebit, & non indigebit confirmatione per mortem, & etiam non interueniente traditione, poſt mortem poterunt bona peti. ita ſing.dixit Cy. & poſt eum Pau. de Ca.in l. ſi pater puellæ.in fin.C.de inof.teſta.quòd dictũ multũ exclamat ibi Pau.de Ca.id quòd freqũeter poteſt contingere de facto,& adde quòd licet donatio inter virum & vxo.confirmetur iuraméto ſecundum communem opinionem:vt not.Abb.poſt alios in c.fi.de donat. inter virum & vxorem, ſi eſt donatio facta per maritũ vxori, habet tacitam conditionem, ſi vxor ſuperuiuat poſt mortem mariti donantis: & ideò ſi vxor donataria præmoriatur eius marito viuente & ſupèrſtite,talis donatio reſoluitur, vt eleganter conſuluit dom. Philip. Decius, in conſil. 240. incip. & diligenter in 2. volum. H. F.

Dona-

Donatio ſi in ea dicatur, quòd ſit ob merita præceden tia, an ex tali narratione probetur, vide Bart. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi de donatione C. de col. & auten. vnde ſi parens. de inoffic. teſt. & Bart. in l. ſi for te ff. de Caſtren. pecu.

Donatio facta extraneo per carentem filijs, diſſoluitur ipſo iure in totum ex natiuitate filij. C. de reuo. donat l. ſi vnquam: ſed donatio facta filio, reſoluitur ex na tiuitate alterius filij pro legitima duntaxat ipſi filio po ſtea nato iure naturæ debita. C. de inoffi. do. l. ſi totas. & no per Bar. ibi. & in l. 1. eo. tit. & in l. Titio Seio. §. imperator. de lega. 2. per Bart. in d. l. 1. & l. ſi totas. nec poteſt per donatorem dictis legibus renunciari, etiam cum iuramento, l. præiudicium filij poſtea nati: vt no. per Bal. & Bar. in dictis legibus. & per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. porrò. ver. item not.

Donatio facta ob merita præcedentia non poteſt reuocari, etiam propter ingratitudinem: vt ff. de dona. l. à quibus. & l. ſi patri. §. 1. & ibi not. gloſſ.

33 † Dos etiam conſtante matrimonio poteſt permutari, & inter virum & vxorem de vna re in aliam conuerti, ſi dotis vtilitatem conſeruat. ff. de iure do. l. ita conſtante pro. & l. fi.

Dos ſiue res dotalis, an poſſit præſcribi contra nullitatem, vide ſuper ver. præſcriptio. §. præſcribi an poſſit dos.

34 † Dummodò, iſta dictio nõ importat conditionem, ſed modum. not. Rō. conſil. 121. & notat glo. de præben. non poteſt. §. fi. lib. 6. ſuper ver. retinere, in fin.

ADDITIO.

Vide per Bart. in l. quibus diebus. §. fin. ff. de condit. & demonſt.

Duntaxat, hæc dictio quid importat, vide ſuper ver. tantùm, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dictio etiam iuncta ſpeciei maioris gradus, includit ſpecies etiam minoris.*

2 Eccle-

2 Eccleſia poteſt id quod ſenatus.
3 Eccleſia collegiata quæ dicatur.
4 Eccleſiæ appellatione quid comprehendatur.
5 Eccleſiæ priuilegia ſpecialia.
6 Eccleſia cathedralis quando vacare dicatur.
7 Eccleſiaſticæ rei alienatio quando ſit valida aut reuocabilis.
8 Eccleſia parochialis quæ dicatur, & qualiter ſit adminiſtrãda.
9 Edere inſtrumenta ſeu priuilegia quando quis teneatur.
10 Aedificium aliena pecunia in fundo alieno conſtructum cui cedat.
11 Electio ad prælaturam vel officium vel aliquam dignitatem diuerſimode fieri poteſt, & quid operetur electi confirmatio, & quibus gaudeat electus prærogatus, & quibus ſubiaceat oneribus.
12 Electionis ſubſtantialia quæ & quot ſint.
13 Emphyteuſis qualiter ſit, vel retinenda vel transferenda.
14 Emptori quando & quæ actio contra venditorem competat.
15 Epiſcopus cuius ſit auctoritatis, & quid epiſcopi officium & poteſtas comprehendat.
16 Aequitas diuiditur in ſcriptam & non ſcriptam, & qualiter vtraq; ſit obſeruanda.
17 Error diuerſimodè committitur, & an & quando, & qualis excuſet errantem vel non, & an error poſſit reuocari.
18 Dictio ET cuius ſit effectus.
19 Dictio Copulatiua cuius ſit naturæ.
20 Exceptio in regulis vel diſpoſitionibus interpoſita quid operetur.
21 Exceptio diuerſimodè eſt conſideranda, & reſpectu diuerſarum actionum competit & operatur.
22 Excommunicatio quando dicatur iuſta vel iniuſta, & quomodo peti debeat illius abſolutio. Item quotuplex eſt excommunicatio.
23 Anathema & excommunicatio in quo differant, tàm in illatione quàm effectu.
24 Excommunicatio qualiter dicatur probari.
25 Excommunicare quis poſſit, & quis ab ea abſoluere.
26 Excommunicatio occulta in quo differat à manifeſta, & à quibus actibus ſuſpendat excommunicatum.
27 Excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum differunt.
28 Executio ſententiæ dicitur diuerſis reſpectibus poſſe fieri vel non fieri pendente cauſa.

29 Sen-

29 *Sententiæ executio quando ſuſpendatur.*
30 *Cautela ad impediendum ſententiæ executionem.*
31 *Sententiæ executio fieri debet prout ſententia lata importat.*
32 *Sententiæ executor quando vt ſuſpectus veniat recuſandus, & multa de executoribus diuerſimodè conſideranda, reſpectu diuerſarum executionum.*
33 *Exemptus an citatus teneatur comparere, ſuam exemptionem probaturus.*
34 *Expenſæ litis à quibus & qualiter ſint ſoluendæ.*
35 *Verbum Expreſſè poteſt in iure diuerſimodè ſumi.*

DE LITERA E.

ETIAM † hæc dictio iuncta ſpeciei maioris gradus, includit ſpecies minoris gradus, etiam ſi materia ſit odioſa. not. gloſſ. in cle. 1. de ſequeſtra. poſſeſſ. in ver. etiam.
2 † Eccleſia habet ſenatum, ideò poteſt ordinarius eccleſiæ illa facere, quæ poteſt ſenatus. not. Ant. de iud. at ſi cler. in prin. ver. ad tertium. & vide ſuper ver. executio. §. iuſtitia. §. poſſeſsio. §. prælatus.
3 † Eccleſia collegiata quæ dicatur, vide in cle. ſi. de ętà. & quali. & ibi per Ant. quæ dicit quòd collegiata eſt illa in qua ſunt duo, ſecundum ius Canon. vt not. ſuper ver. collegium. §. collegium faciunt duo. licet glo. dicat, quòd requiruntur tres, licet in vno tantùm ius collegij remaneat. no. glo. in c. 1. de elect. & de iure pa. nobis. & ibi per Ioan. And. qui ponit qualitates, ex quibus cognoſcitur eccleſiam eſſe collegiatam, videlicet ſigillum tractatus communis in publico, arca communis, refectorium & dormitorium commune, fraternitas communis, & ſimilia, & hoc in dubio. Vbi autem ex priuilegio, conſuetudine vel fundatione conſtat eccleſiam eſſe collegiatam, vel non, illic ſtandum eſt dictis qualitatibus circumſcriptis: vt no. Ioan. And. dicit etiam Innoc. in c. poſtulaſti. eo. tit. quòd ſi in fundatione eccleſiæ fuit ordinatum, quòd ſi eſſent tres vel plures clerici, vel ſi pro tot fuit dotata, cenſetur collegiata: Secus ſi ordinatum fuit quòd ibi eſſent duo tantùm, vel vnus, licet poſtea contingat numerum augeri. Idem dicunt

Hoſt.

Hoſt.Ioan.And.in d.c. nobis, quòd de iure communi ec cleſiæ cathedrales & etiam regulares,quę ad congregationem tenendam ſufficienter ſunt dotatę,& viuunt in communi,habent ius collegij, & idem dicit Archid. 4. q.1. vbi etiam addit,ſecundum Vincen.quod non ſufficit ad hoc, quod eccleſia ſit collegiata, quòd plures ibi ſint clerici, niſi ad hoc ſint conſtituti,vt ſint vnum corpus, & habeant arcam communem,addit etiam ſecundum capitulum, quòd duo non faciunt eccleſiam collegiatam, ſed tres ad minus. Ad eſſe autem collegij, non requiritur ibi eſſe prælatum. not. Arch.21. q.2. ſicut in glo.Sed contrarium tenet Guil.de monte Lau.in extrauag.ſuſcepti.in prin.ſuper ver. eccleſijs.dic quòd illa eccleſia duntaxat eſt collegiata, in qua duo aut plures tanquam facientes vnum corpus conſueuerunt conuentus, capitulum vel collegium vocari, & communiter à gentibus ſic appellari,& tales haberi,vide Boch.qui plenè notat in c.poſtulaſti.& Fran.de Zab.in cle.ſtatutum. de elect. in 4.q Vide omninò Zen. qui omninò concordat cum Guil. in cle. & ſi principalis, ſuper ver. & conuentualem,de reſcrip.& idem dicit Ant. in c.1. de elect. in primo not.

ADDITIO.

Eccleſiæ collegiatæ materiam, vide per do. Alex. in conſil.58.quarta parte.

Eccleſia curata quæ dicatur, vide ſuper verſ. curata. §. curata eccleſia.

4 †Eccleſiæ appellatione comprehēditur cœmeteriū, & totus ambitus, & etiam capellæ ſibi contiguæ. not. Rom.conſil.181. & ideò habens gratiam de beneficio in certa eccleſia, poteſt acceptare in cæmeterio vel ambitu,vel capellis ſibi contiguis; Secus in exiſtētibus extra ſepta eccleſiæ, vt ibi not.

ADDITIO.

Cœmeterij autem appellatione non continetur eccleſia. c. 1. de conſe.ecclef. vel alta. in 6. doct.in c.cùm contingat.el.1. de ſenten. excom. & in c.1. de vita & honeſta. cler.

5 †Eccle-

5 †Eccleſia habet hoc ſpeciale, quòd acquirit dominiũ ſine apprehenſione poſſeſsionis. not. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 20. col. ver. venio ad tertium, & eſt C. de ſacroſan. eccle. l. fi. Item acquirit poſſeſsionem ſine apprehenſione, quando eſt hæres inſtituta: vt in c. in præſentia. de probat.

Eccleſia habet hoc priuilegium, quòd quilibet poteſt venire ad defenſionẽ bonorũ eccleſię. not. Ro. conſ. 201.

* SINGVLARE.

Eccleſia ſi eſt ſubſtituta, filius naturalis eam non excludit, iſtud fuit ſingulare dictum Bald. in c. in præſentia. in pe. col. extra de prob. & dicit hoc procedere etiam ſi talis filius naturalis eſſet legitimatus ab Imperatore, & hoc propter dignitatem eccleſiæ, quòd dictum multum commendat. Fel. in d. c. in præſentia. in 9. col. ver. fallit primò, & dicit hoc dictum alibi non legiſſe. H. F.

Eccleſiæ appellatione non intelligitur de epiſcopali ſiue cathedrali, ſed de inferioribus eccleſijs ſecundum Innoc. de conce. præben. dilectus. & per Archi. de præben. licet primo. lib. 6. vide text. in c. quamuis. eo. titul. & lib.

Eccleſia cathedralis ſuccedit in loco domicilij cuiuslibet clerici ſuæ diœceſis, ſufficit ergo clericum ibi citari & in loco ſui beneficij not. Ro. conſil. 59.

Eccleſia reſtituitur aduerſus lapſum temporis dati ad appellandum, de reſtitutione in integrum. c. fin. & temporis dati ad probandum: vt in c. 1. de reſtitut. in integ. & aduerſus præſcriptionem. not. Inno. de reſtit. in integ. c. 1. & in pluribus alijs caſibus qui notan. in cle. 1. de reſtit. in integ. & in c. 1. & fin. eo. tit. in antiquis, vide in §. eccleſia reſtituitur non ſolùm.

6 †Eccleſia cathedralis dicitur vacare eo ipſo, quòd epiſcopus translatus eſt ad aliam eccleſiam, & à vinculo prioris abſolutus, quod eſt verum quando apparet voluiſſe transferre in inuitum, aliàs non vacaret niſi translatus translationi conſentiret, vt Io. Mo. de elect. generali, lib. 6. quod plenius proſequitur Io. And. in regula, quòd ob gratiam. eo. lib.

7 †Eccleſiaſticę rei alienatio facta ex falſa cauſa, ſerua

ta ta-

ta tamen forma iuris an ſit nulla, an veniat reſcinden-da falſitate approbata, vide ſuper ver 1.in prin.

Eccleſia & eius bona, an obligentur ex contractu prælati, vide ſuper ver. prælatus.

Eccleſiæ acquiritur dominium rei emptæ de pecunia eccleſiæ. no. gl.12.q.2.apoſtolicos, & de peculio cle. c.inquirendum. & ſimiliter acquiritur actio perſonalis ex contractu per alium ſuper re eccleſiæ celebrato, quod eſt verum in ſubſidium, illo qui contraxit non ex iſtente ſoluendo, aliàs ſecus: vt not. Bar. in l. ſi vt propo nis. C. de rei vend Si tamen debitor, qui ex contractu de re vel ſuper re minoris inuiti contrahentis ſoluerit ipſi contrahenti, ignorans rem fuiſſe eccleſiæ liberatur: licet ille contrahens non ſit ſoluendo, ſicut dicitur de mi nore, cui eccleſia æquiparatur, vt l. filiæ. ff. de ſolut. & quod ibi no. Bar.

Eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem 40. an no. per text. cle. 1. de reſt. in integ. licet Io. And. ibi dicat contrarium, in 4. glo. in fin. & malè, quia text generaliter loquitur de præſcriptione aduerſus temporis lapſum, nec diſtinguit ſi ille lapſus ſit decem, 20. vel 30. an no. vel 40. & ita tenet Pau. Steph. & Zen. & Fran. de Zab. idem tenet Ant. in c. auditis. de reſt. in inte. Item etiam ante dictam cle. reſtituebatur eccleſia aduerſus talem præſcriptionem, per tex. in c. 1. eo. tit. vbi dicitur quòd eccleſia læſa ſemper vtitur iure minoris, quod intellige quo ad reſtitutionem concedendam, non quo ad curſum præſcriptionis ipſo iure impediendum: vt no An. in c. 1. de præſcr. & illud verbum ſemper importat idem quod in omni caſu. l. 1. & ibi not. ff. ſol. mat. Sed minor contra talem præſcriptionẽ reſtituitur C. in qui cau. in integ. reſti. non eſt neceſs. l. fi. de. proſcri. 30. anno. l. ſicut. §. pe. iuncta l. ait prætor. in prin. ff. de mi. ego etiam fateor quod verbũ ſemper ſupponitur, pro regula: & ſeruantur caſus excep. vt dicit gl. & Bart. in. d. l. 1. ſed in aliqua lege vel decretali non reperitur exceptũ quod eccleſia reſtituitur aduerſus talem præſcriptionem: ergo reſtituetur. & ita tenet Inno. in. d. c. 1. & Anto. in. d. c. auditis. & Hoſt. e. titul in ſumma. 2. parte. §. qui vltimo. & §. in quibus. ver. in præſcriptionibus: & in c. contingit. de tranſa. Nec ob. ratio glo. in. d. c. auditis.

quæ

quæ dicit, fruſtra canones permitterent talem præſcriptionem contra eccleſiam ſi reſtitueretur, quod argumentum non valet: Nam & contra minorem permittit lex talem præſcriptionem, & tamen contra eum reſtituitur: & ſimiliter canones permittunt aliquas præſcriptiones minoris temporis contra eccleſiam, & tamen aduerſus illas reſtituitur: vt in c. coram. de reſtit. in integ. & not. Ant. & Ioan. And. in c. 1. & fi. e. titul. Nec poſſunt dici iura ſic permittentia, fruſtratoria, quia ſi reſtitutio non petatur, & finiatur intra quadriennium, petens reſtitutionem amplius non auditur. C. de temp. in integ. reſtit. l. fin. & in cle. 1. eo. titul. niſi in certis caſibus, qui not. in tex. & glo. in c. 1. de reſtit. in integ. lib. 6. eccleſia etiam reſtituitur non ſolùm contra priuatum, ſed etiam contra eccleſiam præſcribentem. not. Cy. Bal. & glo. de ſacroſanct. eccle. aut. Item ſibi, &c.

8 Eccleſia paro[illegible] [illegible]alis quæ dicatur, vide Ioan. And. de cle. non reſiden. [illegible]ia nonnulli. ſuper verſic. parochialis. Hoſt. in ſumma d[illegible] parochia, &c. tu dic, quòd parochialis eſt quæ habet pa[illegible]ochiam limitatam: vt in c. paſtoralis, in princ. de his quæ fi. à præla. & actu parochianos habet: vt no. in c. licet canon. de elect. lib. 6. in gl. ſuper ver. parochialis. debet regi per Rectorem: non poteſt etiam regi per alium, niſi in cõtrarium ſit conſuetudo: vt not. Ioan. And. in c. extirpandæ. de præben. vel niſi ſit alteri beneficio annexa, quo caſu poteſt regi per Vicarium perpetuum, quem habet Rector præſentare: vt d. c. extirpandæ de præbend. §. qui verò. puto tamen quòd ex conſuetudine poſsit regi per Vicarium temporalem, per ea quæ dixi in princ. & de facto ita reperitur ſeruari, ſuper quo vide ſub ver. conſuetudo quòd Vicarij.

Eccleſia parochialis ſi eſt per ſe principalis alteri beneficio non annexa, tenetur Rector per ſe nõ aliũ in ea reſidere, quòd ſi non facit, poteſt monitione præmiſſa priuari per ſententiam: vt in c. quia nonnulli. de cle. non reſiden. debet etiam intra annum ſe facere ad ſacerdotium promoueri, quòd ſi non facit, priuatur ipſo iure & ſine monitione: vt in c. licet canon. de elect. lib. 6. vbi autem eccleſia parochialis eſt alteri beneficio non curato annexa, tunc licet Vicarius perpetuus eiuſdem

eccleſiæ, quæ regitur per Vicarium perpetuum in eadem eccleſia, ſit curat⁹, & incompatibilis cum alio curato: vt no. Ioan. And. in c. fi. de offi. vica. & patet ex cle. 1. eo. tit. tamen ipſa eccleſia principalis Rectoris cenſetur non curata quò ad hoc, vt ſit incompatibilis cum alio curato, & hoc eſt verum, ſiue ſit alteri beneficio annexa, vt in c. ſuper eo. de præben. lib. 6. ſiue non ſit annexa: vt in extrauag. execrabilis. §. quantùm autem. vbi autem eſt annexa, non tenetur Rector in eadem reſidere, nec propter eam ſe facere ad ordinem ſacerdotij promoueri: vt in c. extirpandæ. §. qui verò de præben. tenetur tamen in ea facere deſeruire per Vicarium perpetuũ, per epiſcopum ad eius præſentationem reſtituendum: q̃d ſi non facit, priuatur ipſo iure monitione tamen præmiſſa, ſine qua priuatio non ſequitur, ſecundum Inn. & Io. And. in d. c. extirpandæ. vide omninò ſub ver. cura. §. curatum beneficium obtinens.

Eccleſia vna poteſt habere plures ſacerdotes, quorũ quilibet exerceat curam animarum inſolidum: poteſt etiam inter eos eſſe diuiſa cura, vt vnus exerceat curam in aliquibus, & alter in alijs, nec iſta ſunt contra ius, & dicit Inno. de præben. cùm non ignores. vide omninò Old. conſ. 66. & ibi an in illis habeat locũ. c. licet canon.

9 †Edere non tenetur actor nec reus inſtrumenta ſeu priuilegia ſua, præſertim ſi aſſerat illa eſſe ſua propria: poteſt tamẽ iudex ex officio partem compellere ad exhibendum illa ſibi, & ipſe habet videre an ſint propria vel communia, vel ad cauſam facienda. not. Rom. conſil. 84

ADDITIO.

Plurima de editione, vide per doct. Fel. in c. 1. in 1. col. vſq; ad finem. de probatio. Et ibi quando reus teneatur edere actio. Et ibi etiam quando in cauſa matrimoniali, vel alia pia cauſa fiat editio, & de multis alijs, de quibus ibidem.

Edere ſicut quis compellitur ſua propria inſtrumenta fauore fiſci, ita & fauore matrimonij. not. Io. And. in addit. Spec. de inſtrum. edit. §. videndum. verſic. expreſſis. & de præben. c. 1.

Edere tenetur quilibet collitigans, etiam fiſcus, proprium

prium inſtrumentū petendi, idem ſi inſtrumentum ſit commune, quod aūt dicatur commune, vide Innoc. Io. And. & Ant. in c 1. de prob. vbi pulchrè loquuntur ſuper hoc: ſed ſi eſt propriū eius à quo petitur, tūc ſi petit edi, tanq̄ inutile eius penes quē eſt ex aliquo facto vel quaſi inter partes, & ꝙ poteſt nocere illi, à quo petit, vt quia ſolutū eſt debitū, vel quia caſſata eſt ſententia lata ꝓ eo qui habet inſtrumēta ſententiæ, iſto caſu poteſt peti editio: ſi verò petit inſtrumentū edi, vt fiat inutile: vt quia peto caſſari ſententiā, & peto ꝙ in cauſa appellationis exhibeat: dic vt in c. perpetu⁹. de fide inſtr. ſi aūt inſtrum. eſt inutile vtriq; parti, vel ſi eſt inutile conſurgit hoc ex aliquo facto, vel quaſi inter partes, tūc ſi actor petit edi ad ſuā intentionē fundandā, non auditur niſi reus ſit vſurarius: fallit in fiſco, cui quis tenet edere inſtrumentum propriū etiam ad intentionem fundandam. Fallit etiā in cauſa matrimoniali, & hoc operatur fauor fiſci & matrimonij. Idem poſſet dici in dotib⁹, in alimentis, in legatis ad pias cauſas, in eccleſijs, in hoſpitalibus, & in libertatibus, & in omnibus alijs multū priuilegiatis, ſaltem vbi alter nō haberet copiam probādi. Idem poſſet attentari vbicunq; manifeſtum arguitur peccatum in retentione inſtrumēti: vt aliqua fides vel præſcriptio poſſet fieri de inſtrumento habito, vt ſaltem ex officio vel denunciatione euāgelica quis edere cōpellatur: imò plus dicit Rota, quòd in omni caſu tunc poteſt iudex ex officio partem compellere, vt inſtrumentum exhibeat altera parte iurante quòd editionem non petat calumniæ cauſa. Tu dic quòd de iure non poteſt hoc iudex facere niſi ex magna cauſa, & quando parti perijſſet copia probandi aliter, & maximè ſi ei non poſſet imputari ꝙ inſtrumentū nō habuit. Vbi autem actor petit ſibi edi inſtrumentum ad replicationem probandā, auditur: quia actor in replicatione reus eſt, & ſemper reo fit editio, etiam ad exceptionem fundandam, quia fauorabiles ſunt rei. Item actor petit edi inſtrumentum non ad intentionē fundandam ſeu iuuādam: & ſi peto à te fundum quem mihi vendidiſti, & eſt contentio in quantū fundus ſe extēdat, cogitur reus actori edere inſtrumentum ad ſuā intentionē iuuādam. Idem ſi pro actore eſſent violentæ præſumptiones: quo caſu ad complēdum

probationem compellitur reus edere inſtrumentum. Vbi verò petitur editio non à parte litigante, ſed à tertio habēte inſtrumentum proprium ipſius tertij, tunc regula eſt, quòd compellitur edere, niſi talis editio petatur contra fiſcum: vt not. Anto. de prob. c.1. in 2. & 3. colum.

10 †Aedificium ſi fiat de pecunia eccleſiæ in ſolo alieno, ſolum cedit ædificio fauore eccleſiæ: vt not. glo. 12. q. 2. apoſtolicos. Item not. Spec. in tit. de empt. & vend. §. tertio loco. verſi. quid ſi clericus, quod eſt verum quando ædificans eſt dominus ſoli, ſed ita loquitur ibi. Sed Ioan. And. in addit. Spec. in d. ver. quid ſi clericus. dicit quòd potius dicendum videtur ædificium quod fit, ſit eccleſiæ, & ſolum ſit domini primi. & idem dicit Anto. in c. inquirendum, de pecu. cler.

11 †Electio ſi fiat de prælato ad eccleſiam non cathedralem nec regularem, non habet locum in tali electione. c. quam ſit. de elect. lib. 6. nec in eadem ſeruanda eſt forma. c. quia propter. de elect. licet Ioan. And. dicat contrarium: vt not. Rom. 288. & an talis electio debeat fieri intra ſemeſtre vel trimeſtre, vide Ro. conſil. 450. & vide ſub verbo, collatio. §. confirmatio § diſpenſatio. §. poſſeſſor. §. nominatio.

Electio habet vim confirmationis, quando ad eligentem ſpectat electio debita & confirmatio eodem iure: ſecus ſi ex diuerſis. not. de electio. vt circa lib. 6. in glo. 2. idem not. Ioan. Mo. eo tit. & lib. c. 1. idem tenet Archi. in d. c. 1. & 63. diſt. in ſynod. & Compoſt. de elect. cùm in canonicos, vbi omninò vide.

Electio licet caſſetur, ſi tamē electus per ſuperiorem confirmetur, ſola confirmatio tuetur poſſeſſorem, & omnia facta per eum. not. Rom. conſil. 183. & ideò electo confirmato obediendū eſt, licet electio fuit nulla, dummodo confirmatio teneat. not. Inno. de exceſ. præla. inter dilectos.

Electus confirmatus, licet non conſecratus, habet legitimam adminiſtrationem: ratione cuius excommunicare, iudicare, ſuſpendere poteſt. not. Ro. conſil. 482. tamen ante conſecrationem non vocatur Epiſcopus.

Electus non confirmatus non poteſt beneficia conferre. de elect. noſti. & c. tranſmiſſa; niſi eſſet in partibus

valde

valde remotis à loco, vbi debet peti cõfirmatio. de elect. nihil. in fin. vel niſi eſſet electus bona fide in poſſeſsione prælaturæ: vt not. Inno. in dicto c. nihil.

Electus & confirmatus, à cuius confirmatione appellatum eſt beneficium conferre non poteſt. not. gloſſ. de elect. auaritiæ. lib. 6.

Electus fuit confirmatus, ſed nulliter, & poſt talem adminiſtrat, an incurrat pœnam. c. auaritię. alleg. prox. vide ſub verſic. pœnam §. pœnam decretalis.

Electus ſi electioni conſenſit, dicitur etiam ante confirmationem ſpiritualiter vinculum coniugale cum ecclesia contraxiſſe. de elect. cũ inter canonicos. de translat. inter corporalia.

Electus non habet ius in re per ſolam electionem, ſed demum per confirmationem. de accu. ſuper his. habet autem ius ad rem per ſolam electionem. not. glo. in cle. 1. vt lit pen. ſub verb. collatio. & ibi per Ant. & per eundem, de reſcrip. in noſtra. circa fin. & de iuſto iure, & ad rem, & in re, & in beneficio, vide text. & glo. in c fin. de conceſſ. præben. lib. 6. & de præben. ſi tibi abſenti. & c. ſi is cui & c. quidam. eo. lib. & in cle. 1. de ſequeſt. poſſeſ. & fructuum.

ADDITIO.

Electus ad aliquam dignitatem, an ſit tutus in foro conſcientiæ, ſi electio ſua tenuit de iure gentium, non ſeruata forma tradita à iure poſitiuo, vide per do. Iaſ. May. Inſtit. de actio. §. ſed iſtæ. fo. 21 col. 1. in me.

Electus non confirmatus ſi adminiſtrat, non ſolùm priuatur iure ſibi competenti ad rem: ſed etiam efficitur ineligibilis ad omnia beneficia. not. Ioan. And. de elect. auaritiæ. lib. 6. gl. fi. in nouel. Ratio eſt, quia priuatur propter delictum & vitium ſuum: vt in c. ſuper eo. de elect. &c.

Electio ſub conditione facta an valeat, vide de elect. c. 2. lib. 6.

Electio Rectoris in eccleſia collegiata vel conuentuali pertinet ad collegium vel conuentum, niſi in fundatione aliter actum ſit, vel conſuetudo aliter ſe habeat. de iure pa. nobis. & gloſſ. de elect. c. 1.

Electio quando ſit, etiam abſentes vocandi ſunt, ſi ſine pe-

ne periculo vocari poſſunt, niſi conſuetudo ſit in contrarium, de præb. cum eccleſijs. lib. 6. & not. de offi. ord. quamuis eo. li. & vide quod no. 6. q. 1. factus. Si tamẽ fiat electio à maiori parte capituli, licet alijs nõvocatis, non propterea tamẽ eſt ipſo iure nulla, de elec. ꝙ ſicut, & no. eo. ti. quia ꝑpter. & c. auditis. & quãdoq; valẽt facta etiã à minori parte, licet alijs non vocatis, puta ſi inſtet finis tẽporis præfi. ad eligendũ: vt no. Io. An. de ele. cũ à nobis.

Electionis decretũ quam formam habere debet, vide de ele. innotuit: quæ aũt ſint de ſubſtãtia & forma electiõis, vide per Inn. Io An. & Ant. eo. tit. c. eccleſia veſtra. 2. §. deniq;. & an in dubio præſumat electio ſolenniter facta, vide ſub verbo, præſumptio. §. præſumitur quis.

Eligere an poſsit ſuſpenſus, & vtrùm ipſe poſsit eligi, vide de cle. excomunic. miniſ. c. ſi. & vide ſuper ver. ſuſpenſus §.

Eligendi facultatem habens, non poteſt ſeipſum eligere. not. per gl. & Bar. in l. planè. ff. quòd cuiuſq; vni. & in l. ſi tibi mandauero. §. ſi tibi. ff. mandati. & per gloſſ. & doct. de ele. cùm in iure.

Eligentes licet eligant indignum, vt homicidam, illegitimum, vel aliàs irregularem, non ꝑpterea deuoluit ius eligendi ad ſuperiorem ex negligentia, quia non eſt negligens qui eligit, licet malũ elegerit, niſi elegerit omninò incapacem, vt fœminam vel infantem, ſed poteſt deuolui ex malitia ſi ſcienter indignũ eligit. no. Inn. An. de conceſ. præb. cũ noſtris, in princ. ad hoc vide Ro. conſil. 262.

Electores etiam mortuo electo, qui de electione ſua litigabat, cum cæteris poſſunt in iudicio comparere ratione ſui intereſſe, & petere declarari ius eligẽdi ad eos pertinere, & Aduerſarium amouendum fore. no. Rom. conſil. 171.

Electio an ſit nulla, ſi illiteratus ad dignitatem eccleſiaſticam eligatur, vide ſub ver. epiſcopus. §. epiſcopi. & alij, &c.

Electio tractatur quando non poſſunt electores variare ſuo ſcrutinio publicato: vt in c. publicato. de ele. quod intelligitur quando in ſcrutinio intelligitur quis à maiori parte nominatus, quo caſu eſt ſibi ius quæſitum compellendi electores ad electionem de eo faciendam

dam in communi. Secus ſi in ſcrutinio nõ ſit aliqs à maiori, ſed minori vel media duntaxat parte nominatus, quo caſu cũ tali nominatione nõ ſit nominato ius quęſitum cõpellendi electores, poſſunt variare, quia nulli iniuriã faciunt ex variatione prędicta, & ſic ceſſat ratio. c. publicat. & conſequẽter ceſſat ei⁹ diſpoſitio: vt no. Io. And. in d. c publicato ſup tex. & ver. nequeũt. & in 17. q. & facit q̃d not. de ele. cũ in iure. in gl. fi. & q̃d no. Io. And. ſup ea. facit etiã q̃d no. Io. And. in d. c. public. q. 1. vbi dicit, ꝙ ante illud c. tenebãt oẽs doctores poſſe variari: cũ igitur illud c. in ratione ſui prohibeat variationẽ ſolũ in caſu, in quo electores poſſunt cõpelli ad electionem de pſona nominati faciendam, quod eſt quando fuit nominatus à maiori parte, ergo ſi fuit nominat⁹ à minori, vel à media parte, ſeruabuntur iura antiqua, quę reperiunt expreſsè correcta, & vide omninò inf. §. prox. ſeq.

Electio quando tractat, & electores diſcordant in nominatione perſonę eligendę: an vna pars poſsit ad aliã accedere, dic ꝙ de acceſſu & eius effectu poteſt quæri ad triplicẽ finem: Primò, vt ſi per acceſſum creſcat numer⁹ vſq; ad duplo maiorem partem, poſsit electio confirmari, nulla exceptione admiſſa. Secundò, vt ſi accreſcat numerus vſq; ad maiorem partem, licet non duplo maiorem, poſsit perſona electa adminiſtrare ante confirmationem. Tertiò vt ſi creſcat numerus vſq; ad maiorem partem poſsit communis electio fieri valida, quo ad primos duos fines. Certum eſt in electionibus virorum locum non habere acceſſum, quia ſi ab initio vir electus fuiſſet duplo maiori parte, tamen minor pars excipiendo & probando aliquid, quòd vota maioris partis nulla redderet, confirmationem impediret: vt in c. ſcriptũ, de elect & eo. tit. ſi quando libro 6. licet etiam vir ſi ab initio à maiori parte adminiſtrare non poteſt. de elect. qualiter eo. titul. c. auaritiæ. lib. 6. Non eſt ergo electus ante confirmationem: mirum ſi quod non poſſunt viri ab initio non poſſunt per acceſſum, in electionibus autem mulierum, licet Abbatiſſa duplo à maiori ab initio electa debeat nulla exceptione admiſſa confirmari: & ſi fuit à maiori parte, licet non duplo maiori parte electa, poſsit ante confirmationem adminiſtrare; Tamen per acceſſum ex poſt, non poteſt

hos fines & effectus conſequi: vt in c. indemnitatibus. §. ſi qua verò. de elect. lib. 6. qui tex. de his duobus effectibus loquitur: & præcedentia declarant ſequentia. l. talis ſcriptura. de leg. 1. Quo ad tertium finem ante c. publicato. poterat fieri acceſſus de minori ad maiorem, & econuerſo de minori ad mediam partẽ capituli, & econuerſo, & de pari ad parem numerum: vt not. Ioan. And. in d. c. publicato. de elect. in 1. q. Sed per c. publicato, ſtatutum eſt, quòd poſt ſcrutinium publicatum non poſſint electores, id eſt, vna pars alteri accedere & variare in præiudicium illius, qui in ſcrutinio reperitur nominatus à maiori parte, imò talis nominatus poteſt petere ꝙ electores cõpellantur electionẽ de eo facere in communi: Si ergo in ſcrutinio nullus reperiꝰ nominatus à maiori parte capituli: Sed quilibet nominatus à maiori vel media parte capituli poteſt vna pars alteri accedere, ſecundum iura antiqua, quæ hoc caſu nõ apparent immutata, & quia ceſſat ratio c. publicato, quia nullꝰ à minori parte capituli nominatus poteſt petere, ꝙ electores compellanꝰ eũ eligere in communi: Si ergo his caſibus aliquis nominatus à minori vel media parte deueniet ꝑ acceſſum ad maiorẽ partẽ capituli, ille petere poterit, ꝙ electores compellanꝰ electionem de eo facere in communi: per iura ꝓdicta, & hoc voluit Io. And. in d. c. publicato. 17. q. non ob. c. indemnitatibus. §. ſi qua verò. quia loquiꝰ de acceſſu quò ad primos duos fines & effectus duntaxat: vt prædixi, & quia cũ ille ſit tex. nouꝰ corrigens iura antiqua, ſic debet intelligi vt minus quàm poſsit, lædat & corrigat priora iura, dummodò aliquid opereꝰ. de elect. cùm expediat. lib. 6. Sed & ſi quis ꝑtinaciter diceret. d. §. ſi qua verò. indifferẽter & generaliter intelligendũ de omni fine & effectu acceſſus, ille nõ poſſit fieri etiã quo ad finẽ faciẽdi electionẽ validã, licet per acceſſum deueniaꝰ ad maiorẽ partẽ, tamen nemo negabit ꝙ ſi in tractatu electiõis qs fuit à media parte capitu li nominatus, an poſsit illi mediæ parti acceſſus fieri, quia ille §. ſi qua verò, prohibet acceſſum ad maiorem & minorem partem duntaxat: Ergo ad mediam partem poterit accedi ſecundum iura antiqua, quæ in hoc non reperiuntur correcta, & ita firmat Ioan And. in c. quorundã, de elect. lib. 6. ſuper ver. à minori, in nouell.

& idem

& idē voluit in d.§. ſi qua vero. in 1.glo. quæ licet prima facie videatur contra: cum rectè intelligenti facit pro: quia & ibi finaliter dicit iura antiqua illæſa ſeruari, quando electio fit à media parte capituli, & ſi dicas illi gl. reſponderi non poteſt, quia licet dicat, iura antiqua illo caſu manere incorrecta, tamen eodem caſu concludit mediæ parti nō poſſe acceſſum fieri, & hanc concluſionem probat per rationem, dicens, quod electio facta media parte duntaxat, nedum de religioſo,ſed de alio quocunq;,eſt ipſo iure nulla: & ſecundum iura antiqua,eo ipſo quod non eſt facta à maiori parte capituli: vt no.in c.quia propter.& in c. eccleſia noſtra. 1. & 2. de elect. ergo non poteſt per acceſſum ratificari, vt in regula noſtra firmatur. Hic aduerte quod rectè intelligi reſponſio oportet,illa gl.loquitur in electione.Nos loquimur in nominatione,quæ electionem præcedit.Fateor, q; electio eoipſo quod non fit à maiori parte eſt ipſo iure nulla,& conſequenter non poteſt per acceſſum ratificari. Sed nominatio licet non ſit facta à maiori, ſed media parte,non eſt ipſo iure nulla, ſed pendet ab euentu acceſſus.Et ſi per acceſſum creſcat, vſq; ad maiorem partem incipit valere, & ex ea poteſt ad electionem procedi,ſecundum iura antiqua: de quibus ſuprà: & vide omninò ſub verbo,nominatio,& ſuprà §.proximo.

Electio quando ſpectat ad epiſcopum & capitulum ſimul, & epiſcopus ſolus, vel etiam cum minori parte capituli eligit vnum, & maior pars capituli eligit alium, quæ electio valet. vide ſub ver. epiſcopus. §. epiſcopus eſt caput.

Electio tunc demum requirit obſeruari formam c.quia propter, quando fit de epiſcopo vel Abbate, vel principali Rectore in eccleſia collegiata. Non autem requiritur illa forma in canonicatibus & præbendis, nec in alijs dignitatibus,vel beneficijs inferioribus: vt no. gl. Compoſ.Inno.Io.An. & An.in d. c.quia propter.de elect.nec etiam requiritur illa forma in epiſcopatibus, quando electio fit per viam compromiſſi: vt no. Cal. & Anto.in c.cùm in iure. de elect.

Electio quando non requirit ſeruari formam c. quia propter, conſequenter non requirit de neceſsitate, quod fiat collatio votorum, quia illa collatio inducta eſt à forma prædicta. no. Compo. & Io. An. de elect. in gen. in ver. collatio. Nec etiam requiritur ꝙ tunc fiat cõmunis electio per vnum vicedominum: vt not. Io. And. in c. ſicut cauſa de elect. in gl. ordinaria. & idem tenet Inno. & Compoſ. in d c. in geneſi. vt refert ibi Ioan. And. apparenter, licet Cal. & Anto. contrarium ſentiãt in c. cùm in iure. de elect. Sed idem Anto. ſtat cum Inno. in d. c. geneſi.

ADDITIO.

12 †Electionis ſubſtantialia quot & quæ ſunt, vide per Domin. Abba. in d. c. quia propter. in 5. col. in me. extra de elect. vbi melius quàm alibi ordinatè inuenies.

Eligere poteſt quis vt conferatur pinguius beneficium ex pluribus ſimul vacantibus, quando habet facultatem conferendi plura beneficia vſq; ad numerum certum, & facta collatione de illo numero dempto vno, ſi vacant duo alia ſimul, quorum vnum eſt pinguius altero, poterit pinguius conferre, & illud eligere. not. gl. de præben. quamuis. 2. li. 6. ſuper deſcendentium in ſi.

Eligere an poſsit expectans alterũ ex pluribus beneficijs per eum ſimul de diuerſo tempore acceptatis, vide ſub ver. acceptatio. in principio.

*SINGVLARE.

13 †Emphyteuta ſecundus quando emit à primo de conſenſu Domini non eſt neceſſaria alia renouatio, nec ſoluitur laudemium: ita expreſſe conſuluit Ioan. de Ana. in conſi. 90. incip. quia dubium iſtud poſt pe. de Archi. conſi. 55. incip. motiua iudicis, iſtud dictum refert & ſequitur pro valde no. & perpetuò menti tenendo. Do. Iaſon in l fi. in l. fi. in 11. col. ver. ſed antequam veniam. C. de iure emphy. H. F.

Emphyteuta an poſsit dare emphyteuſim ſuam in dotem pro filia ſua. vide Roma. conſi. 198.

ADDITIO.

De hoc vide latiſsimè per do. Iaſo. de May. C. de iure emphyte. col. 152. vbi tractat, an emphyteuta poſsit dare rem emphyteuticam filiæ ſuæ in dotem, vel filio ſuo in donationem propter nuptias ſine conſenſu domini. Et an poſsit in dotem dari mulieri extraneæ. Et an frater poſsit dare rem emphyteuticã in dotem pro ſorore ſua.

* SINGVLARE.

Emphyteuta alienans partem ſuam in alium emphyteutam irrequiſito domino non cadit à iure ſuo, licet aliàs ſecus: vt not. Hippo. Marſil. ſingu. 28. incip. emphyteuta eccleſiæ poteſt donare ius ſuum emphyteuticum ſine conſenſu eccleſiæ. Ita determinat Iacob. de Sancto Geor. in autenti. qui rem. in 16. colum. ver. quid autem. C. de ſacroſanct. eccleſi. H. F.

Emphyteuſi finita per generationem finitam poſſunt deſcendentes petere, quod eis refirmetur, & ſi non refirmatur, fit eis iniuria, & poſſunt appellare ad ſuperiorem, & petere vt cogat quod eis refirmatio fiat: vt no. Bar. ff. de priuilegio creditorum. l. 1. in fi. & de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. permittitur. Opinio Bar. videtur reſtringenda ſecundum leges, in quibus ſcribit, & per quas mouetur, videlicet quando Dominus vellet alteri in emphyteuſin dare, vel quando princeps rem conceſſam certæ perſonæ non vellet ſucceſſori rei confirmare, nec ad vſus ipſius principis conuertere, ſed rem in primo ſtatu dimittere. Vbi autem Dominus non vellet alteri in emphyteuſin dare. Sed pro ſe & ſua menſa reſeruare, vel princeps rem certæ perſonæ conceſſam, non vellet ſucceſſorem illius rei confirmare, ſed ad proprios vſus ipſius principis conuertere, videtur hoc fieri poſſe, quia prius & ordinata charitas incipit à ſe, & nemini facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo, & ſic ceſſant rationes & argumenta legum dictarum. vide etiam Barto. in l. ſi mihi & Titio. de verbo. obliga.

Emptor re euicta non aget de euictione contra vẽditorem, ſi ei non denunciauit vt veniret ad defenſionem litis, licet venditor ſciuerit litem motam. no. Bar. in l. qui vxori. §. quid ergo. ff. de adul.

14 † Emptor ſi agat ad rem emptam, poteſt repelli per exceptionem precij non ſoluti. l. Iulianus. §. offerri ff de act emp quæ exceptio ſi non fuit oppoſita ante ſententiam, poteſt opponi in executione: vt no. Spec in tit. de excepti § dicto. ver. ſed pone precij. Contrarium tenet in tit de execu ſen. § fi. ver. item pone quod emptor. Si tamen emptor non confidit de venditore, poteſt preciũ deponere penes perſonam idoneam, quod ſufficit ſecundum Bar. in l. ſi ſoluturus ff. de ſolu. Sed glo. tenet in d. §. offerri. quod debet precium dare, & ita tenet Azo. in ſumma de act. empt. ad fi. per iura quæ ibi allegantur.

15 † Epiſcopus non poteſt committere alteri, quàm vicario ſuo generalem poteſtatem conferendi beneficia vacatura. not. Roma. conſi. 480. vide ſuper verbo,

Capitulum §.
Diſpenſatio §.
Dignitas §.
Electio §.
Statutum §.

Epiſcopus licet ex conſuetudine vel priuilegio habeat collationem certi beneficij ſiti in diœceſi alterius epiſcopi, non poteſt tamen reſignationem eiuſdem beneficij recipere à volente illud permutare, & ſic licet ad eum pertineat collatio, tamen non inſtitutio, nec deſtitutio. no. Ro. conſi. 508.

Epiſcopus licet ſit extra diœceſin, poteſt beneficia ſuæ diœceſis conferre. de præben. ſtatutum. li. 6. & ibi not. glo. penul. & probatur in c. poſt electionem. de conceſ præben. & ibi not. per Io. And. ſuper ver. mandatis. In contrarium facit, quia conferre beneficia eſt iuriſdictionis: vt not. infrà ſuper ver. iuriſdictio. §. iuriſdictiona-

ctionalis actus, & illa quæ ſunt iuriſdictionis, non poteſt epiſcopus facere extra ſuam diœceſin: vt not. infrà §. proximo.

Epiſcopus etiam extra ſuam diœceſin poteſt in põtificalibus celebrare & prædicare etiam ſine licentia diœceſani loci, ſecundum Hoſt quod approbat conſuetudo, licet Inno. contra. ſed illa quæ ſunt iuriſdictionis vel officij, ſicut eſt chriſmare, degradare, ordinare, & ſimilia facere, non poteſt epiſcopus extra ſuam diœceſin ſine licentia diœceſani loci, ſed cum licentia ſic: vt not. glo. in clemen. ſi. de priuile. ſuper ver. eiuſdem, &c.

Epiſcopus habet regulariter diſponere & conferre omnia beneficia in ſua diœceſi exiſtentia. no. Roma. conſi. 429.

ADDITIO.

Epiſcopus an habeat diſpoſitionem eccleſiarum, quæ ſubſunt plebibus, vel alijs eccleſijs inferioribus. vide per do. Feli. in c. cũ venerabilis. col. 7. prope finem. de excep. vbi habes ampliationes cum limitationibus pluribus, in verſi. Eſt enim regulare quod prouiſio.

Epiſcopus fundat intentum ſuum de iure communi in ſubiectione eccleſiarum ſituatarum in ſua diœceſi, & eodem modo Archiepiſcopus in ſitis in ſua prouincia, quo ad Archiepiſcopalem poteſtatem, & in ſitis in eius diœceſi, quo ad epiſcopalem. not. Anto. de cau. poſ. c. fina. & in 1. col.

Epiſcopus probat ſubiectionem eccleſiæ per duo ſigna. Primo ex eo quod conſtat prælatum accedere ad ſynodum epiſcopi. Secundò ex eo quod præſtat ſibi cenſum. Sed aduerte quia non ſufficit probare cenſum ſolutum, niſi probetur ſolutum in ſignum ſubiectionis: vt no. eo. c. 2. col. quod eſt verum, quo ad vniuerſalem ſubiectionem, ſed quo ad ſubiectionem reſpectu ipſius cenſus ſoluendi, ſufficit probare ipſius cenſus ſolutionem: vt no. in eo. c. 21. col. ver. nunc autem reſtat.

Epiſcopus non poteſt aliquem ſibi non ſubiectum ordinare ſine licentia ſui epiſcopi. de tempo. ordi. c. fi. lib. 6.

Epiſco-

Epiſcopus non poteſt habere eccleſiam cathedralem cum præpoſitura.no. Anto. de iudi.cauſam.

Epiſcopus non poteſt concedere indulgentiam celebrandi, & celebrare faciendi ſuper altari portatili. vide ſuper ver. miſſa.

Epiſcopus cum conſenſu capituli poteſt ex iuſta cauſa rem vnius eccleſiæ alteri eccleſiæ concedere ad tempus,& etiam perpetuò alteri eccleſiæ:vt nó.Io.And. de reſcrip. ſi propter.li. 6. in nouella. ſuper verbo,eccleſiæ tuæ fabricæ. & idem no. de reb. ec. non alie.dudum. lib.6.in gl.iuſta.vide Bar. & notata de re.do. conſti.

Epiſcopus poteſt cum conſenſu capituli vnire, & diuidere eccleſias, & perpetuam ſubtractionem vni eccleſiæ facere,& alteri dare. no.Fred. in tracta. permu. q. 24. ſine conſenſu capituli non poteſt, vt probatur 16. q. 1.præcipimus.§. ſicut. & no. Arch. ea. q. 1. & c. temporis qualitas.& Hoſti. in ſumma de his,quæ fiunt à prælatis. §.1.verſi.nec.& Ioan.And.in cle.ne in agro.§.ad hæc, in ver.aſſenſu,de ſta.mo.in cle.ſi vna,de re. eccle. non alie. in verſi. conſentire. nec poteſt epiſcopus præſcribere, quod ſine conſenſu capituli poſsit vnire: vt ibi dicit Ioan. And.

Epiſcopus poteſt parochialem eccleſiam vnire epiſcopali,vel alteri dignitati ex cauſa rationabili.not.Roma.conſi.118.Tu dic quod epiſcopus etiam cum conſenſu capituli nō poteſt aliquod beneficium vnire, vel dare menſæ ſuæ epiſcopali, nec menſæ capitulari coniunctim nec diuiſim: vt not.glo. de re. ec. non alie. in cle. 2. ſuper verbo,menſæ. niſi eſſet beneficium de menſa epiſcopali,quia illud poterit dare cap.auctoritate ſua. licet tutius ſit, quod fiat auctoritate ſuperioris: vt not. glo. ſuper ea.cle. ſuper verbo,eccleſiam. Sed ſingulari præbendæ etiam maioris eccleſiæ poteſt epiſcopus cum cōſenſu capituli aliam vnire eccleſiam: ſed ſine conſenſu capituli nō poteſt vnire, nec dare vnam eccleſiam alteri: vt not.glo.in ea. cle. ſuper verbo,conſcientiæ.

Epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt quem beneficio priuare: vt no.de conſue.c.2.lib. 6. & de exceſ. præla.c.1. Hoc verum quando procedit ordine iudiciario: aliàs ſecus, vt quando clericus citatur & monetur, vt reſideat, vel vt titulum ſui beneficij oſtendat, vt colligitur

ligitur ex notatis per Ioan. And. in addi. Specu. ſuper rubrica. de cle. non reſiden. vide infrà §. epiſcopus poteſt clericum.

Epiſcopus etiam in ſpectantibus ad eum non iure proprio, ſed deuoluto habet requirere concilium capituli. no. Ant. de elect. ne pro defectu, quod eſt verum de honeſtate, non de neceſsitate: vt no. ibidem per eum, & per glo. & vide quod no. eo. ti. cùm in cunctis.

Epiſcopus an poſsit facere ſtatuta cōtra ius, etiam de conſenſu capituli. vide ſub verſi. ſtatutum. §. ſtatutū contra ius commune.

Epiſcopus an ea quæ facit, præſumatur in dubio facere de conſenſu capituli, vide ſuper ver. prælatus. §. prælatus præſumitur.

Epiſcopo quando incipiat currere ſemeſtre ad cōferendum beneficium ad eum deuolutum per negligentiā patroni nō præſentantis. vide ſub ver. patronus.

Epiſcopo ad quem primo, & ei, ad quem ſecundo, pertinet collatio beneficij, currit tempus ſemeſtre conferendi à notitia verà, & qui eam allegat, illam probet, quia ignorantia præſumitur ſecundum Inno. tamē ratio concludit quod Archiepiſcōpo, quia ſingulis annis tenetur celebrare concilium prouinciale, & inueſtigare ſtatū eccleſiarū ſuæ ꝓuinciæ, currit tempus à die deuolutionis. Non attento ꝙ dicat illum ignoraſſe. Si tamen probabilem ignorantiam allegaret, ſtetur de hoc ipſius iuramento. ſed Io. An. dicit hoc relinqui arbitrio iudicis conſiderata qualitate beneficij, & modo vacationis, & loci diſtantia & fama. no. Ro. conſi. 263.

Epiſcopus debet eligi intra tres menſes à die vacationis, & intra alios tres menſes à die electionis ſuæ debet confirmationē petere, aliàs caſſatur electio, & intra alios tres menſes à die pacificæ poſſeſsionis adeptæ, debet conſecrationē petere, ꝙ ſiue fecerit ſiue non, priuatur ipſo iure prioribus beneficijs dicto trimeſtri elapſo. no. de ele. cū in cunctis. & eo. ti. c. cōmiſſa. li. 6. & niſi intra illud trimeſtre iuſto impedimēto ceſſante ſe fecerit conſecrari, priuatur epiſcopatu, & ſic in effectu ad cōſecratio. dātur ſex Menſes, vt eſt tex. de trans. inter corporalia. licet in c. quomodo qdē. eo. ti. dicatur ꝙ 5. Menſib⁹ tantùm

tantum.vide glo.de ele.ſi electiō.li. 6. in gl. pē. & priuatio prædicta non ſit per ſententiam, ſed ipſo iure, vt in d. c. quomodo quidem. nec requiritur quod præcedat monitio, ſed ſufficit ſolùm lapſus temporis ad hanc priuationem. d. c. cùm in cunctis. & hoc no. ibidem per Compoſ.Io.And.hoc vide quod not. Innoc. & Io. An. de præbend.c.extirpandæ. & per Anto. in d.c.cunctis.

Epiſcopus poſtquam eſt cōſecratus non poteſt deponi,nec ab adminiſtratione vel epiſcopatu remoueri, niſi per ſolum Papam, vel habentem ab eo mandatū, ſed excommunicari, ſuſpendi, & interdici poteſt per Archiepiſcopum, & per eius Officialem Archiepiſcopo abſente.nō.Ant.de iud. c.1.ver. oppo.5.vbi plenè videas per quōs contra epiſcopum procedi poſsit, &c.

Epiſcopi appellatione in materia iuriſdictionali comprehenditur electus confirmatus: ſed in materia proportionali vel indifferenti comprehenditur ſolus conſecratus:vt no.Ant.de iu. at ſi clerici. §. de adul.ver. 2. ex parte perſonæ. de quibus autem cognoſcere poſſit electus & confirmatus, nondum conſecratus, vide An. eo ver. venio ad declarandum. ſed Rota ſimpliciter dicit quod ille,qui non eſt conſecratus,non dicitur,nec eſt epiſcopus, nec tenetur pro epiſcopo ſcribi, licet ſit electus & confirmatus.not.Ro.conſi. 432.

Epiſcopi & alij, qui ad dignitates eliguntur vel promouentur,debent eſſe literati:aliàs priuantur & remouentur.de ætate & qualita.c.ſi.& de elect. ſi fortè. li.6.& vide quod no.docto de elect. cùm in cunctis. in prin. & defectus ſcientiæ reddit electionem nullam, & poteſt pronunciari nulla probato defectu, non tamen ſufficit contumacia ſine probatione,ſi citatus vt veniat ad ſubeundum examen,non veniat:vt no.Lap.in c. ſi fortè.

ADDITIO.

An vitium illiteraturæ ſit per Papam diſpenſabile, maximè in epiſcopo. Et an ſit defectus inductus à iure diuino in clericis.Et quod defectus illiteraturæ non vitiat electionem Papæ,vide per do.Fel.in c.ſi quando.10. col. de reſcri.

Epiſco-

Epiſcopi & Archiepiſcopi non debent à clericis exactiones indebitas facere: aliàs puniuntur, de exceſ. præla. c. 1. ſed debent procurationes & debita ſubſidia exigere: de cenſi. cùm apoſtolus. & debitum eſt, quando epiſcopus vadit ad Papam vel regem, vel ad ſynodum, vel quando facit expenſas pro communibus negocijs diœceſis, ſecundum Inno. & no. Io. An. de ſta. mo. c. 1. Item vbicunque indigeret ſine culpa ſua: vt no. Io. An. in d. c. cum apoſtolus. vide Io. An. de iud. ad liberandū, &c.

Epiſcopus & ſuperiores prælati habent merum & mixtum imperium, & quæ ſunt meri imperij, vide Ro. conſi. 416.

Epiſcopus, & inferior epiſcopo, an poſsint abſoluere ab excommunicatione, vide infrà excommunicatus. §. excommunicatum poteſt.

Epiſcopus an eo ipſo quod eſt epiſcopus habeat ius canoniæ annexum. no. gl. de conceſ. præben. poſtulaſtis. Ille tamen canonicatus non requirit præbendā, quia ſatis præbendatus eſt de menſa ſua: niſi conſuetudo aliter ſe habeat: vt no. Io. And. ſuper d. glo. & vide aliam optimam glo. melius declarantem. in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ordi. licet Hoſti. dixerit quod epiſcopus non poteſt eſſe canonicus, quia idem non poteſt eſſe filius & pater. quod Io. An. reprobat. de præben. cùm in eccleſia. li. 6. in nouel. & vide illum tex.

Epiſcopus eſt caput capituli, & canonici ſiue capitulum ſunt membra, & faciunt vnum corpus, & vbi in electione vel collatione diſcordat epiſcopus cum capitulo, ſtatur diffinitioni epiſcopi, ſi habet vocem in capitulo, vt prælatus, niſi aliud rationale obſtet. Si habet vocem, vt canonicus ſtatur diffinitioni ſanioris partis capituli, niſi aliquid rationale obijciatur: vt not. Io. An. in c. 1. de exceſ. præla. Alibi dicit etiam hoc caſu ſtari diffinitioni epiſcopi, niſi recuſetur vt ſuſpectus: vt not. Io. An. de conceſ. præben. poſtulaſti. ſuper ver. nobiſcū. & quod dixi ſtari diffinitioni ſanioris partis capituli, quando epiſcopus habet vocem in capitulo, vt canonicus, dicit illam cenſeri ſaniorem partem, quæ cum epiſcopo cōcordat, licet ſit minor numero, niſi alia pars numero maior aliquid notabile opponat: vt no. Io. An. ſecundū Hoſt. de his quæ fiunt à præla. quanto. ſuper hoc

vide quod pulchrè not. Anto. de conceſ. præben. poſtu-laſti. vbi concludit, quod ſi epiſcopus habet vocem vt prælatus, & in capitulo ſunt viginti canonici, non valet quod facit epiſcopus cum decem, quia non debet ſecũ trahere maiorẽ partẽ capituli, ſecus ſi vocẽ habet vt canonicus. Idẽ tenet Compo. in c. cum eccleſia Vulterana. de elec. idẽ Arch. 21. q. 1. in prin. & idẽ Io. An. in c. 1. ne ſe. vacan. lib. 6. ſuper ver. aſſenſu. & ex his reprobatur opinio Hoſt. recitata per Io. An. in locis prææallegatis, in quibus concludit, vocem epiſcopi facere maiorem partem capituli, cui adhæret, & pro qua diffinit præualere, quod falſum eſt: & eam probant doctores præfati, & Fred. de Sen. conſi. 232. qui etiam tenet non valere, quod facit maior pars capituli epiſcopo contradicente, qui debet vt prælatus intereſſe. Sed contrarium ſentit in hoc Io. An. in c. à collatione. de appel. li. 6. in nouel. dicens quod ſecundum hoc nunquam eſſet dare maiorem partem epiſcopo contradicente: & ſic poſſet epiſcopus ſemper etiam ſolus electiones & collationes impedire, quod eſſet abſurdum. & iura debent ſic intelligi, quod non ſonant in abſurdum, &c.

Epiſcopus in dubio præſumitur eſſe in capitulo, vt prælatus, non vt canonicus, & per quos actus appareat eum ibi ſtare vt prælatum, vel vt canonicum. vide glo. de appella. collatione, lib. 6. & ne ſede vacan. c. 1. eo. li. & tex. in c. ſtatuimus, de maiori. & obedien. Sed qualitercunque ſit in capitulo, non habet niſi vnam vocem, vt plenè diſputat Io. An. in d. c. à collatione, in nouella.

Epiſcopus ſi prouidet de beneficio autoritate iuris, quod ei nõ cõpetit, an valeat ſi ei ex autoritate alterius iuris ex alio capite ius competebat. vide ſuper ver. prouiſio. §. prouiſio facta.

* SINGVLARE.

Epiſcopus qui mandauit quod vni conferretur beneficium, non poteſt variare etiam re integra. iſtud eſt no. verbum Do. de Rota, in antiquis deciſionibus. deci. 29. quod pro no. refert & ſequitur Fel. in c. cùm olim. col. 3. ver. ex his intulit. de re iudi. & an epiſcopo nõ ſeruanti canones poſſint impunè nõ parere. vide Lud. Roma. ſing. 494. incip. curialis de Florentia. H. F.

Epiſco-

Epiſcopus non poteſt eſſe procurator alterius, niſi in cauſa amici epiſcopatus eccleſiæ ſuæ: vt not. Inno. & An. in c. cùm Bertoldus. & c. cùm I. & A. de re iudi.

Epiſcopus non conſecratus licet electus & confirmatus an poſsit cauſas criminales cognoſcere & diffinire, vide ſub ver. vicarius. §. vicarius epiſcopi.

Epiſcopus non conſecratus non poteſt exercere illa, quæ ſunt ordinis: vt no. Hoſti. Compoſt. & Io. An. de elec. tranſmiſſam. & Archid. 26. diſt. peruenit.

Epiſcopus poteſt facere ſtatutum cõtra antiquam conſuetudinem eccleſiæ, ſed non contra ius commune, licet populi ſeculares etiam contra ius cõmune ſtatuere poſsint, & rationem differentiæ ponit An. de conſti. cum M. 7. col ver. no. quod canonici. vide quo ad epiſcopum. q̃ no. ſub ver. ſtatutũ. §. ſtatutum contra ius cõmune. & vide ſup. ver. canonicos. § canonici, an & quando.

Epiſcopus ſolus fundat intentum ſuum de iure cõmuni ſuper iuriſdictione puniendi exceſſus in ſua diœceſi: excluſo quolibet alio prælato inferiore: & ſi inferior talem iuriſdictionem habeat, habet ex cõſuetudine: vt no. Ant. de foro compe. cùm contingat. in quarto notabili. idem no. gl. in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ordina. quid dictum eſt de caſibus criminalibus, idem eſt in matrimonialibus, vt eſt tex. in c. accedentibus. de exceſ. præla. & idem in omnibus dignitatem epiſcopalẽ concernentibus: quorũ aliqua ibi exprimuntur, & aliqua ſupplentur per Io. An. ibi in nouella. ſcias tamen quod conſuetudo non poteſt iuriſdictionem dare inferioribus ab epiſcopo deponendi clericos: vt no Io. An. in c. cùm contingat, ad fi. & idem tenet Anto. ibidem.

Epiſcopus poteſt de iure cõmuni iuriſdictionẽ exercere in tota ſua diœceſi, etiam in cauſis, in quibus inferiores p̄lati habeant ordinariã iuriſdictionem: & inter epiſcopum & alios inferiores eſt locus præuentioni: & ſi non conſtat quis præuenerit, præfertur epiſcopus ratione maioritatis. notat Io. And. in c. paſtoralis ſuper 1. glo. de offi. ordi. & Ant. in c. cùm contingat. de foro competen. ex conſuetudine tamen poſſet inferior ſolus excluſo epiſcopo iuriſdictionem habere in certo loco: vt not. Ioan. And. in c. cùm epiſcopus. de offi ordi. lib. 6. in nouella. & Anto. in d. cùm contingat. 6. colum.

Epiſcopi debent creari & deputari in ciuitatibus non in caſtris:vt patet in c.1 de priuileg. & debet deputari in ciuitatibus honorabilibus, & non in paruis: vt patet 80 diſtin.epiſcopi.

Epiſcopus poteſt clericum beneficio priuare, ſi monitus non oſtendit titulum beneficij: vt notat Ioannes And.in addi.Specu.ſuper rubrica. de cleri. non reſiden. quod intellige in beneficio recenti, ſecus in vetuſto, in quo ſufficit clericum iurare ſe habuiſſe titulum ab illo qui dare potuit: vt notat Hoſtienſis, de ſimonia. licet Helias & Fredericus de Senis, conſilio 234. vide ſuprà epiſcopus ſine conſenſu.

ADDITIO.

An autem epiſcopus poſsit priuare beneficio, vel deponere ab ordine alicui collato per Papam, vide in capella Tholoſana.q. 293. & ibi in additione.

Epiſcopus non poteſt legitimare filium illegitimum.Sed poteſt diſpenſare contra illegitimitatem, habilitando eum:vt no.Anto.in c.per venerabilem.qui filij ſint legiti.in 22.col.ver.nunquid autem poſsit, &c.

Epiſcopus non poteſt præſcribere, quod etiam in caſu licito poſsit rem eccleſiæ alienare ſine conſenſu capituli:vt no. Ioan.An. in clemen. ſi vna. in ver. conſentiente. de rebus eccle. non alie. & hoc probat tex. & ibi no.Innocen. de re iudi. cùm cauſam. & de appella. Romana.ad finem.ſuper glo. præſcripta. li.6.in nouella.

ADDITIO.

Epiſcopus autem an poſsit rem eccleſiæ, quam reperit eſſe de menſa ſua, infeudare ſine conſenſu Papæ, vide per Dom.Gui.Papæ. q. 153.

Epiſtola,vide ſuper verſi. abſens.§.1.&c.

Aequipollens,vide ſub ver.indefinita.

16 †Aequitas quando præferatur rigori,vel ecõtra,vide Ro.conſi.25. aliàs 311.

* ADDITIO.

Aequitatẽ ante oculos debet habere iudex. l. quod ſi Ephe-

ſi Epheſi.ff.de eo ꝙ cer. lo. licet quandoq; non ſeruet æquitatem oculo ipſius iudicis caligante. iſta eſt glo. aurea, quam exclamat Bal. in l.inter filios. C.de fami. hercif. H.F.

Aequitas non ſcripta nō eſt ſeruanda per iudicem, vt in c.quamuis rigor.de appel.& not.Roma.conſi. 406.

17 ¶Error in nomine eius, contra quem fit executio citationis, vel alterius actus, non vitiat actum ſi de perſona conſtat per alias circumſtantias.& idem ſi fuit nominis error in reſcripto. not. Roma. conſi. 129. & idem not. Inno. in c. ſignificante. de reſcrip. & probatur per tex.C.de teſta.l. ſi nomine. & Inſtit. de lega. §. ſi quis. in nomine.& vide Bal.in d.l.ſi in nomine.& C. de hæredi.inſti.l.fi.& Inno.& Io.And.& Ant.in d.c.ſignificante. & per Hoſt. pleniſsimè in ſumma, de reſcrip. præſentatio.§.ratione autem.ver.quid de dubitante, & quod ibi not.Ioan.And. in addi. Specu.

Error iuris excuſat quando propter varias opiniones doctorum eſt dubium iuris probabile. not. Ant. de poſtu.præla.c.1.in fi.& vide ſub ver.ſententia. §. ſententia lata expreſſo iuris errore.

Error ſi eſt commiſſus per procuratorem in dandis poſitionibus per iuramentum poteſt corrigi per principalem ſine expreſſa reuocatione erroris. Sed principalem poſitionem ab eo datam per iuramentum reuocare non poteſt.not.Ro. conſi. 60. quod intellige niſi allegaret errorem maximè in facto alieno, quem vult ꝓbare & reuocari iuxta not.in c. cùm in poſitionibus, de iureiur.li.6.quod alleg.dicta deciſio, ideò ſecundum iura, quæ allegat, debet intelligi.

Errorem ſuum poteſt procurator reuocare, & cōtrarios articulos ſiue contrariam materiam dare, etiam ſi primam materiam dederit per iuramentum, licet de errore ſuo non doceat aliter, quàm per iuramentū ſuper errore præſtitum : quod procedit magis de ſtylo, quàm de iure, & hæc vera in cauſis beneficialibus & matrimonialibus. In prophanis autem non poteſt reuocare quod cum iuramento dedit: aliàs ſic: not. Roma. conſi. 269.

ADDITIO.

Error autem ſi reperiatur in inſtrumento: an producens tale inſtrumentum poſsit petere, talem errorẽ corrigi. vide per Do. Guid. Papæ. q. 131.

Error communis habetur pro veritate in iuriſdictione ordinaria, ſecus in deleg. in qua non ſufficit probatio cõmunis reputationis. not. Inno. de reſc. cũ dilecta quod limita ꝙ error ſiue vitium eſt circa commiſsionem delegantis, qui eſt actus priuatus: ſecus ſi vitium ſiue error eſſet in perſona delegati. per tex. c. ad probandum. de re iudi. vt no. Ant. in d. c. cum dilecta. vide omnino Cal. in c. ad probandum. cuius dicta ponuntur ſub ver. excommunicatio. §. excommunicatus non poteſt eſſe iudex.

Error confeſsionis licet poſsit reuocari vſq; ad ſententiam, tamen ſecus ſi allegetur error in ſcriptura inſtrumenti producti. no. Inno. de cenſi. cum olim, ad fi. & Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſ. & vide omnino infrà §. error tacitæ. quod limita, quo ad verba diſpoſitiua inſtrumento contenta, nõ quo ad narratiua, quia cõfeſsio quæ inſurgit ex ꝓduct. inſtrumenti, non trahitur ad ea quæ inſtrumentũ non ꝓbant: vt not. Bar. in l. poſt delegatum. in prin. ff. de his qui. vt indi. & ita ſentit Ro. conſi. 264. Sed verba narratiua nõ probant niſi inter contrahentes, ergo, &c. Propterea dicit Anto. quod producens inſtrumentum poteſt poſtea dicere illud nõ ſolenne, & non facere fidem, vt in c. cũ venerabilis. de excep. 5. col. ver. oppo. ꝙ contra. & prædicta procedunt in confeſsione tacita, quæ inſurgit ex productione prædicta: ſecus ſi pars expreſſe confiteatur dando articulos de cõtentis in inſtrumento: quia tunc narratiua inſtrumenti ſunt redacta in diſpoſitiua per expreſſam confeſsionem: & tunc illa confeſsio concordans cũ inſtrumento reuocari non poteſt, nec admittitur pars ad ꝓbandum contrarium, & probat confeſsio ſub cõmemoratione inſtrumenti facta: licet inſtrumentum de ſe in verbis narratiuis, vel etiam alijs non probaret, & hoc voluit Innoc. in d. c. cùm venerabilis. in glo. non eſt verum. ver. ſed confiteatur: licet Barto. in d. l. poſt legatum, dicat ꝙ poteſt probare contrarium. Sed loquitur quando in-

do inſtrumentum eſt de ſe nullum. Adde quod articulus datus per modum obiecti non poteſt reuocari. tex. no. de elect. ab eo. li. 6. & vide omnino ſub verbo, producens.§. producens inſtrumentũ. & vide omnino ſub verbo, confeſsio.§. confeſsio indeliberatè. & §. confeſsio perſuaſione.

Error cõmunis non iuuat, nec pro veritate habetur, quando ſententia publicè lata eſt cum errore ſine communi opinione contraria: quia talis cõmunis opinio non eſt probabilis. Idem ſi communis opinio eſt ꝓbabilis, & ille qui vult ſe ex communi opinione iuuare, debet ſcire veritatem eſſe contra opinionem communem: vt not. Cal. de re iudicata. ad probandum. & Anto. de præben. dilectus. 2. penulti. col. in fi.

ADDITIO.

Error communis non prodeſt ſcienti huiuſmodi errorem. per do. Feli. in c. ad probandum. de re iudi. col. pe. in ver. dicendum in foro conſcientiæ.

Error iuris vel facti qualiter probetur, vide Barto. in l. non fatetur. ff. de confeſ. & ſub ver. ignorantia. in prin.

Error communis an faciat geſta valere, vide Inno. de offi. deleg. cùm ſuper. de elect. cùm dilectus. & c. nihil. vbi plenius loquitur. & ibidem vide Compoſt. Io. And. & Anto.

Error etiam in facto proprio toleratur, vbi agitur de damno vitando. l. ſed ſi me præſenti. in prin. §. cùm inter. ff. de condi. indebi. & l. ſi tibi liberum. ff. de act. empt. & not. per Bart. & Bal. in d. l. ſed ſi me præſente. & per Dy. & Io. An. in nouel. in regula ignorantia. lib. 6. & talis error probatur eo ipſo, quod probatur rem aliter ſe habere: vt not. glo. in l. cum indebito. in princ. ff. de proba. & eſt tex. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. igno. & no. Bar. & Bal. in d. l. ſed ſi me præſente. & prædicta ſunt vera in errore adhibito extra iudicium. idem ſi adhibetur in iudicio circa præparatoria, ſed ſi circa deciſoria tunc non præſumitur error, licet probetur rem ſe habere aliter, niſi probentur aliæ circumſtantiæ, ex quibus error præſumitur: vt no. in l. non fatetur. ff. de confeſsis. ver. ſed quæro, qualiter.

Error iuris toleratur, vbi agitur de damno vitando. l. iuris ignorantia. 2. ff. de iur. & fact. igno. & not. Bar. & Bald. in l. 2. C. quod met. cau. Item Dy. & Io. in nouel. in regula ignorantia. li. 6. & probatur talis error ex qualitate facti & perſonarum, puta ſi dicens ſe erraſſe, erat groſſus, & illiteratus: vt not. Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſsis. vel ſi in negocio, in quo erratur, erant variæ opiniones doctorum: vt no. Io. An. in c. 1. de poſtu. in nouella. in fi. Prædicta limita in errore iuris adhibito extra iudicium, ſecus ſi in iudicio adhibetur, quia ille reuocari non poteſt: vt not. Bart. in d. l. non fatetur. ff. de confeſsis. ver. formo vnam quæſtionem.

Error iuris an impediat præſcriptionem, vide ſub ver. præſcriptio. §. præſcribere volenti.

Error tacitæ confeſsionis ſurgens ex productione inſtrumenti, non poteſt reuocari, nec admittitur quis ad probandum talem errorem, ſecus in confeſsione ſimplici abſtracta ab inſtrumento: quia primo caſu producens inſtrumentum, potuit & debuit antequam p̄duceret, deliberare an ſibi expediret, producere: ſed ſæpe ex improuiſo & indeliberatè emanat confeſsio, quia memoria labilis eſt. Item plus eſt habere tacitam confeſsionem, & inſtrumenti probationem, quàm confeſsionem tantùm, & ita no. Inno. & Ioan. And. de cenſi. cùm olim. in fin. Prædicta limita quando probando errorem reprobatur inſtrumentum directè, ſecus ſi indirectè, puta, produxi inſtrumentum, in quo apparet me debitorem in decem, producendo confiteor tacitè, quod ſum debitor, volo probare quod ſolui, vel quod feci pactum de non petendo, & conſequenter quod nõ ſum debitor in effectu, debeo admitti, quia iſta probatio non repugnat veritati inſtrumenti. & ita not. Anto. in d. c. cùm olim. Ex prædictis apparet, quod illi, qui p̄dictam Theoricã Inn. concludunt p̄ confeſsionem deductam in inſtrumentis, vel aliam ſcripturam reuocari nõ poſſe ratione alicuius erroris; non benè allegant: quia Inno. hoc non dicit, ſed benè dicit, quod confeſsio tacita, quæ ſurgit ex productione inſtrumenti, non reuocatur, quia duo concurrunt, ſ. confeſsio, & inſtrumentũ. Sec⁹ eſt ergo vbi eſt alterum tantùm ſecundũ eum: ideò

ſi Adver-

ſi Aduerſarius produceret inſtrumentum, in quo contineretur confeſsio mea, poſſum illam confeſsionem reuocare ratione erroris, perinde ac ſi de illa nulla fuiſſet ſcriptura confecta. Item prædicta limita in producente ſcripturam ſiue inſtrumentum, quæ vel quod de ſe plenam facit probationem; Secus in producente ſcripturam, quæ datur vt contenta in ea aliunde probentur, vt patet in producente articulum vel poſitionem, nam ratione erroris poteſt talis poſitio & articulus reuocari: vt not. Ioan. And. in c. cùm in poſitionibus. de iureiur. lib. 6. ſuper verſic. iuſta cauſa. & vide ſuprà §. error confeſsionis.

18 †Et, iſta dictio eſt amplificatiua: vt no. in l. cum antiquioribus. C. de iure deli. & propria natura illius dictionis eſt diuerſa coniungere, quanquam tamen copulatiua ponitur pro diſiunctiua, ſed impropriè, & quando ponitur inter duo adiectiua, non requiritin eodem ſubiecto concurſum vtriuſq; , ſed verificatur in altero tantùm: vt not. Io. And. in d. c. pe. de vita & hone. cle. & in cle. in pleriſq; de elect. & de natura huius dictionis, vide plenè per Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrùm. ff. de rebus du. vbi pleniſsimè loquitur, & vide omninò per eum, in l. 1. ff. de pact. &c.

* SINGVLARE.

19 †Copulatiuæ natura eſt potius ampliare quàm reſtringere: vt eſt text. ſingularis. in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. ita not. Phil. Corn. conſil. 104. incip. licet in hac conſultatione. col. pe. ver. attento etiam. in 1. vol. & vide per Bald. & Doct. in l. gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſt. & per Modernos, in c. 2. de reſcrip. H. F.

Etcætera, hoc verbum denotat temporis continuationem. not. Rom. conſil. 27. &c.

Etſi, hoc verbum licet communiter ſignificet aduerſatiuè pro quamuis, vt patet de præbend. dudum lib. 6. & de inſtit. c. 1. eo. lib. & de iureiuran. c. 1. eo. lib. tamen quandoq; ponitur conditionaliter ad commodũ proferentis. not. Ant. de exce. cum venerabilis. 2. col. verſic. not. 2. & iſta copula quandoq; non coniungit: vt l. ſi ita quis hæredes. ff. de hæred. inſt. quam legem nota benè.

Aetas, vide ſub ver. annus.

ADDITIO.

Aetas qualis requiritur in quolibet beneficio obtinendo, vide per dom. Abba. in c. ſuper inordinata, de præbend.& digni.

Euidens & euidentiſsima probatio quæ dicatur, vide ſub verbo, probatio. §. probatio indubitata.

20 †Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. de priuileg ſi Papa. li.6. ff. de priuil.l. nam quod liquidè. in fin. & not. Rom. conſil. 326. vide ſub ver. articulus. §. articulus.

Exceptio licet firmat regulam, tamen nunquam ampliat eam. not. Bar. ff. de vſu lega. l. generali §. vxor. & de fundo inſtructo. §. quicquid. & §. deniq;. & ſimile dicit Zab. in clemen. 1. de præben. & Pet. de Ancha. in c. licet. de offic. vicar. lib.6. licet Lapus ibi dicat contrarium in vltima quæſtione.

Exceptio licet debeat ſpecialiter opponi, tamẽ quicquid deducitur ad iudicium per reum, licet non dicat quòd excipiendo deducatur, tamen in vim excipiendi intelligitur, & præſumitur eſſe deductum. no. Ro. conſ. 325. licet autem non ſit neceſſe ꝙ exceptio ſpecificè & in forma opponatur, ſed ſufficit factum narrare ex quo ſurgit exceptio, tamen ſi opponatur, & ineptè, excipiẽs ſuccumbit. no. Bar. in l. 1. §. labeo. & de flumi. & in l. 1. ff. de excep. & Cy. in l. demum. C. de rei vend. exceptio dubia quæ poteſt concludere & nõ concludere, debet admitti, cùm poſtea in proceſſu poſsit detegi & declarari. no. gl. de procura. ex inſinuatione. & Ant. de reſtitu. ſpolia. in literis. in 13. col. ver. ex his deciditur.

Exceptio ſpoliationis facta per tertium, licet poſsit opponi executioni, tamen nõ proceſſui nec diffinitioni. not. Ro. conſil. 436. & not. Ant. de reſt. ſpol. in literis. 9. col. ver. oppo. quòd agenti.

Exceptio ſpoliationis facta ab alio, quàm ab actore qui non mandauit, nec ratum habuit, non poteſt opponi niſi in criminalibus cauſis, vel niſi ſpoliatio includat inopiam. not. Rom. conſil. 436. & not. Ant. de reſtit. ſpol. in literis 8. col. ver. oppo. quòd agenti.

Exceptio ſpoliationis rerum priuatarum non poteſt opponi

opponi contra agentem ſuper eccleſiaſticis nec econuerſo. not. Rom. conſil. 436.

Exceptio aliqua an poſsit opponi contra executionem gratiæ, id eſt, cõtra inductionem in poſſeſsionem, vide ſub ver. executio.

Exceptio banni vel excommunicationis, quæ ob. cedenti, an obſtet ceſsionario, vide per Io. And. de iure pa. c. 1. lib. 6. in nouel. ſuper glo. penul.

ADDITIO.

Et an bannitus prohibitus audiri agẽdo, & excipiendo poſ. it opponere exceptionem excludentem intentionem actoris, vide per do. Feli. in rubri. de excep. in 3. col. ver. item bannitus, vbi tenet quòd ſic.

Exceptiones vel etiam nullitates ſi reijciuntur per reſcriptum vel conſtitutionem, intelligatur etiam de peremptorijs & de nullitatibus, etiam ex defectu iuriſdictionis procedentibus, vide ſuper ver. reſcriptum. §. reſcriptum per quod. & ſuper ver. lex. §. lex. ſiue conſtitutio excludens.

Exceptio an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem actiuè & paſsiuè, vide plenè per Ant. de iudicijs, quia 5. verſ. venio ad ſecundum.

Exceptio an actiuè & paſsiuè trãſeat ad vniuerſalem ſucceſſorem, etiam qui non cauſat ius à prædeceſſore, vt ſucceſſor in dignitate, vide plenè per Ant. de iud. quia 5. ver. venio ad ſecundum. & ver. venio ad quartum.

Exceptio contra actorem oppoſita, quòd priuandus veniat iure quod habet in re quam petit, eſt admittenda, licet non ipſo iure, ſed per ſentẽtiam priuandus ſit. not. de cauſ. poſſ. & proprie. paſtoralis. in glo. pen. quod intellige, ſi excipiens petat actorem condemnari & priuari per ſententiam, & ſe abſolui, quia ſententia ſuper iſta priuatione eſt neceſſaria. not. Ant. de foro compe. c. ſi diligenti. 11. col. ver. ſed poſito quod requiritur.

Exceptionem habens poteſt Aduerſarium conuenire implorando officium iudicis, ne ab eo inquietetur, licet ab eo non conueniatur. not. Anto. de iureiurand. quintauallis. ver. ad ſecundum venio, quo iure. & aduerte notabiliter, quòd tale officium implorabitur à iudice ipſius implorantis, non à iudice, contra quem imploratur, quia hoc caſu ille cenſetur Iudex competens ad di-

ad dictum iudicis officium quod venit loco exemptionis, qui eſſet competens ſuper ipſa exceptione, ſi actor ageret: vt not. eo. c. ver. venio ad quartum.

21 †Exceptio ordinis, vt prius de vna cauſa quàm de alia cognoſcatur, & omnis exceptio quę non perpetuò, ſed ad tempus impedit, eſt dilatoria. not. Bart. in l. 3. de excep. & idem in exceptione præiudiciali, vt quando vna cauſa eſt præiudicialis ad aliam: ideò talis exceptio non poteſt opponi poſt lit. conte. not. Bal. C. de probat. l. exceptionem. 3. col.

Exceptio dilatoria habens cauſam ſucceſsiuam & multiplicatiuam, nō conſumitur per litis conteſt. ideò exceptio quòd bannitus non audiatur, & exceptio loci non tuti, & exceptio quòd quis non conueniatur vltra tres diœtas, & exceptio fori opponi poſſunt etiam poſt lit. conteſt. Sed reus de nouo citatur, quia de nouo grauatur. Quæ exceptio prodeſt quò ad futuros actus, non quò ad præteritos. not. Ant. de reſcriptis. dilectus. 2. & Spec. in tit. de appel. §. reſtat. ver. & not. & tit. de citatione. §. 1. ver. quid ſi reus. & vide infrà §. exceptio competens ex ſtatuto.

Exceptio declinatoria iuriſdictionis non poteſt opponi per illum, qui interrogatus præſente iudice an vellet coram eo reſpondere, dixit, quòd ſic: ex quo patet, quòd anteriori actu ante litem conteſtat. præcluditur via ad declinatoriam. not. Ant. de iud. c. 1. ver. not. ſeptimo. vtilem. vide Bar. in l. non videtur. ff. de iud.

Exceptio declinatoria iuriſdictionis non poteſt opponi per illum, qui ante lit. conteſt. interrogatus, an coram tali iudice vellet litigare, reſpondit, quòd ſic: quod eſt verum, quando ſciuit vel ſcire debuit, exceptionem ſibi competere, aliàs ſecus. Item hoc eſt verum, quando reſpōdet ſe velle litigare: Aliàs autem ſi conſtituat procuratorem ad reſpondendum, per hoc non renunciat declinatoriæ. Tutiùs eſt quòd conſtituat procuratorem ad reſpondendum ſaluis exceptionibus ſuis. not. Ant. de iud. c. 1. ver. oppono quòd locus. & ver. ex his deciditur.

* SINGVLARE.

Exceptio perueniens ex defectu iuriſdictionis, poteſt

teſt quandocunq; opponi, &c. poſt tres ſententias conformes. gloſſ. eſt ſingularis in cle. 1. de ſeq. poſſ. & fruct. quam ſequitur ibi Pe. de Ancha. Io. de Imo. & alij, & notat Hipp. Marſil ſing. 10. incipien. tu ſcis, quòd exceptio, & ibi multa cumulat. H. F.

Exceptio declinatoria ſuperueniens poſt lit. conteſt. ſicut poteſt opponi non obſtante conteſtatione, ita & ſuperueniens poſt pactum de litigando poteſt opponi non obſtante pacto, quia pactum & renunciatio reſtringuntur ad cauſam ſubſiſtentem ſecundum tempus pacti & renunciationis, & idem in exceptione recuſatoria propter ſuſpicionem. not. Ant. de iud. c. 1. ver. oppo. 2. quod hîc.

Exceptio declinatoria iuriſdictionis non tollitur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo de mandato iudicis factam, quia illa ſatiſdatio recipit intellectum, promitto ſiſtere prout de iure debeo. not. Ant. de iudi. c. 1. ver. ex his deciditur. & Bar. ff. de re iud. l. quidam conſulebant. Nec etiam tollitur per alium actum, quem pars coram iudice faciat ante lit. conteſt. not. Ant. de re iud. inter monaſterium. ver. oppo. quòd poteſt. aliàs ver. & ex his deciditur, vide Bart. & Bald. in l. non videtur. ff. de iud. & vide infrà ſub ver. renunciatio. §. renunciare non intelligitur exceptioni.

Feriatis diebus ob neceſsitatem hominum procedi poteſt in cauſis publicis,& dicitur cauſa publica quando agitur de regimine publico vel caſtri, vel eccleſiarũ, quando eccleſia agit contra laicum, licet hoc de eccleſia non ſeruetur de facto,ſecundum Hoſt.ſed nec de iure,ſecundum Inno. eſt verum:vt not.Anno.de iudi.c.fi. vlt. oppo.

Feriatis diebus hominum cauſa introductis poteſt dari tutor vel curator, ſecus in inductis ob honorem Dei.not. Ant.de iud.eod. tit.ad fin. & conſequenter in eiſdem ferijs poteſt per eum cõfici inuentariũ,& adminiſtratio ſibi decerni: vt not.Bal.C.de fer.l.actus.

Feria-

Feriatis diebus etiam ad honorẽ Dei introductis poteſt quis capi,vt ducatur ad iudicem, quando imminet periculum fugæ. not. Ant. in c. fin. de iud. ad fin. & Bar. in l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau cre. & hoc verum etiam in ciuili,niſi debitoris conditio mutata non eſſet, quia tunc nullo tempore capi poteſt: vt not. Bart. C. de fer. l. fin.

Feriatis diebus poteſt fieri executio ſententiæ,quando ſunt feriæ hominum cauſa inductæ. not Bart. in l 1. §. renunciatio. ff. de oper. no & l. omnes. C de ferijs. & Bald in l fin. C. de fer. Idem in repentinis. not. Arch. 2. q. 1. ſicut idem in inductis ad honorem Dei, ſecundum Fre. de Senis. conſil. 144. & idem dicit Io. And. in c fin. de iud. ſuper vltima gloſſ. Contrarium in hoc dicit Bart. in l omnes. C. de fer. & Bal. in l. fin. eo. tit. & ibi eſt caſus niſi eſſet executio contra publicos latrones, quia illa fieri poteſt etiam in ferijs ad honorem Dei inductis. & not. Bald. in l. prouinciarum. eo. tit. & ibi eſt caſus. Pleniùs dic ſecundum Io. And. in addi. Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc dicendum. ver. 25. quòd vbi res eſt tempore peritura, poteſt ferijs etiam ad honorem Dei introductis executio fieri. Sed ſi non eſt tempore peritura,tunc præceptum de exequendo non poteſt fieri in ferijs. Ipſa tamen executio in ciuilibus poteſt fieri in ferijs cauſa hominum inductis & repentinis,non in ferijs in honorem Dei,niſi res ſit peritura tempore,vel immineat periculum animarum: in criminalibus autem poteſt fieri executio ſententiæ in ferijs repentinis, & cauſa hominum introductis,non in ferijs in honorem Dei,niſi contra publicos latrones & nocturnos depopulatores agrorum, & idem not. Ant. in d. c. fin. de iud.

ADDITIO.

De hoc quando petenti executionem ſententiæ obſtent feriæ, vide per do. Alex in conſil. 130. in 1. & 2. col. in 4. volum. vbi ponit, an obſtent feriæ vbi imploratur officium iudicis.

Feriatis diebus non poteſt interponi decretum in alienatione rei minoris. not. Bal. C. de ferijs. l. actus.

Feriatis diebus etiam in honorem Dei, poteſt appella-

appellatio interponi, & in fatalibus appellationis omnes feriæ computant,licet in illis non poſsit appellatio exerceri. Si tamen in fine fatalis occurrerent feriæ repentinæ, debet pars reſtitui, ſecus tamen ſi occurrerent intra fatale.not.Bart.C.de fal.l.1.

Feriatis diebus aliјs quàm in honorem Dei, poteſt citatio per iudicem decerni,& nuncio committi: nuncius poteſt ſimiliter illam exequi, duntaxat in aliјs feriјs,quàm in honorem Dei introductis. ſecundum Old. & not.Bar.in l.1.§.nunciatio.de oper. no. nun. licet Cy. & Bar.aliter dicant C. de fer.l. fi. Vbi dicit Bal. quod ex conſuetudine prædicta fiat etiam in die Dominica. & idem dicit in relatione nunciј, quod die feriata fieri poſſit etiam in camera Iac. But. licet ipſe tutius putet quod fiet in die iuridica, niſi cauſa ſit talis, in qua die feriata procedit.

7 †Feudum poteſt pater dare in dotem pro filia ſua, & durat vſq; ad vitam feudatariј tantùm. Quid autem de re emphyteutica,vide Ro conſi.199. Et vide ſub ver. appellatio.§.iudex.§. vaſallus. §.

Feudorũ conſuetudines an debeant pro iure ſcripto ſeruari:ita quod faciant ius commune, vide Io. An. in c. 2. de feud.

Feudum non perditur per alienationem vaſalli, niſi Dominus velit quod perdatur. not. Matth. in c. 2. de feudis.

Feudum dari conſuetum maſculis,non poteſt prælatus concedere fœminæ.not.Bart.in aut.quibuſcunq;. C.de ſac.ſan. eccle. & idem not. Fran. & Math. in c. ex parte.de feudis.

Feudum reuerſum & deuolutum ad eccleſiam, ſi prælatus alium de illo non infeudat, intra annum efficitur de menſa. Ideo non poteſt poſtea infeudare ſine ſolennitate,quæ in alienatione requiritur.no.Archi.37. q.8. c.1. quod procedit ſi prælatus illo anno fructus de feudo percipit.no.Fran.de feu. ex parte.Bar. dicit quod efficitur de menſa,eo ipſo, quod per habentem auctoritatem ſcriptum eſt in libro aliorum feudorum de mēſa: vel quando prælatus declarauit de menſa factum: vt ipſe no.in l.ſi vacantia C.de bo.va.li.10.vide Inn. qui aliter loquitur in c. ſuper,de re, eccle.non alie.

8 †Feudi

† Feudi quæſtio inter vaſallum & dominū, ſi eſt feudalis, vel annexa feudali, & hoc conſtat, vt quia agitur ſuper iure feudi, & conditione ex legibus feudorum, vel agitur ex tributo vel fidelitate debita, vel ad reddendum tributum: vel agitur rei vendicatione vel interdictione vel alia actione, dum tamen intentatur, iurisd. feudi deciditur per pares, idem ſi agitur de iure de feudo, vel in feudo, vel in ratione feudi commiſſum in domino. Idem ſi ageretur ad pœnam priuationis feudi. Si verò cauſa non eſt feudalis, & hoc cōſtat, quia agitur perſonali vel pignoratitia, vel depoſiti, tunc agendū eſt coram ordinario. Item ſi agitur alijs iniurijs factis, etiā in rebus feudalibus, dum tamen non tangant naturam feudi, vt fidelitatem, idem ſi agatur interdicto, vnde vi feudi, vel alio poſſeſſorio interdicto, dū tamen non intentatur iuriſ. feudi, vel non agatur, per hoc ad amiſsionem feudi. Item ſi agatur pro iniurijs perſonalibus, nō tangentibus naturam feudi. Vbi verò dubitatur, an cauſa ſit feudalis, vel non, debet prius hoc dubium terminari, ſecundum Inno. & cognoſcetur hoc per pares curiæ, & ſummariè, dumtamen agatur actione, per quam ius feudi poterit in iudicium deduci. not. Anto. de iud. certum. ver. venio ad glo.

ADDITIO.

Quis autem ſit iudex in cauſis feudalibus, vide per Do Alex. in conſi. 79. in 5. col. & per totū, in primo vol. Et qui dicantur pares curiæ. idem Alex. in eodem caſu. in 2. col. Et per Do. Abb. in c. cæterum. in 5. col. ver. Qui autem dicantur pares curiæ de iudi.

Feudalis quæſtio vt deuoluat iuriſdictionem ad Dominum, vel ad pares curiæ in caſibus ſuis, oportet ꝙ in libello talia narrentur, de quibus pateat quæſtionem eſſe feudalem. no. An. de iud. ver. venio ad glo. Vel ſaltē quod efficiatur dubium, an ſit feudalis vel non: vt not. Ant. c. cæterum. verſi. circa ſi.

Feudi quæſtio inter vaſallos cognoſcitur & decidi tur per Dominum Feudi. Et ſi ordinarius non habita ratione Do. Feudi illam decidat, ſententia per eum lata eſt nulla. Et ideo ordinarius non poteſt iuriſdictionem exercere in vaſallos inferiores eccleſię cauſarum Feudi,

ſecundum Hoſt. vt no. Ant. de iudi. cæterum. ver. quoq; modo ſi ordinarius. & no. ex eo. ti. in fi. Et prædicta locũ habent, etiam ſi ordinarius ꝓcedat ſciente Dom. feudi, & nõ cõtradicente, licet An. de vſufeu. in hoc vlt. dixerit cõtra: vt not. Ant. in eo. c. pen. col. ver. quid ſi Dominus.

Feudi quæſtio inter vaſallum & vaſallum cognoſcitur & deciditur per Dominum, quando certum eſt, ꝙ quæſtio tangit naturã feudi, vt qa vnus dicit ſe in feudo debere ſuccedere, & alter negat. Vel dicit ſe habere ius in re feudali, quam alter tenet ꝙ ius dicit ſibi cõſtitutũ de cõſenſu tam domini, quàm vaſalli, vel agit rei vendicatione expreſſa cauſa: quia res eſt feudalis, quia dicit ſe feudatariũ, alter negat. Nam quia quilibet eorũ fatetur Dominũ feudi eſſe Dominum, ipſe Dominus iudex eſt. Idem ſi ſimpliciter agitur rei vendicatione, non expreſſa cauſa. Sed ſi certũ eſt, ꝙ quæſtio ſine cauſa expreſſa nõ tangit naturã feudi: vt quia actor deducit dominiũ vtile ſeu directum ex alia cauſa quàm feudi, vt quia dicit ſe ꝑſcripſiſſe vel emiſſe à vero Domino, tunc nõ poterit Dominus cognoſcere, qa iudicare non põt: niſi ſuper cauſã ſpecialiter deducta, & illa non tangit iuriſdictionẽ ſuã, & ideò quando agitur poſſeſſorio, quia hoc non tangit naturã feudi ordinariã inter vaſallos, & tunc recognoſceret non ratione feudi, ſed vniuerſalis iuriſdictionis: ſi verò dubiũ eſt, an cauſa deducta tangat naturã feudi, vel nõ, quod fieri poteſt dupliciter, vel quia cauſa agẽdi eſt generalis, quę poteſt inducere & non inducere cauſam feudalem, cum agẽdo rei vendicatione nõ expreſſa cauſa videatur omne Dominiũ directũ & vtile in iudicium deduxiſſe, & tunc cognoſcitur Dominus feudi. aduerte tamen quod ſi reus in principio opponat cõtra iuriſdictionẽ, repellitur actor, niſi in additione ad libellum, vel in alia poſtea exprimat caſum vel qualitatẽ exprimentem iuriſdictionem in Dominũ feudi põt ſecundo eſſe dubiũ, quia ꝙ licet ſpecificè agatur ex cauſa feudali, negatur cauſam eſſe feudalẽ. Et tunc ſi negatur Dominiũ feudi ꝓcedit, & Dominus ſummariè cognoſcit, an quæſtio tangat naturam feudi, ſed ſi negat Dominiũ feudi, tunc Dominus nõ cognoſcit, quia nemo iudex in cauſa propria, de hoc ergo cognoſcit ordinarius coram quo ſi excipiatur, quod Dominus feudi ſit Dominus, po-

terit

terit coram eo probari ſummariè per excipientem, quia probatione pendéte, debet ordinarius in principali ſuperſedere, quia quæſtio eſt præiudicialis, & eo probato remittitur cognitio ad Dominum feudi, ſecundũ Inno. vt no Anto. de iudi. cæterum. verſi. venio ad ſecundum.

Feudi quæſtio tangens vaſallum clericum, an poſſit cognoſci & decidi per Dominũ laicum. vide ſub verbo, iudex. §. iudex iuriſdictionem habens.

Feudi quæſtio quando eſt inter vaſallos à ſecundo Domino inueſtitore, an terminari debeat per ipſum ſecundum Dominum, à quo immediatè habent feudum, an per primum Dominum ſuperiorem, à quo ſecundus Dominus fuit inueſtitus. dic ſecundũ Inno. quod ſi ſecundus Dominus conceſsit ſolum certam feudi partẽ, debet ſub eo fieri id, quod dictum eſt fieri cũ primo feudatario ſiue vaſallo: ſecus ſi totũ infeudauit, quia tunc ſub primo Domino fieri debet. no. Ant. de iudi. cæterum verſi. quomodo qd ſi feud. penul. col. & no. eo. c. circa fi.

Feudi quæſtio adeò debet & poteſt per Dominum feudi decidi in caſibus permiſsis, quod nõ poteſt iuriſdictio illius cauſæ feudalis in alium prorogari. Sed iuriſdictio quæ competit paribus curiæ in cauſa feudali inter dominum & vaſallum, benè poteſt in alium ꝓrogari, volente Domino & vaſallo, quia tunc nullum fit præiudicium. not. Roma. de iudi. ver. quæro an in caſibus.

Feudi quæſtio quando eſt inter vaſallum, & tertiũ, qui non eſt vaſallus, cognoſcitur per ordinarium, quia hic caſus non eſt à legibus feudorum determinatus, & ſic remanet ſub regula, vt actor forum rei ſequatur. no. Anto. de iudicijs cæterum. ver. venio ad tertium.

ADDITIO.

Quid autem ſi iudex ordinarius loci ferat aliquam ſententiam ſuper feudo, non data negligentia Domini feudi, nunquid teneat in cauſa, q[illegible] iuriſdictio ſpectabat ad Dominum feudi. vide plenè per Do. Abbatem in c. cæterum. in 2. col. poſt me. verſi. ſed quia ſuprà. de iudi. & per Do. Feli. in d. c. in tertia col. in me. verſi. an autẽ ſi ordinarius. extra eo. ti.

Feudi quæſtio quando eſt inter pares curiæ determinanda, debent conuocari vaſalli habẽtes ſimilia feuda ab eodem Domino, & ideò ſuper aliĳs feudis inferioribus debent conuocari aliĳ vaſalli, habentes ſimilia feuda: & illi dicuntur pares. no. Anto. de iudi. cæterum. verſi. quomodo qui dicuntur. penul. col.

Feudi quęſtio quando eſt determinanda per pares, non eligentur nec vocabuntur omnes, ſed vnum ex eis eligit Dominus aliũ vaſalli, ſecundum glo. decreti. Quidam tamen dicunt, quod ipſi pares ex ſe tantùm eligent duos, vel quot voluerint, quia habent iuriſdictionem à lege, eo ipſo, quod ſunt vaſalli: licet aliàs non haberent iuriſdictionem: ideò poſſunt dare quibus volunt: Et illi electi ab eis partim ordinaria partim delegata iuriſdictione vtuntur. Sed glo. feudorum dixit, quod eligantur pares in cõcordia Domini & vaſalli: & ſi diſcordát, eligent in numero pari. Et primò eliget Dominus, ſecũdò vaſallus, & prædicta procedunt nedum in feudo laici, ſed etiam eccleſiæ. no. Ant. de iudi. cæterum. verſi. qui pares. penul. col.

Feudi quæſtio quando deuoluitur ad pares: ſi Dominus non habet pares, eliguntur arbitri ad ſimilitudinem iudicis ſuſpecti, ſecundum Innocen. Sed glo. feudorum dicit, quod reuertitur ad ordinariũ, quia cum iuriſdictio detur eis præter ius, ceſſante modo per quem lex dat iuriſdictionem, deuoluitur iuriſdictio ad alienum antiquum, quod procedit nedum in feudo laici, ſed etiam clerici. no. An. de iudi. cæterum. verſi. quæro qui pares. penulti. col.

Feudi quæſtio quando eſt ad damnum deuoluta, ſi negligit cognoſcere, poteſt adiri proximus ſuperior ordinarius, qui cognoſcet. no. An. de iudi. cæterum. ver. quia ſi Dominus. penul. col. Idem ſi non poteſt iuriſdictionem exercere propter proteruiam vaſallorum: vt not. Anto. & c. in prin. verſi. not. quod.

Feudi quæſtio ſi deuoluitur ad Dominum vel ad pares curiæ, debent in producendo ſeruare ordinem iudiciorum, quia ſunt iudices ordinarĳ. not. Anto. de iud. cæterum. in fi.

Feudi

Feudi quæſtio ſi eſt de iuriſdictione feudi, poteſt illam exercere, etiam in perſonam eccleſiaſticam: nec tunc ordinarius clerici poteſt ſe de illa intromittere. quod eſt notabile:vt not.Anto,de iudi.cæterum.in princi. ver. not.quod ibi tribuitur. Aduerte tamen,quod ſi Dominus feudi ſit laicus: non poteſt cognoſcere in clericum, notat Anto. eodem titulo. at ſi clerici.in principio.ver.oppo.cum glo. Quod eſt verum ſi agatur criminaliter, vel etiam ciuiliter, de crimine occaſione feudi. ſecus ſi ſit cauſa merè ciuilis, tangens naturam feudi: quia de illa Dominus laicus cognoſcere poteſt, etiam in clericum, ſecundum communem.opi.vt not. Anto.de fo.compe. verum.ad fin.primæ col.& 7.col.

Feudi quæſtio exiſtens inter vaſallos pōt per Dominum feudi alteri delegari. & licet in delegatione dicat ſaluo iure ipſius Domini non,poterit per hoc delegatus Domino aliquid adiudicare.no. Rom.conſi.198.

Feudum an tranſeat ad legitimatos, vel etiam ad legitimos, ex legitimatis natos, vide ſub ver. filius. §. filius legitimus.

9 † Fictio trahens ſe retro,licet comprehendat in ſe voluntariè geſta in medio tempore, tamen non comprehendit illa,quę de neceſsitate geſta ſunt. not. Bar. in l. furti.in princip.ff.de his qui notantur infamia. & vide ſub verbo,verba.§. verba denotantia.& §.ſequen.

Fictio ſimplex non operatur tantum, quantum fictio coniuncta priuilegio:vt no.infrà ſub verbo,ſtatutū non extenditur.

Fictio ſi ad eundem finem cum veritate concurrit, præualet veritas fictioni, ſecus ſi fictio & veritas tendāt ad contraria vel diuerſa. not. Barto. in l.filio.in principio.de libe.& poſtu.

ADDITIO.

Materiam fictionum vide pleniſsimè per Do. Iaſo. de May. in repetitione ſolenni. l. ſi is,qui pro emptore.

ff. de vſuca. quam repetitionem nouiſsimè edidit magnificè omnia more ſuo tractans, nihil intactum relinquens, quo veritas in lucem prodeat.

Fictio trahitur retrò, quo ad actus pendentes, non quo ad perfectos & conſummatos. no. Ant. in c. præterea de appella.

Fictio differt à præſumptione iuris, & de iure: vt not. Anto. de ſpon. is qui.

30 † Fideicommiſſarius vniuerſalis tranſmittit ius petenti fideicommiſſum, vel ſaltem ius deliberandi ante reſtitutionem factam, & etiam ante hæreditatem aditam. no. Barto. de leg. i. l. cum filio. penul. & vlti col. quod intellige in fideicõmiſſo purè relicto, vel in diem certam.

Fideicommiſſarius decedens ante conditionis vel diei euentum, non tranſmittit. C. de cadu. tol l. vnica. §. ſiue autem ſub conditione, niſi conditio eſſet tacita: vt no. Bar. in d. § ſiue autem. & hoc de tacita conditione declara: vt no. Bar. in l. conditiones quæ extrinſecus. ff. de condi. & demon. & in l. 3. de lega. i.

Fideicommiſſum relictum ſub conditione ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine hæredibus, intelligitur ſine liberis, quia tale fideicommiſſum nunquam poſſet habere locum, cùm quilibet hæredum habeat ſaltem fiſcum. ff. ad Trebel. l. ex eo facto. §. 1. & ibi not. Barto. etiam de conditione, ſi deceſſerit ſine filijs.

31 † Fideiuſſorem ſi quis dare tenetur, & ipſum dare non poteſt, quia nõ inuenit volentem fideiubere, ſufficit iuratoriam cautionem præſtare. tex. de dona. inter vi. & vxo. c. per noſtras.

Fideiuſſor ſi vult agere contra principalem, quia dicit ſe ſoluiſſe debitum, oportet quod probet veram ſolutionem, nec ſufficeret inſtrumentum, in quo creditor confiteatur ſe à fideiuſſore pecuniam recepiſſe: vt no. Bar. ff. de iureiur. l. duobus. §. à fideiuſſore. vide ſub verbo, procurator. §. procurator habens mandatum ad recipiendum.

Fideiuſ-

Fideiuſſor an poſsit eſſe teſtis pro principali ſuper cõtractu, ſuper quo fideiuſſerit. vide ſub verbo, teſtis. §. teſtari non poteſt fideiuſſor, &c.

12 †Filius emancipatus licet ſit clericus, poteſt recipere ceſsionem à patre contra laicum. no. Rom. conſil. 177. & vide ſub verb. negatiua an. §. negatiua, & quanto. & ſub verbo, præſumptio, & præſumi an debeat. & ſub ver.

Vniuerſitas	§.
Procurator	§.
Arbitrator	§.
Confeſsio	§.
Præſcriptio	§. præſcribitur iuri.

Filius non poteſt inuitus emancipari, niſi ex cauſa: ſicut nec pater poteſt cogi inuitus emancipare, niſi ex cauſa. no. Bar. in l. quidam cùm filium. ff. de verbo. obliga. fallit in infante, qui præter eius conſenſum emancipatur, per tex. in l. iubemus. in fin. C. de eman. lib.

Filius naturalis, & etiam ſpurius, licet non poſsit patri ſuccedere, poteſt tamen in bonis, quæ non fuerint patris ſuccedere fratri ſuo pupillo ex iudicio patris pupillariter eum ſubſtituentis. Item ex iudicio hæredis inſtituti per patrem, poteſt etiam bonis quæ fuerunt patris, ſuccedere: vt not. Barto. de vulg. & pupil. l. ſi is qui.

* ADDITIO.

Filius naturalis tantùm, quando excludat ſubſtitutum, vide quæ poſui ſuprà, ſuper ver. eccleſia. & adde quod diſpoſitio loquens de filiјs, intelligitur de legitimis, & non de Baſtardis, nec de legitimatis: vt no. Barba. in conſil. 27. in 15. col. ver. & pro clara. in 1. volum. H. F.

Filius ſpurius non poteſt emere ab eo, cui pater vendidit: quia præſumitur in fraudem factam. not. Bar. ff. de vulga. & pupil. l. ſi is qui.

Filiusfamiliâs poteſt pro ſe impetrare reſcriptum ad agendum, nedum in curia, ſed etiam extra, ſine conſenſu patris, not. Roma. conclu. 175. Et poteſt in cauſa

beneficiali eſſe in iudicio, & ſine conſenſu patris. no. Ro. conſi. 123. &c.

Filiusfamiliàs poteſt in aliquibus caſibus eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. In aliquibus autem caſibus in quibus requiritur conſenſus, ſi ex poſtfacto interuenit, validatur iudicium prius habitum: vt not. Rom. cōſi. 175. poteſt etiam in alio caſu filiusfamiliàs in iudicio comparere, & debitum confiteri, & præceptum de ſoluendo recipere: vt no. ſub ver. confeſsio. §. confeſsio facta coram iudice competenti.

Filij illegitimi legitimatio pertinet ad Papam, Imperatorem & Regem, non cognoſcentem ſuperiorem. Item poteſt fieri per conſuetudinem vel ſtatutum vniuerſitatis non alterius, ad hoc vide Inno. & Anto. de fi. inſtru. cum pe. in fi.

Filius illegitimus eſt inhabilis ad beneficia: vt no. Rom. conſi. 272. Contrarium not. Innoc. & Ioan. And. in c. cum noſtris. in prin. de conceſ. præben.

Filius illegitimus non poteſt legitimari per inferiorem à principe ad ſucceſsionem hæreditatum: nec etiam Papa id poteſt, niſi in terris ſibi temporali dominio ſubiectis. no. Ro. conſi. 200.

Filius legitimatus, vel nepos legitimus ex filio legitimato natus, an ſuccedant in feudum. vide Io. And. in c. lator. qui filij ſint legiti. ſuper prima glo. & Bald. in l. naturales. ſi de feud. contro. fue. vbi tex. dicit quod non. vide aliquid per eum in lege fi. in fin. Cod. de ver. ſignifi.

Filius ex ſecundo matrimonio natus cenſetur legitimus, licet primo cùm alia contraxiſſet, ſi ſecundū matrimonium fuerit publicè contractum: & vxor ſecunda ignorauit primum matrimonium, ſecus ſi ſciuit, vel ſcire debuit, vt quia primum etiam fuerit publicè contractum, ſed ſi ſecundum matrimonium fuit clandeſtinū: tunc ex illo natus non eſt legitimus, licet primum matrimonium ignoraſſet: ſi tamen ſuper primo lata eſſet ſententia diuortij, à qua non eſſet appellatum, tunc natus ex ſecundo matrimonio eſſet legitimus: licet ſententia diuortij poſtea retractetur. not. Innocent. & Ioan. And. in capit. cum inhibitio. de clandeſt. deſpon.

Filius

Filius natus ex muliere, cum qua non potuit contrahi obſtante impedimento conſanguinitatis vel affinitatis, vel publicæ honeſtatis, habetur pro legitimo: ſi de facto matrimonium fuit publicè cõtractum, & mulier & vir vel alter ipſorum ignorauit impedimẽtum quod præſumitur, eo quòd publicè contraxerit, ſed ſi clandeſtinè, tunc non habetur pro legitimo, & ſi vir & mulier impedimentum ignorauerunt: vt notat Inno. & Ioan. de clande. deſpon. cùm inhibitio, &c.

ADDITIO.

Idem tenet do. Abbas in d. c. cùm inhibitio. in 2. col. ver item nota quòd filÿ.

Filius hæreditatem paternã etiam non aditam tranſmittit ad quemlibet hæredem etiam extraneum. not. Bar. ff. de teſta. mili. l. ex militari. in fi. tranſmittit tamen cum beneficio abſtinẽdi: vt not. Bar. ff. de acqui. hæred. l. ſi quis filium. §. 1. filius licet ſolus ſit hæres, & neceſſarius patris de iure ciuili, tamen quia de iure prætorio habet beneficium abſtinendi, non poteſt vt hæres à creditoribus hæreditarÿs conueniri, niſi probetur quòd hæreditati ſe immiſcuerit, licet non abſtinuerit: vt no. Bart. ff. de acqui. hæred. l. neceſſarÿs.

Filius primogenitus nõ poteſt ſine cauſa priuari per patrem bonis & iuribus, quæ ex conſuetudine vel aliàs primogenituræ ſibi debentur: vt not. Io. And. & Ant. in c. licet de voto, & in regula, ſine culpa. in 2. q.

Filius primogenitus ſicut excludit ſecundo genitum de bonis primogenituræ debitis, ita & filius primogeniti patre defuncto, excludit patruum ſecundò genitũ. Oldrad. conſil. 221. & Io. And. in addi. Spec. ſuper Rubrica de feudo. ver. redeundo. licet Cy. dicat contrarium. C. de bo. mater. l. ſi auia. Idem tenet Oldra. dicens, quòd hæc opinio eſt præſtantior de veritate iuris, in conſil. 93. quam Bal. tetigit. C. de ope. li. l. liberti. & pleniùs diſputat C. de iure delibe. l. cum antiquioribus. Et ibi finaliter dicit, quòd nepos præferatur, quando id quod petitur iure primogenituræ, feudum eſt. Contrarium tenet in l. vt inteſtato. C. de ſu. & legit. & in l. tutela. §. ſi duo. C. de teſta. tu. Idem tenet Bart. in aut. poſt fratres. C. de legit. hæred. ybi dicit, quòd ſi ius primogenituræ

conſiſtit in feudo, filius ſecundò genitus præfertur nepoti, & vide omninò quod no. Bart. in l. is poteſt. de acquir. hæred. 3. col. vide omninò ſub ver. mors. §. mortu pro republica. Aduerte tamen quòd non dicitur filius primogenitus regis, qui natus eſt ante dignitatem regalem: vt no. Bar. in l. cùm ſatis. C. de agri. & cenſi. lib. 11.

ADDITIO.

Per gloſſ. & doctor. in l. Imperialis. §. illud his. C. de nup.

Filius inſtitutus, & de reſtituendo grauatus, poteſt detrahere duas quartas, ſecundũ cano. de teſta. Raynu. & Raynal. Et Legiſtæ debent hanc opinionem ſequi: vt not. Ioan. And. & Ant. in d. c. Raynu. & tangunt Bart. & Bal. in l. Pomponius. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta. & Oldrad. conſil. 113.

Filiusfamiliàs nõ poteſt teſtari, nec codicillari etiam patre voléte. Sed cauſa mortis donare poteſt patre conſentiente. not. Bart. ff. de teſtamen. l. qui in poteſtate. Requiritur tamen quòd ille cui donat ſit præſens, vel publica perſona ſtipularetur pro abſente. not. Bart. in l. tàm is. §. 1. ff. de dona. cau. mor. Patri etiam conſentienti non poteſt filiusfamiliàs donare, poteſt ergo pater conſentire filio donanti ad commodum alterius, ſed non ad commodum ſuum, ideò nec cõſenſus patris valeret, ſi filius donaret fratri in poteſtate eiuſdem patris exiſtenti, in quantum ex illa donatione acquireretur patri vſusfructus: vt not. glo. & Bar. in l. 1. ff. de auct. tut.

Filius militis dici nõ debet, qui ante adeptã militiam natus eſt, dicit Bal. in l. Imperialis. §. is illud. C. de nup.

Filius an ſequatur conditionem patris vel matris, vide ſub ver. ſeruus. §. 1.

Filius legitimatus habilior eſt ad beneficia quàm diſpenſatus, quia legitimatio vberior eſt, & per eam baſtardus fit legitim9: vt no. An. in c. cũ vintonien. de elec.

Filius baſtardus nõ dicit̃ eſſe de domo vel de familia, nec de agnatione patris: & hoc ſecundũ propriam ſignificationem. Sed ſi communis modus loquendi eſſet, appellatione domus vel familiæ, aut agnationis continerentur. Item filius baſtardus dicitur nobilis, ſi pater fuerit nobilis: vt not. Bar. in l. fin. C. de ver. ſig. Contrarium

dicit

dicit Bar. alle. Bal. in l. cùm legitimè. ff. de ſta. hom. & refert Ant. in c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. 18. col Sed ſi ponderes verba Bart. non contradicit, quòd filius baſtardus ſit nobilis, ſed quòd natus eſt de patre nobili, dicitur etiam de parentela & ſanguine patris eſſe: vt not. Bar. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. eo. tit. vide pleniùs per eum. in l. tutelas in princ. de capi. dimi. & quod dicitur de baſtardo. idem dicitur de legitimis ex baſtardo natis: vt not. Bald. in d. l. fi. C. de ver. ſignif. Aduerte tamen quòd licet baſtardus dicatur eſſe de genere & ſanguine patris, tamen hanc habet qualitatem quòd dicitur de genere & ſanguine improbato: vt not. Ioan. And. in c. ſtatutum. 2. de hære. lib 6. in nouella. ſuper gloſſ. ſup. dixit. vide glo. in cle. 1. de bap. ſuper ver. liberi. Sed videtur quòd baſtardus non dicatur de genere patris, quia genus ſumitur pro agnatione: vt not. per glo. Bar. & Ang. in l. 1. ff. de proba. & ſic genus & agnatio ſunt nomina ciuilia, quæ non cadunt in baſtardos: vt not. Bart. in locis ſup. alle. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi etiam Ang. idem dicit. & Bal. in l. generaliter. §. fi. C. de inſt. & ſubſti. Idem dicit Bal. quòd baſtardus non eſt de caſa nec domo legitimorum, nec poteſt portare arma ipſorum niſi ei concedatur: vt ipſe not. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris: ſed Ant. dicit, quòd ex communi vſu ſeruatur contrarium, licet ſtrictè vocatur filius, quem nuptię demonſtrant: vt ipſe not. in d. c. per venerabilem. 28. col.

13 †Filius eximitur à patria poteſtate eo ipſo quòd eſt factus epiſcopus. tex. in d. c. per venerab. qui fil. ſint leg.

ADDITIO.

Hæc eſt materia autenticæ, ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſc. & cler. vbi vide per doct.

14 †Filius illegitimus an poſſit legitimari per ſtatutũ ciuitatis. Bart. dicit quòd non. in l. 2. ff. de teſta. & in l. non ambigitur. ff. de legi. Idem dicunt Butri. & Bal. in l. 1. C. de iure annu. aureo. Ant. diſtinguit, quòd aut ciuitas aut populus habet ad hoc poteſtatem à Principe conceſſam, tũc planũ eſt ꝙ poteſt legitimare. Idem ſi popul' eſt in quaſi poſſeſsione legitimãdi tãto tẽpore, cui' con-

contrarij non eſt memoria. Idem ſi allegat conceſſum cum poſſeſsione temporis decennalis, per l. cùm de in rem verſo, his ceſſantibus, ſi populus habet regalia, & eſt liber, poteſt legitimare: ſecus ſi eſt liber, & non habet regalia. Et multo minus poteſt, ſi non eſt liber, & hoc verum inquantum populus vellet legitimare, ita quòd filius eſſet habilitatus ad iura legitimitatis vbiq; locorum, ſi autem vellet ſimpliciter habilitare filiũ ad ſucceſsionem, ac ſi legitimus eſſet, poteſt ad bona quæ ſunt in territorio ſtatuentis, etiam ſi ſpurius ſit, ſecundum Bar. & no. Ant. in c. per venerabilem. qui fi. ſint legit. 18. col. ver. nunquid autem poſsit ciuitas. Sed Bald. dicit contrarium in ſpurio, licet de naturali fateatur, quòd poſsit per ſtatutum habilitari ad ſuccedendum: vt in d. l. 1. C. de iure annu. aureo.

Filius qui eſt ſpurius, & inceſtuoſus ſimiliter, an poſſit legitimari per habentem priuilegium, & poteſtatem legitimandi ſpurios & inceſtuoſos. Io. Cal. dicit quod non, quia illud priuilegium eſt exoſum, in quo non venit dicta ſpecies mixta, vt refert Io. An. in addit. Specul. ſuper Rubrica, qui filij ſint legit. ver. huic quæſtioni. Bar. dicit contrarium in l. 2. ff. de ver. ob. Ant. dicit. quòd opin. Cal. eſt vera, quando per legitimationem talem fieret præiudicium alteri venienti ad ſucceſsionem. Opin. Bar. eſt vera, quando non fieret alteri pręiudiciũ: vt no. Ant. in d. c. per venerabilem. 20. col. ver. nunquid autem habens. vide ſub ver. diſpenſa. §. diſpenſandi facultas.

Filius illegitimus an poſsit legitimari per Epiſcopũ, vide ſub ver. prius. §. Epiſcopus non poteſt legitimare, &c.

Filius ſi eſt legitimatus ſimpliciter, poſtea pater habuit filium legitimum ex vxore, legitimatio euaneſcit, quia in reſcripto legitimationis adeſt conditio, ſi pater legitimos non habuerit, ſecundum Gui. de ſuza. vt not. Io. And. in addi. Spec. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. ver. ſed ex facto: contrarium tenet Gof. vt not. Specu. & idem not, Ant. in c. per venerabilem, qui filij ſint leg. 27. col.

Filius illegitimus ſi legitimatur poſt mortem patris, & taceat patrem reliquiſſe legitimos filios, non valet legitimatio tanquam ſurreptitia ex taciturnitate

prædi-

prædicta:vt not.Io.And.in addi.Spec. de ſucceſ.ab inteſta.§.1.ver. ſed ex poſtfacto.

Filius natus ex duplici adulterio, ſcilicet ex patre vxorato & matre alteri vxorata, ſi impetratiõe legitimationis dicat ſe natũ de adulterio tacita duplicitate, nõ valet impetratio tanq̃ ſurreptICIa: not. Io.An. in add. Spe. ſup Rub. qui fil. ſint leg. ver. quæro ſi natus. & hoc tenet Ant. in c. per vene. præal. 20. col. ver. nunc deſcendendo ad ſecũdum. Idem ſi filius ſit natus de adulterio mixto cum inceſtu, & tacuit ſe inceſtuoſum: vt not. Io. And. ſuper Rub. prædicta. ver. huic q.

Filius ſi legitimatur legitimatione noui iuris collatiua, puta tibi conferimus legitimationem, legitimatio non trahitur retrò, ſed ſi legitimatur legitimatione reſtitutiua, vt reintegramus te ad omnia iura primæua, ac ſi legitimè natus eſſes, tunc trahitur retrò vſque ad principium natiuitatis. not. Anto. in d. c. per venerabilem. 21. col.

Filius quàndo legitimatur, an ſint citandi illi, qui aliàs ab inteſtato ſunt ſucceſſuri, dicit Io. And. quòd nõ valet legitimatio, niſi conſentiant illi quibus præiudicatur, quando legitimatio fit ex iuriſdictione prorogata: vt ipſe not. in d. c. per venerabilem. in ver. potuit. & in ver. liberè. ſed in add. Spe. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. ver. ex facto. in ver. primam quæſtionem. non facit differentiam inter iuriſdictionem prorogatam vel non prorogatam, ſed ſimpliciter dicit præiudicari agnatis, quibus erat ius quæſitum. Hoſt. dicit, quòd ſi legitimatio fit viuo patre, ſufficit cõſenſus patris, præter quam in feudalibus, in quibus etiam requiritur conſenſus domini feudi, ſed ſi fiat mortuo patre, requiritur conſenſus omnium, quibus præiudicabitur in ſucceſsione: vt refert Io. And. in d. c. per venerabilem. in ver. requiſiſti. Et idem dicit Hoſt. in ſumma, qui filij ſint legit. penult. colum. quò ad hæreditatem iam deuolutam, ſed quò ad deuoluendam non requiritur conſenſus alicuius, ſecundum Hoſt. ibi, Bar. autem in l. gallus. in ver. quid ſi tantùm. dicit, quòd ſi pater petit filium legitimari, non requiritur aliquos alios citari. Sed ſi filius mortuo patre petit ſe legitimari, tunc ſi pater ordinauit inſtru. filium legitimari, non requiritur citatio alicuius, ſecus ſi pa-

ſi pater nil ordinauit, quia tūc requiritur citatio & cōſenſus illorum, quibus erat ius ſuccedendi quæſitum. Poſſet tamen Princeps ſi vellet etiam illis irrequiſitis legitimare. Et idem dicit Bal in d. §. quid ſi tantùm. Sed Ant. in hoc paſſu diffusè & ſatis inuolutè loquitur, tamen concluſio ſua eſt hęc: Quod aut legitimatio fit poſt mortem patris, de cuius ſucceſsione agitur, aut in vita, primo caſu ſi nō exprimatur aliquid de iure alteri quęſito, valet legitimatio, ſed non ad præiudicium illius, de cuius præiudicio agitur: ſi autem Princeps exprimat de hæreditate & iure alteri quæſito, valet legitimatio in terris legitimantis etiam ad præiudicium alterius non citati. Sed in alijs terris non valet, niſi conſentientibus illis, quibus eſt ius quæſitum. Secundo caſu principali quando legitimatio fit in vita patris, ſi fiat patris voluntate, valet etiam ad præiudicium ſperantis hæreditatem, etiam alio non vocato. Exigitur tamen quòd fiat mentio agnatorum, & quòd dicatur non obſtante lege, nec ſufficeret ſecundum ſine primo: Si verò fiat ad inſtantiam filij, tunc non valet, non conſentientibus agnatis, niſi princeps fuerit certificatus patrem alios liberos vel agnatos legitimos habuiſſe. Et hæc vera, etiam ſi Princeps motu proprio legitimationem faciat: vt no. Ant. in d. c. per venerabilem. 21. & 22. col.

ADDITIO.

Quia ſuprà facta eſt mentio de conſenſu habendo illorum, quibus poteſt præiudicari in legitimando filium: An autem poſsit fieri legitimatio in præiudicium eorum, quibus eſt ius quæſitum in ſpecie illis non citatis, vide per do. Fel. in c. cum omnibus, de re iudic. col. 11. paulò ante me. in verſic. pono exemplum.

Filius non poteſt legitimari niſi ipſe & pater eius ſi viuat conſentiant: vt no. An. in d. c. per venerabilē. 22. col.

Filij legitimatio poteſt fieri per procuratorē, tàm ex parte filij, quàm ex parte patris: vt no. Ant. in d. c. per venerabilem. 22. col. Et idem tenet Bart. in l. gallus. §. forſitan. de lib. & poſth.

Filius an emancipari poſsit per procuratorem, tàm ex parte ſui, quàm ex parte patris, vide ſub verbo, procura-

curator.§.procurator non poteſt conſtitui per patrem.

Filium non poteſt aliquis adoptare per procuratorem.ff.de ado.l.poſt mortem.§.fin. & ibi not.Bar.Idem not.Ant.in d.c. per venerabilem. 23 col.

Filius licet poſsit legitimari vt filius patre petente, tamen nepos ex filio præmortuo non poteſt peti legitimari vt nepos petente auo. Quod eſt verum in legitimatione reſtitutiua, ſed in collatiua ſic: vt not. Ant.in d.c.per venerabilem. 28.col.

Filius poteſt legitimari vt ſuccedat in certa parte, & in certa parte non: vt not. Ant.in d.c. per venerabilem. 23.colum.

Filius legitimatus an comprehendatur in ſtatuto loquente de legitimo, vide ſub verſ. ſtatutum.§ ſtatutũ. & §. ſtatutum loquens de legitimo. & §.ſequenti.

Filius legitimatus ſimpliciter acquirit indifferenter ius ſuccedendi agnatis & cognatis, ſiue de illis fiat mentio in legitimatione ſiue non:& hoc verum in legitimatione reſtitutiua: & idem in collatiua, ſi fiat aliàs habenti ius ſuccedendi à natura, ſed ſi fit aliàs non habenti à natura, tunc non acquiritur ius ſuccedendi, niſi inter conſentientes:vt no. Ant.in d.c. per venerabilẽ. 25.col.

ADDITIO.

Vide Bald. in c.filij, in ti.ſi de feu. fue. contro. in vſũ feu. vbi dicit, quòd ſi Imperator legitimat ſpurios, vt ſuccedant cum legitimis, ſimul eſt magna iniquitas, & magna circumuentio nubentium: & non poteſt negari quin Imperator hoc facere poſſet, tamẽ Imperator qui hoc facit eſt vnum pecus,ſecundum eum,nec habet pre oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis,nec cõſiderat quòd per ſolas nuptias conſeruatur elegans genus humanũ: vt in aut. de nup.in prin. vbi text. dicit, quòd nuptiæ immortalitatem præſtant humano generi,& ſubdit ibi Bald. non eſſe verum, quòd olim omnes legitimi naſcebantur, niſi in illo rudi ſeculo,quãdo matrimonia non erant nominata, nec cognoſcebantur, ſed ſtatim quòd fuerũt cognita duplex genus hominum cœpit, ſcilicet legitimorum & non legitimorum, poſtea tertium genus eſſe cœpit, ſcilicet legitimatorum, eſt enim tertia ſpecies. H. F.

Filius

Filius legitimus viuente patre rumpit teſtamentum patris, in quo ipſe non fuit inſtitutus. not. Ant. in d.c. per venerabilem. 26.col.

Filius legitimatus excludit ſubſtitutum patri ſub conditione, ſi pater deceſſerit ſine liberis, & idem ſi dixerit, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis, ſecundum Iac. de Are. vt not. Ioan. And. in addi. Spec. de ſucceſ.ab inteſt.c.1.ver. ſed ex facto.in fin. Contrarium dicit Ant.in d.c.per venerabilem. 26. col.

ADDITIO.

De hoc paſſu vtrùm legitimatus excludat ſubſtitutum, vide per do. Alex. in conſil.67.in 4. col.in 1.volu. & in conſil.120. in 6. col. in 2. volum. Et in conſil. 96. in vlt.col. in 4. vol.

15 † Filij appellatione non continetur baſtardus, nec quò ad honores, nec commoda, nec quò ad pœnas & damna: vt not. in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vide ſub ver. ſtatutum.§. ſtatutum diſponens de filio.ver. eſt filius baſtardus.in fin.

Filius naturalis tantùm propriè dicitur ille, qui eſt natus ex concubina in domo retenta, licet ex communi vſu loquendi dicatur filius naturalis, quilibet natus ex ſoluto & ſoluta: vt not. Ioan.And.in addi. Spec.in tit. qui fil. ſint legit. ſuper Rub. ver. quæſtionem de ſtatuto: vt no. Ant.in d.c. per venerabilem.27.col.

16 † Filiusfamiliàs ſi per 20. annos ſe geſsit pro ſui iuris, liberatur à patria poteſtate. l. 1. & ibi not. C. de pat. po. Si autem fuit emancipatus, ſed minus legitimè, tūc ſi per decennium ſe geſsit pro emancipato, efficitur ſui iuris. l.poſt mortem. ff. de adop. & prædicta not. etiam Ant.de cenſi.peruenit.penul. col.

Filius viuo patre, non dicitur habere aliquod ius in legitima, nec viuo patre eſt ei debita, ſed quaſi debita. not. Bart.in l. fin.C.de lib.agnoſcen.ſed Bal. aliter dicit in l.3.C.de iur.& fact.ign. & hoc quò ad legitimā filij naturalis: ſed in legitima filij adoptiui ſiue arrogati, videt ꝙ filius in illa ius habeat viuo patre, quia etiā in vita patris ſibi debetur, & dies cedit, licet non veniat niſi poſt mortem patris, & viuo patre ex conſtitutione diui Pij ſtatim pater adoptiuus tenetur & obligatur ad quartam,

tam, licet non poſſet peti niſi poſt eius mortem, vt eſt caſus in l. 3. §. impuberi. ff. de colla. bo. per quem tex. concluditur, quòd filius viuo patre adoptiuo, tranſmittit ius ſuum, & illam quartam, licet Bal. dicat contrarium in l. ſi arrogatur. ff. de adop. & malè, quia contra tex. ibi in d. §. ſi impuberi. Inno. benè dicit, & ibi eſt caſus pro eo: Nam ibi datur concluſio, quòd illa quæ ad hæredem tranſmittuntur, conferuntur, & per contrarium, quæ non tranſmittuntur, non conferuntur. Ideò ſi tractatur de collatione quartæ viuo patre, & non fit collatio, ergo nō tranſmiſsio, nec ob. quòd dicat tex. quòd quarta debetur viuo patre, quia illud verbum, debetur, ſtat impropriè. Vel debetur in euētum quo pater decedat. Sic etiam dicimus, quòd filio naturali debetur quarta ſiue legitima iure naturæ, & tamē intelligitur quod debetur in euentum, quo pater decedat, quia aliàs ſequeretur quod plus iuris haberet in legitima filius adoptiuus, quàm filius naturalis, contra id quod not. glo. Inſt. de adop. §. cūm autem. & in l. ſi arrogatur. ff. eo. tit.

Filiusfamiliàs ſi recipit dotem in pecunia vel in ſpecie, & ex rē vel pecunia dotali aliquid lucratur, vtrùm patri de dote vel de lucro aliquid acquirat in proprietate vel vſufructu, vide Bart. in l. contra nurum. §. 1. ff. re amota.

Filiusfamiliàs eſt capax dotis. ff. ſolu. ma. l. 2. §. quòd ſi in patris. & ff. famil. herc. l. Pompon. Philadelphus. Ideò illam non acquirit patri: vt not. Bart. in l. placet. ff. de acquir. hæred. Saluo, quòd actio pro dote reſtituenda eſt communis patri & filio: vt dicto §. quòd ſi in patris.

Filiusfamiliàs an & quando poſsit cum patre contrahere, & ſe inuicem obligare, vide plenè per Bart. in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb.

Filiusfamiliàs acquirit patri vſumfructum, de omnibus, quæ ex opera ſua quærit, quia talia reputantur aduenticia. C. de bo. quæ libe. l. cùm oportet. in princ. & ibi not. Bart. in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. C. de pactis, &c.

Filiusfamiliàs eſt capax dotis vxoris, & filiusfamiliàs eſt capax donationis propter nuptias viri, & tàm filiusfamiliàs quàm filiafamil. ſunt capaces lucrorum nu-

ptialium,& in illis habent hodie hæredes. C. de bonis quæ liber.l. quod ſcitis. & ibi not.Bart.an autem filiusfamiliàs habeat hæredem in dote, vide Bal.in d.l.quod ſcitis. & Bart.in l.poſt dotem. ſolu matri.

Filiusfamiliàs ſuccedit ſuo nepoti, quò ad annum in proprietate: Auus autem retinet vſumfructum. C. de bo.quæ lib.quòd ſcitis.& ibi not.& Cy.& Bald.

Filius emancipatus non poteſt patri ſtipulari:ſed pater filio emancipato ſic: quæ ſit ratio differentię, vide Bart.in l.quod dicitur,ad fin.ff.de verb. oblig.

Filius an poſsit ſtipulari patria exiſtens in poteſtate, & vide Bart. in d. l. quòd dicitur, ad finem. & in l. ſi filius.

17 †Fines caſtrorum vel villarum non eſt neceſſe ponere in libello,in quo petitur caſtrum vel villa.Sed ſufficit nomen caſtri vel villæ exprimere, quia communiter caſtra vel villæ ſunt nota. Niſi eſſent duo caſtra vel villæ duæ eiuſdem nominis. not. Bart. in l. ſi rem.ff.de rei vend.

ADDITIO.

Quod ſi opus ſit confines alicuius domus ſeu fundi ponere,ſufficit ponere duos confines, vt dicit glo. vnica.in c.2. de libelli obla.poſt princ.

Fines probantur per antiquos libros, & per antiqua inſtrumenta, vt probatur de proba. c. cùm cauſam. de cenſi. cùm olim, in text. & glo.& licet tales fines deſcribantur per verba narratiua ab alio emiſſa, tamen quia in talibus ſufficiunt leues probationes, illa verba narratiua faciunt plenas probationes:vt not. Io. And.in c. ſi Papa.§. Pompeius. de priuileg. lib.6. in gl. ſuper ver. probatur. Idem not.Bal.C. de iur. delib. l. conuenticulam. de epiſ.& cleri. & l. aliquis. Si autem inſtrumenta non eſſent antiqua,tunc licet fidem facerent inter contrahentes,non tamen quò ad tertium: vt not.Bal.in dicta l.conuenticulam. Sic intelligitur gloſſ.& quod not. Bart.in d. l.cùm aliquis. & Innoc. in c. cùm in iure. de offi.deleg.

18 †Fiſcus non eſt verus hæres deportati ſiue illius bona,cuius ſunt publicata, licet in ipſum fiſcũ tranſeant omnia bona condemnati. Sed conditionalia iura proueniunt,

ueniunt, aliàs conditionalia bona pereunt: vt not. Anto. de iureiurand. c. quintauallis. verſic. 13. differentia.

* SINGVLARE.

Fiſcus licet habeatur loco hæredis. l. 2. C. ad legẽ Iul. de vi publ. & l. inter eos. §. fin. ff. de fideiuſſ. tamen non dicit teſtamentum nullum ex perſona filij cui ſucceſsit. Iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. quod dictum refert & ſequitur pro no. Fran. Crem. not. 12. incip. quid ſi filius. & no. 89. incip. pone quod filius. H. F.

Fiſcus ſi vendit rem alienam, an emptor ſit ſeruus, vide plen[e] per Bar. in l. 1. C de hæred. vel actio. vend.

Fiſci priuilegia & materia, in corpore iuris ſparſa, vide plene collecta per Bal. in d. l. 1. C. de hæred. vel actio. vend.

Forma dat eſſe rei, & ea deficiente res deficit: quod eſt verum in forma eſſentiali & naturali, ſecus in accidentali à voluntate hominis inducta not. Ant. de reſcript. c. ſuper literis. 9. col. ſed Io. And. quòd vbi forma traditur ab homine, non valet ipſo iure actus, factus forma non ſeruata, ſecus in forma tradita à iure, vt ipſe not. in cle. de ſequeſtra. poſſeſſ. ver. nullatenus.

19 † Fornicatio omnem carnalem illicitum concubitum comprehendit: vt not. Ant. de cohab. cle. veſtra. 2. colum.

Fornicator ſiue ſit presbyter, ſiue ſimplex clericus, eodem iure & eodem modo punietur. not. Ant. de cohab. cler. veſtra. ver. not. quòd materia.

20 † Frater vterinus tantũ, excludit conſanguineum fratrem tantum à ſucceſsione alterius fratris in bonis in materna linea quæſitis, & econuersò, frater conſanguineus tantùm, excludit vterinum in bonis in paterna linea quæſitis. in quæſitis autem aliunde quàm ex paterna vel materna linea, ſuccedunt æqualiter. C. de legit. hæredibus. l. emancipatus. & ibi no. Bart.

* SINGVLARE.

Frater tenetur alere fratrem, & ſoror ſororem: vt no.

Pau.de ca.ſingulari quinto inci. frater alleg. gloſſ.in l.ſi quis à liberis.ff.de lib.agno.H. F.

Frater autem vtrinque coniunctus fratri defuncto excludit tàm vterinum quàm conſanguineum tantùm,in quibuſcunque bonis. C. de legi.hæred. aut. caſſante. & aut.poſt fratres fratrumque.

21 †Fraus qualiter probetur, vide bonum text.in glo. in c. 2.de renun. lib.6.& de re.permu.c.1.eo.lib.in gloſſ. ſuper ver. fraude. Dic quòd dolus & fraus probantur ſemiplenè per iuramentum: vt patet in tex. & glo. in c. ex literis.de reſtit. in integ.

Fraus poteſt committi contra legem, & contra perſonam, & in quantum committitur contra legem, eſt ſpecies ſeparata à dolo, in quantum committitur contra perſonam, eſt ſpecies doli. Dolus enim eſt genus quod poteſt cõmitti verbis & re ipſa,id eſt, per verba & facta.

Fraus autem per facta tantùm ſecundum Thomam de Aquino, cui ſtandum eſt, & licet quandoque iura his verbis abutantur: vt not.Bar. in tracta.de teſt.§. fraus.

ADDITIO.

Vtrùm profeſsio,matrimonium vel renunciatio, & ſimilia facta per fraudem valeant, vide per do. Fel. in c. in præſentia, poſt me.15.col. ver. Et per iſtam glo. dicebat hic de prob.

22 †Fructus qualiter,& in quibus in ſortem computantur, vide ſingulariter per Ant. de iureiur. ad noſtrã. in pe.col. & vide ſub verb.

Intereſſe §.
Expreſſe §.
Iudex §.
Libellus. §.libellus generalis admittitur.

Fructus appellatione continetur collatio beneficiorum, quæ dicitur eſſe in bonis & fructu menſæ epiſcopalis. not. gloſſ. de maio. & obed.cùm olim. & vide ſub verbo,beneficium.§.beneficium.§.beneficiorum collatio. Idem in electione & præſentatione.not.Rom.conſ. 268. Nam fructus poſſeſsionis iuris eligendi & præſentandi eſt ipſa electio & præſentatio: ſed iudicare & communicare non ſunt fructus iuriſdictionis, nec propriè fructus dici poſſunt, ſed potiùs præmium laboris, & cur.not. Rom.conſil. 411.

Fructus

Fructus iuriſpatronatus eſt ipſa præſentatio, quæ eſt fructus induſtrialis non naturalis: vt not. de re iudicata, cùm Bertoldus. in glo. fin. & not. Ioan. And. in c. conſultationibus. de iure patronatus.

Fructus quos agens poſſeſſorio & obtinens, conſecutus eſt ab Aduerſario, tenetur eidem Aduerſario poſtea in petitorio agenti & obtinenti reſtituere, quod intellige: vt not. Rom. conſil. 405. ſed alibi ſimpliciter dicit, ꝙ qui obtinet in poſſeſſorio, licet ſuccumbat in petitorio, non tenetur fructus reſtituere: vt not. Rom. conſil. 417.

Fructus beneficij non tenetur reſtituere qui beneficium iniuſtè detinuerit, ſi ab initio habuit bonam fidẽ, & colorem detinendi, quia talis dicitur poſſeſſor bonæ fidei. no. Rom. conſ. 24. ſed alibi dicit ꝙ fructus beneficij ſunt, & de beneficio debentur, & licet ante litẽ conteſt. poſsit quis eſſe in caſu bonæ fidei, tamen poſt litem conteſt. dicitur malæ fidei, ſi ſuccubuit: ideò ad reſtitutionem fructuum tenetur. not. Rom. conſil. 182. Aduerte tamen quòd fructus extantes ſemper tenetur poſſeſſor quantumcunq; bonæ fidei fuerit, reſtituere. not. Anto. de reſtitu. ſpol. in literis. 16. colum. ver. ſi opponatur exceptio.

Fructus beneficij an debeantur ſuccedenti in beneficio pro tempore prædeceſſoris vel hæredis defuncti, an verò debeantur eccleſiæ, vide de offi. or. cùm vos. & q̃d not. Io. in eo. tit. præſenti. lib. 6. vide omninò Pe. More. & per Arch. de reſcrip. ſtatutũ. §. aſſeſſorem. lib. 6. & per eundem. 12. q. 5. c. 1. vide tex. de teſta. cùm in offi. & melius eo. tit. relatum. 2. & ibi per Mat. vide glo. quæ facit differentiam inter prælatum & canonicum in eo, quòd prælatus dicitur ſucceſſor prædeceſſoris: canonicus verò non: not. in c. quòd ſicut. de elect. ſuper ver. conſentire, in fi. gl. & vide tex. & Bal. in l. defun. ff. de vſufruct. & Bar. in l. diuortio. in prin. ff. ſo. ma. & in l. fin. C. de iure fiſ. vide Cal. & Fran. de Zab. in fin. de pecu. cler. & vide ſub verbo, prælatus. §. prælatus licet ſint, &c.

Fructus non tenetur reſtituere poſſeſſor qui errauit in iure, quia error iuris excuſat à fructibus, ſecundum Dy. in regula poſſeſſor. Bart. tamen aliter diſtinguit in

l.ſed ſi lege.§.ſcire. ff.de petit. hæred. vide Inn. in c. nihil.de elect.

Fructus conſiſtit in reditu,ſed nõ conuertitur,quòd partus ancillæ eſt in reditu, ſed non in fructu: vt not. gloſſ. de elect. generali. lib. 6. in glo. penult. vide tex. ff. de ex. l. 1.§.exercitorem. & quòd not.Bal.ff.de condict. indeb. l.ſi vrbana. & ff. ſoluto matrimonio.l.diuortio. §.fundum.& §.quòd in anno.

Fructus & penſiones rei alienatæ an pertineant ad emptorem vel venditorem, vide Bart. in l. fin. de iure fiſci. & Ang.in l. fin.§.pen. ff.de his quæ in fraud.cred.& Bal.in l. vendendo.§.fin.ff.de contrahend. empt.

Fructus iuriſdictionis ſi primò pertinent ad vnum, ſecundò ad alium, & vltima die primi anni committitur maleficium,pro quo fit condemnatio ad pœnam in ſecundo anno, talis pœna debetur illi, ad quem fructus primi anni pertinebant:vt notat Cy.& Bal.in l.fin. in fin. ff.de iuriſdict. om.iu. & Bald.tangit etiam ff.ſol. matri. l. diuortio, in princ. vlt.colum. Cy.alleg.l.quæcunq;. ff. de actio. & oblig. Bal.allegat,l.hi qui puteum. §.ſi poſtea. quòd vi aut clàm. Ego allego l. fin.§. non ſolùm. in fin. ff. de his quæ in frau. credi. quæ melius facit.

23 †Fuga eius qui dicitur deliquiſſe, an probet delictum plenè vel ſemiplenè, vel ſaltem indicium faciat, vide ſub verbo,probatio.§.probationem plenam.

* SINGVLARE.

Fuga non ſemper facit indicium ad torturam,vt puta quando quis aufugit, poſtquam fuit accuſatus vel inquiſitus,ſecundum Bar.in l.1.ff.de bo.eo.qui mor. ſibi conſci.argum.illius tex. quod dictum refert, & multum commendat Ang. in l. fin. ff. de quæſt. in penultima colum. H. F.

* SINGVLARE.

Caſu quo fuga inducat aliquam præſumptionem vel indicium contra aliquem, tunc talis præſumptio taliter inducta per fugam, tollitur per iuramentum ipſius fugientis;ita ſingu. dixit Cy. in l.fi. C.de req.reis. quod eſt dictum nunquam obliuioni tradendum, quod dictum

ctum pro valde not.refert, & ſequitur Fran. Brunus in ſuo tract.de indicijs ad torturam, in 3.car.in 2.col.in fin. verbis,&c. quòd tene menti ad adiuuandum amicum, contra quem eſt indicium fugæ. H.F.

24 †Fur non poteſt agere contra furem pro re furata ſibi per alium ſubtracta, niſi fundet intentum ſuum ſuper alio intereſſe, quàm ſuper eo, quòd ipſe domino rei teneatur furti, poteſt tamen agere triticaria actione, ratione ſolius poſſeſsionis. not. Ant.de reſti. ſpolia. in literis.ver. hoc patet.in 5.col.

Furioſus habens dilucida interualla, an poſsit eſſe arbitrator, vide ſub ver.arbitrator.§.arbitrator poteſt eſſe furioſus. & vide ſub verbo, ſententia.§.ſententia.

Furor & dementia qualiter probetur, & an ſemel furioſus præſumatur perſeueraſſe talis, vide ſub ver.probatio.§.probatur furor.

SVMMARIVM.

1 *Genitum ab homine prolatum quid ſignificet.*
2 *Genus quid contra ſpeciem importet.*
3 *Gratia diuerſimodè venit in diſpoſitionibus conſiderанda.*

DE LITERA G.

GENITVM † ab homine prolatum nō ſignificat ſibi de neceſsitate dominiū, ſed verificatur nedū in poſſeſsione, ſed etiam in detentione.not.gloſſ.in l.1.in princip. ff. de orig. iur. Idem ſi proferatur à lege. tex.in l. 1.in fin.cum l.ſeq.ff.nau.cau.ſta. & in l.1.§.in hac. ff. vi bon. rapto.& not.Bart.in d.§. in hac. & ſuper Rub. de no. ope.nunc. ſed Ant. dicit, quòd quandoq; ſignificat dominium, quādoq; poſſeſsionem rei, quandoq; quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis. in c.1. de poſtu.præla.penult. colum.

2 † Genus ſubſequens ſpecies numeratas reſtringitur ad qualitatem ſpecierū enumeratarum. de reſcrip. ſedes. de procuratoribus qui ad agendum. lib. 6. & in cle.non poteſt.eo.tit.& not.Anto.in cle. 1. de præbend. & vide per eundum in c. ſedes præal. & de officio

 Archi,

Archi. in c.ſi.ver.appo.2. & Bart. in l. fi.§.qui dulcia. de tri.vi.& oleo leg.& in l.quæſitum.§.fi.de fun.inſtru.

Generi per ſpeciem derogatur, licet in diſpoſitione ſpeciali poſteriori non fiat mentio de generali,de præbend. quamuis.2.& cap. dudum.lib. 6. vide ſub verbo, vniuerſitas.§. vniuerſitas à generalitate.

ADDITIO.

Item verbum ſpeciale iunctum alteri verbo generali alterat illud genus. Alex. in conſil. 22. in 2. colum. poſt princ.5.volum.

Generalis diſpoſitio tantum operatur quò ad genus, quantum ſpecialis, quò ad ſpeciem. ff. de adminiſt.tut. l. ſi duo. C. de præſcript.30. anno. l. omnes. C.quando mulier tuto.offi.fungi poſſ.l.fi. vide Bar. ff. ſi quis cautio.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.

Generalis ſermo an comprehẽdat perſonam loquentis, vide Bart. in l.1.ff.de ſena.& Cy.in l.inquiſitio.C.de ſolutio.

Genus ſi eſt vnum comprehendens plura,& aliud eſt genus comprehendens pauciora, illud quod pauciora comprehendit habetur pro ſpecie, vnde ſi in eadem diſpoſitione,vel etiã in diuerſis ſunt duo generalia, quorum vnum eſt minus altero, illud quod minus eſt, pro ſpecie reputatur, & per illud tanquam per ſpeciem generi derogatur. l.vxorem. C.de codicil.& §.ſequent. ff. de le.3. & l. ſeruo manumiſſo. de pecu. lega. & l.quæſitum.§.fin.de fun.inſtru. & not.Bar.in l.1.§.fin. ff.de no. ope. nunci.

Generalia verba acceſſoriè appoſita reſtringuntur ad ſuum principale. l.prædijs.aliàs procedens,in princ. de le.3. & ibi not.per Bart.

Generalia & vniuerſalia verba appoſita verbo futuri temporis, ſi diſpoſitio continet actus conceſsi extenſionem, nullam recipiunt limitationem ſiue reſtrictionẽ: ſi vniuerſaliter intelliguntur, ſi ex tali intellectu nõ reſultat diſpoſitio vicioſa. not. Bal. in l. 2. §. nunciatio. ff. de ope. noui. nec reſultat abſurditas; vt not. Bart. in l. non dubium. C.de legi.

Generalis quitatio & liberatio an extendatur ad non cogitata, & ad ea, ad quæ quis tenetur ratione doli, vide

vide Bar. in l. Aurelio. §. Caius. de lib. lega. & Ang. in l. fratres. ff. de pact. & Cy. & Bal. in l. actione. C. de tranſact.

3 †Gratia apoſtolica datur & conſideratur, & diſcutitur ſecundum datam, & non ſecundum præſentationẽ vel receptionem ipſius gratiæ. de præben. eum cui. lib. 6. vide Anto. de iure pa. conſultationibus. 2. notabili. dic tamen quod quò ad impugnandum dictam gratiam de ſurreptione inſpicitur tempus datæ; ſed quo ad perpetuandam poteſtatem executoris in ea dati, & quo ad ipſam poteſtatem in exercitiũ deducendam, inſpicitur tempus receptionis literarum. no. Ro. conſil. 457. circa tertium, ad finem. vide plenè per Io. And. de præben. c. dilectus. ſuper glo. 2. in fine. & quod not. glo. vl. in cle. ſi. de reſcrip. & tex. cum glo. in cle. ſi de beneficio. de præben. vide pleniſsimè per Anto. in d. c. cùm dilectus. vlti. col. & vide ſuper ver. beneficium. & ſub verbo, clauſula. & ſub ver. diſpenſatio, infrà ſub verbo, priuilegium, per totum.

Gratia ſi eſt impetrata de beneficio, tanquam vacante vno modo, & vacat alio modo, nõ debetur beneficium impetranti: quia expreſsit falſum modum vacandi, & tacuit verum. no. Rom. conſi 27. niſi in gratia ſit illa clauſula: ſi alio quouis modo vacet. no. Rom. conſi. 28. vide omnino Lap. allega. 99. Vbi ſingulariter limitat. c. ſuſceptum. & idem in gratia de beneficio vacan. nam dicit, clauſula in alio quouis modo includit omnem ſpeciem vacationis, ſecundum Io. And. quod eſt verum ſecundum Lap. de vacatione cõtingente per eandem perſonam in gratia nominatam: ſecus ſi per aliam. not. Ro. conſi. 28. & vide conſi. 314. dictum Lapi intellige, niſi in gratia diceretur: ſiue ex alterius cuiuſcunq; perſonę vacet: ſiue vacauerit prout hodie communiter fit.

Gratiam beneficij vacantis impetrans, ſi narrat plures modos, ſufficit alterum probare: vt not. Ro. conſil. 58. & conſil. 83.

Gratiam beneficij vacantis impetrans, tenetur de beneficio quod obtinet, ſpecialem facere mentionem, nec ſufficit generalis, quod qualiter intelligatur, vide Anto. in cle. ſi. de offi. ordi. & Oldra. conſil. 140. in ſi. vbi omnino vide.

ADDITIO.

Illud conſilium hic allegatum eſt ſatis obſcurum, vt poſsit elici ex fine eius, quod hic dicit Nicolaus de Milis.

Gratiam beneficij impetrãs, licet de omnibus quæ obtinet, teneatur facere mentionem: tamen non de qualitatibus ipſorum beneficiorũ.no.gl.in cle.1.de præben. & 110.Ro.conſi.112.licet ergo qualitatẽ ex ſuperabundãti exprimat: puta ſi dixit illa beneficia fuiſſe per eũ creata & dotata, probare non tenetur.no.Ro.conſi.84.Sed ſi valorem beneficiorum expreſsit, illum probare tenetur, ſi negetur, aliàs non.not.Ro.conſi.282.licet autẽ regulariter non tenetur impetrans dictas qualitates exprimere, fallit tamen in tribus caſibus. In qualitate dignitatis, in qualitate continuæ reſidentiæ, & in qualitate curæ, ſecundum Cal.vt not.Anto.de reſcript.in noſtra.in ver.3. quæro tamen.glo. dicit contrarium in d. clemen. 1. de qualitate curæ.

Gratiam beneficij impetrans ex cauſa permutationis, nõ tenetur de alijs ſuis beneficijs facere mẽtionem. no.Fre.in trac.permu.q.28.& in conſi. 73. per quæ concludi poteſt, quod impetrans beneficium ſimpliciter, ſi habet gratiam permutandi aliud: nõ tenetur de illa gratia facere mentionem: quia per illã non habet ius ad beneficium ſimpliciter: ſed ex cauſa, per quam debet aliud dimittere: vt colligitur in d.q.18. in fine.

Gratiam beneficij impetrans tenetur verum valorem beneficij impetrandi nõ ſolùm exprimere: ſed etiã probare: licet nõ negetur, quia pars gratiæ eſt.no. Rom. conſi.282.Sed valorem beneficij obtenti exprimere non tenetur.no.Ro.conſi.292.in fi.licet aũt valorem fructuũ beneficij, quod impetrat, exprimere teneatur, tamen de quotidianis diſtributionibus non tenetur facere mentionem, quia illæ dantur ratione miniſterij perſonalis, & non ſunt de corpore beneficij.no.Ro.conſi.134.Idẽ de mortuarijs, & anniuerſarijs.not.Ioan.And.in addi.Spe. ſuper rubri.de conceſ. præben. ver. demũ quærebatur.

ADDITIO.

De his vide per Do.Feli. poſt Abba. in c. ad aures. 3. col.§. de expreſsione, de reſcript.

Gratiam

Gratiam impetrans à Papa, vel eius legato, licet teneatur facere mentionẽ de omnibus beneficijs, quæ obtinet: vt c. fi. de offi. leg. li. 6 ꝙ procedit ſiue legatus cõferret iure legationis, ſiue ex ſpeciali commiſsione Papę: vt no. Io. An. in cle. fi. de offi. ord. in gl. pe. licet quo ad ſpecialem cõmiſsionem cõtrarium ſentiat. Do. de San. Ge. in c. is cui, de præben. in 6. ſuper gl. 1. ſed cum Io. An. tenet Lap. in d. c. fi. tamen ſecus eſt quando impetrat ab ordinario, vel eius delegato: vt in cle. fi. de offi. or. & ibi no. in gl. ſuper ver. habentibus. & not. Fre. de Se. in tracta. permut. q. 18. vide circa legatum vel ordinarium, ꝙ not. Io. An. in nouel. & poſt eum Lapus in c. ſi motu proprio, de præben. lib. 6. & in c. fi. de offi. lega. eo. lib. in glo. fi. ex pręmiſsis apparet quod collatio beneficij facta per delegatum Papæ non valet, non facta mentione de beneficijs obtentis: vt ſentit glo. pe. in d. cle. fi. quod procedit, ſiue facultas conferendi ſit conceſſa delegato, gratia ipſius Legati, vel gratia eius cui debet conferre: vt no. Lap. in d. c. fi. de offi. deleg. quid autem ſi legatus conferat motu proprio, an de obtentis debeat fieri mentio. Io. An. dicit in d. c. fi. in glo. vlti. dum recitat alios aliter dicentes. Sed dic vt ibi diſtinguit Lap.

Gratiam beneficij impetrans non tenetur facere mentionem de qualitate ordinis annexi ipſi beneficio impetrato, ſecundum Anto. vt no. Cal. de reſcrip. in noſtra. ver. 3. quæro: nec etiam tenetur facere mentionem de titulo beneficij patrimonialis: vt ibi no. Inno. in ver. ſequen. De primo dicto eſt caſus in c. ei cui, de præben. lib. 6. & ibi hoc not. Io. And. ſuper ver. quod poſsit, in nouella.

Gratiam beneficij collegiati vel conuentualis, impetrans ſi hoc exprimit, quod ſit collegiatum vel cõuentuale, non tenetur aliter facere mentionẽ de cura, etiã ſi habet curam parochialem extra collegiũ vel conuentũ, niſi eſſent duæ eccleſiæ ſeparatæ, ſ. collegiata & parochialis ſimul iunctæ & vnitæ, ita quod vna non ſit alteri annexa, nec ei ſubſit. not. Lap. in c. cùm in illis. de præben. lib. 6.

Gratiam beneficij impetrans, ſicut tenetur facere mentionẽ de beneficijs, in quib⁹ habet ius in re, ita & in alijs,

alijs,in quibus habet ius ad rem.no.Io. An. in c. ſi motu proprio.de præben.li.6.& in c.gratia de reſcrip. in gl. & in nouella.& no.gl.in cle.ſi Romanus.in verbo,obtinet; ſed Innocen.in c.in noſtra.de reſcrip.diſtinguit an gratia ſit de beneficio vacante,vel vacaturo, quod eſt notabile,ſed omnino vide Roma. conſi.444.

Gratiam beneficij impetrans, licet de beneficio, ꝗ obtinet,teneatur facere mentionem, ſiue de iure, ſiue facto teneat, ſi tamen dixit, ſe id canonicè obtinere, ꝗ de facto obtinebat,non propterea gratia viciatur: quia quod iuſtè vel iniuſtè teneat, eſt quid extrinſecum à gratia,niſi iniuſta detentio redderet eum inhabilem ad beneficia.no.Fran.in cle.ſi Romanus,in fi.de prębên.vide omnino infrà.

Gratiam beneficialem impetrans, tenetur facere mentionem aliorum, quæ obtinet, nam illud verbum canonicè debet intelligi: ſic idem quod per illum, qui potuit conferre:licet ex perſona eius,cui confertur, nõ valet collatio:vt no. Spec.in tit. de diſpen.§.videndum. ver. ſed nunquid nocet.Idem no. Compoſ. de elect. dudum.el 2. & Io.And.in c.non poteſt,ſuper ver.canonicè. de præben.lib.6.in nouellis.vide omnino in Spe.in titu. 2. §. videndum.ver. ſed nunquid nocet.

Gratiam beneficij impetrans, tenetur facere mentionem de alio beneficio quod obtinet, licet de facto, & non de iure teneat.no.de præben.eum qui.li. 6. in glo. eadem ratione. idem tenetur facere mentionem de beneficio,in quo ius habet,licet poſſeſsionem non habeat, dummodo ſciat ſibi collatum eſſe, ſecus ſi ignoret, de reſcrip.gratia.lib. 6. Nam & ſi ſpoliatus eſt de beneficio, tenetur de illo facere mentionem. no. Ant. de reſcript. in noſtra. ver. venio ad quæſtiones.

Gratiam beneficialem impetrans, tenetur facere mentionem, non ſolùm de beneficio, quod iniuſtè poſſidet: ſed etiam de iniuſta detentione, aliàs gratia non valet,etiam ſi motu proprio abſq; generali clauſula non obſtante facta ſit: quia licet non poſsit allegari defectus ſurreptionis, poteſt allegari defectus intentionis. not. Lap. in c. fin. de offi. leg. li.6. prædicta intellige quando iniuſta. detentio facit quem inhabilem ad beneficia, aliàs ſecus. not. Fran. in cle.ſi Romanus,in fi.de præben. & Lap.

& Lap. etiam ibidem ſentit Garſ. & Cal. in conſilijs ſuis ſuper rubri. de præben. conſil. 11. dicunt indiſtinctè gratiam eſſe ſurreptitiam niſi motu proprio facta ſit, vide omnino ſuper §.

ADDITIO.

De quibus in reſcripto debeat fieri mentio maximè in beneficialibus. vide per Do. Feli. in c. in noſtra. 6. col. ver. reſtant multa, de reſcrip. Et ibi eſt tabula circa 40. ſpecies mentionum fiendarum commemoratis ibidem alijs locis, in quibus in tit. de reſcript. tactũ eſt de mentionibus fiendis.

Gratiam beneficij impetrans licet de beneficio, adde quòd non ſolùm de iniuſta detentione, ſed etiam de fructibus perceptis tenetur facere mentionem, niſi ipſos in vtilitatem eccleſiæ conuertiſſet: vt no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de diſpen. §. videndum, circa fi. ver. Sed pone aliquis: nam ex perceptione dictorum fructuum fuit factus inhabilis ad beneficia, ſecundum Hoſti. vt no. Spe. ibidem, & idem no. Io. An. ſecundum Hoſti. in c. dudũ. 2. de elect. ſuper ver. canonicè.

Gratiam beneficij impetrans, licet teneatur facere mentionem de alijs beneficijs & præſtimonijs quæ obtinet, tamen non de Hoſpitali, quod non in titulum: ſed in adminiſtratione conceditur, & ſimiliter nec de penſione, quia non habet in titulum: ſed in ſtipendium. no. Ant. in cle. fi. de offi. ord. & no. Rom. conſi. 232. in antiquis: & ſimiliter non tenetur facere mentionem de titulo ſui patrimonij, ad quem fuit ordinatus. no. Io. An. de reſ. poſtulaſti. nec de victualibus cleri, pro victu ſuo aſsignatis, ſuper quibus epiſcopus eum ordinauit. not. Pau. in cle. 2. de vita & hone. cle. & no. 1. q. 2. clericos. ſimiliter non tenetur facere mentionem de beneficio, ſibi ad tempus & non inperpetuum collato: vt no. Ant. in d. c. poſtulaſti.

Gratiam beneficialem impetrans ad beneficiũ vacaturum, ſi cum alio in data concurrat, præfertur ille, qui diligentior fuit in proceſſu, & ſi diligentia concurrunt, non poteſt executor gratificari. Sed gratificari pertinet ad capitulum, ad quod aliàs ſpectat collatio beneficiorum. no. Ro. conſi. 100.

Gratiam

Gratiã impetrans de canonicatu ſub expectatione præbendę ſub conditione caſuali cum clauſula,quod ea purificata perinde,ac ſi tpe fuiſſet canonicatus collatus cum reſeruatione & decreto præfertur impleta conditione habenti gratiam puram ſub eadem data ad beneficia vacatura,etiam ſi habens puram præuenerit in præſentando eam ſuo executori, quia purificatio conditionis trahitur retrò.no.Ro. conſi. 383.

Gratiam impetrans per quam ſibi confertur canonicatus ſub expectatione præbendæ, licet præbendã nõ acceptauerit intra menſem, poterit poſtea acceptare re integra, intellige ſi poſt menſem non fuerit alteri collata, nec per alium acceptata, licet tunc executor non poſsit conferre obſtãte forma mandati.Ideò recurrat impetrans pro collatione ad ordinarium, vel ad Papam. Secus in eo qui nondum erat Canonicus, ſed Canonicandus, expectans Canonicatum & præbendã, quia talis elapſo menſe non poterit acceptare.no.Rom. conſi.317.Item ſecus ſi in gratia tempus præfigitur acceptationi: ſicut hodie fit, quia mandatur prouideri de beneficio,quod intra menſem duxerit acceptandũ, qui tunc elapſo menſe acceptare non poteſt: vt no. Pau. in cle.1.de conceſ. præben. & idem tenet ibi Io. An. in glo. ſuper ver. intra menſem.

Gratiam habens de beneficio quod intra menſem duxerit acceptandum,ſi intra menſem acceptauit, licet executor ei non prouiderit, non propterea acceptatio euaneſcit, qa ad prouidendum non eſt executori tẽpus à iure præfixum.ideò poteſt acceptans recurrere ad Papam ꝓ prouiſione ſibi facienda: vel obtineat cauſam cõmitti in palatio, & auditor pronũciato ſibi beneficio debito ꝓuidebit ei ſecundũ formã cle.audi.no.Ro.cõſi.17.

Gratiam ſi quis impetrat in cõmuni forma pauperum ad beneficiũ vacaturũ, poteſt eius executor gratiã purificare ad inſtantiã conſanguinei impetrantis etiam nullũ mandatũ habentis, etiam ex officio inquirẽdo de cõuerſatione & vita eius. An aũt coniuncta perſona poſſit acceptare beneficiũ ſine mandato.no. Ro. conſi. 297.

Gratia in communi forma pauperum ſemper fit cũ exceptione quod impetrans, ſi poſsit in eccleſia cathedrali acceptari.no. Ro. conſi, 247.

Gratia

Gratia in cõmuni forma pauperum non comprehendit canonicatum in eccleſia cathedrali, & ſi habens talem gratiam, impetrat poſtea in forma gratię ſpecialis, canonicatum ſub expectatione præbendæ, prima gratia expirat, & caſſatur expreſſè in ſecundis literis. not. Rom. conſi. 443.

Gratia quando in forma pauperum fit; examinatur impetrans in curia de literatura, conſtructione & cantu & in partibus committitur examinatio de vita & moribus, & conuerſatione. Sed quãdo fit in forma ſpeciali, dignum arbitramur, tunc Papa habens impetrantẽ de vita & moribus cõmendatum, cõmittit in partibus ſolã examinationem ſcientiæ & idoneitatis, id eſt, literaturę conſtructionis. not. Ro. conſi. 441. per alia etiam cognoſcatur, an gratia ſit in communi forma pauperum, vel in ſpeciali: vt no. infrà. in §. gratia ſpecialis.

Gratiam habens in communi forma pauperum, ſi intra menſem acceptauit beneficiũ ante purificationẽ gratiæ, & per eum non ſtetit quo minus purificatur: ſed per executorem valet acceptatio, & impendit collationem ordinarij, dũmodo poſtea conſtet de habilitate, & bona conſeruatione impetrantis tempore impetrationis & acceptationis. no. Rom. conſi. 17. prouiſio autẽ facta per execut. ante purific. nõ tenet. no. Ro. conſi. 317.

Gratia facta in forma pauperum cũ decreto, ſecundũ cle. 1. §. ſecus, de conceſ. præb. nõ ligat manus ordinarij ante purificatam conditionem, ſecundum Ro. licet multi Doctores dicant contrarium. no. Ro. conſi. 95.

Gratia in cõmuni forma pauperum ſi concurrat in data cum gratia ſpeciali ad eandem collationem, reputantur ambæ gratiæ pariles. Ideò ſi habens gratiam in forma pauperum fuerit diligentior, in præſentando, præfertur in præbenda poſtea vacante etiam ante purificatam conditionem, quando conditio non depẽdebat ab alterius poteſta. ſecundũ c. ſi ꝑ te. de reſc. no. Ro. con. 103. & idẽ in gratia facta in forma, dignũ arbitrãtur, cõcurrẽte cũ gratia in forma ſpeciali purè facta: vt no. Ro. conſi. 383. Gratia facta licet nondũ executa, nõ expirat per mortẽ Papæ: & cõſequenter nõ expirat poteſtas data executoria tanquã acceſſoria: ſecus in gratia faciẽda. not. Rom. conſil. 285. prædicta vera in gratia ſpeciali, ſed

ſed in gratia quæ fit in forma pauperum, an poteſtas & iuriſdictio executoris expiret per obitum concedentis. vide conſi.457.circa tertium.& quod no. Io.An. de præben.ſi cui nulla.li.6.in nouella.quando autem gratia facta dicatur,& non in fieri.vide conſi.349. Io. An. dicitur facta,quando Papa prouidet & dat executorem,qui poſſeſsionem det, facienda dicitur quando Papa non prouidet,ſed mandat prouideri,& dat executorem, qui prouideat,& in poſſeſsionem inducat: vt ipſe not.in d. c. ſi cui.ſed Rom.in d.conſi.349. quod gratia dicitur facta etiam, quando Papa mandat prouideri, duntamen id mandat fieri abſq; iudiciali indagine, & de certo corpore beneficij vacantis ex morte certæ perſonæ, quo caſu etiam ſi Papa moriatur re integra, durat poteſtas executoris,ſecundum Rom. ſed aduerte, quia videtur hoc contra theoricam doctorum, & etiam contra tex. in d. c.ſi cui.quod loquitur etiam,quando Papa mandat prouideri de beneficio vacante.

Gratia ſi eſt expedita contra ſtylum curiæ,an ſit ad mittenda:vt vide ſub verbo, reſcriptum. §. reſcriptum apoſtolicum ſi eſt.

Gratia ſi pluribus ſub eadem data de eodem beneficio facta reperiatur,& nõ apparet quis præceſſerit,quid iuris ſit,vide Io.An.in nouella.de præben.ſi à ſede, & de reſcript.duobus. lib. 6.

Gratia facta alicui, vt poſsit ſibi de vno beneficio vel pluribus prouideri, intelligitur de beneficijs ſimplicibus,non curatis:niſi exprimatur in gratia.de præben. cùm in illis,in prin. lib. 6.niſi gratia eſſet exuberans,puta ſi dicat, quod ei poſsit de quocunq; beneficio prouideri.ſecundum Io.An.vt no. Ro.conſi.86.

ADDITIO.

Et quando gratia in beneficialibus ſtrictè interpretetur,vide per Do.Feli.in c.cauſam.in 8.col.verſi. Tertia declaratio.

Gratia motu proprio facta in beneficialibus, videtur ambitioſa.Secus in impetrata gratia, quæ eſt ad inſtantiam data.not.Io.An.de reſcrip.duobus. *li. 6.* in nouella.

uella reſeruationes etiam quas faciunt executores gratiarum odioſæ ſunt. Sed reſeruationes generales Papæ vel etiam ſpeciales motu proprio factæ debent tanquã fauorabiles latè interpretari.no.Fre.in trac.permu.q.1.

Gratiæ expectatiuæ ſi ſint duobus ſub eadem datæ conceſſæ. Sed vnus habet motu proprio, alter nõ præfertur,qui habet motu proprio, licet alter eum præuenerit in prę ſentãdo.Io.And.in d.c.duob⁹.& Fre.in d.q.1.

Gratia per quam quis fit exemptus vel capellanus honoris operatur effectum ſuum, etiam antequam per ueniat ad eos quibus fit,in tantum quod non poſsit ſuſpendi vel excõmunicari per ordinarios etiã hoc ignorantes.no. Rom.conſi.207.

Gratia apoſtolica non cenſetur perfecta ex ſola ſignatura ſupplicationis facta per Papam. Sed tunc demum perficitur, quando ſuper ea literæ ſint confectæ, & ideò in beneficialibus literæ habentur loco tituli, & ante literas cõfectas nõ dicitur quis habere canonicum titulum.not.Rom.conſi.356. quæ incipit,circa ſecundũ. quod intellige,quo ad poteſtatem & iuriſdictionẽ dandam executori, quia de illis loquitur deciſio Rot. ſuper hoc tamen an litera habeatur loco tituli : vide quod pulchrè not. An. de reſcript. in noſtra. in princip. Sed Archi.& Io.An. de reſcript. in nouel. in prohe. ſexti ſuper ver.tranſmittimus. dicunt gratiam eſſe perfectam, etiam ante literas confectas, & vide ibi Do. de San. Ge. qui dicit,quod licet in gratia motu proprio facta requiruntur literæ ad probationem gratiæ factæ: tamen ſecus in gratia non motu proprio facta, quia illa poteſt probari per teſtes,per c.ſi motu proprio à contrario ſen ſu.de præben.li.6.in contrarium tamen facit dictũ Pau. quod ibi recitat idem Do.dicit enim Pau. quod vbi Papa facit gratiam, ſemper mandat fieri literas, ergo non dicitur gratia perfecta,antequã literæ ſint perfectæ: ſed ita eſt quod Papa ſignando ſupplicationem tacitè mandat literas fieri ſecundum ſignaturam,quod patet quia vicecancellarius ſuper eãdem ſupplicationem ſcribit, per quẽ fieri debet minuta poſtea ingroſſanda.ergo,&c.

Gratiam expectatiuam habens cũ clauſula anteferri prę fertur habenti priorem,datam etiam in beneficio ꝗ vacauit & acceptatũ fuit ꝑ primũ ante gratiam ſecun

 di,dun-

di, dumtamen primo ante gratiam ſecundi prouiſum non fuerit.no.Ro.conſi. 383.

ADDITIO.

De iſtà clauſula anteferri quid importet, vide per Domi.Feli.in c.cauſam quæ.15. colum. ver. clauſula anteferri. de reſcrip.

Gratia ſpecialis non dicitur ſolùm illa, per quam ſtatim & purè confertur canonicatus ſub expectatione præbendę cū reſeruatione & decreto in forma laudabili: ſed etiam illa quæ fit ſub conditione in forma dignū arbitramur, cum clauſula ꝙ purificata cōditione ſit perinde,ac ſi à tempore datę fuiſſet canonicatus collatus& reſeruatio cum decreto facta.not. Rom. conſi. 383. vide ſuprà §. gratia quando fit.

Gratia quando fit ſub modo, reſoluitur ipſo iure, licet modus non ſeruetur. Sed poteſt agi ad retractionem, &retardationem rei datæ.no.Roma.conſi. 231.

Gratia alicui facta ſemper intelligitur ſine præiudicio iuris alteri quæſiti,etiam ſi ius illud non ſit in re,ſed ad rem.Ideò per indultum alicui facta, non fit præiudicium apoſtolico expectanti,ſecundum Vin. no. Io. An. de ver.ſig.tua : & multò fortius nō fit preiudicium illi, cui certa & determinata præbēda eſſet debita : vt in tex. & gl. in c.cum eccleſia,de præb.lib.6. & vide infrà §. gratia,per quam perueniat.

Gratia per quam Papa ex certa ſcientia confirmat dimēbrationem factā per legatū, ſupplendo omnē defectū,ſi quis interueniſſet,non ſolùm dicitur ſupplere defectus, quo ad ſolennitatem,puta partis vacationem: ſed etiam quo ad ſubſtantiam, puta poteſtatem dimēbrantis,& veritatē cauſæ expreſſæ. Quod intellige quādo confirmatio eſt facta cum cauſæ cognitione & parte vocata.no. Ro.conſi. 230.

Gratią beneficialis afficit beneficium in gratia cōprehenſum,etiam antequā habeatur rata per illū,cui eſt facta, adeò ꝙ de illo beneficio tanquā affecto nullus pōt diſponere,niſi ille prius,cui gratia eſt facta, dicat ſe non velle illā habere ratā,vel intra terminū ad hoc per iudicē ſtatutū ratū non habuerit:vt patet in c.ſi tibi abſenti, de præben.li. 6. & idem in gratia de beneficio vacaturo, quando

quando eſt appoſitus menſis cum decreto, quia illa ita afficit durante menſe, ac ſi eſſet de beneficio vacãte,per cle.1.§.ſecus, de conceſ.pręben.

Gratia de beneficio vacaturo generaliter in prouincia,ciuitate vel diœceſi conceſſa,ſi non habuit clauſulã, quod duxerit acceptandum, reſtringitur ad primum ꝙ vacabit ibidem. Ideò cenſetur ſpecialis, & non generalis:& ſi ſunt plures gratiæ ſimplices, præfertur prior in data, ſi gratia præſenta[illegible]r antequam alteri beneficium conferatur, vbi aũt gratiæ plures habent clauſulam ſeu beneficium acceptandi, tunc ſi eſt appoſitus menſis cũ decreto, præfertur primus donec menſis durat: ſed ſi non eſt appoſitus menſis, tunc quandocunq; ante acceptationem primi,valet ꝓuiſio facta ſecundario: & etiã ordinarij collatio,nõ obſtante decreto primi.not.Ioan. An.de cõceſ.pręb.executor.in prin.& in fi.li.6.in nouel.

Gratia quãdo fit de beneficio vacaturo ſine clauſula quod duxit acceptandũ,& ſine appoſitione menſis,non põt executor in prouincia generaliter inhibere, ꝙ alter ſe non intromittat,donec habenti gratiam ꝓuiſum fuerit,& hoc propter incertitudinem:ſed in diœceſi poteſt talem inhibitionẽ facere, aliàs quando gratia reſtringit̃ ad primũ beneficiũ,ꝙ vacabit, ſed illud facilius in diœceſi,quia in prouincia quę latior eſt,ſciri poterit:vbi verò in gratia ponitur clauſula acceptãdi ſine appoſitione menſis,vel etiam menſæ ſine decreto:tunc æquũ eſſet,ꝙ etiam in diœceſi nõ poſsit executor dictã generalẽ inhibitionẽ facere,ꝓpter incertitudinem, cùm tunc virtute clauſulæ acceptandi nõ reſtringit̃ gratia ad primũ beneficiũ,ꝙ vacabit,ſed licet hoc ſit æquũ: tamen non probatur per tex. vbi autem eſſet appoſitus mẽſis cũ decreto, nõ eſt neceſſaria inhibitio executoris, qa ſufficit Papal. no.Io.An.de cõceſ.præb.executor.in fi.lib. 6. in nouel.

Gratia expectatiua habens modernam formam,in qua opponitur mẽſis cũ decreto, nõ facit quod aliquod beneficiũ in vim gratiæ acceptat ante vacationem, ſec⁹ ſi menſis nõ ſit appoſit⁹,quia tunc põt acceptare primã, ſecundam,tertiam proximè vacaturã nulli alteri de iure debitam:non tamen põt acceptare certam præbendã in ſpecie, antequam vacet propter captionem mortis. not.Rom.conſi.430.in principio.

Gratia facta cum decreto irritante non afficit beneficium vel præbendã vi decreti ante purificatam cõditionem, etiam tacitè intellectam. Sed ea purificata trahitur retrò ad tempus datæ, ſi verba gratiæ hoc important. & hæc vera in conditione caſuali, ſecus poteſtatiua dependente à voluntate tertij, cuius purificatio non trahitur retro: no. Roma. conſi. 383.

Gratiam beneficialem impetrans, ſi offert aliud beneficiũ, quod obtinuit, dimiſſurum in euentum, quo beneficium vigore dictæ gratiæ cõſequatur, an illud beneficium, quod ſe obtulit, dimiſſurum poſsit ante executionem dictæ gratiæ cum alio permutare, & poſtea poſſit conſequi effectum gratiæ. vide Ro. conſi. 329.

Gratia per quam mandatur alicui prouideri de aliquo beneficio in aliqua eccleſia, in qua eſt niſi vnum beneficium, non poteſt habere effectum in beneficio vnico: quia illud relatiuũ Aliquod, præſupponit ibi diuerſitatem beneficiorũ: idem ſi in gratia dicatur ꝙ mandet ꝓuideri de beneficio ſpectante ad collationẽ epiſcopi, ſi ꝙ vacat, vel cùm vacauerit: quia illud relatiuum Quod, eſt æquipollens relatiuo Aliquod. no. Rom. conſi. 216. & not. in cle. 1. de præben. ſuper verbo, in eccleſijs, aliàs in verbo, in certa eccleſia: ideò habens gratiam expectatiuam ad collationem Decani & capituli communiter & diuiſim, non poteſt acceptare vnicum beneficium ſpectans ad collationẽ Decani diuiſim. no. Rom. conſi. 247.

Gratia ſi eſt talis, quod per eam mandatur prouideri de prębenda cum dignitate, licet altera tantùm vacet, ſcilicet præbenda vel dignitas, poterit prouideri de illa, & impetrans erit ſub expectatione alterius non vacantis, ſecus ſi copulatiuè de præbenda & dignitate fuiſſet gratia facta, ſecus ſi vt qualitas qd adijciatur, vt ſi dicatur, prouideas de beneficio cum cura. not. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 2. col. in princ.

Gratiam habens de beneficio, quod in certa eccleſia duxerit acceptandũ, poteſt acceptare beneficium ad cuiuſcunq; collationem, prouiſionem, præſentationẽ, inſtitutionem, vel electionẽ ſpectans in ipſa eccleſia: quia quando non exprimitur aliquis modus, exprimatur in ſpecie, etiam ſi genus ſubſequatur, puta ad collationẽ, vel quamuis aliam diſpoſitionem: quia tunc non cõprehendit

hendit beneficia electiua ad electionem alicuius ſpectãtia per tex.in.c.1.de præben.in 6.

Gratia per quam Papa mandat prouideri de beneficio pert.nente ad collationem alicuius,non comprehendit beneficia pertinentia ad alicuius ſimul cũ alio. de præben.cùm in illis.in fi.lib.6.quod declara ſecundũ cap.fi.eo.titu.& lib.

Gratiam habens de beneficio ſpectãte ad prouiſionem vel collationem epiſcopi, an poſsit acceptare beneficium ſpectans ad epiſcopi præſentationem,& capituli admiſsionem.vide Rom.conſi. 446.

Gratiam habens acceptandi beneficia in certa eccleſia,poteſt acceptare in eius cœmeterio vel ambitu vel capellis ſibi contiguis. not.Roma. conſi.197.

Gratiam habens de beneficio acceptando poteſt acceptare præbendam , quia appellatio beneficij continet præbendam largo ſumpto vocabulo. not. Roma. conſil. 257.

Gratiam habens ad collationem epiſcopi in forma ſpirituali , poteſt acceptare præbendam etiam in eccleſia cathedrali, dummodo ſpectet ad collationem epiſcopi.no.Rom.conſil.247.& vide infrà §. proxi. & vide ſub ver.diſpenſat.facta cũ illegit.mo.& §.diſpenſat.Papalis.

Gratia per quam mandatur alicui prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum certæ ciuitatis, nulla eccleſia ſpecificata, non comprehendit eccleſiam cathedralem.Secus ſi mandatur prouideri in aliqua eccleſiarum certæ prouinciæ, quia tunc includit non ſolùm cathedrales : ſed etiam metropolitanas eccleſias,de præben. quamuis.lib.6. aduerte ad primũ quod licet gratia, per quam mandatur prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis, non comprehendit beneficia in eccleſia cathedrali.Secus quando mandatur prouideri de beneficio ad collationem epiſcopi ſpectante : vt not. Io. An.in d.c.quamuis.ſuper ver.hoc caſu,in nouella.& idẽ ſi prouideri mandatur de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi in aliqua eccleſiarum ciuitatis : vt not. Io.And.in addi.Spe.in ti.de actio.& peti.§.ſuper petitionibus.ver.penul. in fi.

Gratia facta ad dignitates eccleſiaſticas, non comprehendit epiſcopatum,ſecundũ Inno. in c. dilectus,de

prębẽ.& gratia ſuper epiſcopatu non cõprehendit Archiepiſcopatum: vt ibi per eum, & per Archi. de præben. lib. 6. c. licet.

Gratia an vicietur de falſa latinitate, vel ex defectu literæ vel ſyllabæ, vel dictionis, vel orationis, vel raſuræ, vel ſi eſt contra ſtylum cancellariæ curiæ expedita, vide ſub verb. reſcriptum. §. reſcriptum viciatur. §. ſeq.

Gratia ſiue ſit indulgentia ſiue confirmatio, ſiue reuocatio, ſiue ſit priuilegiũ, redditur nulla ex ſurreptione: ſicut reſcriptum de indulgentia & confirmatione, patet de elect. dudum eccleſia, ad ſi. in tex. & glo. ſuper verbo, expreſſo, & de confirmatione vti. porrecta, in ſi. de reuocatione patet de fide inſtru. quod ſuper his. ver. expreſſa. de priuilegio patet de deci. ex multiplici. & no. Inno. de reſcript. cum dilecto. & eſt tex. de fil. preſby. c. 1. de præben. non poteſt. lib. 6. in princi. & vide Ioan. And. in c. ſi cui. eo. ti. & lib. de priuilegio. no. Anto. de reſcrip. ſuper literis. 3. charta. verſi. quod in priuilegio. & aduerte quod gratia in beneficialibus redditur ipſo iure nulla per ſurreptionem: vt not. glo. de reſcript. ſi proponente. & de præben. cùm teneamur. & in omnib⁹ literis cuiuſcunq; gratiæ. Secus in literis iuſtitiæ. in quibus diſtingue: vt not. Ioan. And. de ſi. presby. c. 1. lib. 6. in nouella. & vide ſub verbo, reſcript. §. reſcript. ad lites.

Gratia ſi dicitur ſurreptitia ex falſi expreſsione, tenetur impetrans probare, quæ expreſsit vera eſſe. Sed ſi dicitur ſurreptitia ex veri taciturnitate, excipiens probare debet illud tacitum eſſe verum. no. Io. de lit. conteſt. c. 1. lib. 6. in nouel. vide tamen quod no. per eum in addi. Spe. ſuper rub. de clan. deſpon. & per Bar. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. publi. & per Inn. de priui. ex parte. & aduerte quod Io. An. in d. c. 1. de litis conteſt. loquitur in gratia ſpeciali: ſed ſuper prædicta loquitur in alijs beneficialibus, & in appellatione matrimoniali, in qua concludit, quod ſi Papa diſpẽſauit, onus probãdi incumbit ei, qui dicit falſitatem expreſſam: ſecus ſi Papa non diſpenſauit: ſed alteri diſpenſare mandauit: quod no. Oldr. dicit, quod etiam ſi Papa diſpenſauit, onus probãdi incũbit diſpenſato: vt no. ipſe cõſi. 253.

ADDI-

ADDITIO.

An autem omnia ſint exprimenda in reſcripto, vide per Do. Alex. in conſi. 114. in 2. col. in 1. vol. & vide eum in conſi. 40. in vlt. col. in 2. vol. vbi ponit quod ſit maius vitium ſubreptio vel obreptio.

Gratia beneficialis ſi eſt ſurreptitia, nō tribuit executori aliquam iuriſdictionem. no. de reſcript. gratioſè: ſurreptio vitiat ipſo iure: vt ibi. & in c. ſi motu proprio. de præben. lib. 6. & de reſcript. poſtulaſti. vide infrà §. gratia beneficialis non eſt.

Gratia beneficialis conceſſa per Papam, ſi eſt ſubreptitia, non impedit, quin Ordinarius conferre poſsit: quia per literas ſurreptitias nō ligantur manus ordinariorum vel inferiorum: vt no. Ioan. An. de exce. præla. inter dilectos. ſuper glo. vnde nō voluit, debuit tamen ſuper illa ſurreptione pronunciari per Papam, non inferiorem. not. Lap. de præben. ſi tibi. lib. 6. vide ſub verbo, beneficium. §. beneficium dicitur reſeruatum.

Gratia non dicitur ſemper ſurreptitia: licet veritas ſit tacita: ſed tunc demum quando eſt tale, quod ius expreſſe dicit exprimi debere: vt no. gl. in cle. 1. de præben. ſuper ver. vel alteri, vel quando ius expreſſe non dicit: ſed tamen tacitum tale quod ſi Papa ſciuiſſet veriſimiliter eſt de iure, quod gratiam nō dediſſet. not. Ro. conſi. 331. ver. 9. vel etiā ſi ſciuiſſet, non tamen ſic de facili. not. Fre. in tracta. permu. q. 3. quod eſt verum in beneficialibus: vt no. Ant. de conceſ. præben. cum noſtris. 6. col. in fi. & eſt tex. notabilis. de reſc. poſtulaſti. in fi. vt no. Do. & Io. de Imo. in c. ſi motu proprio. de præben. Adde quod ſi appareret, ex quibus Papa ſcit gratiam facere, ſufficit illam rem veram, licet alia ſint falſa: vt no. ſub verbo, reſcrip. §. 1. vide omninò infrà §. gratia in beneficialibus ſi eſt. Ad cognoſcendum autem, an Papa fuiſſet aliàs gratiam facturus, vel non, colligitur ex coniecturis & qualitatibus perſonarum. not. Ioan. An. de reſcript. ſi proponente.

Gratia motu proprio facta, licet non poſsit dici ſurreptitia, tamen per motum proprium nulla inducitur diſpenſatio ſuper incompatibile: nec fit habilis: nec tollitur ius tertij. no. gl. in cle. ſi Romanus. & cle. per lite-

ras,de præben.& no.Ro.conſi.111.debet tamen quod motus proprius ampliat quãdoq; gratiã, aliàs ſtrictè interpretandam, pro quo eſt tex. in c. ſi pluribus,de præben. li.6.& no.cle.per literas.quod licet gl.ibi aliter dicit.Prædicta limita niſi in gratia motu proprio facta,ſit appoſita generalis clauſula nõ obſtante:quo caſu omnes defectus cenſentur ſublati:vt not.Lap.in c. ſi ꝓpter. de reſc. & in c.ſi eo tempore,niſi defectus vel impedimentũ procedant à iure naturali vel quaſi,vt ſi ille cui gratia fit, ſit infans, laicus, vel mulier, qui ſunt omnino incapaces beneficij:vt no. Lapus in c. ei cui,de præben. lib.1. Sed Lap.de Caſtil.tenet, quod dicta clauſula generalis non tollit defectus prædictos:vt ipſe no.alle.7.& vide ipſum in alle.122.vide omninò Domi. de Sanct. Gemi. in d. c. 1. infrà 6. vbi aliàs opi. recitat.

Gratia etiã motu proprio facta de beneficio curato vel principali in eccleſia,dicitur ſurreptitia, niſi in ea fiat mentio de cura vel principalitate beneficij. no. Rom. conſi.111.hoc limita, niſi in dicta gratia ſit poſita clauſula non obſtante,&c.vt not. Lap. in c. ſi eo tempore, & c. quamuis. & c.ſi propter. de reſcript. lib. 6. Sed Lap. de Caſtil.tenet quod dicta clauſula generalis nil operatur quò ad præmiſſa: vt not.ſuprà §.proximo.

Gratia non põteſt dici ſurreptitia,quando eſt facta ex certa ſcientia.no.gl.in c.1.de fil. presby. & no. Io. An. in c.olim,de ver.ſig.ſuper ver.aperiendũ.Sed nõ dicitur ex certa ſcientia facta niſi exprimatur. no. gl.in c. ſtatutum,de reſcrip.lib.6.ſuper ver.literarũ.in cle. & ſi principalis.eo.ti.in gl.fi.vel niſi quid tale dicatur,ex quo appareat Papam ſcire.no.Inn.de æta.& quali.eam te. & Io. And.de confir.vti.vel inuti.porrecta.& Ant.in c.1. de cõſti.li.6.in ver.oppo. vel niſi ſecunda iuſsio intercedat, q̃ motu proprio requiratur.no.Bal.C.de preci.impe.offe. l.nec damnoſa.& no.Io.An.& Ant.in d. c.porrecta.& plꝰ operatur gratia facta ex certa ſcientia quàm ſi fiat motu proprio,vt patet in notatis.& §.ſeq.in fi. dicitur etiã ex certa ſcien.fieri,quando in gratia confirmationis inſeritur tenor confirmationis.not.Anto. in c.pe.de cõfir. vti vide omnino infrà ſub verbo, ſcientia. §.

Gratia ſi eſt impetrata pendente lite,non facta mẽtione de lite,nõ valet,quia ſurreptitia eſt, ſiue cõtineat

 priuile-

priuilegium,ſiue ius nouum: Ratio eſt,quia non cenſetur intentionis Papæ, velle collitiganti præiudicare. not. Inno. in c. fin. vt lit.penden. Per quam rationem patet,quòd etiam ſi motu proprio gratia fiat,non præiudicat collitigãti, quia motus proprius non tollit defectus intentionis: vt not. in c.ſi motu proprio. lib.6.in nouella. & ita tenet Hoſt. Io.And.& Ant. in c. cauſam. quæ etiam ponit ibi Io.And.ſuper glo.2. Plus ergo operatur, ſi gratia fiat ex certa ſcientia, quia tunc collitiganti præiudicat: vt not. Io.And.in c.fi. vt lite pend.ſuper 1. gloſſ. & in c. olim,de verbo.ſignif.ſuper ver. aperiendum.

ADDITIO.

Dicitur autem gratia fieri ex certa ſcientia, quando Papa eſt certificatus de omnibus,quæ poſſunt eum mouere ad non reſcribendum, vt habetur per Abba. Siculum.in c. paſtoralis. in §. præterea. de offi.deleg.

Gratia quando eſt impetrata pendente lite non facta mentione de ipſa lite, non valet, nec proſit impetranti contra Aduerſarium in eadem lite. Iſtud verum,quando impetratur à communi domino partium: Secus ſi gratia & ius impetretur à priuato, quia tunc illud ius ſuperueniens prodeſt impetranti. no.Rom.conſ.310.

Gratia ſi dicatur impetrata lite pendente, ſufficit quod tempore impetrationis reperiatur cauſam eſſe commiſſam, quia per hoc inualidatur, licet alius actus non ſit factus in cauſa: vt c. cauſam. q. 2. de teſtib. & ibi not. Anto. quod eſt verum, ſi commiſsio fuerit impetranti intimata, aliàs ſecus: vt ibi not. Ant.ſingulariter,quòd licet commiſsio intimata non inualidet gratiam ex toto,tamen impetrans non poteſt vti dicta gratia ad præiudicium litis illius.

Gratia impetrata lite pendente, non facta mentione de lite, non dicitur ſurrepticia,quando Aduerſarij non intereſt,quia nullum ius habet,nec poſſeſsionem.Item ſi impetrans tacuit per eum appellationem ſuper illo negotio interpoſitam,& partis appellatæ non intereſt, ſecundum Io. And. an videatur velle, quòd licet gratia valeret, tamen impetrans non poteſt illa vti in eadem lite,ſed in illa in futurum ſic.no.Rom.conſi.310. in ver.

verum, circa medium. & not. Io. And. poſt Inno. in add. c. fi. vt lite pen. quod limita niſi impetrans dolo, vel malitia tacuiſſet litis pendentiam, quia tunc etiam in alia lite non prodeſſet impetratio: vt no. Ant. in d. c. fin. ſed Inno. in d. c. 1. eo. tit. dicit, quòd omnis impetratio facta etiam lite pendente, valeat, dummodò non fit in præiudicium iuris Aduerſarij ſui. Item dicit Io. And. in c. cauſam quæ de teſti. quòd limita ſecundum Ia. quando de iuſticia Aduerſarij conſtaret, ſi interim quò ad illa non conſtaret impetratio, non valeret, vt ipſe not. in c. 1. eo. tit. & lib. vbi omninò vide.

Gratia obtenta per poſſeſſorem beneficij nullum ius habentem in beneficio ante illam gratiam, non dicitur ſurrepticia, licet de gratia Aduerſarij, quæ nulla erat propter ſurreptionem, & de appellatione ab eo interpoſita, non fecerit mentionem, quia quod nullum eſt, non præſtat impedimentum: ideò licet taceatur, non ſurripitur. not. Rom. conſil. 310.

Gratia beneficialis eſt ſurrepticia, ſi in ea tacet impetrans aliam gratiam ſibi factam, licet inualidam, ſecundum Hoſt. & Io. And. de reſcript. in noſtra. licet gloſſ. ibi in fin. dicat contrarium. & idem dicit glo. 1. in fi. in c. ex tenore. eo. tit. & de conceſſ. præben. cùm in noſtris. in gl. 3. Pro concordia dici poteſt, quòd dictum Hoſt. procedit, quando prima gratia eſt nulla vitio impetrantis, quia illud tacuit quod beneficium habeat, aliàs procederet opin. glo. & hoc videtur ſenſiſſe Io. Cal. & Ant. in d. c. in noſtra.

Gratiam expectatiuam habẽs, ſi aliam expectatiuam impetrat, non facta mentione de prima, ſecunda eſt ſurrepticia. no. Rom. conſ. 220. quod eſt verum, etiam ſi impetrans velit primæ gratiæ renunciare: vt not. Io. And. contra Inno. de reſcrip. in noſtra. & idem ſi ante impetrationem ſecundæ obtulit ſe dimiſſurum primam in certum euentum, quam non dimiſerit, quia euentus nondum venerat. not. Rom. conſil. 220. adde, quòd ſi impetrans ſecundam expectatiuam ignorauit primam, vel etiam ſciuit, ſed non acceptauit, non dicitur impetratio ſurrepticia, licet de prima non ſit mentio facta. not. Ant. in d. c. in noſtra. ver. tertius eſt caſus, &c.

ADDI-

ADDITIO.

An & quando ſecundũ reſcriptum non faciens mentionem de primo, ſit nullum, vel irritandum, vide pleniſsimè per d. Fel. in c. cæterùm. in 6. col. cum tribus ſequentibus. in ver. non eſt nullum, de reſcript.

Gratia beneficialis cenſetur ſurrepticia, ſi impetrans habens canonicatum & præbendã expreſsit canonicatum, & tacuit de prębenda. Quod eſt verũ, quando prębendæ in eccleſia ſunt diſtinctæ: aliàs ſecus. not. Rom. conſ. 447. Si aũt habet ſolũ canonicatum, & illum tacet, an gratia ſit ſurrepticia. gl. 2. in noſtra. de reſcript. dicit quòd ſic. Idem dicit Archi. de præben. ſi motu proprio. in ver. beneficium. lib. 6. & vide Ro. conſil. 444. & idem dicit Lapus in canonicatu etiam ſuper patrimonio. & in d. c. ſi motu proprio.

Gratia per quam prouidet Papa de beneficio, ad quod alteri ius quæſitum eſt, an ſit ſurrepticia, ſi in ea non fit mentio de iure ad rem alteri competenti, videtur quòd non, per c. is qui, de præben. lib. 6. iuncto c. relatũ. eo. tit. quia ius in re præualet iuri ad rem. eo. tit. & lib. & quod no. Io. And. in nouel. in gl. idem verbum. nec ob. ꝙ princeps non videt velle tollere ius alteri quæſitũ: vt not. de verb. ſig. dilecto. quod verũ eſt de iure quæſito in re, nõ de iure ad rem, quia illud non extendit: vt in d. c. hi qui. Io. An. diſtinguit, ꝙ aut beneficiũ vacat in curia: aut extra. Primo caſu valet prouiſio Papæ, licet in ea non fiat mentio de iure alteri quęſito ad rẽ, quia nullꝰ pręter Papam potuit de tali beneficio diſponere. Secũdo caſu ſecus, ſi ꝓuiſio eſt motu ꝓprio facta, ita diſtinguit ipſe in c. dudũ. de præb. lib. 6. ſuper gl. 1. & in c. ſi poſtquã. eo. tit. & lib. & ſuper ver. à ꝓdictis. in nouel. ſed Rota diſtinguit aliter, ꝙ aut ius ad rem eſt quęſitũ alteri per electionem vel præſentationem, aut per attentationem habẽti gratiam expectatiuam: primo caſu non valet prouiſio Papæ non facta mentione de illo iure alterius, ſecundo caſu ſecus. not. Rom. conſil. 244. & ratio differentiæ ibi ponitur, & vide ſuprà §. gratia mandati.

Gratia expectatiua impetrata in certa eccleſia vel collatione non ideò eſt ſurrepticia, q̃a in ea nõ fit mẽtio de alia ſimili gratia, quã alter habebat in eadẽ eccleſia vel collatiõe, & idẽ ſi in eadẽ eccleſia auctoritate ordinaria

erat prius in canonicum receptus, per quam receptionem erat ſibi ius quæſitum ad præbendam proximè va caturam, quia de illa receptione vel iure non tenetur impetrans facere mentionem, & impetrans qui auctoritate apoſtolica expectat illi alteri, licet prius recepto, præfertur. not. Rom. conſil. 254.

Gratia dicitur ſurrepticia, quando impetrans tacuit appellationem, quam fecerat occaſione eiuſdem beneficij, ſuper quo impetrat, niſi partis appellatæ non intereſſet, quia tunc ſurreptio allegari non poteſt. not. Rom. conſil. 310. vide quòd not. Ioan. And. de offi. deleg. ex literis.

Gratia eſt ſurrepticia, ſi impetrans nõ facit mentionem de appellatione partis aduerſæ, de confir. vti. bonæ. Sed ille tex. videtur facere pro & contrà. vide quod not. Ioan. And. de offi. deleg. ex literis. Idem ſi non facit mentionem de appellatione propria, de reſcript. ex parte. B. & vide Ant. ibidem.

Gratia cenſetur ſurrepticia, quando facta eſt contra præcedentem declarationem Papæ, de qua in ipſa gratia non facit mentionem, vt patet in text. & gloſſ. de re iud. cùm olim. & contra talem præſumptionem ſurreptionis admittitur probatio in contrarium, vt dicit ibi Inno. & Ioan. And.

Gratia nõ redditur ſurrepticia, licet impetrans non fecerit mentionem de ſtatuto contrario in eccleſia non confirmato per Papam, niſi impetrans eſſet de numero ſtatuentium. no. Lap. in addi. tract. permu. Fre. q. 34. in contrarium videtur text. de reſcript. conſtitutus. vide infrà §. gratia beneficialis non dicitur ſurrepticia.

ADDITIO.

De hoc etiam vide per Alex. conſil. 92. in 1. colum. in 1. volum. vbi tractat, an in reſcripto debeat fieri mentio de ſtatuto faciente in contrarium.

Gratia facta contra generale conſilium, an cenſeatur ſurrepticia, ſi in ea non fit mentio ſpecialis de dicto conſilio. text. videtur quòd ſic, in c. ex parte. dẽ cap. mo. ſecundum Innoc. ibi videtur ſentire contrarium. Archi. tenet quòd non valet gratia, in c. 1. de conſtit. lib. 6. pro quo videtur de reſcriptis. nonnulli, ſed Io. And. aliter deter-

determinat ibi contrarium, ſuper gloſſ. & vide text. de ætа. & quali. eam te. & Inno. de renun poſt tranſactionem. in fin. vide Ant. in d.c. ex parte, de reſcrip. c.1.3.col. & de conſt. quę in eccleſiarum. pe. col. eo. tit. c.1. li.6. ver. oppo.6. cum glo.

Gratia facta de beneficio patrimoniali tacito de iurė patronatus eſt ſurrepticia, quod eſt verum in beneficio vacante. Sed ſi beneficium eſſet vacaturum fortè per aſſecutionem alterius, an gratia impediens illam vacationem tacito de iurepatronatus, ſit ſurrepticia, ſub iudice lis eſt. not. Rom. conſil.331. & prædicta vera, etiam ſi gratia ſit motu proprio facta. no. Rom. conſil.111. Item prædicta intellige de iurepatronatus competente laico vel etiam clerico ratione patrimonij. Secus ſi competeret clerico ratione eccleſiæ, vt colligitur ex tex. & glo. & quod ibi no. Hoſt. & Io. And. & Ant. in c. cùm dilectus, de iurepatronatus.

Gratia impetrata de beneficio ſpecialiter reſeruatò, non dicitur ſurrepticia, licet de tali reſeruatione non fuerit facta mentio: Secus ſi fuiſſet generaliter reſeruatum. not. Rom. conſil.338. Sed in antiquis dicit Rom. indiſtinctè, quòd non tenetur impetrans de reſeruatione facere mentionem: vt not. Rom. conſil.425. niſi eſſet reſeruatio præcedens ex eo quòd beneficium vacauit in curia, quia illud non venit ex generali conceſsione per c. 2. de præbend. lib.6. & ita tenet Deciſio in antiquis. conſil.414. Sed Fred. dicit aliter, quòd ſi reſeruatio erat generalis, & non in curia, valet gratia, licet in reſeruatione non fiat de ea mentio: Secus ſi erat ſpecialis & ſecreta in certis beneficijs, ſi tamen conſtaret pro quo ſpecialis in reſeruatione mentio facta non eſſet, & idem ſi ſpecialis reſeruatio facta nō eſſet in odium conferentis, quia fortè conferebatur indignis. Et quod dictum eſt de collatione ſeu prouiſione, idem in permutatione. not. Fred. in tractatu permu. q.4.

Gratia impetrans diſpenſationem ſuper primo beneficio curato obtinendo, non obſtante aſſecutione ſecundi curati, eſt ſurrepticia, ſi in ea non fiat mentio de prouiſione alteri prius de eodem beneficio facta, licet nondum acceptata. Ac quanquam etiam non acceptet, tamen diſpenſatio conualeſcit, ſecundum Archi. not.

not. Ioan.de præben.ſi tibi abſenti.lib.6.ſuper ver. non ſubſiſtit.in nouella.

Gratia ſuper beneficio facta non redditur ſurrepticia, licet in ea non fiat mentio de diſpenſatione, quam impetrans habebat ad beneficia conſequenda ratione inhabilitatis perſonæ vel aliunde, ſed ſecunda diſpenſatio benè cenſetur ſurrepticia, ſi de prima non facit mentionem. not. Io. And. de fil. presby.c.2.lib. 6. in nouella. & idem dicit Oldra. conſi.222. aduerte, quia hoc dictum ſecundum nõ probat ille tex. nec dicit ꝙ in ſecunda diſpenſatione ſit neceſſe fieri mentionem: ſufficit ergo ꝙ de defectu ſiue inhabilitate fiat mẽtio, concedo tamen quòd etiam ſufficit in ſecunda diſpenſatione de prima fieri mentionẽ, quia narrãdo primam diſpenſationem narrat defectũ, & conſequẽter ſatisfit. d.c.2. ꝙ fundat in ſola taciturnitate defectus, non primæ diſpenſationis.

Gratia diſpenſationis ſuper beneficio cenſetur ſurrepticia, ſi impetrans eam tacuit aliquod beneficiũ de obtentis. de præbend. non poteſt.lib.6. etiam ſi de facto & non de iure illud obtineat: vt not.eo.tit. & lib. cum qui. in glo. eadem ratione.

Gratia per quam mandatur prouideri alicui de maiori præbenda vacatura in eccleſia, in qua per impetrantem dicuntur eſſe præbendæ maiores, non eſt ſurrepticia, licet ibi ſint mediæ præbendæ, de quibus non fecit mentionem, de illis tamen mediijs vel inferioribus ſibi non poterit prouideri, quia non veniunt in gratia. not. Rom.conſil.217.

Gratia non cenſetur ſurrepticia, ſi impetrans exprimit beneficium, quod principaliter obtinet: licet non exprimat beneficia illi principali annexa, vel illi conſecutiua. not. Rom. conſil.447. & idem not. Ioan. And. de præbend. c. ſuper. lib.7. in nouella.

Gratiam beneficialem impetrans, & offerens ſe aliud beneficium, quod obtinet, aſſeruit dimiſſurum, ſi illud non obtinet, an gratia ſurrepticia ſit, vide Rom. conſil. 447.

Gratia ſi neutri, ſemper cenſetur ſurrepticia, niſi omnia exprimantur, quæ poſſunt Papam mouere ad concedendum vel negandum, quia eſt noua gratia, & noua proui-

prouiſio,ſiue nouus titulus acquiritur. not.Rom.conſ. 238. & vide infrà §.proximo ſequent.

Gratia per quam quis impetrat ſe ſurrogari in ius, & litem defuncti, ſurrepticia eſt, ſi impetrans in ea non exprimit beneficia quę obtinet, ſi tamen primò quis impetrat ſurrogantem, ne in ius litem defuncti non exprimat beneficia prædicta, dum tamen ſe referat ad priorem gratiam ſuper eodem beneficio impetratam, quæ nulla fuit, quia tacuit litis pendentia, non cenſetur ſecunda gratia ſurrepticia, quia ſufficit ꝙ in gratia priori, ad quā ſe refert in ſecūda, expreſsit beneficia ſua, & iſta ſecunda gratia cenſetur reformatio primæ.no.Ro.con. 274.contrariū huius videtur determinare gloſſ. penul. in c. ſi apoſtolicæ. de præbend.lib.6. vide ſuprà §. proximo.

Gratia per quā ius pinguius ſuper beneficio impetratur, ſiue per quam ius quæſitū augetur, ita fit ſurrepticia, ſi beneficia obtēta tacerent, ſicut fieret ſi beneficiū vel diſpenſatio ſuper eo impetraretur, & ita reſpondit Bonifa.ab auditoribus conſultus:licet Archi.aliter ſenſerit:vt no.Io.And.de præb.ſi apoſtolicæ.lib.6.pen. col. & ſuper ea in nouella. Aduerte tamen quòd Io.And.loquitur, quando gratia, per quam ius augeretur, immutat naturam prioris gratiæ ſiue iuris.

Gratia facta vni, reuocans gratiam factam alteri, an debeat intelligi gratiam dūtaxat inualidam reuocaſſe, an etiam valida ſit, vide ver.Papa.§.ſi Papa mandat.

Gratia eſt ſurrepticia, ſi impetrans canonicatum & præbēdam reſeruatos, dicit quòd ignorans reſeruationem vtrumq; acceptauit cū ſolam acceptaſſet præbendam, & Papa canonicatum vltra numerum ſibi contuliſſet ſub expectatione præbendæ, ita not. Lap. in c. ſi motu proprio. quæ not.quibuſdam videtur mirabilis, ſed non eſt, nō enim ideò gratia eſt ſurrepticia, quia expreſsit ſe acceptâſſe de facto canonicatum reſeruatum, quem habebat ex collatione ſibi facta per Papam.

Gratia ſurrepticia non valet etiam ſi Aduerſarius impetratoris conſentiat. not.Ant. ſecundum Innoc. de re iud.cùm olim.in vlt. nota. ſecus ſi in reſcripto ad litēs ſurreptio ſit. not. Domi. de ſancto Gem. c. ab eo. de ap.lib.6.

Gratia

Gratia mandati de prouidendo ſuper certo beneficiò facta operatur, quòd ſi alius ſimilem gratiam ſuper eodem beneficio impetrauit, non facta mentione de prima gratia, non valet impetratio ſecunda, quia non eſt veriſimile, quòd ſi Papa ſciuiſſet de prima, conceſsiſſet ſecundam. text. & glo. de offi. deleg. ex parte 1.

Gratia mandati de prouidendo, habet vim reſeruationis. not. Ioan. And. de elect. ſi eo tempore. lib. 6. in nouella.

Gratia in beneficialibus non eſt ſurrepticia, licet impetrans tacuerit ſibi abſenti collatum, etiam ſi ſciuiſſet collationem, dummodò non acceptauerit. not. Lap. alleg. 89. ver. modò dicto. & Ant. de reſcrip. in noſtra. ver. tertius caſus. ſed Io. And. aliter ſentit de reſcr. gratia. lib. 6. in glo. ſuper verbo, ignoranti. & ſuper ea in nouel. vide infrà §. gratia beneficialis ſi dicitur.

Gratia non eſt ſurrepticia, licet impetrans tacuerit modum vacationis beneficij, ſufficit enim quòd vacationem expreſsit, & dicendo ſimpliciter quòd vacat, intelligitur quòd vacat vacatione iuris & facti. not. Lap. alleg. 89. 6. col.

Gratia in beneficialibus ſi eſt ſurrepticia ex dolo impetrantis, non valet indiſtinctè, etiam ſi ceſſante ſurreptione Papa gratiam feciſſet, idem ſi fuit ſurrepticia ex ſimplicitate: ſecus ſi ex ignorantia, quia tunc diſtinguitur, an ignorantia fuit improbabilis, & tunc indiſtinctè non valet gratia, ſi verò fuerit probabilis, tunc ſi ſurreptio fuerit inductiua ſolius formæ, hoc eſt dicere, ſi Papa fuiſſet aliàs gratiam facturus, quo quomodo fuiſſet facturus, valet: ſed in alia forma diſtinguitur, an illa gratia ſit reducibilis, & valet: ita concludit Ant. in c. ſuper literis, de reſcript. in ver. ſecundo quid in literis beneficialibus. ſed Inno. duobus verbis dicit: quòd aut ſurreptio ſit mentiendo, aut tacendo: primo caſu non valet gratia etiam ſi Papa fuiſſet aliàs gratiam facturus, ſecundo caſu ſecus, quia plus eſt mentiri quàm tacere: vt not. Ant. in c. ſi proponente, de reſcript. & ibi text. de primo membro: & in c. ſuſceptis. eo. tit. lib. 6. & not. gl. de præbend. cùm teneamur. & eſt ratio, quia expreſsio falſi præſumitur factam per dolum: vt Inno. in c. fin. de crim. fal. Sed de ſecundo membro habemus hodie caſum

ſum contra Inno. in c. ſi motu proprio, de præben. lib. 6. & ibi do. de ſan. Gemi. & do. Io. de Imo. aliter dicunt circa ſurreptiones prædictas, tenent tamen idem quod Inno. quãdo fit ſurreptio per falſi expreſsionem; & vide ſuprà §. gratia beneficialis quando.

Gratia beneficialis non dicitur ſurrepticia, licet impetrans tacuerit beneficium, in quo vel ad quod probabiliter ignorabat ius ſibi competere. de reſcript. lib. 6. & Io. And. dicit ibi in nouel. quòd ſpeciale eſt ibi in caſu illius c. ſed in c. ſuper literis, eo. tit. in 1. gloſſ. dicit melius, quòd generaliter hoc procedit, vbicunque eſt probabilis ignorantia non ob. c. conſtitutus eo tit. quia ibi ignorantia fuit ita improbabilis, cùm impetrans incerta eccleſia debuerit ſe informare de qualitate ipſius eccleſiæ, an eſſet numerata vel non: vt not. Ant. in d. c. ſuper literis. 3. charta. ver. quid in literis beneficialibus. vide infrà §. gratia non redditur ſurrepticia, licet videtur. in §. gratia in beneficiali non eſt.

Gratia beneficialis quando eſt ſurrepticia vel obrepticia, ſicut viciatur gratia ipſo iure, ita & proceſſus illius vigore gratiæ factus eſt ipſo iure nullus, etiam ſi de ſurreptione non opponatur, quod eſt verum ſecundũ Compo. quando executor gratiæ proceſsit vt merus executor. ſecus ſi partes iudicis aſſumpſit, quia tũc proceſſus valet, ſi non opponatur de ſurreptione, & quòd dicit proceſſum eſſe nullum, quando proceſsit vt executor, limitat idem verum, niſi vitium ſurreptionis ſit remiſsibile per partem. Quod eſt verum quando ſurreptio ſumit originem à cauſa fundata ſuper fauore partis, puta quando quis impetrauit in eccleſia numerata non facta mentione de numero, ſi enim canonici, quorum fauore dicta ſurreptio trahit originem, impetrantem recipiant, & de dicta ſurreptione nõ excipiant iũs & factum vel factum tantùm, valet proceſſus executoris, ſecundum Inno. vt not. Ant. in c. ad audientiam. 2. de reſcript. & c. conſtitutus. eo. tit.

Gratiæ ſi ſint plures à diuerſis in priuilegijs vel beneficijs impetratæ, quæ illarum alteri præferatur, vide Ant. in c. 1. de reſcrip. col. antepen. & vlt.

Gratia impetrata in eccleſia numerata, non facta mentione de numero, eſt nulla, & ſurrepticia, etiam ſi

a ſint

ſint reditus ſuper excreſcentes,licet Compoſt. Hoſt. & Io.And.dicant contrariũ,ſi ſuper excreſcentes ſunt, tamen ſi numerus canonicorum ruptus ſit ex ſuſceptione alicuius ſupernumerarÿ, tunc non eſt neceſſe mentionem fieri de numero,etiam ſi numeru s prębendarũ non ſit ruptus,quia vbi determinatus eſt numerus præbendarum,& non canonicorum, nõ eſt neceſſaria mentio de numero: vt not. Anto. in c. cùm M. de conſtit. 9. col. ver. quid dicam. Et quando dicatur numerus ruptus canonicorum vel præbendarum, vide ſub ver. canonicus.§. canonicorum. aduerte, quòd ſi quis impetrat canonicatum, & præbendam tanquam vacantes, tacitè videtur mentionem feciſſe de numero,quia in eccleſia non numerata non cadit propriè vocatio: vt not. Io. And.in c.conſtitutus. ſuper ver.vacare,& ſuper ver. ſi vacat. de reſcript.

Gratia impetrata in eccleſia,in qua certus numerus canonicorum & præbendarum eſt determinatus ex ſtatuto iurato, & per Papam confirmato eſt ſurrepticia, niſi in ea fiat mentio de numero, ſiue ſtatuto ac de iuramento & confirmatione, nec ſufficeret de ſtatuto & iuramento exprimere, niſi etiam de confirmatione exprimatur: vt not.Ant. de reſcrip.conſtitutus.6.col.ver. ead.gloſſ.& idem dicit ibi Io. And.& adde,quòd eccleſia non poterit fieri numerata ex conſuetudine, ſed ex ſtatuto ſic:vt not.Io. And.de conceſ.præbend. ex parte,ſuper ver. conſuetudinem.

Gratia quæ ex taciturnitate ſtatuti cenſetur ſurrepticia non excuſat ſurreptionem, licét narret ſtatutum, ſi tacet eius apoſtolicam confirmationem : vt not. in c. conſtitutus. de reſcript. 6. col. vbi etiam eandem gloſſ. & ibi dicit idem Io. And. & Inno. in c. 1. de fil. presbyt. lib. 6. in nouel. ſuper gloſſ. quia voca. vbi vide: ſed hoc intellige,quando ſtatutum etiam valebit ſine confirmatione Papæ. Secus puto in ſtatuto populi recognoſcentis ſuperiorem, quòd non valet ſine confirmatione ſuperioris: nam qui de tali ſtatuto facit mentionem, intelligitur loqui de ſtatuto valido & conſequenter confirmato,&c.

Gratia impetrata à Papa de canonicatu & præbenda, tanquam vacantibus per mortẽ alicuius canonici præben-

bendati in eccleſia, in qua non eſt determinatus numerus canonicorum, nec diſtinctio præbendarum, valet: vt not. Io. And. in c. fi. de conceſ. præben. lib. 6. ſuper ver. diſtinctio, quia licet quò ad deuoluendam poteſtatem conferendi ad ſuperiorem, ex negligẽtia inferioris per concilium Lateran. non dicatur in tali eccleſia canonicatus nec præben. vacare, vt patet de præben. dilecto. & de conceſ. præben. ex parte tamẽ quò ad Papam, vt ipſe poſsit conferre tanquam vacantem, dicitur vacare, vt eſt caſus in c. ſtatutis. de reſcrip. & ibi not. Ant.

Gratia in beneficialibus eſt ſurrepticia, niſi in ea fiat ſpecialis & expreſſa mentio de beneficio vel literis ad beneficia obtentis, nec ſufficit quod fiat mentio generalis: vt not. Io. Cal. in c. noſtra. de reſcript. 7. oppo. & idem no. Ant. in c. fi. de offic. ord. & ibi eſt text.

Gratia ſi impetretur de beneficio, cuius fructus centum florenos auri, ſecundum taxationem decimæ, non excedant, & in loco quo beneficium impetratur, non reperitur aliqua taxatio decimę, dicit Oldrad. quòd dicendum eſt, vel gratiam non valere, vel valor intelligatur ſecundum veram æſtimationem. Ita quòd beneficium maioris valoris non cadat ſub gratia, vt ipſe not. in conſil. 232. ſed Io. And. plures opiniones referens aliter concludit in add. Spec. ſuper Rub. de conceſ. præb. vbi videas.

Gratia poteſt eſſe ſurrepticia pro parte, & pro parte non, vt ſic vtile per inutile non vicietur, vt eſt tex. in c. ſi eo tempore, de reſcrip. lib. 6. & not. per glo. & Lap. de præb. non poteſt. eo. lib. 6. & per Ant. in cle. fi. de reſcrip. hoc verum, quando partes ſunt ſeparabiles: vt not. de reſcrip. conſtitutus, in prima glo.

Gratia impetrata ſuper beneficio, quod liberè & perfectè non vacat, non conualeſcit, licet poſt impetrationem ſuperueniat libera & perfecta vacatio: vt not. Io. And. poſt Arch. in c. ſi clericus. de præben. l. 6. ſuper glo. 1. q. in nouella. & facit quod ipſe not. in c. ſi tibi abſenti. eo. tit. & lib. ſuper ver. non ſuperſiſtit. in nouel. & quod not. gloſſ. in cle. gratiæ, de reſcript. ſuper verbo, reſignaueris, & facit regula non firmatur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis nomine quid intelligatur, & quid hæredis appellatione, & quibus modis fiat hæredis institutio.*
2 *Hæreticus dupliciter conſideratur, occultè ſcilicet & manifeſtè, & à quibus ſuſpendat hæreſis.*
3 *Homicidium quæ incommoda dicatur inducere.*
4 *Honor cæteris rebus eſt præferendus, & auget vtilitatem.*
5 *Hoſpitalia an nomine beneficij veniant vel officij, & quæ iura habeant.*

DE LITERA H.

HAEREDITAS † exprimitur & ſumitur loco bonorum, quando dicitur in contractu inter viuos, vt ſi quis dicat, dono tibi hæreditatem meam: vt not. Bart. de leg. 1. l. quandoque. §. ſi ſeruus, &c.

ADDITIO.

Item hæreditas venit appellatione rerum: nam ſi bona relinquuntur ſub appellatione rerum, continetur tota hæreditas, vt habetur per Bar. in l. licet. C. de pact.

Hæreditas eſt licet in ea nihil ſit. ff. de peti. hære. l. hæreditas, & de ver. ſig. l. hæreditatis appellatio: vt no. glo. ff. de pecu. l. peculium §. penul. &c.

Hæreditas non iacet vbi ſeruus hæres eſt, licet ſe non immiſceat, quia ſola exiſtentia ſui hæredis continuat dominum. not. per glo. & Bald. C. de pec. l. cùm hæreditas.

Hæres licet de iure ciuili non teneatur de delicto defuncti, niſi quatenus ad eum perueneritt, vel lis cum defuncto conteſtata ſit, tamen de iure canonico tenetur indiſtinctè: vt patet in c. fin. de ſepul. & de reſcri. in literis. & vide ſub verbo, ſucceſſor.

Hæres vniuerſalis ſuccedit in iure litis, & cauſæ defuncti. not. Rom. conſil 360.

Hæres conſtitutus in re hoc expreſſo quòd nihil habeatur nullo alio vniuerſaliter inſtituto, habetur pro hærede inſolidum. not. Rom. conſil. 333. contrarium tenet Bar. in l. quotiens. §. ſi duo. ff. de hære. inſti. quem approbat Ang. cum certis limitationibus. in l. pen. ff. de iniur. & irri. teſtamento.

Hære-

Hæres inſtitutus in tertia parte, tantùm conſequitur totam hæreditatem non, obſtante quòd teſtator dixit velle alias duas capi per venientem ab inteſtato. not. Rom. conſil. 333. & in l. 1. proxim. alleg.

Hæredis appellatione realiter continetur, nõ ſolùm hæres primus, ſed etiam hæres hæredis in infinitum: fal lit in caſibus expreſsis in iure. ff. de ver. ſigni. l. ſciendũ. & C. de leg. l. in animalibus. & intellige de hærede etiam extraneo, niſi reſultaret abſonus intellectus: vt no. Bar. in l. gallus. §. etiam ſi patiente, & ſic limita etiã primum dictum, quod intelligitur de hærede in infinitum, niſi reſultaret iniquitas, & contra mentem diſponẽtis, per l. ex facto. §. fi. ad Trebel. & vide quod idem not. in l. quĩ liber. §. hæc verba, de vul. & pupil.

Hæredis inſtitutio fit per hæc verba vel his ſimilia, vo lo quòd res meæ, vel bona mea, ſint talis, vel pertineant ad talem, quod eſt verum, quando talia verba proferun tur per viam vltimæ voluntatis, nullo alio hærede inſtituto. C. de pactis. l. licet. & ibi not. per Bart. & Bald.

Hæres conſortitur forum ex forma defuncti, nec aliquo proprio priuilegio excuſatur, quòd qualiter intelligatur, vide Ang. in l. hæres abſens, in princ. ff. de iud. & vide ſub ver. clericus. §. clericus ſuccedens.

2 †Hæreticus occultus poteſt recipere baptiſmũ in caſu neceſsitatis, dummodò ſibi in forma eccleſiæ conferatur, ſecus in notorio hæretico. no. Ant de cohab. cler. veſtra. ver. oppo. & vide ſub ver. contumax. §. contumax in comparendo.

Hæretici ſunt ipſo iure excommunicati, de hæret excommunicamus, in princ. & etiã ſi ſint occulti, & idem in ſchiſmaticis. not. glo. 24. q. 1. c. 1.

Hæretici ad omnia beneficia & officia eccleſiaſtica ſunt inhabiles, de hære. ſtatutum. lib. 6. & non poſſunt eccleſias, nec alia ſpiritualia poſsidere. not. Ant. de cau. poſſ. c. fin. ver. nunc. & 25. col. & no. glo. 8. de quo iure. & priuantur ipſo iure omnibus beneficijs. c. 1. circa fin.

Hæretici ſunt omnibus bonis ſpoliandi, de hære. ver gen. imò eorum bona ipſo iure publicantur & confiſcantur: vt patet eo. tit. cùm ſuprà alleg. ſed lib. 6.

Hæretici & eorum fautores & aduocati ipſorumq́, hæredes vſq; ad ſecundam progeniem ſunt inhabiles

ad beneficia temporalia, & ad honores & publica officia. not. Arch. 2. q. 1. dixit apoſtolus.
3 †Homicida an ſit inhabilis ad beneficia eccleſiaſtica, vide ſub ver. clericus licet ſit.

* ADDITIO.

Homicidium fieri mandans tenetur vt faciens illud, ſecundum Bart. & alios. in l. ſi per alium. ff. ne quis eum qui. in prin. & in l. ſed ſi vnus. §. ſi ſeruus, & ibi Alex. ff. de iniur. Bar. & alij, in l. ſi ſeruus. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. & quid in nuncio ſcienter portante literas homicidij, an teneatur pœna homicidij, vide quæ poſui in ver. nuncius. H. F.

* SINGVLARE.

Homicidium debet teſti obijci in ſpecie, vt repellatur à teſtimonio, & non in genere: vt not. Pau. de Ca. ſing. 15. incip. homicidium. H. F.
4 †Honor auget vtilitatẽ. ff. de iud. l. ſi longius. in fin. & honor cæteris rebus præferendus eſt. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. Iulianus. & vide ſub ver. dignitas.

Hoſpitale quod laicis confertur, vel etiam clericis gubernandum committitur, non tamen in beneficium, non dicitur titulus totaliter laicalis, ſed eccleſiaſticus, & ei accedunt ſpiritualia, nec poteſt vendi ſine vicio ſimoniæ. not. Fred. in tractatu permu. q. 52. Pau. dicit, ꝙ hoſpitale non eſt officium eccleſiaſticum, quod patet, quia laicis cõceditur, vt refert Fran. de Zaba. in cle. quia contingit. ver. vt autem in vno notabili. de relig. domi. & vide ſub verbo, beneficium. §. religioſus. §. religioſi ſunt fratres.

ADDITIO.

An fratres hoſpitalarij ſint monachi, vel canonici regulares, vel clerici, an liberti vel ſerui, vide per do. Abb. in conſil. domini Hugo. poſt conſilium domini Abba. in primo volumine.
5 †Hoſpitalia licet habeant iura ſpiritualia, vt eccleſiam vel decimas, non veniunt in literis conceſsis ſuper prouiſionibus clericorum, niſi in ipſis literis hoc expreſsè dicatur, vel niſi hoſpitalia prædicta eſſent tan-

quam

quam acceſſoria annexa eccleſiæ, & hoc conſtaret hoſpitali, & etiam eſſent ita annexa, quòd neutrum foret principale, tunc non venit in literis: vt not. glo. & Ant. in cle. per literas, de præben. Prædicta intellige in hoſpitalibus, quorum fructus ſunt deputati ad vſum pauperum, & quorum Rectores tenentur de ipſis fructibus reddere rationem. Secus in hoſpitalibus, quæ conceduntur Rectoribus, vt faciant fructus ſuos, ſicut de alijs beneficijs: vt not. Zenze. & Franc. de Zaba. in dicta cle. per literas.

Hoſpitalia non habent certum tempus à iure præfixum, intra quod eorum gubernatio committi debeat, quando Rectore carēt, ſed ſuperior poteſt certum competentem terminū aſsignare, quo elapſo ſi ille, ad quem pertinet fuerit negligens, ſuperior committit. not. Fred. in tracta. permu. conſil. 29.

Hoſpitalia an veniant ſub nomine beneficij vel officij, vide ſub verbo, beneficium. §. beneficij appellatione non continentur hoſpitalia.

SVMMARIVM.

1 *Iconomus quis dicatur, & quomodo, & à quibus conſtituatur.*
2 *Dictio, Idem, cuius ſit naturæ.*
3 *Ignorantia quando dicatur præſumptiua vel probabilis, vel tolerabilis.*
4 *Electio Imperatoris quando fieri debeat, & vbi ſit coronādus, & an poſſit deponi, & cuius ſit poteſtatis.*
5 *Infamia diuerſimodè conſideranda eſt, & quibus pœnis infamis afficiatur.*
6 *Capitalis inimicus quis dicatur.*
7 *Dictio, Infrà, quid includat.*
8 *Iniuria quando alicui fieri dicatur, & quando iniuriarum actio competere alicui dicatur.*
9 *Inquiſitio ſuper crimine quando & per quem fieri debeat, & poſſit, & quo iure.*
10 *Inſtantia multis modis eſt conſideranda, & quando inchoata tranſeat in ſucceſſorem, & quando continetur vel expiret.*
11 *Inſtantia & petitio æquiparantur.*
12 *Inſtitutio diuerſis reſpectibus, diuerſis modis ſumi dicitur, & quibus competat.*

13 *Inſtrumentum quando dicatur efficax & validum.*
14 *Interdictum capi poteſt ſpecialiter & generaliter, & quid operetur.*
15 *Appellatione intereſſe quid veniat.*
16 *Interrogatio quid in iudicijs operetur, & an arctet partem ad reſpondendum.*
17 *Interpretatio cuius ſit & quando procedat.*
18 *Intruſus in poſſeßionem quando quis dicatur.*
19 *Hypotheca quando tacitè contrahatur.*
20 *Irregularitatem quando quis incurrat, & an ſit iuris diuini.*
21 *Iudæus multis actibus priuatur inter Chriſtianos.*
22 *Iudex diuerſimodè conſiderari poteſt, tàm reſpectu iuriſdictionis quàm officij & diuerſorum actuum.*
23 *Iuramentum qualiter ſit præſtandum, & quãdo ſeruandum.*
24 *Iuramentum ſemper eſt voluntarium.*
25 *Iuramentum cuius ſit efficaciæ & naturæ.*
26 *Iuramentum quando veniat relaxandum.*
27 *Iuriſdictio quando perpetuetur vel prorogetur, & quid importet iuriſdictio.*
28 *Iuris appellatione quid intelligatur, & quãdo ius acquiratur, & quid iuris concurſus operetur.*
29 *Dictio Iuxta quid importet.*

DE LITERA I.

ICONOMVS † eccleſiæ quę ad gubernationẽ alteri, vel commendam ſubiecta eſt, non poteſt agere in iudicio abſq; licẽtia gubernationis. not. Ant. de elect. quæ regula in primo notabili, & vide ſub ver. laicus poteſt ex conſuetudine. Quis autem dicatur Iconom⁹, & quomodo cõſtituatꝰ, aut à quib⁹, vide dicta Abbatis moder. in c. Imperatores. de iur. cal. in 2. co. &c.

2 † Idem, iſta dictio ſolùm non eſt declaratiua, ſed etiã reſtrictiua: vt not. gloſ. & Bar. ff. ad legem Acquil. 2. & de fide inſtru. l. quæſitum. §. penult.

Idoneus non cenſetur ille, qui non poſsidet bona in loco iudicij, licet poſsideat alibi, vide ſub verbo, debitor. § debitor non cenſetur.

3 † Ignorantia probatur per iuramentum fal. quando allegatur ſuper eo quod eſt publicè notum, Rom. conſ. 425. vel 444.

Ignorantia præſumitur in his, quę quis ſcire vel indagare non tenetur, ſecus in alijs, in quibus eſt fama: vt not. Roma. conſil. 254. & de hoc vide quod not. Ant. in c. conſtitutus. de reſcript.

Ignorantia craſſa & ſupina non excuſat. tex. de ordi. ab Epiſcopis, qui renunc. epiſtola. ca. 1. & not. glo. de electio. innotuit. in verſi. ignorantia.

Ignorantia iuris excuſat, quando propter varias opi. docto. eſt dubium iuris probabile. not. Io. An. de poſtula. prælat. c. 1. lib. 6. in nouellis. ad finem.

Ignorantia toleratur, quando illud ius non frequẽtatur, ſicut eſt lex Gallus: vt not. Ioan. Mo. in regula ignorantia. quod intellige niſi errans à iure tractet de lucro, quo caſu imputet ſibi, qui potuit peritiores cõſulere: vt not. ibi Io. An. in nouel.

Ignorantia iuris toleratur in muliere in certis caſibus duntaxat à iure expreſsis, non in omnibus: vt not. in l. regula. ff. de iur. & fact. ignorant. leg. fi. C. eod. ti.

Ignoranti non currit tempus ad pœnam imponẽdam, ſed benè currit quò ad lucrum perdendum. not. Bartol. in l. genero. ff. de his qui no. infa. An autem currit vel non, quo ad ius confirmandum. vide Bar. in l. fi. ff. ſi quis in teſta. lib eſſe dica. & C. de dona. l. fi. & C. qui admit. ad bo. poſ. poſſunt l. quoddam. & de epi. & Cleri. l. id quod pauperibus. verſi. venio ad ſecundum. cum verſi. ſequen. vide etiam Bart. in l. 1 § ſi quis autem. ff. de iti. actuq; priua. & vide gl. de præben. ſtatutum. in ver. nunquid mandatum. & de conſue. c. fi. in ver. 20. diſt. eos. lib. 6. Item ignoranti eſt tempus, & non negligentia imputandum: vt not. de conceſ. præben. quia diuerſitatem, in fi.

Ignorans reſtituitur aduerſus præſcriptionẽ, ideò hæres & quilibet habens iuſtam cauſam ignorantiæ, ſi non egit, & contra eum præſcriptio eſt completa, poteſt petere ſe reſtitui. notat Bart. ff. de iti. actuq; priua. l. 1. §. ſi quis autem. licet aliter loqui videtur in l. genero. ff. de his qui no. infa.

* ADDITIO.

Tu adde Alex. in conſil. 71. incip. videretur prima.

in 1.vol.in 2.col.ver.quod autem.vbi apertè tenet quod ignorantia eſt æqua & probabilis cauſa ad concedendã reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionẽ decurſam per glo.quam dicit not.in l.ſi partem.§.1.in ver. non vtendo.iuncto tex.ff. quemadmodum ſer. amit.& glo.in l.1.C.de pa.po.& firmat Spec. in titu.de præſcrip. §.1.ver.pone colonus. & Panor. in c. vigilanti. de præſc. in vlti.not & idem fuit de mente Bar. in l. ab hoſtibus. in §.ſed ꝙ ſimpliciter. ff. quibus ex cau. maio.in 4. col. ver.ſed poteſt reſponderi dum allegat in nota. in l. cùm filius.§.in hac,de verb.ob. H.F.

Illegitimus an ſit habilis ad beneficia,vide ſub ver. clericus.§.clericus licet ſit.

Illegitimi quare non poſſunt promoueri. vide in c. 2.in gl.de ſi.presby. lib. 6.

Impedire dicitur qui refert vel retardat.tex. de excep. pia.§. fi.lib.6.& ibi no.per Archi.

4 †Imperatoris electio non habet certum tempus à iure præfixum,intra quod fieri debeat. Sed ſufficit certum terminum electoribus aſsignare, quo elapſo ſi negligentes fuerint,ſuperior eliget. no. Fred.in tract. permu.q.29.& vide ſub verbo, Papa. per totum, & ſub verbo, princeps. per totum.

ADDITIO.

Imperator an poſsit alibi coronari, quàm Romæ, vide per Do. Iaſo. de May. in repetitione l. ſi is qui pro emptore.in 81.columna.ff. de vſuca. vbi tenet quòd ſic. & vide ibidem plenius.

Imperialis ſummæ poteſtas, ſiue ipſius poteſtatis plenitudo an poſsit poſsideri per inferiorem, vide ſub verbo,poſſeſsio.§. poſſeſsio, ſeu quaſi ſummæ plenitudinis.

Imperatoris aſſertioni an ſtandum ſit ſicut aſſertioni Papæ. vide Fran. de Zaba. in cle. paſtoralis. in princip. de re iudica.in 2. qui dicit, quòd ſi Imperator aſſerit, illum, contra quem fert ſententiam, eſſe citatum,præſumitur eſſe citatus: vt not. Bald. in l. 1. de offi. præben.

Impera-

Imperator poteſt deponi ex quolibet delicto: ſi eſt incorrigibilis: vt not. glo. 40. diſ. ſi Papa. in fi. idem ſi eſt inutilis: vt no. Archi. ſuper eadem glo. in fi. vide Ioan. And. in c. ad apoſtolicæ. de re iudi. lib. 6. in glo. & ſuper ea in nouel. quis poſsit eum deponere. vide ſub verbo, Papa. §. Papa non poteſt Imperatorem deponere.

Imperator an poſsit legitimare Baſtardos in terris eccleſię. Iacobus de Belui. in aut. quibus modis natu. eſſi. ſui. tenet quòd ſic. Idem no. Ioan. Cald. & Gaſpar in conſilijs ſuis ſuper rubrica, qui fil. ſint legi. conſi. 5. Contrarium tenet Bar. in l. qui in prouincian. ff. de no. ope. nunc. & Butri. & Bal. in l. 1. C. de iure annu. au. ſed Ant. in c. per venerabilem, qui filij ſint legiti. 17. col. diſtinguit, aut Imperator vult legitimare diſponendo in radice matrimonij, & non poteſt in terris eccleſiæ, nec in terris imperij: aut vult conferre iura legitimantia de nouo: & tunc quo ad ſpiritualia non poteſt, ideò legitimatus ab Imperatore non poteſt ordinari nec beneficiari: ſed quo ad temporalia & honores & hęreditates, ſi vult legitimare legem condendo, poteſt etiam in terris eccleſiæ, non ex virtute legis ſolùm, ſed ex generali approbatione eccleſiæ, quam facit canon, ex quo lex non repugnat canoni. Si autem vult legitimare per reſcriptum, non poteſt in terris eccleſiæ, tenendo quod talis iuriſdictio voluntaria non ſit prorogabilis, & recognoſcens ſuperiorem. Sed tenendo quod ſit prorogabilis & cognoſcens: tunc poteſt legitimare, ſi illi qui læderentur, venientes ab inteſtato, conſentiant. Hoſt. dicit, quod patre viuente non ſufficit conſenſus patris & filij: eo autem mortuo requiritur conſenſus filiorum, quibus eſt quæſitum ius ſuccedendi, & quo ad feudalia exigitur conſenſus Domini feudi, vt ibi etiam recitat dictus Anto. Et quod dictum eſt in Imperatore, idem intelligas in habente poteſtatem legitimandi ab Imperatore. Vnum tamen aduerte, quia habens talem poteſtatem legitimandi ab Imperatore, non poteſt legitimare in præiudicium aliorum, etiam habentium ſpem tantùm in hæreditate, niſi hoc ex priuilegio, per quod dicta poteſtas datur, exprimatur: vt not. Ant. in d. cap. per venerabilem. 17. col. ad finem.

Impe-

Imperator an poſsit creare notarios in terris eccleſiæ vel eccleſiæ ſubiectis. vide ſub verbo, notarius. §.1. & ſub verb. inſtru. §.1.

Imperium, vide ſub verbo, delegatio: & ſub verbo, præſcriptio.

In, iſta dictio In, per ſe ſumpta aliquando notat terminum in quo: aliquando ſumitur pro fine: & alijs modis ſumitur: vt no. Ant. de reſti. ſpo. in literis. in principio.

Incendiarius qua pœna punitur, vide ſub verbo, pœna. §. pœna incendiarij.

Inchoata, quid hoc verbum importat, quando dicatur appellatio inchoata. vide ſub verbo, introducta.

Indicia debent dari per copiam illi, contra quem ſunt recepta, vt contra illa poſsit defenſiones ſuas facere. no. Bar. in l. fi. de quæſti. circa finem.

Indicia an faciant plenam probationem, etiam in criminalibus. vide Anto. de proba. tertio loco, penultima columna.

Indefinita æquipollet vniuerſali. no. in c. vt circa. li. 6. de elect. & no. Ro. conſi. 45. & conſi. 306. Quod eſt verũ ex larga ſignificatione, non ex propria & ſtricta: vt not. Bar. in l. qui ædificijs. ff. de ſeruitu. prædio. Tamen in ſtatutis indefinita æquipollet vniuerſali, quando non eſt ratio, quare magis intelligat de vno particulari, quàm de alio: vt not. Bar. in l. omnes populi. ff de iuſti. & iure. in q. an ſtatuta recipiant interpretationem reſtrictiuã, vide Arch. 19. diſ. ſi Romanorum, in fi. vbi dicit quod indefinita aliter ſumitur ſecundum canones: aliter ſecundum leges: & aliter ſecundum laicos. & vide latè per Io. And. in d. c. vt circa. de elect. in gloſ. ſuper verbo, aliorũ eccleſiaſticorum.

Indubitata probatio quæ dicatur, vide ſuper verbo, probatio. §. probatio indubitata. & vide ſub verbo, notorium.

5 †Infamis: infamibus omnes dignitates & actus legitimi interdicti ſunt, & condemnatis ex crimine quod infamat.

* SINGVLARE.

Infamis, infamia facti in cauſa ciuili in totum non repel-

repellitur à teſtimonio, licet non plenè probet, vt habetur per Doct. in l. 1 C. de ſum. tri. & fi. ca. & in c teſtimonium. extra de teſti. & in l. 1. ff. de his, qui nó. infa. fallit in cauſa ciuili ardua, in qua in totum repellitur à teſtimonio, & dictum ſuum nihil probat: ita ſingulariter dixit Bal in c. ad noſtram. extra de proba. quod dictũ pro no. refert: & ſequitur Feli. in c. teſtimonium. in 5. col. ver. ſed licet vtraq́; de teſt allegat rationem, dicens, ꝙ ratio huius eſt: quia cauſa ciuilis magna æquiparatur cauſæ criminali. c. 1. de teſti. ſpo. in 6. H. F.

Infames etiam ſi emendati ſunt, à teſtimonio repelluntur: vt no gl. de teſti. c. teſtimonium. in ver. emendatus, & vide ſub ver. clericus. §. confeſ. §. teſtis ſi dicat quẽ.

Infamia an infertur ex vera confeſsione, vel etiam ex ſententia lata ſuper crimine, & ficta confeſsione, vide ſub verbo, confeſsi. §. confeſsio ficta.

Infamis efficitur etiam ex inquiſitione de publicó iudicio condemnatus: quando poſt damnationem punitur tali coërcitione, quæ infamat, idem ſi abſq; punitione damnatur ex inquiſitione, & inquiſitio in locum publici iudicij ſuccedit, ſecus ſi in inquiſitioné punitur tanquam iudicio per ſe ſeparato à publico iudicio. no. Bar. ff. de publi. iudi. l. infamem.

Infamiam vitat, qui ante ſententiã ſoluit id, in quó condemnaretur, ſi infamis efficeretur: vt no. Bar. in l. infamem. de public. iudi. & Bal. in l. ſi reus paratus. ff. de procurato.

Infamia facti quid operetur, vide plenè per Archi. 2. q 7. teſtes.

6 † Inimicus capitalis dicitur qui alteri mortem minatur: vel eum accuſat de crimine capitali. no. gl. ff. de arbit. l. licet. Idem ſi accuſat de crimine, ex quo venit publicanda maior pars bonorum: vt not. Bar. in l. atlethæ. §. dat remiſsionem. ff. de excu. tut. vide per eum in § fi. ff. de adimen. le. & vide textum & glo. de accu. cum Pe. & Io. An. in nouella. & in c. cùm oporteat. in 6. gl. & quod no. Io. An. ſuper ea. glo.

Inimicitia quando dicatur ſeu præſumatur capitalis, vide per dicta abbatis moderni, in c. accedens. el 2. vt lite non conteſt. 2. col.

Inimicitia ſeu guerra capitalis excuſat citatum à

compa-

comparitione perſonali. non autem inimicitiæ ſiu guerræ generales.no.Roma. conſi. 415. & not. in c. cum dilecti.de dolo & contu. facit tex.iuncta gloſſa ibi,ſuper verbo,diſcrimina.in c.veniens.de accu.vide ſub verbo, citatio.§. citatus perſonaliter.

ADDITIO.

Inimicitiam ſi contraxi in vno de familia: præſumitur quod omnes de familia illa ſint mihi inimici: vt habetur per Do.Felinum in c.repellant.col.2. de accuſa. & per Bar.in l.tutor.§. ſi tutor.de excuſa. tuto.

7 † Infra,hæc dictio Infra includit,nam quod infra viginti dies fieri debet, vigeſima dies includitur. no. Io. And.in c.præterea.de appella.ſuper ver.infra 20.dies. & vide ſub ver. terminus. §. terminus ſi eſt datus.

Infringere dicitur non ſolùm ille, qui totum inualidat:ſed etiam qui diminuit.no.Archi. 24. q.3.

8 † Iniuria non fit videnti & volenti,vt in regula iuris: lib. 6. & vide glo. de ſent. excom. contingat. & vide ſub verbo, probatio.

Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur. de electio.cum eccleſia Vulterana. & c. cùm olim nobis. & ff. de iniur. l. iniuriarum actio. 1.

Iniuriarum actio non debet naſci, vnde iura naſcuntur.de accuſa.qualiter. el 2.

Iniuria licet generaliter dicatur omne quod nõ iure fit,id eſt iniuſtitia: vt l.1. in princ. ff. de iniur. tamen ſpecialiter quo ad titu.de iniur. & quo ad dandum actionem iniuriarum,id ſolùm dicitur iniuria, quod fit contumeliæ cauſa.ff.de iniurijs.l. 1. in princi. in tex. & glo.

* SINGVLARE.

Iniuria fit iudici,cuius literæ non permittuntur legi: & ſic contra iniuriantem poteſt agi ad ſatisfactionem iniuriæ: vt not. Panorm. per illum tex. in cap. ex literis.in quarto no. de offi. deleg. & illum tex. allegat per ſingu. Bald. in præſcriptione. in 9. colum. ver. quædam ſunt exceptiones. C. ſi contra ius vel vti. publi. vbi dicit quod dicitur impedire iuriſdictionem, qui

non

non permittit publicare literas: & vide Iacob. de Sanct. Geor. in l. ſed ſi hac lege. §. ſemper. ff. de in ius voc. vbi quod ille, qui non permittit legi literas epiſcopi, vel eas lacerat, dicitur inferre iniuriam epiſcopo: vt not. Bal. in d. c. ex literis. de offi. delega. H. F.

Iniuriarum actio tollitur anno, prout de iniurijs verbalibus. Quanquam ſiue actio iniuriarum ſit prætoria, ſiue ciuilis deſcendens ex lege Cornelia, tollitur anno: & ille annus eſt continuus, niſi in caſu metus: quia tunc eſt vtilis. not. Ioan. And. in addit. Spec. de iniur. §. 1. in fine principij. Et idem tenet Azo. in ſumma. & Hoſti. in ſumma de iniur. §. ſi. Tenet enim, quod actio iniuriarum tribus caſibus ex lege Corne. deſcendentibus eſt perpetua, in illis autem caſibus, in quibus dicitur anno finiri, verum eſt, niſi intra annum fuerit lis conteſtata. Tollitur etiam in diſsimulatione, vt ſi tempore verborum ille, contra quem proferebantur, non fuit iratus, nec iniuriam ad animum reuocauit. not. Rom. conſi. 234. aliàs 240. Sed Io. An. in c. cùm olim, de iniur. videtur velle quod ſufficiat citatio ad perpetuandam actionem iniuriarum. Quidam tamen dixerunt, quod hoc non voluit, ſed benè dixit, quòd ſi ſuper iniuria eſt lis conteſtata, vel ſaltem citatio facta, talis iniuria non remittitur per ſalutationem, nec per pacis oſculum in eccleſia datum. Certum eſt tamen, quòd ſi agens iniuriarum petit à principe cauſam committi, & committatur intra annum, actio perpetuatur, ac ſi eſſet lis conteſtata: vt in l. 2. C. quando libel. principi datus.

Iniuria præcedens ex actu iudicialiter geſto, & ſuper quo litigatur, poteſt ſtatim etiam ipſa lite pendente ſuper iniuria querelam deferre, licet non poſſit in cauſa vlterius procedere nec petere, ſententiam ferre: niſi demum poſt litem finitam. C. de iniur. l. ſi quidem. Et dicta querela debet fieri iudici. & cum lite conteſta. C. de iniuri. leg. ſi non conuicij. Nam videtur durum, quod lite pendente ſuper illo actu debeat poſſe agi iniuriarum actione, cùm à futuro litis euentu ſuper illo actu pendeat, an iniuria illata ſit: & conſequenter caſus deberet incipere à die litis finitæ, per l. 1. §.

l.1.§.ſi pendebit.ff.ad Macedo. Et dictæ leges,quæ dicunt querelam & litis conteſta. fieri lite pendente,intelligun tur de querela contumaciæ fienda extra iudiciũ ad finẽ reuocandi ad animum.

Iniuriarum actione tenetur iudex iniuſtè excõmunicans,ſi doloſè excommunicauit not. glo.11. q. 3. illud de appel.c.ſolicitudinem,in gl.ante pe. Et ita debet intelligi de ſent.excommuni.c.ſacro. vbi dicitur quod iudex iniuſtè excommunicans, non ſolùm ad intereſſe partis tenetur,ſed etiam punitur ſi culpæ qualitas exigit, & ſi doloſè fecit.vide glo.40.q. 3. temerarium. & ff.de iniur. l.illud.& quod not.Barto. in l. iniuriarum.§.quæſitum. eod. tit.

ADDITIO.

Iniuriarum actione tenetur,ſi quis aliquem appellauerit.Specu.de accuſa.ver.Sed pone.Bar.in l.3.ff.de li. & poſtu.& in l.turpia. de lega. 1.

Iniuriarum actione non tenetur, qui alteri verbũ iniurioſum dicit,ſi verum dixit,vide Cyn. de iniur. l. ſi non conuicij.& Bar.in l. eum, qui nocentem. ff. eod. tit. & Io.And.in c fin.eo.tit.& plenè in addi Spec.eo. tit. §. 1. de accuſa.ad fi.ver. ſed pone,vbi omnino, & vide pleniſsimè per Oldr.conſi.54.ſed quicquid prędicti dicant, conclude per duos caſus. Primus quando dicens alteri verbum iniurioſum extraiudicialiter,licet probetur illud verum,tamen tenetur de iniuria: ſecus ſi iudicialiter accuſando dicat: & de vtroq; eſt caſus in l. vn. C. de famo. libel. Ratio differentiæ eſt euidens, quando iudicialiter dixit, patet, quia animus dicentis non eſt ad iniuriam, ſed ad reipublicæ vindictam & vtilitatem: ſed quando extraiudicialiter dixit, non cadit illa coniectura,niſi quod fuit dicta ad iniuriam, & ex odio, vt patet ex tex.dictæ l. vn.C.de famo.libel.vide docto. in c. fi. eo. titu.

Iniuriarum actione non tenetur ille,qui in iudicio excipiendo aliquid iniurioſum dixit, quod potius animo defendendi quàm iniuriandi dictum præſumitur, niſi excipiens fuit pertinax in probando illud dictum, quia quod falſum erat, & terminum habuit, probare non potuit. Vtilius eſt ergo non venire ad actum probationis:

tionis: vt not. Io. And. in addi. Spe. in tit. de accu §. 1. ver. ſed pone. & vide no. per eum in addi. Spec. ſuper rubric. de iniur.

Iniuriarum actione non tenetur, nec offendere dicitur, quando franguntur oſtia meretricis, nec qui alterius mulierem cognoſcit, quia non animo iniuriandi vel offendendi, ſed libidinis cauſa factum cenſetur: vt not. Barto. in l. verùm. ff. de furtis.

Iniuriandi animo præſumitur factum & dictum, quando verbum vel factum eſt vitioſum de facto: vt eſt glo. & tex. in l. illud ff. de iniur. de verbo eſt. tex. & glo. in l. ſi non conuicij. C. eo. tit. & eſt etiã tex. in l. item apud. §. ex his apparet. in fi. eo. titu. ff.

Iniuriarũ actione tenetur qui alteri dicit, tu es fur vel latro, vel ei aliquod crimen improperat, vel eum blaſphemat, vel aliquam iniuriam in te, vel in tuos cõmiſſam improperat, vel dicit, tu mentiris: vt no. Bart. in l. item apud Labeonem. §. ſed quod adijcitur. ff. de iniur. & l. 3. in prin. de libe. & poſt. Etiam ſi dicit, tu mentiris ſaluo honore tuo. no. Bar. ff. de acquir. re. do. l. ſi quis. & ff. de cri. ſtel. dicit prius dictum eſſe quod aliquod commiſiſſet illicitum: vt not. Bart. ff. de procuratoribus. l. quæ omnia.

Iniuriarum actione tenetur qui alteri præſenti vel abſenti dicit, vel dicere facit contra bonos mores ciuitatis aliquod malum verbum tendens ad eius infamiam vel iniuriam, dumtamen dicitur inceptum cum vociferatione, & illud appellatur conuicium: vt probatur ff. de iniur. item apud. §. omnia. & §. ſequen. vſque ad §. ex his apparet incluſiuè. idem in eo qui dicit aliquod verbum continens alterius infamiam: vt no. Barto. in l. turpia. in prin. ff. de lega. 1.

Iniuriarum actione tenetur non ſolùm, qui alteri verbo vel facto iniuriam facit, ſed etiam qui iniuriã per alium factam recitat & commemorat extra iudicium. tex. eſt in l. vn C. de fam. libel. Ratio eſt, quia talis recitatio non intendit, niſi ad infamiã iniuriati: ſecus ſi iudicialiter accuſando recitetur. quia talis recitatio tunc tẽdit ad vindictam & vtilitatem reipublicæ: vt ibi dicit tex.

Iniuriarũ actione ita tenetur demum quis ex delicto

ɗo vel facto alterius contumeliam concernente, quãdo id quod dicit vel facit eſt contra bonos mores ciuitatis: & non ſufficit, quod contra bonos mores eius in cuius contumeliam fit.tex.eſt no. ff. de iniur. leg. item apud. §. ait prætor. cui ergo incumbit onus probandi an agendi,quod ſit contra bonos mores ciuitatis, an reo,quod non ſit contra bonos mores ciuitatis. Dic plenè qualitatem verborum vel factorum inſpiciendam eſſe: ſi enim verba vel facta communiter in omni loco reputarentur mala & iniurioſa, qui vult dicere quòd talia non reputantur in ciuitate, in qua ſunt dicta, debet illam negatiuam probare: quia præſumptio eſt contra ex qualitate verborum:vt not.glo.in l.illud.ff. eo.tit. & l.ſi non conuicij.C.eo.tit.& ibi no.Cyn.& econtra ſi verba communiter in alijs locis non reputarentur iniurioſa,qui vult dicere,quod in ciuitate,in qua ſunt dicta, reputantur iniurioſa,debet probare:quia habet contra ſe expreſſam præſumptionem.

Iniuriarum actione tenetur qui metum infert, nõ qui furtum facit.no.Bald.ff. quod met.cau. l. ſi cum exceptione.§.poſt annum.

Iniuriarum actio an dicatur ad vindictam,vel ꝑſequi rẽ familiarem.vide Bart.in l.prætor.§.1.ff.de iniur.

Iniuriarum actio an includat damni refectionem, vt in ea habeatur ratio damni.vide Bart. in l. item apud Labeonem.§.ſi quis ſeruo.ff. de iureiuran.

Iniuriarum actione non poteſt agi contra illum, qui ſacrilegium committit, ſecundum Innocen. vt not. Ioan.And.in c.cùm pro cauſa.de ſenten.excommunica.

Iniuriarum actione quis poteſt agere, & nihilominus damnum,quod ex iniuria paſſus eſt, petere : quia vna actio non tollitur per aliam: cùm vna tendat ad vindictam,alia ad rei perſecutionem: vt eſt caſus in c. ſi canonici.de offi.ord.li.6.& ibi no.glo.ſuper verb.damnis.

Iniuria facta Clerico debet æſtimari per epiſcopũ loci ad ſummam pecuniæ applicandam ipſi Clerico ſecundum quantitatem,qualitatem,& dignitatem Clerici non loci & temporis, & non ſufficit iniuriam flectere genua,& petere veniam, ſed debet ſoluere pœnam æſtimatam ipſi iniuriato: vt notant Doct. Mo.in c. olim,de iniurijs. Et quòd pecunia pro iniuria ſolui debeat iniuriato,

iuriato. not.Fran.de Zab.in clem.1. de pœnis. in §. ciuitas.& tangit Do.Domi.in c.felicis.eo.ti. li. 6.

ADDITIO.

Iniuria facta Clerico dicitur res eccleſiaſtica: vt habetur perDo.Fe.in c. peruenit,de teſt.cogendis,in prin.

Innouamus, hoc verbum ſignificat antiqui iuris confirmationem: vt not. Ant. de iudi. decernimus. in fin.

Innouare non dicitur qui ſuam poſſeſsionem continuat,& ea vtitur: imò innouaretur, ſi ea vti non permitteretur:vt not.glo.de appel.non ſolùm.lib.6. in glo. magna.& idem no.glo.in cle.2.vt lite pendente.

9 †Inquiſitio facta ſuper crimine non præcedente fama,& proceſſus exinde factus valet, ſi non opponitur: vt in c.inquiſitionis.de accu. & not. Ant. de coha. cleri. veſtra.36.col.

* SINGVLARE.

Inquiſitio ad hoc, vt poſsit formari per iudicem contra aliquem de delicto,oportet quod fama ſeu diffamatio præcedat, vt habet in c. qualiter & quando. & in c.inquiſitionis.de accu.& ibi hoc no.Inn.Io.An.Do.Ant. & alÿ, limitata tamen non procedere, quando inquiſitio emanat de cõſcientia principis,nã conſcientia principis ſupplet omnem ſolẽnitatem.ita ſing. dixit In. in c. cũ oporteat de accu.& Bal. eum ſequẽdo in l. nullus. C. ad l.Iul.iul.maie.quã tamen limitationẽ ſanè intelligas, quando inquiſitio formaẽ de mandato, ſeu ex conſcientia principis ex motu proprio ipſius principis: nã tunc non requiritur,quòd fama ſeu diffamatio præcedat, ſecus ſi ad poſtulationem alterius princeps hoc mandat. Iſta eſt glo.ſing.in c.2.de accu.lib. 6. iſtud refert & ſequitur pro no. Hip. Marſi. ſing.14. incip. ad hoc, vt inquiſitio. H. F.

Inquiſitio non poteſt fundari de iure ciuili ſuper ſolo dicto officialis denunciantis, licet multi contradicant. Sed oportet q́ poſt denunciationẽ iudex recipiat informationẽ, & poſtea ad dictũ officialis formet inquiſitionem: vt not.Ant.in c.veſtra.48.col.de coha.cleri.

Inquiſitio non regulariter fit ſuper crimine de iu-

re ciuili. Fallit in notorio crimine, in quo iudex ex officio inquirere non ſolùm debet de notorio, ſed etiã de famoſo, de quo fama laborat, & multò fortius ſi eſt manifeſtum: & prædicta vera, ſiue crimen ſit notorium notorietate facti, ſiue confeſsione, ſiue præſumptione: vt not. Anto. de coha. cle. veſtra. 25. colum. vel ad quartum venio.

Inquirere ſumitur pro inueſtigatione facti: vt no. Ant. de coha. cleri. veſtra. ver. no. quod verbum.

Inquiſitione inchoata vtrùm in ea ſit ſuperſedendum, vſq; dum ſuperueniat accuſator. vide Bar. in l. ſi maritus. ff. ſol. mat. & de li. agno. l. 2. § ſi & Dy. de re. iur. c. factum legitimè. & Cy. de accu. l. ei quidem. & Io. An. de purga. cano. cùm dilectus. in glo. ſuper ver. inceſtus. ad fi. & plenius in addi. Spe. in ti. de inquiſitione. §. nunc tractemus. ver. porrò.

Inſignia, vide ſub ver. arma. & pleniſsimè Bart. in tract. ſuo de inſig. & armis.

10 † Inſtantia in beneficialibus poteſt mortuo litigante finiri coram iudice. no. Ant. de iudi. quia 5. ver. venio ad quartum. in fi. Et vide ſub verbo,

Appellatio §.
Electio §.
Patronus §.

Inſtantia inchoata cum defuncto licet tranſeat ad vniuerſalem ſucceſſorem, tamen inchoata cum prælato vel clerico non tranſit ad ſucceſſorem in prælatura, vel beneficio, niſi defunctus egiſſet litem nomine eccleſiæ beneficij, & non nomine proprio: vt not. Rom. conſi. 171. Sed Ant. dicit, quod ad ſucceſſorem in prælatura vel dignitate, quæ prætendunt ius à prædeceſſore, tranſit inſtantia, quando quæſtio eſt realis, hoc eſt tangens dignitatem: ſecus ſi perſonalis. Et ideò ſi agitur petitorio contra aliquem ſuper eccleſia ratione tituli, non tranſit inſtantia ad ſucceſſorem. in titulo. nec iudex poterit illam expedire, licet nullus adſit ſucceſſor, etiam ſi de cauſa liqueat, quia tunc non agitur nomine eccleſiæ, ſed nomine perſonæ, ſecundum Innocen: vt not. Anto. de iudi. in c. quia 5. verſi. venio ad quintum.

Inſtan-

Inſtantia ſicut tranſit ad hęredem,ita & ad fideicō-miſſarium vniuerſalem,quod eſt verum in inſtantia in choata cum defuncto, non inchoata cum hærede, quoniam fideicommiſſarius eſt hæres defuncti,nō hæredis. no,Ant.de iudi.in c. quia 5. ver. venio ad quartum.

ADDITIO.

Inſtantia, in quibus caſibus tranſeat ad hæredem' vide per Do.Abba.in d.c.quia 5. in 4.colum.verſi. Nota benè.vbi ponit quinq; caſus, in quibus inſtantia tranſit ad hæredem.

Inſtantia tunc tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, quando ad eum tranſit res vel ius agendi de neceſsitate: quia duo diuidunt inter ſe hæreditatem, & vnus eorū erat primo conuentus:ſed ſi res vel actio nō tranſit, nec inſtantia tranſit,etiamſi vitioſè ſuccedat circa rem alienam,vel etiam per vim adeptam, niſi eā ſcienter à ſpoliatore receperit, ſecus ergo ſi de manu ſpoliatoris non habuit, ſed eo mortuo fortè occupauit: ꝙ eſt notabile ſecundū Inn.no.Ant.de iudi. qa 5.ver. venio ad quartū.

Inſtantia cauſæ inchoata per procuratorē,eo mortuo tranſit ad Dominum vel principalem. not. Do. An. de iu.in c.quia 5. ver.venio ad quartum.

Inſtantia inchoata per filium,eo mortuo tranſit ad patrem.not.Ant.de iudi.quia 5. ver. venio ad quartum.

Inſtantia nō tranſit ad fiſcum ſuccedentem in loco priuati delinquentis,ratio eſt ſecundum quoſdam,quia fiſcus propriè non eſt hæres,quæ ratio non placet: quia tranſit de filio in patrem,qui propriè non eſt hæres: ratio concludit, quòd etiam ad fiſcum propriè hæredem non tranſit inſtantia.no.Anto.de iudi.in c. quia 5.verſi. venio ad quartum.

Inſtantia inchoata contra Laicum, non tranſit ad eccleſiam ei ſuccedētem,quia etiam habet eccleſia iudices ſeparatos, ſicut fiſcus, & iſta ratio concludit, quod idem in clerico ſuccedente laico. not. An. in c. quia 5. verſ.venio ad quartū.ſed in verſ. venio ad quintum,videtur innuere contrarium in clerico ſuccedente titulo vniuerſali in eo quod dicit clericum ſuccedentem laico

ſingulariter conueniendum eſſe coram eccleſiaſtico iudice.

Inſtantia inchoata contra delinquentē poteſt mortuo accuſatore finiri per iudicem, quando tangit publicam vtilitatem: & de ipſa iam liquet, ne delictum remaneat impunitum, ſecundum Inno. & not. Anto. de iudi. quia 5 verſi. venio ad quartum, in principio.

Inſtantia finitur triennio de iure ciuili, non ſolùm in cauſis, in quibus lis conteſtata eſt, ſed etiam in illis, in quibus non conteſtatur lis. not. Bald. & Bartol. in l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. licet Bartol. aliter dixerit allegando l. litibus. C. de agrico. & cen. libro 11. & quando lis non conteſtatur, incipit inſtantia à die, pro quo conteſtata habebatur, ſ. quando incipit tractare de meritis cauſæ: vt no. Barto. in d. §. ſi quid. & Bal. dicit quod incipit à die quo primum pars eſt citata: vt in aut. qui ſemel, in fin. C. quomodo & quando iudex. Dicit etiam Bal. quod in materia excuſatiua non eſt dare inſtantiam aliquo tempore limitatam. in l. conſentaneum. in fi. C. quomodo & quando iudex. & in l. 2. c. de except. rei iudi. Quod intellige quando petitur mera executio facti. Secus ſi petatur pronunciari executionem fieri, vel fieri debere, quia tunc erit inſtantia, cùm ſit ſententia ferenda, & ſententia ſine inſtantia ferri non poteſt: vt not. Bar. in l. 1. vel 3. C. quando prouo. non eſt neceſ. Aliud eſt ergo petere executionem ſententiæ vel inſtrumenti, quod habet executionem paratam ex forma ſtatuti, & aliud eſt petere pronunciari ſententiam vel inſtrumentum exequendum, iuxta not. per glo. & Doct. in l. ab executore. C. quando appel. non eſt neceſ. & primo caſu poteſt ſaluari Do. Bar. in d. l. litibus. ſecundo caſu non.

* SINGVLARE.

Inſtantia licet ſit perempta, poteſt iudex ab obſeruatione iudicij abſoluere, caſus eſt in l. fi. C. vt intra certum tempus cri. quæ. ter. iſta no. Lud. Rom. ſing. 286. incip. poſt lapſum. tu adde quod etiam poteſt condemnare in expenſis: vt not. Cyn. in l. properandum. in fin. C. de iudi. refert & ſequit Pau. de Ca. in l. nō idcirco. §. cum

cum poſtea.ver.not. ergo ff. eo. & adde quod de iure canonico inſtantia durat perpetuò,& non habet locum l. properandum,illo iure:vt eſt tex.in c.fi. extra de iudi. & per Doct.ibi,& ponit Phili.Corn.in conſi.210.incip.viſis nonnullis.in fi.4.volu.H.F.

Inſtantia cauſæ principalis currit & finitur, ſiue ſtetit per iudicem, ſiue per partem, ſiue per tertium, quo minus cauſa finiatur: vt glo. per Cy. But. Bar. & Bal. in autent.c.ſi appellatione. C. de temp. ap. idem not.Bal. in aut.Cleri. de epiſ. & Cler. vbi dicit, quòd ex impedimento etiam iuſto, non prorogatur inſtantia criminalis. glo. tamen dicit contrarium, quando ſtetit per iudicem,quòd tunc pars reſtituitur,in l.properandum.§. ſin autem vterq;. C. de iudi. ſed Doct. prædicti non tenent illam glo.in dicta aut. ſi appellatione. Sed in corpore vnde ſumitur in Aut. vt ſpon. largi. §. hoc quoq;. & glo. ſuper verbo, præiudicium. Sed Ant. c. venerabilis. de iudi. tenet quod datur reſtitutio, quando ſtetit per iudicem, ſecus ſi per partem vel tertium. Et qui hanc opinionem tenet, ſi eſt cautus, vt ſæpius requiret iudicem, quò cauſam expediat, & proteſtetur: & per eum fiet, quo minus intra tempus expediatur, alias non diceretur ſtare per iudicem,ſed per partis negligentiam: vt not. Bald. in d. §. ſin autem vterq;. Sed prima opinio verior eſt, quando indiſtinctè detur reſtitutio. ne lex properandum,circumueniatur.& hoc probat tex.in d.c. ex ratione. in l. arbitrio. §. dolo. ff. de do. & contu.& in l.properandum.in ti. vbi lex illa ſoli minori dat reſtitutionem,& duntaxat in ſubſidium, quando ille, cuius facto perit inſtantia, non eſt ſoluendo. multò ergo minus reſtituitur maior: itẽ quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. l. nam quod liquidæ.§. fi. de pen. leg. vel fateri poſſet etiam quòd maior reſtituatur, quando ille, ex cuius facto inſtantia perit, non eſt ſoluendo.& hoc tenet gl.in d.§. dolo. & dicit §.q; quando cõſtat ſtare per iudi. datur reſtitu. Cõſtitutio Papæ loqtur de inſtan. cauſæ appellati. intelligendo eum ſicut debet intelligi l.ſed & ſi per prætorem,in princip.ff.ex qui.cau.ma.

Inſtantia enim cauſæ appellatio. ſi ſtat per iudicẽ, fateor quòd ſi ſtat per iudicem, tempus non currat ipſo

iure,ſecundum glo. in d. l. ſed & ſi per prætorem. ff. ex qui cau. maior. & ſecundum Bal. in dicta aut. ſi appellatione vel temporis decurſu datur reſtitu. ſecundum gl. in d §. hoc quoq; & in dicta aut. ſi appel. & ibi hoc tenet Bar. de quo per Bar. c. ex ratione. de appel. licet inſtantia cauſæ principalis ſemper tempore currit, niſi detur reſtitutio in ſubſidium. & rationem differentiæ ponunt docto. in dictâ aut. ſi appellat. quia in cauſæ principalis inſtantia non perit ius partis, ſecus in inſtantia clauſæ appel. non obſtante tex. in d. l. ſed & ſi per prætorem. in prin. §. ait prætor, ſiue cui: quia ibi ex lapſu temporis perit actio & ius partis: ideò ſi ſtetit per iudicem, datur reſtitutio. vnde dicunt Butriga. & Bal. in aut. dicta ſi appellatione per l. intra vtile. ff. de mino. quia ibi hoc loquitur in tempore, quod eſt vtile, vel quaſi vtile: ideò ſi ex facto vnius partis currit, alteri ſubuenitur ipſo iure, vel per reſtitutionem. Secus ſi in tempore inſtantiæ cauſæ principalis. leg. properandum, quod eſt continuum. ita dicit Bald. in leg. ait prætor. §. ſi. ff. ex qui. cau. ma. & licet gloſ. in d. §. dolo. dicat quod quando ſtat per partem, datur reſtitutio: tamen ibi Barto. dicit contrarium per rationem tex. & hoc approbat Do. Anto. in c. venerabilis, de iudi. per text. in d. §. dolo. pro quo facit glo. in d. §. hoc quoq;. in glo. ſi. quia licet loquatur in inſtantia cauſæ appellationis: idem & fortius dicendum eſt in inſtantia cauſæ principalis, qua perempta perit ius partis.

11 † Inſtantia idem dicitur, quòd petitio, vnde quando in actis dicitur quid actum ad inſtantiam, talis idem eſt dicere, quod ad petitionem talis: vt not. Anto. de conſtitutio. cum q; verb. not, diligenter. 8. col. in princ.

ADDITIO.

Inſtantiæ an poſsit actor renunciare inuito reo, ſi proceſſus eſt validus. vide per Domi. Alex. in conſi. 112. in prin. in 5. volu. Et per Do. Feli. in cap. exceptionem. col. 12. in verſic. Et licet Salicetus, de excep. vbi etiam ponit renuncians liti, in dubio, quid videatur renunciare.

12 † Inſtitutio ſi præcedit omnem actum, ſumitur

pro

pro collatione, ſi ſequitur præſentationẽ, ſumitur pro confirmatione: idem ſi ſequitur electionem: ſed ſi ſequitur totalem iuris translationem, quia ſequitur electionem & confirmationem, vel ſequitur collationem, tũc ſumitur pro translatione & inductione poſſeſsionis, & modicum differt ab inueſtitura. not Ant. de iurepatron. conſultationibus. in 3 nota. & aliquid tangit in c. querelam de elect. in 3. colum. & hoc eſt dicere in effectu: Quòd inſtitutio ſumitur tripliciter, Primo modo capitur pro collatione, vt in tit de inſtit Secundo modo ſumitur pro inſtitutione auctoris alibi, & ſic ſumitur in tit. de iurepa. & in c. paſtoralis eo. tit. Tertiò modo capitur pro inueſtitura ſeu inductione poſſeſsionis.

Inſtitutio & deſtitutio clericorum pertinet de iure communi ad ſolum epiſcopum. text. eſt in c 1. de cap. mo & in c. ex iniuncto. de hære. & vtrobiq; per do. & vide ſub verſic. collatio.

Inſtitutio epiſcopi narrans præſentationem patroni facit de ipſa præſentatione fidem. not Rom conſil. 423.

13 †Inſtrumentum exemplatum in vim compulſoriæ per alium, quàm qui fecit non vocata parte ad ipſam exemplationem, non probat. not. Roma. conſil. 10. niſi pars citata ad dicendum cõtra dictum exemplum prædictum, non contradixerit, ſed potiùs pro ſe vſa fuerit in partibus pro ſe facientibus: vt not. Rom. conſil. 264. & vide ſub verbo, exemptum.

Inſtrumentum factum per notarium creatum à Papa vel Imperatorem probat vbiq;, etiam extra eorum iuriſdictionem: ſecus in notarijs creatis à regibus, prælatis vel vniuerſitatibus, habẽtibus poteſtatem ex conſuetudine vel priuilegio creandi notarios, in eorũ territorijs, quia talium notariorum inſtrumenta ita demum probant extra territorium creantium, ſi ſint ſic confecta: vt not. Rom. conſil. 291. & Bart. in l. 2. ff. de offi. proconſul. & leg. vt not. Ant. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. 28. col. ver. ex antedictis. vbi etiam dicit, Papa poteſt creare notarium imperio ſubiectum eccleſiæ, per rationem quam ibi allegat, quia ille eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, & prorogationis & prorogabilis. & idem dicit Bart. de Imperatore. l. eum qui. ff. de iuriſdict. om. iud. & vide infrà §. proximo.

Inſtrumentum ſententiæ ſi narrat commiſsionem ſiue delegationem delegantis, & litis conteſt. & alia ſubſtantialia iudiciorum probat præſumptiuè, ſicut quando ſententia lata fuit parte nō reclamante, & præſente, ſecundum Inno. idem ſecundum Compoſt. ſi lata eſt parte abſente per contumaciam. not. Rom. conſi. 301. & vide ſub ver. ſententia. §. ſentētia eo ipſo. vbi dicitur idem eſſe, quando apparet ſententia per teſtes tantùm. & vide pleniſsimè per Ant. de proba. c. quoniam. ver. ad glo. intellectum. 18. col. & infrà ſub ver. præſumptio. §. præſumitur pro ſententia.

Inſtrumenta plura ſi reperiātur contraria, & eodem die confecta, illud quod eſt veriſimilius valet, & ſi ſunt æquè veriſimilia, valet illud quod pro reo eſt contra actorem, & hoc quando producuntur à diuerſis. Sed ſi ab eodem, neutrum valet: vt no. Bart. de fi. inſtru. l. ſcripturæ. & Bal. in l. de rebus. C. de dona. ante nuptias. Si tamen conſtaret quòd inſtrumentum prius factum eſſet, illi ſtaretur. no. Bal. de leg. 2. l. Sempronius proculo. Hoc etiam ad veriſimilitudinem tenet Bald. dicens, ꝙ vbi non eſt veriſimilitudo, motus iudicis nouus currit cum inſtrumento, in dicta l. ſcripturæ. Et idem in effectu dicit Anto. in c. imputari. de fide inſtrum. Concludit tamen in dubio iudicandum contra illum, cui onus probandi incumbit, ſiue ſit actor, ſiue ſit reus. & vide Archi. 3. q. 2. c. voluntas. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de bo. poſſ. ſecundum tabulas. vbi loquitur de duobus inſtrumentis ab eodem, & eadem die confectis. & vide omninò in §. inſtru. duo. & vide ſub ver. procurator. §. procuratores duo.

Inſtrumentum falſum producens, qua pœna puniatur, vide ſub verbo, producens. §. producens falſum inſtrumentum.

Inſtrumētum ſi quis pro ſe produxit, an illud poſtea impugnare poſsit, vide ſub ver. producens. §. producens inſtrumentum non poteſt.

Inſtrumentum licet quis produxerit in partibus tantùm pro ſe facientibus, an probet etiam contra eum, ſi quid ibi eſt quod contra eum facit, vide ſub ver. producens inſtrumentum cum proteſtatione.

Inſtrumentum productum ſi eſt reprobatum in parte, quæ

te,quæ facit contra producentem, an reprobans poterit illo vti in parte quæ facit contra producentem, vide ſub ver. producens. §. producens inſtrumentū non poteſt vti. & vide ſub verbo, error. §. error confeſsionis.

ADDITIO.

Et an inſtrumentū poſsit pro parte probari: aut pro parte reprobari. vide per do. Iaſo. de May. Inſti. de actio. §. item ſi quis. fo. 52. nu. 22.

Inſtrumentum ſi eſt ad inſtantiam alicuius defuncti reprobatum, an tertius poterit illo vti, vide Ant. qui fil. ſint leg. c. cauſam. & ibi etiam per Innoc.

Inſtrumētum ſi eſt in aliqua parte abraſum, an fidem faciat, vide Ant. de fi. inſtru. ex literis, & de relig. domi. cùm venerabilis. vbi glo. notabilis ponit.

Inſtrumentum vel alia ſcriptura an vicietur ex defectu ſyllabæ vel dictionis vel orationis, vide ſub ver. reſcriptum. §. reſcriptum viciatur, cum pluribus §§. ſequentibus.

ADDITIO.

Inſtrumentum quando & ex quibus reddatur ſuſpectū, maximè quando eſt ſcriptum diuerſis manibus, vide per do. Alex. in conſil. 41. in 1. volum.

Inſtrumentum in quo notarius atteſtatur ſe de præterito rogatum, valet de certo aliquo loco & tempore, & coram quibus probat illud præteritum, ſecundum Hoſt. vt not. Ant. de proba. quoniam. 22. col.

Inſtrumentū an valeat ſi non apponitur in eo locus, & locus loci & temporis, vide Io. And. de re iud. c. Abbate ſanè, ad fin. in gloſſ. & ſuper ea in nouella. & in additio. de inſtrum. edi. §. inſtrumen. ver. quid ſi locus. & de fi. inſtru. inter dilectos. ſub verbo, filius. & Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui operis nuncia. & per Cy. & Bald. in l. optimam. C. de contra. & commit. ſtipul.

* SINGVLARE.

Teſtes requiruntur ad validitatem inſtrumenti, aliàs inſtrumentum eſſet inutile, & nullam fidem faceret, vt habetur in l. contractus. C. de fide inſtrumen. & per gl. in l. generali, C. de tab. lib. 10. iſtud fallit quando

aliquod

aliquod inſtrumentum fit in publico parlamento, vel coram populo: nam tunc valet ſine appoſitione teſtiũ. Iſtud fuit ſingulare dictum Vberti de Bobio, quod refert & ſequitur Spec. in titul. de inſtru. edi. §. reſtat. in 7. col. ver. ſed cum literis. quod dictum refert & approbat Panor in c. 1. in 3. colum. ver. tertiò quando inſtrumentum. de fide inſtru. H. F.

Inſtrumentum viciatur, ſi in eo non eſt indictio poſita, ſecus ſi eſt poſita, ſed errata, in dubio præſumitur error magis in inductione, quàm in anno, ſecundum Dyn. & not. Bart. in l. librarius. de reg. iu. & Bald. in l. 1. in fin. C. de nouo cod. confir. ſed Io. And. ſuper data ſexti in nouella dicit, quòd ita viciatur inſtrumentum ex indictione per errorem poſita, ſicut ex omiſſa, niſi in Protocollo aliter poſsit apparere, quare indictio ſit omiſſa vel errata. & idem ſentit Ant. qui recitat Io. And. & non reprobat. in c. inter dilectos. de fi. inſt. contrarium tenet Bal. in l. Imperator. de ſtatu ho. an autem omiſsio vel error anni vel indictionis poſsit corrigi, & ſtetur correctioni. vide doct. prædictos in locis prædictis. & vide ſub verbo, notarius. §. notarius non poteſt corrigere.

Inſtrumentum non probat, ſi in eo non ponitur nomen Imperatoris & annus imperij, in terris imperio ſubiectis: vel nomen Papæ, & annus pontificatus eius in literis eccleſię ſubiectis. not. Io. And. ſuper data ſexti in nouella. quod intellige niſi conſuetudo loci aliter ſe habeat: ſic dicit Ioan. And. ſuper data prædicta de indictione, quæ poteſt ex conſuetudine omitti.

Inſtrumentum ſi continet aliqua verba, quæ ſolent à partibus exprimi, & à notario, pręſumitur illa verba eſſe notarij & non procuratoris. præſumit enim ius illud fuiſſe à partibus expreſſum, quòd ex conſuetudine per partem exprimi ſolet. not. Io. And. ſuper data ſexti. in princ. vlt. col. in nouella, &c. Bal. autem dicit, quòd verba, quæ profert notarius, profert in perſona contrahentis, ideò pars præſens, & non contradicens, intelligitur illa proferre & fateri eſſe vera. Ariſt. l. filius. ff. ad Macedo. ita not. Bald. in l. iure. C. de rei vend. in 3. col. & idem vult Bart. in effectu. ff. de teſta. in l. ſi quis filialibus. Et hoc verum in pertinentibus ad officium partis

tis, ſecus in pertinentibus ad officium tabellionis: vt not. Bald. C. de teſta. l. errore.

Inſtrumentum ſi producitur pro publico parte præſente, & nihil opponente, ſed tacente, nõ tenetur producens vlterius probare, quòd fuit manu publica effectum, quia pars non opponens tacendo, videtur ipſum approbaſſe. no Io. And. & Hoſt. in c. quoniam, de prob. ſuper ver. inſtrumentorum. & idem tenet Ant. ibidem. Ad quod facit quod not. Bar. in l. 1. C. de tabell.

ADDITIO.

Inſtrumentum ſi reperiatur ſcriptum in margine, an præſumatur vicioſum, vide per do. Abbatem, in conſil. 10. in 2. col. in verſ. non obſtant verba. in 1. volu.

Inſtrumẽtum valet & probat, licet protocollum non reperiatur, ſecundum Dyn. de ma. & obe not. Bal. ſuper Rub. de fi. inſtru. C. de eden. l. fi. in 7. col. quod intellige, niſi actus ex conuentione partium debuit in ſcriptis fieri: vt ibi no. Bal. vel niſi ex cõſuetudine aliter ſe habeat: vt no. glo. in Aut. de tabel. §. fi. & cum illa glo. dicit generalem conſuetudinem hodie vbiq; quòd notarij faciũt protocolla inſtrumentorum, videtur ſentire quòd non valeat inſtrumentum, cuius protocollum non reperitur, ſicut olim non valebant talia inſtrumenta in vrbe Conſtantinopolitana, in qua erat ſolùm ſtatutũ; quòd protocolla fierent, & conſequenter, cùm hodie per generalem conſuetudinem ſit vbiq; ordinatũ, quòd protocolla fiant, non valebit aliquod inſtrumentum, cuius protocollum non reperitur, quia præſumitur factum contra conſuetudinem, & iſta fuit mens iſtius gloſſ. Sic dicimus etiã, quòd ſi notarius non ponit in inſtrumento annos domini, qui de conſuetudine poni ſolent loco anni Imperatoris, præſumitur inſtrumentum falſum, quia ad ſolicitudinem notarij pertinet dictum annum ponere: vt not. Bal. in l. poſt diuiſionem. C. de iure & fact. ignor. dic ergo, in propoſito præſumitur inſtrumentum falſum, ſi non facit protocollum, quia hoc facere pertinet ex conſuetudine ad officium tabellionis.

Inſtrumentum an poſsit pater conficere de contractu filij, & econtrà: vel filius de contractu patris, vide Bart. in l. ſi pater. ff. ad le. Fal.

Inſtru-

Inſtrumentum habens publicam formam, facit plenam fidem, licet negetur ſcriptum manu illius notarij, ſub cuius ſcriptum aſſeritur, quando inſtrumentum eſſet ita antiquum, quòd per teſtes viuentes manus illius notarij probari non poſſet: vt not. Bald. C. de fi. inſtrum. l. comparationes. C. de ſacroſanct. eccleſ. in aut. quas actio nes, in fin.

Inſtrumẽtum ſi eſt pro parte falſum, viciatur totum quando falſitas eſt de ſubſtantia negocij, vel in circumſtantijs ipſius negocij concernentibus, puta quòd vnus ex contrahentibus dicatur oriundus de vna terra, cùm ſit oriundus de alia: vt not. Innoc. de hære. fraternitatem, quod tenet ibi Io. And. & dicit Ant. ibidem quòd opi. Inno. ſeruatur. & vide quod not. per glo. & Archid. 13. diſ. ſi ad ſacros. & per Bar. & Bal C de tranſact. l. ſi ex falſis. vbi dicit Bal. ſecundum vnam opin quam tamen non firmat, quòd licet falſitas in vna parte inſtrumenti viciet inſtrumẽtum in totum, tamen ſuſpicio in vno capitulo inſtrumenti non detrahit fidei in alio capitulo, & hanc opinionem confirmat. C. de fi. inſtru l. ſcripturæ, in fin. vide omninò in §. proximo.

Inſtrumenta duo ſi reperiantur eodem loco & tempore de eadem re confecta, præſumitur vnitas facti vel rei, ſecus ſi fierent diuerſis locis & temporibus. Et ideò ſi notarius redigit pluries idem inſtrumẽtum in publicam formam, non habetur niſi pro vnico inſtrumento, & vnicam tantùm facit probationem, & ſi inuicem differunt, ſtatur ei quod minus continet, quia in pluri, & non in minori præſumitur error. Si tamen de protocollo & originali ſcriptura conſtet, illi ſtatur: vt no. Bal. in l. Sempronius proculo. de lega 2. Ex his patet, quòd in pluri non præſumitur falſitas, ſed error, quia ſi falſitas præſumeretur, non valeret inſtrumẽtum in aliqua parte, fateor quòd ſi in protocollo eſſet aliquid ſcriptũ, quod falſum probaretur, tũc nec protocollum, nec inſtrumentum inde ſumptũ aliquam fidem faceret in ali qua ſui parte. Sed non probato protocollo, pręſumitur error in inſtrumento inde ſumpto quatenus vadat ad protocollum: vt in Aut. de tabel. in fin. & hoc de mente Bart. & Bald. in d. l. Sempronius proculo. vide omninò ſuprà §. proxim. & §. inſtrumenta plura. & ſub verbo,

bo, præſumptio. §. præſumi an debeat vnicus.

14 †Interdictum ſpeciale poſitum in certa terra, ſi dicatur nullũ, poteſt relaxari ad cautelam: ſecus in interdicto generali, ꝙ non relaxatur donec veritas reperiatur, videlicet ꝙ iniuſtè ſit poſitum, & tunc relaxatur in totũ: vt not. Rom. conſil. 434. Dicitur autem interdictum generale id quod ponitur in prouincia, ciuitate, caſtro vel villa, & licet interdictum generale reſpectu locorũ non poſsit relaxari ad cautelam, tamen ſecus in interdicto generali perſonarum, vt quando interdicitur Vniuerſitas aut Collegium: vt not. Io. And. de ſent. excomni. c. præſenti. lib. 6. & vide ſub ver. ſententia. §. 1.

ADDITIO.

Et quare in excommunicatione datur abſolutio ad cautelam, & in interdicto particulari certæ eccleſiæ, & non in interdicto generali, vide omninò per do. Fel. in c. apoſtolicæ. col. 3. poſt medium. in ver. dum Abbas notat. de except.

Interdicto generali de minori durante, poteſt ianuis clauſis celebrari, pœnitentia & baptiſmum conferri, & verbum Dei prædicari: ſecus in interdicto ſpeciali, in quo ſi prædicta fiant, prophanantur, & facientes irregularitatem incurrunt. not. Rom. conſil. 436.

Interdictus ab ingreſſu eccleſiæ à quibus explicandis intelligitur prohibitus, vide ſub ver. ſuſpenſus ab ingreſſu. Item de materia interdicti, vide Domi. in c. alma mater, de ſen. excom. lib. 6. & Zab. in cle. grauis. & in tertio. in c. non eſt nobis. de ſponſa. & vide glo. vnicam. in c. ad hæc quoniam ſub interdicto. de appell. ibi dominum Abbatem Modernum.

15 †Intereſſe ſine æſtimatione non recipiunt ſpiritualia, ſicut ſunt cauſæ beneficiales. not. Rom. conſil. 142.

Intereſſe appellatione veniunt fructus, ideò qui petit intereſſe, intelligitur etiam fructus petere. ff. ſi ſerui. vend. l. loci. §. in conceſſoria. & ibi not. Ang.

Intereſſe eſt lucrum ceſſans, & damnum emergens: vt in l. 1. iuncta gloſſ. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter prof. & probatur per circumſtantias, in c. dilecti, de foro competen. & ibi glo.

Intereſſe non dicitur ratione expenſarũ quæ fiunt in lite,

lite, ſed ſolùm quando eſt intereſſe ratione rei, de quà principaliter agitur: vt not. Bart. in gloſſ. ff. ſi quis cau. L. & ſi poſt tres.
16 † Interrogatio non artat partem reſpondere per iuramentum, nec ad id poteſt pars compelli per iudicem. niſi interrogatio detur etiam per iuramentum partis illam facientis vel fieri petentis. not. Roma. conſil. 31. item in fi.

Interrogationes an poſſunt fieri parti & teſti poſt terminum peremptoriè datum ad probandum poſt concluſionem, vide Ant. de fide inſtru. c. cum Ioan. & pleniùs per eundem, de iureiur. cal. cùm cauſam. ex quo ad partem. vide § proxim. ſeq.

Interrogationi concernenti determinationem & negocium principale, non tenetur pars reſpondere, niſi interrogans deducat interrogationem diſpoſitiuè.

Impoſitionem etiam accidentalem, ſi tamen interrogatus deducat interrogationem, & hoc nõ obijciat, ſed reſpondet, valet reſponſio, & præiudicat ei confeſsio: ſed interrogationibus ſemper eſt idem reſpondẽdum, licet diſpoſitiuè non dentur: ratio primi dicti, quia non debet iudicium claudicare. Sic ergo interrogans vult ſe releuare ex confeſsione interrogantis, quod non poteſt eſſe, niſi interrogatio diſpoſitiuè diſpoſitionem importet, quia ſimpliciter interrogans nihil ponit. not. Rom. conſil. Sed Anto. dicit, quòd iudex poteſt interrogare partem circa principalem interrogationem, vbicunque æquitas ſuadet, & ant. lit. conteſt. & etiam poſt concluſionem in cauſa, non ſolùm ad dubiam probationem declarandam, ſed etiam ad ipſam terminandam, quod eſt notabile: vt not. Ant. de iud. c. 1. ver. no. 7. iudicem.
17 † Interpretatio illius eſt, cuius eſt condere: vt not. de ſenten. excom. inter alia. & C de leg. l. fin & de conceſ. præbend. c. fin. lib. 6. & vide ſub ver declaratio.

Interpretationem non recipiunt verba expreſſa & clara: vt not. Inno de teſti. cum clamor. in fin. & do An. in clem. fin. de reſcript. col penul. in princ. & in c in præſentia. de probat. 13. col. & not. gloſſ de conſuetu. dilectus. & vide ſub ver. declaratio. §. declaratio debet fieri, &c.

Introducta dicitur appellationis cauſa, quando eſt in audi-

auditorio principis intimata, puta Vicecancellario, qui in hoc tenet auditorium Papæ. C. de appellat. l. in offerendis. & de tempo. appella. l. fin. §. in his. Inchoata autem dicitur quando pars eſt citata: vt d. l. fina. §. 1. & ſic aliud eſt eſſe cauſam introductam, aliud inchoatam, & aliud deuolutam, de qua deuolutione vide ſub ver. deuoluta, & ſub ver. appellatione.

18 † Intruſus videtur, qui auctoritate propria beneficij poſſeſsionem ingreditur, ſi de canonico titulo non conſtat, aliàs ſecus qui habet canonicum titulum, poteſt propria auctoritate apprehendere poſſeſsionem, ſecundum Hoſt. & Io. And. & Ant. de cau. poſſ. c. fina. 35. col. & in c. in literis. de reſtit. ſpol. 25. col. ver. venio ad vltimum. imò habens canonicum titulum, & ſi violenter apprehendat poſſeſsionem, non dicitur intruſus: vt Dom. de ſancto Gem. in c. eum qui. in princ. de præben. lib. 6. Negari tamen non poteſt, quin ex tali violentia ius ſuum amittit, vt patet ex tex. d. c. eum qui. in fin. Et ex hoc videtur, quòd poſtea iniuſtè tenendo dicatur intruſus: vt infrà §. intruſus eſt. ſed ibi loquitur de ingrediente ab initio ſine canonico titulo. & vide infrà §. intruſus non dicitur qui.

Intruſus non dicitur antiquiſsimam habens poſſeſſionem, licet de titulo non doceat, quia ex ſola antiquitate coloratur poſſeſsio: vt not. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 12. colum. ergo ſequitur vltra hoc.

Intruſus quandoq; fit per intruſionem inhabilis ad beneficia, quandoq; non: vt not. Fran de Zaba. in clem. ſi Romanus. de præben. in fin. In ſimili fit, quando quis ſe intrudit ex electione facta per abuſum laicorum. de elect. quiſquis. Item quando ſine diſpenſatione tenet duo curata, vel duas dignitates, vel perſonatus: vt not. eo. tit. dudum eccleſia, ad fin. de præbend. de multa. & hoc declarat clem. execrabilis. vide Spec. in titul. de diſpen. §. 1. ver. ſed nunquid nocet.

Intruſus an dicatur ille, qui per ſimoniã beneficium recipit ſcienter vel ignoranter, vide ſub verb. ſimonia. §. ſimonia eſt ab omni.

Intruſus non dicitur qui vi occupat beneficium. not. Pet. More. de præbend. eum qui. lib. 6. in 1. not. Contrarium videtur ſentire Inno. vt in §. proxim. dic quòd

imò eſt intruſus, ſi nõ habet canonicum titulum. Et dicitur intruſus improbior illo, q ſine vi iniuſtè occupat: ſicut eſt ille qui vi rem rapit, dicitur improbior illo, qui ſine vi clandeſtinè furatur: vt lib. 2. §. cæterùm. ff. vi bonorum rap. in princ.

Intruſus dicitur ille quicunq; auctoritate propria ingreditur temerè beneficium: licet ſit electus, dum tamen non ſit confirmatus: vt not. Innoc. in c. nihil. de elect. & eſt text. de præben. c. cùm iam dudum.

Intruſus dicitur quicunq; recipit beneficium ab illo, qui non habet poteſtatem conferendi, etiam ſi ad illũ collatio pertineat: vt patet in ſuſpenſo, ad quem licitè pertinet collatio, tamen quia durante ſuſpenſione conferre non poteſt, & recipiens ab eo collationem & poſſeſsionem, dicitur intruſus, & eſt caſus in c. tanta. de exceſſ. prælat.

Intruſus eſt quicunq; beneficium iniuſtè ſcienter ingreditur & adminiſtrat: vt eſt caſus in c. eũ qui. de præbend. lib. 6. & ignorantia iuris hoc caſu ſcientiam non excludit: vt not. ibi glo. ſuper verbo, ſcienter, &c.

19 †Hypotheca tacitè contrahitur in bonis defuncti pro eo qui defunctum ſepeliuit pro quantitate, quam in funeralibus expendit, & prefertur omnibus alijs creditoribus, habentibus tacitam hypothecam non expreſſam, vt patet in l. & ſi quis. §. 1. & in l. penult. & ibi not. gloſſ. ff. de relig. & ſump. fune. idem not. Ant. in l. quæſitum, in princ. ff. de priui. credi.

Hypotheca tacitè contrahitur in bonis prælati malè adminiſtrantis: vt not. glo. de pigno. ex literis. & 12. q. 1. c. ſimiliter. & ſic bona prælati ſunt tacitè obligata eccleſiæ, &c.

20 †Irregularis nullus eſt de iure diuino, ſed acta pœnitẽtia celebrare poteſt, licet enim irregularitates fuerint inductæ à ſanctis patribus ob ſcandalum vitandũ; vt not. Ant. de cohab. cler. veſtra. in 5. oppo. & in 4. caſu. ſuper quo vide §. irregularitatem nullus. vide Gui. in cle. 1. de homic. not. dicit etiam quòd ſic irregularitas tollitur: vt not. Io. And. in c. gaudemus, de diuor. & vide ver. clericus. §. 1.

Irregularis tenetur ex omni crimine notorio, & ſuſpenditur quòd etiam pœnitentia peracta non eſt habilis,

bilis, niſi cum eo diſpenſetur. not. Ant. de cohab. cle. veſtra. ibi hic oppo. 21.

Irregularitatem incurrit excommunicatus non ſolùm qui celebrat, ſed etiam celebranti auctorizans, ſecus ſi ſimpliciter celebrantem audiat: vt not. glo. in cle. ſi. de priuil. ſuper ver. celebrari.

Irregularitatem non incurrit ſuſpenſus celebrando, quia irregularitates non caſſantur, ſed accumulantur irregularitati, ſed fortè nõ eſſet peccatum dicere, quòd irregularis diſpenſabilis, ab epiſcopo non incurrit celebrando irregularitatem, in qua ſolus Papa diſpenſat: vt not. Ant. de cohab. cle. veſtra. in 5. oppo. circa finem. Sed dic quòd ita irregularitatem incurrit ſuſpenſus ſcienter in contemptum diuina celebrando, ſicut excommunicatus, per tex de ſent. excom. c. 1. in fin. lib. 6. ſecus ſi probabiliter ignorauit ſuſpenſio: vt ibi not. per Inno. & vide quod not. per eundem in c. ſacro. eo. titul. ſuper ver. ingreſſum.

Irregularitas tollitur & aboletur per ingreſſum religionis. not. Rom. conſil. 455. ver. præterea.

ADDITIO.

De hoc tamen vide in c. cùm deputati. in glo. 2. de iud. vbi facit diſtinctionem. vide ibidem.

Irregularis, vt homicida, non eſt incapax dignitatis vel beneficij eccleſiaſtici, imò illud iuſtè tenet, donec renunciat vel deponitur: vt not. Inno. & Ioan. And. de conceſſ. præbend. cum veſtris, in princ. ſuper ver. poſſideat. Aduerte tamen quòd Innoc. ibi hoc non dicit, ſed benè dicit, quòd homicida & irregularis non eſt omninò incapax, quia cum diſpenſatione eſt capax beneficij, quod ante homicidium vel irregularitatem retinuit etiam ſine diſpenſatione, donec illi renunciet vel priuetur, & ſic concluſio eſt ſecundum eum, quòd irregularis non poteſt beneficium acquirere ſine diſpenſatione, ſed prius acquiſita retinet, donec priuetur. Et ita etiam declarat Ioan. And. & Fran. de Zaba. in d. c. cum veſtris. Compoſ. dicit, quòd collatio facta irregulari, valet, quod eſt verum in collatione beneficij.

Secus in electione ad prælaturam. not. Ant. de conceſſ. præben c.veſtris.in 8.colum. Et eſt caſus in collatione, in c. 2.cle. pug.in du.ſed ibi fuit diſpenſatum. Sed ratio ſimpliciter dicit, quòd irregularis eſt inhabilis ad beneficia. & vide ſub verbo, clericus. §. clericus. Sed homicida quòd non priuetur ipſo iure beneficijs obtentis,tenet Compoſ. de elect.quòd ſunt.in antepenul.col. Contrarium tenet Archi. 50. diſ. ſtudeat. Sed adulter non eſt inhabilis ad beneficia obtinenda: vt not. Compoſ. de reſcript.c.capitulum.colum.antepenul.in fin.

ADDITIO.

Et partem illam, quòd clericus beneficiatus dignus priuatione beneficij, iuſtè tenet beneficium. Et faciat fructus ſuos,tenet etiam domi. Fel.in c.de quarta.in 11. col.in princ. extrà de reſcrip.

Irregularitatem non incurrit qui durante generali interdicto celebrat, ſiue pœnitentiam vel baptiſmum confert, vel verbum Dei prædicat. not. Roman.conſil. 434.

* SINGVLARE.

Quo ad irregularitatem incurrendam, ratihabitio non æquiparatur mandato: ita ſingu. dixit Spec. in tit. de diſpenſ. in §.iuſta. in antepe.char. in vlt.col. ver.ſed quid ſi agenti.quod dictum refert, & ſequitur pro valde not. Fel.in c.ſicut dignum. in 4. col. ver.fallit tertiò de homi. vbi etiam allegat Archid.in c.fin.15.q. 1.vbi dicit, quòd ſi clericus inueniat mortuum illum,ad quem accedebat, vt eum occideret, & intulit ei vulnus, non tamen per hoc eſt irregularis. & vide eundem in c. à nobis. el 2.de ſenten.excommu. H. F.

Irregularitatem nullus incurrit, niſi in caſibus exexpreſsis in iure. tex.eſt de ſent. excom. is qui. lib.6. Et ibi not. Archi. idem Inno. de exceſ. c. tanta. in gloſſ. videtur per text. in d. c. is qui. quòd irregularitas eſt inducta à iure poſitiuo, de quo vide ſuprà,in princ.

Ita, hæc dictio eſt Aduerbium affirmandi:vt not. Anto. de cohab. cleri, veſtra. 2. colum. Sed dictio Itaque eſt Con-

Coniunctio illatiua, quæ refert expreſsè, quandoq; eſt inchoatiua: vt not. Ant. ibidem.

Iter arreptum ad Papam, an habeat vim appellationis, & an ſuſpendat iuriſdictionem inferioris, vide ſub verbo, appellatio §. appellationis vim.

Iudæus non poteſt acquirere poſſeſsionem materialem in mulierem Chriſtianam: vt no. Ant. de cau. poſ. c. fin. 21. col. ver. nunc ſecundò. nec Iudæorum filij, paruuli, impuberes, poſſunt inuitis parentibus baptizari: vt not. gloſſ. 28. q. 3. Iudæorum. quæ dicit, quòd tales filij inuitis parentibus non ſunt ad fidem Chriſtianam trahendi, ergo nec baptizandi, & per conſequens per talem baptiſmum nullus character imprimitur, quia ſi imprimeretur, ad Chriſtianam fidem ſeruandam compelleretur, cuius contrarium vult gloſſ. prædicta, pro quo facit text. 29. q. 6. ad finem. & facit ratio, quia prohibita, &c. ff. de ſpon. l. ratio. & quia quòd vna via prohibetur, per aliam nõ admittetur. de reg. iur. cùm quid. lib. 6. non obſtante. c. maiores. §. item quæritur. ver. verum de baptiſmo. vbi patet, quòd in baptiſmo etiam coacto, character imprimitur, per quem baptizatus compellitur ad fidem Chriſtianam ſeruãdam, quia ibi loquitur in baptiſmo per regem, ſiue de mandato regis: eodem modo loquitur in c. Iudæis. 46. diſ. ſecus in baptiſmo per inferiorem: Ratio eſt, quia Iudæi ſunt ſerui regum & principum. Vnde ſicut rex poteſt Iudæos tanquam ſua mancipia alijs dare, & in ſeruitutem redigere ipſis inuitis, hoc etiam voluit ſanctus Thomas de Aquino. 2. q. 10. articulo 12. ipſe tamen diſtinguit inter principem, & inferiorem baptizantem, ſed Archid. ſic, quòd per verbũ Poteſt non Debet, per quod inducit poteſtatem in principe, & non in inferiore, ex quo ſequitur quòd per baptiſmum inferioris nullus character imprimitur ſecundum eum, aliàs non eſſet differentia inter principem & inferiorem.

* SINGVLARE.

Iudæus non poteſt eſſe teſtis cõtra Chriſtianum, nec ei poteſt deferri iuramentum in litem, vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum. vt no. Hip. Marſi. ſing. 41. incip. Iudæus non poteſt. & adde quòd

verum.colum.2.verſic.in ead. gloſſ. de offic.deleg.

Iudex ſi datur vnus in primis literis, & poſtea datur alius iudex in cauſa, qui procedit habita noticia ambarum literarum, cuius proceſſus valebit primi vel ſecundi, vide Anto.in c. cum M. de conſt.39.col.ver.ſecundus caſus. Sed hunc paſſum egregiè tangit Inno. in duobus locis; in primo dixit, quòd aut Papa in ſecundis literis directè reuocat primas, vt quia dixit, reuoco iuriſdictionem primi iudicis, vel reuoco commiſsionē, quam ſibi feci. Aut reuocat indirectè, puta, quia dicit, cognoſcat talis de tali caſu, non obſtan. literis ad iudicem talem impetratis, vel quia in ſecūdis literis facit expreſſam mentionem de primis. Primo caſu finaliter tenet, quòd licet quidam diſtinguunt inter reuocationem factam motu proprio, & factam ad inſtantiam partis, tamen ſibi magis placet, quòd vtroq; caſu per talem directam reuocationem reuocetur iuriſdictio à primo iudice ipſo iure, nec eſt opus excipere, quinimò nec partes poſſunt in eū conſentire: Ideò non valet proceſſus eius, poſtquam ſciuit ſe reuocatum, ſed proceſſus ante ſententiam reuocationis factus, valet, quia ante ſententiam non deſinit eſſe iudex. Secundus caſus, quando reuocatio eſt indirecta, non reuocatur iuriſdictio ipſo iure, ſed ope exceptionis, ideò niſi excipiatur, valet proceſſus primi iudicis, & concludit Inno. in c. cùm cōtingat. de reſcrip. Sed poſtea hunc paſſum latiùs examinat in c.1. de conceſſ. pręben. ſic concludit, quòd vbi directa reuocatio fit motu proprio, nullo modo valet proceſſus primi iudicis factus poſt noticiā reuocationis, niſi de intentione reuocantis aliud appareat, & hoc firmat in d. c.1. in gloſſ. Hoc intelligunt quidam vbi ad nullius petitionem fit reuocatio, vbi verò ſit reuocatio ad inſtantiam partis, tunc diſtinguit in duos caſus: Vnus, quando reuocatio eſt indirecta. Alius quando directa. In fine tamen concludit idem eſſe vtroq; caſu, dic ergo, ꝙ primo caſu ſunt tres opiniones. Prima quòd valet proceſſus primi iudicis, ſi fiat contra præſentem: ſecus ſi fiat contra abſentem: Ratio videt, quia præſens tacēdo videtur literis ſuis renūciaſſe, & hoc ponit in d.gl.ver. idē videt in literis iuriſdictional. Secūda opinio eſt ꝙ etiā cōtra abſentē valet ꝓceſſus primi iudicis, ſi intra 10. dies à tēpore quo

proceſſum ſciuit, non appellauit. Secus ſi appellauit, & hoc dicit in d. glo. ver. quidam tamen dixerunt, &c. Tertia opinio eſt, & hæc ſibi magis placet, ꝙ aut ante proceſſum primi iudicis conſtat partem, quæ ſecundas literas impetrauit, voluiſſe alijs vti, aut conſtat quòd vti non voluit, aut dubitatur. Primo caſu non valet proceſſus primi iudicis. Secundo caſu ſecus. Tertio caſu valet proceſſus contra præſentem, ſed non contra abſentem: Ratio differentiæ, quia ex quo præſens non comparuit, & non excipit, videtur literis renunciaſſe, quia vna præſumptio tollit aliam, & hoc caſu ſaluatur, quod dixit in c. cùm contingat, de reſcript. vbi dixit, exceptionem eſſe neceſſariam, quando reuocatio fuit indirecta. Sed in abſente præſumitur, quòd literis ſuis vti voluerit, & credendum eſt ei poſtea venienti & dicenti quòd vti voluerit, quia non debet præſumi, quòd fruſtra laboret ad literas impetrandas, & hoc ponit in d. glo. 5. Alij dicũt & fortè melius, ſecundo caſu principali, quando reuocatio eſt directa, dicunt idem eſſe quod in tertia opin. primi membri. Et concludit ita in d. gloſſ. videtur idẽ eſſe ſi expreſsè. Ex his patet, ꝙ concluſio Inno. reducitur ad duos caſus. Primus caſus eſt, quando reuocatio fit motu proprio, tunc ſiue ſit directa, ſiue indirecta, non valet proceſſus primi iudicis poſt reuocationis noticiam factus, quia tunc deſinit eſſe iudex, antea non. Secundus caſus, quando reuocatio fuit ad inſtantiam partis, & tunc etiam, ſiue ſit directa, ſiue indirecta, non valet proceſſus primi iudicis, ſi conſtat ꝙ impetrãs ſecundas literas illis vti voluerit: ſecus ſi conſtat quòd ipſis vti non voluerit: vbi autem dubitatur, tunc valet contra præſentem, & nõ abſentem. Et ſic in effectu patet non eſſe differentiam, an reuocatio ſit directa an indirecta. Sed ſolùm an ſit motu proprio, vel non, & ſemper intellige de ꝓceſſu facto poſt noticiã reuocationis, quia factus ante, valet omni caſu. Sed Io. An. in d. c. cùm contingat, ſuper glo. ſed qualiter. Intellexit ꝙ Inno. voluit facere differentiam inter reuocationem directam & indirectam, & primo caſu iuriſdictio ſit ipſo iure à primo iudice reuocata, quòd non ſit neceſſaria exceptio. Secundo caſu ſecus, & ita etiam intellexit Anto. D. Innocen. in cap. cæterùm, de reſcript. Ipſe tamen

Anto.

Anto. in d. c. cæterum, de reſcriptis, tenet quod vtroq; caſu ſiue reuocatio ſit directa, ſiue indirecta, reuocatur iuriſdictio per ſecundas literas ipſo iure, ſiue motu proprio, ſiue ad inſtantiam partis ſint conceſſæ. in hoc caſu tamen eſt differentia ſecundum eum, quia ſi motu proprio, ſufficit quod intimetur primo iudici à quocunq;. vbi autem ad inſtantiã partis, requiritur quod per partem intimetur, ſed Io. And. in d. c. cæterum, tenet etiam, quòd ſi ſecundę literę reuocent primas, tenet proceſſus habitus per primas partibus conſentientib9, quod dicit Compoſ. verum eſſe etiam, ſi ſecundæ literæ reuocẽt primas ipſo iure, in hoc ſolùm differunt, quod vbi ipſo iure reuocantur, non valet proceſſus coram ipſo iudice, niſi partes expreſſè conſentiant, vbi autem ope exceptionis, tunc ſufficit quod non opponatur exceptio, ita not. Compoſ. in c. paſtoralis, ſuper verbo, arbitros. de reſcript. ſed Io. And. in c. cùm cõtingat: tenet quod etiã partibus conſentientibus non valet proceſſus coram primo iudice, quando ſecundæ literæ reuocantur ipſo iure, vide omnino in §. iudex delegatus cui.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere an quis ſit legitimus, an non: & an aliqua ſit vxor vel non, non eſt quæſtio iuris, ſed facti: vt no. Anto. de ordi. cogni. tuam. ver. oppono quod incidenti. item etiam quando eſt quęſtio iuris, licet non poſſit cognoſcere etiam incidenter de aliqua cauſa ſpirituali, vt de ipſa pronunciet, tamen reuocatio in dubium an ſit ſpiritualis, poteſt ſi vult, ſummariè cognoſcere an ſit ſpiritualis, ad finẽ, vt remittat: tu no. eo. c. ad fin.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de nullitate vel inualiditate ſententiæ etiam in cauſa ſpirituali, etiam per iudicem eccleſiaſticum latæ, & coram ipſo iudice ſeculari productæ, quia in hoc non tanguntur merita cauſæ, & conſequenter quęſtio non eſt ſpiritualis. no. Anto. in c. tuam, de ordi. cogni.

Iudex ſecularis poteſt incidẽter cognoſcere de cauſa, de qua principaliter cognoſcere non poſſet, quod eſt verum, quando cauſa incidens non eſt omnino diuerſa ſpecies iuriſdictionis, vel altioris gradus à cauſa principali, aliàs ſecus. ideò ſi iudex habet ſimplicem iuriſdictionem, non prorogatur eius iuriſdictio ex incidenti

ad ea quæ ſunt meri & mixti imperij.no. Anto. de ordi. cogni tuam. verſi. oppono quod de incidenti.

Iudex delegatus ſub nomine dignitatis, ſi mutat dignitatem,deſinit eſſe iudex, & ſucceſſor in dignitate erit iudex,licet Ioan. Mo. aliter dixerit. not. Ioan. And, de offic.delega.quamuis.in nouella.lib.6.

Iudex delegatus ſubdelegans, poteſt reuocare ſubdelegationem re integra, de offic. delegat. quamuis. lib. 6.

Iudex delegatus ſubdelegans perpetuat iuriſdictionem,& facit deſinere rem eſſe integram.no. Ant.de offi. dele.ſi à ſubdelegato.lib. 6. nec ad talem perpetuationẽ requiritur partis citatio,licet Archi. contra. vide Ioan. And.co.ti.li.6 & c.quamuis.lib.6. ſuper gl. pe. in nouel. & in addi.Spec.de recuſa.§ 2. ad finem. Item decretum citationis,licet citatio nõ ſit executa, facit deſinere rem integram, ideò videtur quod morte delegantis non expirat iuriſdictio delegata: vt notat Ioan. An.in c. fina.de offi. delega.

Iudex aditus ſuper nullitate diffinitiuæ ſententiæ per inferiorem latæ non poteſt de principali cognoſcere, etiam articulo nullitatis expedito, niſi partes conſentiant: vt not.Dom.Anto. in c. auditis,de procura. in tertio notabili.

Iudex qui pronunciat in cauſa principali, ſi efficitur iudex appellationis.Aequius tamen facit ſi deleget, imò ſi non delegat,poteſt recuſari,vt ſuſpectus.not.Anto.de elect. querelam.verſi.ad materiam decreti.

Iudex delegatus,cui poſt proceſſum inchoatum alter adiungitur, an poſsit in cauſa procedere mortuo adiungente re integra, antequam adiunctus aliquid fecerit,vide omnino Io.An.de offi.dele. cùm plures.li.6. ſuper ver.eo caſu in nouel. & quod not. Domi. de ſancto Gemi.qui Inno. contradicit: viuentibus adiungente & adiuncto, nõ teneret proceſſus factus per primam ſine adiuncto: vt not.Io.And.in c.cùm plures. quod intellige,niſi partes conſentirent coram primo iudice procedere,quia iuriſdictio primi, licet afficiatur per dationẽ adiuncti,vt ſolus non procedat, illa affectio per reſcriptum adiunctionis fauore impetrantis inducta deſinit, & extinguitur in cauſa fortiori, quando per ſecundum

reſcri-

quod dat acta pro apoſtolis reuerentialibus, licet non proferat verbum, deferimus. rot. Rom. conſi. 70.

ADDITIO.

Iudex appellationis an poſsit plus quàm iudex cauſæ principalis, vide per Bal. in addi. Spe. de appella. verſi. officium iudicis.

Iudex deferendo appellationi à grauamine, videtur à ſe iuriſdictionem abdicare, in tantum, quòd etiam de conſenſu partium non poteſt poſtea in cauſa procedere, niſi ad eum per ſuperiorem remittatur. no. Ro. cõſi. 363. & ſeq. Nam delationẽ primo per eũ factam reuocare nõ põt, licet res ſit integra, niſi fortè iudex eſſet talis, ꝙ per ſimplicẽ querelã adiri poſſet, quia tunc partes poſſunt ad eum rediri, non obſtante delatione per eum facta. no. Ro. conſilio 363. Tu dic, quod imò poteſt de cõſenſu partiũ re integra indiſtinctè procedere: vt no. Io. Mo. & Io. An. in nouel. in c. cum appellationibus friuolis lib. 6. & videtur tex. eo. ti. ſolicitudinem. circa finem: vt no. in glo. ſed quare, & in gl. ſed nunqd. & idem gl. in c. 2. de matr. contr. contra interd. eccleſ. nam per hoc nõ dicitur quis in præiudicium ſuperioris iudicis appellationis prorogare iuriſdictionem inferioris: ſed dicitur non declinare: vt no. Ant. in d. c. ſolicitudinem. de appel. ver. quæro, quid ſi ambæ partes. & vide ſub ver. appellatio. §. appellans ſi tacitè.

Iudex qui detulit appellationi, poteſt poſtea etiam per aliquod interuallum ſtatuere parti certũ terminũ ad appellationem proſequendam. Quidam autem dixerunt, quod hoc non poteſt, niſi ſtatim hoc faciat cùm appellationi detulit. no. Ro. conſi. 356.

Iudex ſi appellanti à grauamine dat apoſtolos refutatorios, & aſsignat appellanti terminum ad comparendum coram ſuperiore pro appellatione proſequenda, per talem aſsignationem termini non deuoluitur negocium principale ad iudicem ad quem: not. Ro. conſil. 304. ver. expreſsis. nec ꝑ hoc cenſetur iudex deferre appellationi, cũ nollet deferre declarauit dãdo refutatorios: & nõ ꝓſumitur qs, præſertim eodẽ inſtanti, velle eſſe ſibi cõtrarius: ideò nõ obſtãte dicta aſsignatione poterit

in cau-

in cauſa procedere, quia terminum non aſsignauit, vt à ſe iuriſdictionem abdicaret: ſed vt terminum, quem appellans à iure haberet, abbreuiaret, & videtur ſentire glo. pe. in fi. c. appellationibus friuolis. de appel. li. 6. Et clarius ibidem in nouel. ſuper eadem glo. in fi. vbi dicit Io. An quod iudex pro refrenanda malitia appellantis dictum terminum iuris reſtringit: vnde non poteſt dici, quod per hoc appellãti faueat eum à iuriſdictione laxando: & ꝑ hoc videtur caſus in c. cordi. eodem tit. & lib. & ibi not in glo. & vide infrà in §. proximo.

Iudex à quo, ſi non detulit appellationi, non poteſt appellanti aſsignare terminum ad appellationem proſequendam: vt no. Inno. in c. fi. de accu. licet Io. An. aliter ſentire videtur in addi. Spe. in ti. de remiſ. §. videndum eſt numerum & Spe. idem quod tenet Io. An. cuius opi. approbant Anto. & Franc. de Zaba. in cle. 1. de appel. contra Innocen. & vide ſuprà §. proximo.

Iudex à quo appellatum eſt ratione grauaminis, poteſt procedere in negocio principali ſtatim, quando ſecundus iudex pronunciauit malè appellatum, & remiſit cauſam ad primum iudicem, non obſtante, quod à pronunciatione ſecundi iudicis fuerit appellatũ, niſi tertius iudex, cui ſecunda inſtantia & appellatio fuit commiſſa, inhibuerit. not. Ro. conſi. 138.

Iudex à quo appellatur ab admiſsione articulorũ, ſi reponit appellantem animo melius deliberandi, & poſtea recepit teſtes ſuper articulos, valet receptio talis: quia repoſitio facta per iudicem, non eſt facta animo repellendi articulos: ſed animo melius deliberandi, quẽ animum poſtea declarauit teſtes recipiendo. not. Rom. conſi. 392.

Iudex qui pronunciauit in poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio, licet ab eo appelletur, & cauſa appellationis cũ negocio principali alteri committatur: poteſt nihilominus in petitorio procedere coram iudice ad quem. Secus ſi fuiſſet ſibi commiſſa ſola cauſa appellationis, abſq; negocio principali, & ſi vna partium vellet coram vno iudice in petitorio procedere, alia in poſſeſſorio coram alio, præfertur cauſa poſſeſſorij, quæ priuilegiata eſt: vt not. Rom. conſi. 131.

Iudex appellationis à grauamine de attentatis, lit.

lit.pen.coram primo iudice non cognoſcit.not. Roma. conſi. 309.

Iudex qui reuocauit attentata. lit. pend. licet non condemnauerit eadem die in expenſis, poteſt poſtea condemnare: quod intellige quando interlocutoria reuocans attentata tranſiuit in rem iudicatam, quia tunc condemnatio expenſarum non eſt, niſi quædam executio prædictæ interlocutoriæ. no. Ro. conſi. 13.

Iudex in cauſa reuocationis attentatorum debet procedere ſimpliciter ex puro & mero officio, & ſine or dine ſolenni. not. Ro. conſi. 13.

Iudex poteſt procedere ſine figura iudicij in cauſa decimarum. verten. inter Clericos, non inter Laicos. no. Roma. conſi. 431.

Iudex poteſt de plano ſe informare de fama, de notorio, & de legitimatione perſonæ: nec requiritur, quod pro tribunali ſedeat, nec quod citet partes: nec quod deferat iuramenta teſtium. not. Anto. de cohabi. cle. veſtra. 48. col.

Iudex non poteſt procedere ſine figura iudicij in caſibus non permiſsis à iure, niſi hoc faciat de ſpeciali commiſsione Papæ vel Imperatoris: quia alius inferior non poteſt hoc committere. not. glo. de hæreti. c. fi. lib. 6. & in cle. ſæpe. de verbo. ſig. ſuper verbo, mandamus.

Iudex cui eſt commiſſum, quod procedat ſummariè, &c. an poſsit ſub illo verbo procedere, etiam ſine figura iudicij, ſi petitum fuit, vel ſi ſignatura ſimpliciter dicat: Audiat talis, & iuſtitiam faciat. An poſsit ſummariè procedere, ſi in commiſsione petitum ſit, vide ſub verbo, reſcriptum. §. reſcriptum ex cuius. Iudex cui cōmittitur, in cauſa ꝓcedat ſola facti veritate inſpecta, & terminis abbreuiatis, qualem ordinem ſeruare debeat in beneficialibus & prophanis, vide Rom. conſi. 33. & conſil. 96. Si autem ei committatur, vt procedat ſecundum conſcientiam ſuam, tunc poteſt procedere & facere ſicut vult, nec ab eo appellari poteſt: vt not. Anto. in c. 1. in fi. de conſtitu. & not. glo. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. li. 6. & Lap. in c. 2. de iur. cal. eo. lib. & vide ſub verbo, appellatio. §. appellari non poteſt ab eis. dicit quod licet appellatio non operetur, quo ad effectũ ſuſpen-

ſuſpenſionis:tamen quò ad deuolutionem, vt ſuperior poſsit emendare:vt not. glo. in cle. 1. de iure patro. ver. oneramus. & idem dicit Io. de Imo. vt recitat Do. in d. §. aſſeſſorem. & Ant. in d. §. c. 1. & Franci. de Zaba. in dicta clemen. 1. vide Roma. conſi. 351.

Iudex cui commiſſa eſt cauſa, vt in ea procedat purè & ſimpliciter, non tenetur in proceſſu ſeruare ordinem à iure ciuili inductum: ſed procedere debet ſecundum ſolam æquitatem iuris canonici: & ideo ſi libellus foret ſecundum rigorem in aliquo defectiuus, poterit iudex ſupplere ſecundũ æquitatem naturalem. no. Ant. de iudi. dilect. ver. not. quarto. & vide Barto. in extrauagan. ad reprimendam, quæ in hac materia loquitur.

ADDITIO.

An iudex ex officio ſuo poſsit repellere agentem, contra quem eſt præſcriptum. vide pulchrè per Do. Feli. in c. ad aures. in 2. col. poſt prin. verſi. ſtantibus iſtis. de præſcrip.

Iudex quando procedit, non vt iudex, ſed vt bonus vir, quia cauſa ſibi committitur, poteſt prout vult, ad inſtructionem ſuam ſe informare, & non procedere ſecundum cauſæ cognitionem, nec partes vocare. not. Anto. de cohabi. cle. veſtra. 39. col. & no. in cle. de offi. deleg. in glo. magna. in fine.

Iudex in arbitrarijs non tenetur ſequi rigorem iuris ſcripti, ſed poteſt ſequi æquitatem & non ſcripturã. not. Bar. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & vide Ant. de conſti. c. 1. ver. oppo. quod.

* SINGVLARE.

Iudex ex cauſa poteſt augere vel minuere pœnam impoſitam per conſuetudinẽ. iſta eſt gl. not. in l. hodie. ff. de pœnis. in vlt. gl. quam refert & approbat Panor. in c. de cauſis, in vltimis verbis de offi. deleg. & an iudex ex cauſa poſsit augere vel minuere pœnam impoſitam lege vel ſtatuto? dic quod ſic: vt no. Hip. Marſi. ſing. 182. incip. iudex non debet. H. F.

Iudex

Iudex an poſsit ſine accuſatore,& abſq; alio proceſſu, & alia probatione punire crimē commiſſum coram eo, pro tribunali ſedente,vide ſub ver.notorium.§. notorium quandoq;.

Iudex qui ſecundum naturam cauſæ poteſt ſummariè procedere abſq; iudicij ordine:licet ordinem ſeruat,non viciatur proceſſus, ſed ſi partes contradicunt, poteſt appellari.no.Ant.de coha.cleri.veſtra. 13. col.

Iudex ſi via ordinaria incipit procedere in cauſa,an in aliquo poterit procedere ordine non ſeruato,&ab illa via recedere, & extra ordinem procedere, vide gl. in cle. ſæpe,de verb.ſigni. ſuper ver. partibus.& vide Ant. de iureiur.veſtram.ad fi.col.3.

Iudex pōt etiam ex officio ſuo ſe informare, in his, in quibus ſufficit ſummaria cognitio.not. Ro.conſi.333. poteſt etiam in cauſa ordinaria compellere ex officio procuratorem exhibere mandatum : licet per partem non opponatur,quod non ſit procurator.no.de ele.c.1. lib.6.in gl.ſuper ver. abſentia,in fi.

* SINGVLARE.

Iudex poteſt inquirere de conditione teſtis, etiam parte non opponente,gl.eſt no.in l. teſtium.in ver. inimicitiæ.ff.de teſti.quam gl. refert & approbat Iacob. de Sanc. Ge.ibi in pen.col. 2. dicit de hoc aliam eſſe optimam glo. quam magnificat Nico. de Neapo.in l.1. §. ſi præſes. de imagi.conue. H. F.

Iudex poteſt ſupplere in quocunq; actu, ex quo ſurgeret iudicij fruſtratio, ideò ſupplet circa ineptitudinem libelli.notat Anto.de iudi.cauſam. Item ſupplet in omnibus, in quibus non ſolùm pars offenditur, ſed & decor iudicis:vt not.Ant.eo.ti.c.1.ver.no.4.quod in his, vide plenè per Ant.quando poſsit iudex de facto ſupplere.in c.bonæ.& in c.1.de poſtula.præla.

Iudex poteſt de facto ſupplere in his, quæ ſibi vt iudici ſunt. no. ex teſtibus vel inſtrumentis, etiam coram eo productis.not.Ro.conſi.67. & conſi. 227. Vide quod not. Ant. de poſtu. præla. c. bonæ. & quod not. Anto. de reſtitu. ſpol. ſolicitè in 2. oppo.& idem Anto. no. pul-

periculum animæ:ita no.in c.bonæ. el 2. extra de poſtu. & in l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de dam.infect. vt per Iaco.de ſancto Ge.in l.teſtium. ff. de teſti. in penul. col. ver.nam ibi dicit Baldus. H. F.

Iudex datus in curia vtrùm poſsit citare ad partes, ſi non exprimitur in ſignatura, vide ſub verbo, reſcriptum in curia.

Iudex recipiendo teſtes ſuper articulis productis, tacitè admittit ipſos articulos,nec eſt neceſſaria alia admiſsio.no.Rom.conſi.392.& no.glo. de offi. delega.cùm contingat.ſub ver. nihilominus.

Iudex non ſolùm poteſt reum abſoluere actore nõ probante, ſed etiam poteſt ipſi actori ſuper petitis perpetuum ſilentium imponere, licet ipſe reus nullam petitionem dederit. no. Rom. conſi. 120.

ADDITIO.

Iudex an & quando poſsit repellere illum, cui nulla competit actio,vel inefficax omnino.vide per Do.Feli.in c.ad aures.col. 2.in me.de præſcrip.

Iudex ordinarius vel delegatus,ſi pronunciat iudicem cõpetentem, cùm non ſit, an proceſſus per eũ poſtea factus,valeat,ſi non appelletur.vide plenè p Ant. in c.de dila.& de offi.delega.cum 13. col. in fine. & vide infrà §.iudex qui prætendit.

Iudex ſi pronunciauit iudicem ſe non eſſe, cùm tamen ſit,non deſinit per hoc eſſe iudex: ſed econtra ſi pnunciat cauſam ad ſe deuolutam, cùm non ſit, non per hoc iudex erit.not. Rom. conſi. 362. vide infrà §. iudex, qui prætendit.

Iudex aditus licet non ſit competens ſuper negocio principali, eo quod ſuper eo pronunciari non poſſit:erit tamen iudex,quo ad expenſas & intereſſe,in quibus partem poteſt condemnare.no.gl.fi.in c. vlt. de reſcript.& eſt tex.in cle.1.eo.ti. & lib. & ſimiliter poteſt de fructibus quandoq; iudicare, licet de re principali non. no.Io.An.de Simo.per tuas.ſuper glo. fi.& idem ſi iudex ſuper principali pcedat, pceſſus ei9 eſt nullus, etiam ſi pars nõ opponat:vt no.Io.An. & Inno.in d.c. diſpendia.

Iudex ſi ab initio non habuit iuriſdictionẽ, ſed litẽ

 penden-

pendente ſuperuenit, an proceſſus prius habitus validetur. & ſi potuit procedere vno modo vt iudex, & alio modo vt non iudex, an actus valeant, vide Ant. de præſcript. cùm ex officij.

Iudex qui non admiſſa exceptione ad vlteriora pcedit, tacitè exceptionẽ reijcit, & propterea ab ea tanquã iniuſtè grauante appellari poteſt. tex. eſt de libel. ob. c. fi. & ibi no. Ant. in 2. nota.

Iudicis vel officialis aſſertioni creditur in extraiudicialibus ad eius officium pertinentibus. no. Inno. de proba. quoniam contra falſam. & Bar. in l. ambitioſa de decre. ab or. fa.

Iudex ſi citat aliquem ex priuile. exemptum, an citatus tenetur comparere allegaturus priuilegium. vide ſub ver. citatio. §. citat. an teneatur, &c.

Iudex quis dicatur competens in cauſa feudali, vide ſub ver. feudum. & vide infrà §. iudex ſecularis habens.

Iudex quis adeundus ſit, quando petitur laudum reduci ad arbitrium boni viri. An iudex petẽtis, vel eius contra quem repetitur, vide ſub ver. arbitrator. §. arbitratoris laudum ſi petitur.

Iudex quis adeundus ſit in cauſa reſtitutionis, dic quod ſi reſtitutio petitur aduerſus ſententiam, debet adiri ſuperior iudicantis, caſus eſt in l. 1. C. vbi & apud quem. poteſt etiam adiri ipſe idẽ qui iudicauit, ſi ordinarius eſt. ff. de mino. l. in cauſæ. §. fi. ſi petitur aduerſus contractum, debet adiri iudex rei. caſus eſt in l. 2. e. ti. & ita no. ibi per Bal. & Bar. Sed glo. in l. minor. in prin. de mino. dicit, quòd ſicut cõtra ſententiam propriam quis reſtituit, ita & contra ſententiam partis, quod non puto, quia par in parem non habet imperium, licet habeat imperium ſeipſum. ff. de ar. l. nam magiſtratus. Si autẽ petitur ad proſequẽdam appellationem interpoſitam, cuius tẽpora ſunt decurſa: debet adiri iudex ad quem: vt l. præce. C. de appel. ſed ſi petatur reſtitutio ad appellationem interponendam, poteſt adiri tam iudex ad quẽ, quam iudex à quo: vt l. 1. C. ſi ſæpius in integ. re. po. delegatus verò aduerſus ſuam diffinitiuam ſententiam non reſtituit, ſed aduerſus interlocutoriam ſic: vt l. C. vbi & apud quam, & ita no. Bar. in prælleg. l.

Iudex quis cenſeatur competens an actoris vel rei, quando reus, cui competit exceptio, licet non conuict⁹ implorat officium iudicis, ne ab actore inquietetur. Vide ſub ver. exceptio. §. exceptionem habens.

Iudex quis dicatur competens in examinatione teſtium, quæ fit ad æternam rei memoriam, vide ſub verbo, teſtis. §. teſtis quando.

Iudex qui vult procedere, vt in notorio nõ habens iuriſdictionem, niſi in notorijs, ſi coram eo negatur notorium. Vtrùm poſsit de hoc cognoſcere, an notorium, ſit, vide ſub verbo, notorium. §. notorium ſi coram.

Iudex habens iuriſdictionẽ ratione qualitatis cauſæ: ita demum poteſt in cauſa procedere, ſi in libello fuit qualitas expreſſa, & ſic ex deductis in libello menſurantur metæ iuriſdictionis. no. Anto. de iudi. cæterum. ver. venio ad gloſ. Et aduerte, quod ſufficit quantum ad exercitium iuriſdictionis dictam qualitatem in libello deducere: licet de eius veritate dubitetur: vt ibi not. eo. c. in prin. ver. no. quod dicit. Et fortius quod etiam ſi illa qualitas non exprimitur, ſi tamen ſub generalibus verbis libelli includi poteſt, ſufficit ſi aduerſarius non opponit: ſed ſi in princ. opponeret alia, poſtea ſpecificaret cauſam exprimentem iuriſdictionem: vt not. idem Anto. eo. c. ver. venio ad ſecundum.

Iudex contra quem opponitur de incompetentia ratione infamiæ vel criminis, poteſt cognoſcere an ſit iudex, quia non iudicat ſuper infamia vel crimine: ſed an ſit iudex, ſecundum Innocen. vt no. Anto. de iudi. cæterum. ver. venio ad ſecundum. Et vide infrà §. iudex qui prætendit.

Iudex an cognoſcat an ſit iudex, quando vltra exercitium iuriſdictionis agitur de aliquo commodo iudici applicando, & quando agitur de proprietate alicuius iuriſdictionis, vel cauſæ deferentis iuriſdictionẽ: & ideò ſi conuentus dicat ſe exemptum: & iudex vel actor dicat eum ſubiectum, de hoc iudex non cognoſcitur, idem ſi dat cum poteſtate iuriſdictionali, reuocatur in dubium, an ſit poteſtas vel exempt. Et prædicta procedunt, quando vltra iuriſdictionis exercitium, aliquod infertur præiudicium, quod tan-

git iudicem & partes,ſecus ſi reſpiciat præiudicium tertij:& ideò ſi reuocatur in dubium, an locus contractus vel delicti, ſit de territorio iudicis punire volentis, de hoc cognoſcere poterit: quia tale præiudicium tantùm non ponderatur,ſecundum Innoc. Si tamen hoc caſu pars recuſaret eum vt ſuſpectum, vel peteret à ſuperiore cauſam ad ſe reuocari, tum veriſimile eſt quod fouebit id,qꝫ aliàs defendit,licet inter alios:arg. eius, quod de conſimili cauſa dicitur:vt not.Anton.de iudi.cæterum. ver. venio ad ſecundum.

ADDITIO.

Iudex domicilij an poſsit cognoſcere de delicto alibi commiſſo. vide per Dominum Guid. Papæ,in quæſtione 202.

Iudex an poſsit parti committere officium executionis,vide Anto.de iudi.c.1.ver.no. tertio practicam,& ver. examinemus.

Iudex poteſt interrogare partem circa principalem quæſtionem,vbicunqꝫ æquitas ſuadet, & ante litis conteſtat.& poſt,& etiam poſt concluſionem in cauſa: non ſolùm ad dubiam poſſeſsionem declarãdam: ſed etiam ad ipſam fundandam;quod eſt notandum: vt no.Anto. de iudi.c.1.ver.not. quinto iudicem. Et vide omnino ſub verbo, interrogatio. §. interrogationem concernenti.

Iudex poteſt de cauſa propria cognoſcere & iudicare, quando non cognoſcit ſuperiorem. not. Anto. de iudi.cùm veniſſent.ver. oppo. ſecundo : ſed ſi ſuperiorem recognoſcit: tunc cognoſcere non poteſt de cauſa propria: nec de iniuria eius perſonali, nec familiæ propriæ: niſi ex hoc fortè ſurgeret turbatio iuriſdictionis: & hoc faceret ſpecialiter ad tuendam iuriſdictionem: vel niſi iniuria perſonalis ſit manifeſta: quia tunc magis eſt executor quàm iudex, ideò recuſari non poteſt; ſecundum Inno. Cy. & Bart. quod non placet, quia etiã in notorijs ſenten. fertur: licet ordo iudiciarius omittatur:iniuriam aũt reſpicientem dignitatẽ pôt indiſtinctè cognoſcere:vt no.Ant.eo.c. verſi. inferior aũt. & de hac materia ſi quis poſsit eſſe iudex in cauſa propria : vide

Domi.

Domi.in c.Romana.de pe.lib.6. & ibi in glo.magna. Et vide Dom.Abbatem modernum,in c.cùm veniſſent.de iudi.

Iudex cui in certo caſu eſt prohibita iuriſdictio: & ſi tunc non opponitur,valet proceſſus & ſententia per eũ. lata,niſi iuriſdictio ſibi prohibita,ſit attributa alteri, ſecundum Hoſt.quod eſt notabile. not. Anto. de iudi. cæterum,circa finem.vel niſi ab initio ſit prohibita,& cõſequenter limitatur:vt not.Anto.de reſcript.ſuper literis.3.colum.ver. 9.

Iudex poteſt eſſe quilibet prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ, & etiam in cauſa ſpectante ad menſam ſuam: poteſt tamen recuſari ſaltem,vt alius ei ſocietur: quia & conſanguineus eius recuſatur: ergo multo fortius ipſe Prælatus cauſam matrimonialem non cognoſcit,nec de iniuria eius perſonali,nec notoria, ſecundum Inno. ſed de iniuria tangente eccleſiam cognoſceret: vt ſi diceretur epiſcopo, quod eſſet ſimoniacus. Extraiudicialiter autem ad defenſionem pro patria poſſet ſpecialiter ſententiare excommunicando: & talis excommunicatio potius dicitur extraiudicialis quàm iudicialis. not. Anto.de iudi.cùm veniſſent.ver.inferior autem. ſed Inno. dicit, quòd etiam in cauſa eccleſiæ ſuæ prælatus non eſt iudex:quia in cauſa ſua iudex eſſet.licet Hoſt.dicat contrarium:vt recitat Io And.in c.ex parte.de fo.compe. & opi.Hoſt.ſequitur Bald.in l. 1.C.ne quis in cauſa ſua.

Iudex ordinarius vel eius delegat⁹, qui competens erat contra aliquem,intelligitur competens etiam contra vniuerſalem ipſius ſucceſſorem prætendentem ius à prædeceſſore. Si autem ius à prædeceſſore non prætendit:ſicut eſt in ſuccedente in eccleſia,vel canonicatu,vel alia dignitate: tunc ſucceſſor conuenitur coram primo ſuo iudice:niſi quęſtio eſſet realis,hoc eſt,tangens eccleſiam vel dignitatem,& non proprium titulum in eccleſia vel dignitate. Contra ſingularem verò ſucceſſorem, etiam cum vitio ſuccedente non cenſetur iudex ordinarius competens, & ſingularis ſucceſſor conueniri debet coram primo ſuo iudice, non coram ordinario prædeceſſoris ſui, cui in re ſucceſsit: quia iuriſdictio ordinaria non extenditur de vna perſona ad aliam,niſi quatenus iure cautum reperitur. not. Anton. de iudic. quia

Gu.ver.venio ad quintũ.In delegato autem contra prędeceſſorem, an poſsit vti iuriſdictione contra ſingularẽ ſucceſſorem dic vt in §.proxi.ſeq.&c.

Iudex delegatus contra vnum poteſt vti iuriſdictione delegata contra ſingularem ſucceſſorem rei & vitij, & quòd iuriſdictio delegata reſtricta ex concluſione reſcripti ad vnam ſpeciem actionis, tranſit in aliã perſonã, quam contra eadem actio competit in genere, licet diuerſa in ſpecie not. Anto.de iudi. quia 5. ver. not. tertio: Prædicta intellige, quando cõtra ſingularem ſucceſſorem cõpetit condictio ex l.ſi coloni. vel ex decreto ſpeciali. Secus tamen ſi cõpeteret condictio ex canone redintegranda. Tamen Inno.& Hoſti.dicunt ꝙ nullo caſu extenditur iuriſdictio ad ſingularem ſucceſſorem: niſi in reſcripto delegationis ſit illa clauſula amoto quolibet illicito detentore. Et quò ad prædicta, dicitur ſucceſſor in vicio, qui ſciens rem ablatam, eam occupat. Item ſi ignorat ablatam, ſcit tamen eam ad ſe non pertinere: & eam ingreditur propria auctoritate: vt not.Anto. eo. c. ver.venio ad glo.

Iudex aditus in reali contra aliquem, tanquam poſſeſſorem, qui tamen non poſsidebat, licet non poſsit conuentum condemnare ad reſtituendum, poteſt tamẽ ſententiam declaratoriam ferre pro actore: & proderit ei ſententia, quo ad executioné, ſi poſtea reperiatur aduerſarius poſsidere. not.Anto.de iudi. dilecti. in fi.

ADDITIO.

Iudicis iuſſus an excuſet à pœna, vide per Do. Feli. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. colu.13. prope finem, de conſtitutio. vbi tenet, quòd ſic. vide tamen de hoc Gui. Papæ in quæſtione 340. vbi videtur tenere contrarium.

Iudex cui commiſſa eſt cauſa poſſeſsionis, an poſsit cognoſcere de cauſa proprietatis. vide in verbo, reſcriptum. §.3.

Iudex cui à delegato tribuitur iuriſdictio ſuper cauſa proprietatis, non cenſetur iudex ſuper cauſa poſſeſſionis, in quantum poſſeſſorium non habet annexam cauſam ꝓprietatis. Et ſic vnus erit iudex in petitorio, al

ter in poſſeſſorio, nec dicentur habere contrarietatẽ iuriſdictionis, quod eſt notandum: vt not. Anto. de iudi. cæterum. ver. venio ad glo.

Iudex non poteſt recuſari vt ſuſpectus, quando procedit ſuper notorio. no. glo. in c. 1. de offic. delega. lib. 6. niſi notoriũ eſſet tale, quod nõ haberet pœnam certam, ſed arbitrariam: vt not. Anto. de appella. cum ſpeciali ver. oppo. quod non poſsit. & vide omnino ſuper ver. notorium. §. notorium operatur quod iudex.

Iudex an poſsit recuſari, quando habet poteſtatem procedendi appellatione remota, vide Anto. de appellatione. paſtoralis. in 5. colum. in fin.

* SINGVLARE.

Iudicem recuſare poteſt tertius cõparens pro ſuo intereſſe, ſi habet legitimam cauſam eum recuſandi, quod eſt valde no. ſecundum Panor. in c. cùm ſuper. 1. col. ver. & ex hoc. de offi. delega. H. F.

Iudex ordinarius poteſt recuſari, etiam de iure ciuili, quando eſt inimicus inimicitia capitali. not. Bald. in l. 1. C. ſi quadru. pau. fe. di.

Iudex ordinarius poteſt recuſari, ſaltem vt alius ei aſſocietur, quando prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ, vel ſpectante ad ſuam menſam recognoſcit: vt no. Ant. in c. cùm veniſſent. de iudi. ver. inferior autem.

Iudex poteſt recuſari per partem, cum qua habet litem, non ſolùm per propriam, ſed etiam ſi parti in lite alterius aduerſetur: vt not. Anto. de iudi. c. 1. ver. no. ſecundo aduerſarium. Iudex quando eſt vnus ſolus, ſicut poteſt recuſari, vt ſuſpectus, ita & conſilium poteſt recuſari, ſi caput, id eſt, Metropolitanus ſuſpectus eſt: ſecus ſi caput non ſuſpectum, licet alij maiores de concilio ſunt ſuſpecti: niſi caput eſſet ita paruæ conſtantiæ, quod de facili moueretur ad dicta aliorum: vel niſi caput iudicaret ſine aliorum conſenſu. not. Anto. de iudi. c. 1. ver. oppono ſecundo quod hæc.

Iudex qui recuſatur vt ſuſpectus, poteſt ſtatuere arbitris ſuper cauſa ſuſpicionis electis certum terminum, intra quem diffiniant cauſam ſuſpicionis, quod ſi

intra eundem terminum non cognouerint, poteſt recu ſatione præmiſſa non obſtante, in cauſa procedere. tex. eſt in c. 2. requiris. & c. cum ſpeciali. de appellat. & c. ſuſpicionis, de offic. delegat. & cap. vlti. de appellat. lib. 6.

Iudex ordinarius poteſt recuſari quando habet aſſeſſorem vel conſultoré ſuſpectũ, cuius conſiliũ ex forma alicuius conſtitutionis ſequi teneatur: ſi aũt non artatur ad conſilium ſequendum, artatur tamen ad habendum, & tunc inſpicitur qualitas perſonæ iudicis, an ſit talis, qui ad dictum conſultoris de facili moueatur vel non: vt not. Anton. de iudi. cap. 1. ver. oppo. ſecundo quod hæc.

ADDITIO.

Iudex autem ſequens opinionem aſſeſſoris imperiti, qualiter puniatur, vide per Do. Feli. in c. paſtora. de iudicijs.

Iudex ordinarius licet ſit ſuſpectus, tamen propter eius ſuſpicionem vicarius ſuus, licet habeat idem tribu nal, non poteſt ſuſpectus recuſari, & econuerſo. no. Bal. in l. 1. C. ſi qua prædi. pote. hoc limita: vt not. ſub §. proxi.

Iudex poteſt recuſari vt ſuſpectus, vſq; ad lit. conteſt. non obſtante, ꝙ recuſans illum actũ geſſerit coram ipſo iudice, nec intelligit pars in ipſum iudicé cõſentire, licet petat copiã reſcripti vel libelli, vel cautionem de derit de ſtando iuri: nam per tales actus non cenſetur pars renunciare exceptioni declinatoriæ: vt not. Ant. de re iudi. inter monaſterium. ver. oppo. quod poteſt.

Iudex ſicut poſt lit. conteſt. poteſt recuſari ex cauſa de nouo ſuperuenienti: ita & poſt pactum de litigando coram eo, poteſt recuſari ex cauſa ſuperuenienti poſt pactum, & idem quando iudicialiter petitur aſſociari, propter ſuſpicionem, & vtroq; caſu ſtatur dicto partis dicentis ſe nouiter habere iudicem in dubitationem, & vt ſuſpectum. no. Ant. de iud. c. 1. verſi. oppono. ſecundo quod hæc, &c.

Iudex delegatus debet recuſari non corã eo, ſed coram

ram ſubdelegante, quando fuit delegatus in totum, & res eſt integra, ſecundum Innoc. & quando dicatur integra, vide Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de recuſa. §. 2. ad fin.

Iudex ex quibus cauſis poteſt recuſari, vide in c. accedens vt lit. non conteſt. c. cauſam quæ. de offic. deleg. & de appell. c. poſtremo. & per Ant. in c. cum ſpeciali. & per Ioan. And. in c. legitima. de appell. lib. 6. in nouella. & Spec. in tit. de alleg. §. ſupereſt.

Iudex delegatus ſi eſt parti ſuſpectus, poteſt antequã recuſetur alium ſubdelegare. Sed poſt recuſationem non poteſt, niſi parte conſentiente, & ſi ſuper recuſatione pronunciatum eſt, tunc non poteſt etiam conſentiente parte committere, vt patet in tex. de offic. deleg. c. iudex. lib. 6.

Iudex ſi poſt recuſationem de eo factam, & poſt relationem per ipſum factam procedat, an valeat proceſſus, ſi non appellatur, vide ſub verbo, iuriſdictio. §. iuriſdictio ſicut ſuſpenditur.

ADDITIO.

An autẽ iudex pronuncians ſe non eſſe iudicem competentem, videatur functus officio ſuo, & deſinat eſſe iudex, ita quòd non poſsit talem interlocutoriam reuocare, vide pulchrè per do. Alex. in conſil. 71. in 1. col. circa fin. Et ibi an idem ſit, quando iudex pronunciauit, non eſſe vlterius procedendum, in 3. colum. circa medium.

Iudex inferior à Papa non poteſt cauſam committere tractandam præter Ius Canonicum & eius æquitatem, & ſecundum Iuris Ciuilis rigorem. not. Anto. de iud. dilecti. ver. quæro ad intellectum.

Iudex ſiue ſit eccleſiaſticus, ſiue ſecularis, debet omnes cauſas eccleſiaſticas, coram eo vertentes, cognoſcere, & terminare ſecundum canones, & non ſecundum leges canonibus contrarias, ſecundum Ioan. And. Sed dic latiùs, quòd ſi materia ſit eccleſiaſtica vel ſpiritualis, tractetur ſecundum canones: Si materia eſt ciuilis, tunc ſequenda eſt lex in foro ſuo, dummodò non inducat ad peccandum: item ſi materia eſt mixta, quia lex ſeruatur in ſuo foro ciuili, & nõ in foro canonico, quia

fori ſunt diuerſi. Niſi materia ſit pia, tunc quia ſemper canon eſt ſeruandus, & ideò in cauſis libertatis teſtamenti, ad pias cauſas pupillorum & viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, lex contraria canoni non ſeruatur. Si autem fori non ſunt diuiſi, ſed ambo in eccleſia vniantur, vt quia eccleſia habet in loco iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, ab initio vel ex accidenti, vel ex conſuetudine, tunc canon ſeruandus eſt, & vbi iudices ſeculares non vellent ſeruare canones in materia peccati, poſſent per eccleſiaſticos iudices ad hoc compelli: vt not. Ant. de iud. cle.

Iudex inferior non cognoſcit de priuilegio Papæ ad præiudicium Papæ, ideò ſi producatur priuilegium exemptionis ad præiudicium Papæ, de illo non inducat inferior. Item ſi vertitur in dubium de poteſtate Papæ concedentis, an potuit concedere vel non. Sed ſi vertitur in dubium de validitate priuilegij ab eo conceſsi, vel de eius intentu, tunc ſi dubium non eſt probabile, vt quia de eo apparet caſus apertus, vel decidibilis per glo. vel opinionem, eo caſu inferior poteſt cognoſcere, ſicut quotidiè videmus iudicare ſuper talibus, quando incidenter veniunt: Secus quando principaliter ſuper hoc adiretur, quia tunc Papa eſt adeundus. Si autem ibi cadit probabilis dubitatio, tunc ſi cadit circa veritatem vel falſitatem narratorũ in priuilegio, inferior cognoſcit, idem ſi dubitatio eſt ſolùm circa verba priuilegij, ſolus Papa, vel alter de eius mandato cognoſcit. Et hæc vera in priuilegijs conceſsis à Papa: De priuilegijs autem Papæ ipſe ſolus iudicat. Aduerte tamen, quia licet inferior non cognoſcat de priuilegio & diſpenſatione Papæ principaliter, cognoſcit tamen de extrinſecis conſecutiuis ad illam, vt ſi diſpenſatum eſt in duobus curatis cognoſcet an cura animarum negligatur: vt not. Ant. de iud. cùm veniſſent.

Iudex inferior non poteſt cognoſcere de cauſa quæ ſemel ad Romanam curiam eſt deuoluta. no. Rom. conſil. 311. vide omninò c. ſi duobus, de app. & quod not. ibi Inno. & vbi ſingulariter prædicta limitantur.

Iudex inferior ſi cognoſcit de eo quod ad ſolùm ſuperiorem ſpectat, ſententia per eum lata eſt nulla, quia hîc eſt defectus poteſtatis. vide Ant. de iud. cùm veniſſent. 2. col. in fin.

Iudex

Iudex inferior cui attributa eſt ſpecialis iuriſdictio reſpectu perſonæ, in tantùm remanet iudex, inquantum vigil eſt in exercenda iuſticia, & in quantum eam poteſt exercere. Sed data negligentia vel impotentia exercendi propter protéruiam ſubditorum reuoluitur iuriſdictio ad antiquum ſuperiorem: & ſic quandoq; ex defectu ſubditi priuatur dominus iuriſdictionis exercitio, ne iuſticia periclitetur. not. Ant. de iud. cæterùm. ver. quòd ibi tribuitur.

Iudex ordinarius nõ poteſt cognoſcere de cauſa, cuius iuriſdictio eſt alteri attributa ſpecialiter, quia hoc ipſo iure videtur à iuriſdictione ordinarij exemptum. Quod eſt verum, quando illa ſpecialis iuriſdictio attribuitur reſpectu perſonæ, in quam debet exerceri, ſecus ſi reſpectu territorij, quod eſt notabile: vt not. Ant. de iud. cæterùm. ver. not. quòd vbi, & infrà §. iudex ordinarius an poſsit.

Iudex dicitur habere ordinariam iuriſdictionem, quando habet eam à lege. no. Ant. de iud. cæterùm. ver. venio ad ſecundum, ſi qui in cauſa, &c. Item ſubſtitutus loco ordinarij, vel eius vices gerens, dicitur ordinarius. not. glo. in l. quanquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. & l. 1. & 3. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdict. & ordinaria iuriſdictio non datur niſi per principem, legem, vniuerſitatem vel conſuetudinem. not. Rom. conſil. 388. in fin.

Iudices ſi ſint plures quib' lex tribuit iuriſdictionem, non intelligitur data cuilibet inſolidum, ſed omnes ſimul poſſunt inter ſe aliquos eligere, qui cognoſcunt, & eligendo delegare videntur, & illi electi partim ordinaria, partim delegata iuriſdictione vtuntur. not. Ant. de iud. cæterùm. ver. quæro quæ pars.

Iudex ordinarius an poſsit cognoſcere de cauſis inferiorum iudicum ei ſubditorum, & an ſit locus præuentioni, & an ſi inferior præueniat, poſsit vetare ne procedat, vide Ioan. And. & plenè per Ant. de offic. ord. paſtoralis, in princ. & vide aliquid per Lap. in clé. 1. de relig. do. & per Bart. ff. de iud. l. iudicium.

Iudex ordinarius non poteſt per ſe nec per alium cognoſcere in territorio alienæ iuriſdictionis, etiam de conſenſu partium, ſecundum Inno. niſi iudex illius terri-

territorij conſentiat. not. Rom. conſil. 371. ver. ſecundum dubium.

Iudex ordinarius poteſt reuocare delegatum, etiam poſt lit. conteſt. vt l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. & ibi per Bart.

Iudex ordinarius non poteſt alteri delegare cauſam ſibi & clerico commiſſam. not. Ant. de iud. decernimus. ver. nunquid autem poſsit, &c.

Iudex ordinarius non poteſt corrigere ſententiam annullandam, ſed poteſt reuocare ſententiam nullam, & de nouo procedere. Delegatus autem omnem eius actum nullum reuocare poteſt, & de nouo facere poteſt præter diffinitiuam ſententiam, vel quæ vim diffinitiuæ habet, quæ licet nulla ſit, de nouo ſententiare non poteſt, niſi lata eſſet ſuper matrimonio carnali vel ſpirituali, vt in cauſa beneficiali, quia illa non tranſit in rem iudicatam. Quod eſt verum, ſi error vel iniquitas euidenter apparet ex ſententia vel actis, & tunc reuocari poteſt tam per delegatum, quàm per ordinarium, vt ſi error fuiſſet in ſententia expreſſus: vt not. Roma. conſil. 341. Ant. dicit, quòd idem eſt in ſententia lata in cauſa beneficiali, quòd in alijs ſententijs, vt ipſe not. in c. qualiter. 1. de accu. ad fin. & ibi gloſſ.

Iudex poteſt reuocare interlocutoriam etiam per quam pronunciauit appellationem deſertam, quia talis ſententia habetur quò ad hoc pro interlocutoria. not. Rom. conſil. 86. quod eſt verum, ſi ab ea fuerit appellatum, aliàs ſecus: vt not. Rom. conſ. 86. & idem Ant. de app. cũ ceſſante. 10. col. ver. ex his deciditur. Bar. dicit ꝙ interlocutoria, per quã pronũciat ſe quis non iudicẽ, nõ poteſt reuocari. Et idem de interlocutoria quę continet aliquid dari vel fieri, vt ipſe not. ff. de re iud. l. q̃d iuſsit omninò. vide ibi per Bart. qui plenè loquitur, & dicit quòd omnis interlocutoria, à qua eſt appellatum, poteſt reuocari, vide pleniſsimè per Ant. in c. cum ceſſante. vbi tractat de reuocatione tàm diffinitiuæ ſententiæ, quàm interlocutoriæ.

Iudex delegatus non poteſt reuocare ſententiam per eum nulliter latam, etiam ſi ſit ſuper nullitate alterius ſententię latæ, quia licet talis ſẽtẽtia ſup nullitate lata ſit interlocutoria, habet tamẽ vim diffinitiuę, niſi fortè

eſſet in cauſa matrimoniali vel beneficiali. not. Roma. conſil. 341.

Iudex delegatus à Papa ſi non eſt in dignitate conſtitutus ſecundum formam c. ſtatutum, de reſcrip. lib 6. non valet delegatio, niſi Papa committat ſibi cauſam ſimplici clerico hoc expreſſo in reſcripto, quia tunc ex certa ſcientia commiſiſſe videtur: vt not. de reſcript. ſtatutum, in princ lib. 6. in glo. ſuper ver. literarum, cum duabus gloſſ. ſequent. item d. c. ſtatutum: & ſolennitates ibi poſitæ procedunt, quando delegatur vel ſubdelegatur cauſa, ſecus quando delegatur vel ſubdelegatur vnus articulus cauſæ, vel mera executio. Et ex hoc apparet quòd d. c ſtatutum, habet locum in executore gratiæ dato cum clauſula vocatis vocandis: Ratio, quia talis non eſt merus executor, ſed iudex potius: vt not. Ro. conſi. 370. item d. c. ſtatutum, procedit duntaxat in delegatione, quę fit inter clericos, & ſic non habet locum in ea, quæ fit inter laicos, ſecundum Io. And. in c. ſua nobis, de appel. Et not. Ant. de iud. decernimus. ver. nunquid autem inter laicos. item d. c. ſtatutum, non habet locum, ſi partes conſentiant quòd aliter procedatur. Quod eſt verum, quò ad perſonas: vt not. Rom. conſil. 380. vide omninò ſub verbo, dignitas. §. dignitas eſt eſſe canonicum.

Iudex delegat⁹ à Papa ſiue Principe, poteſt alteri ſubdelegare. not. Rom. conſil. 258. non tamen poteſt hoc paſsim facere, ſcilicet quando malitioſè vult ſe exonerare. not. Rom. conſil. 441. circa princ. Primum limita: vt not. in §. iudex delegatus cui committitur, vbi omninò vide. Delegatus autem à delegato Principis, non poteſt ſubdelegare articulum cauſæ cognitionem requirentem, etiam partibus conſentientibus: vt not Ro. conſil. 358. nec etiam poteſt ſubdelegare totam cauſam, licet in ſubdelegatione ſibi facta expreſſum ſit, quòd per ſe vel per alium d. cauſa cognoſcere poſsit: vt not. Rom. conſil. 258. & aliquid tangitur conſil. 383. Hoc vltimum limita, niſi Princeps delegato ſuo commiſerit, quòd ſubdelegatus ab eo ſubdelegare poſsit, quià idem poſſet ordinarius facere ſuo delegato: vt not. Io. And. in c. is cui, de offic. deleg. lib. 6. in glo. fin.

Iudex delegatus à Principe, licet ſubdeleget, & alteri

vices

vices ſuas committatur generaliter in omnibus cauſis, in quibus eſſe voluerit delegatus, tamen talis ſubdelegatio non valet, quo ad cauſas, quæ non erant ſibi commiſſæ tempore ſubdelegationis, licet poſtea ſibi committantur. not. Rom. conſil. 456. in princ. ſecus in ordinario, qui iure proprio poteſt cauſas & futura negotia committere expedienda: vt not. Rom. conſil. 456.

Iudex delegatus ab ordinario ad vnam cauſam tantùm, licet non poſsit eam ſubdelegare totam, nec aliqualem articulum cauſæ cognitionem requirentem: vt not. Rom. conſil. 258. nudam tamen examinationem teſtium per eum receptorum ſubdelegare poteſt. not. Rom. conſil. 164. Poteſt etiam totam cauſam alteri ſubdelegare, quando in delegatione ſibi facta expreſsè dicit, quòd poſsit per ſe vel per alium de cauſa cognoſcere: vt not. Rom. conſil. 370.

ADDITIO.

Iudex delegatus an poſsit vnum articulum cauſæ, videlicet audire teſtes, vel eorum iuramenta recipere, & ſimilia committere alteri perſonæ quàm nominatæ, in c. ſtatutum. de reſcript. lib. 6. vide in Capella Tholoſana. q. 12. & in addi. vbi etiam quid de iudice ſubdelegati à principe, vel delegato ordinarij.

Iudex delegatus an poſsit ſubdelegare id quod ſibi commiſſum eſt, ſiue expediatur per viã iuriſdictionis, ſiue nudi miniſterij, vel aliter, vide omninò de offic. delegat. c. fi. & eo. tit. is cui. lib. 6. & cle. 1. eo. tit. & plenè per Anto. in d. c. fin. de offic. delegat. & vide Roma. conſil. 441.

Iudex ſubdelegatus in certo loco non poteſt iuriſdictionẽ in alio exercere, niſi partes expreſsè conſentiant: nec ſufficit tacitus conſenſus. not. Rom. conſil. 380. vel niſi ſubſit cauſa legitima, propter quam non poſsit in loco deputato procedere, vt patet in c. ſtatuimus. de offic. deleg. lib. 6.

Iudex delegatus licet abſoluat reum ab inſtantia iudicij propter contumaciam, tamen per hoc non deſinit eſſe iudex, quin actore comparente poſsit procedere in cauſa. not. Rom. conſil. 69.

Iudex delegatus habens poteſtatem ſubdelegandi, ſi ſub-

ſubdeleget,& decedat antequam ſubdelegatus incipiat iuriſdictionem, expirat ſubdelegatio. not.Rom.conſil. 414.

Iudex delegatus ſi moritur ante cauſam finitam,non tranſit exercitium iuriſdictionis in ſucceſſorem, ſi delegatio fuit facta ſub nomine proprio, ſed ſi ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, de offic.deleg.quoniam Abbas.& not.An. de iud.quia Gu. ver. venio ad quintum. hoc vltimum limita, niſi delegatus ſit coniunctus, ſiue propinquus deleganti, quia tunc ratione affectionis perſonæ, non reſpectu dignitatis videtur delegaſſe:vt not.de teſta.c.fin.lib.6. in glo. penult. Sed illa glo. loquitur, quando negotium quod committitur, pertinet ad committentem iure priuato in quo cadit affectio,&c.

Iudex delegatus ab Archiepiſcopo tenetur ſeruare ſtatuta Archiepiſcopi. not. Ant. de iud.dilecti.ver.cum intellectum.

Iudices delegati ſi ſint plures, cum clauſula, quod ſi non omnes,&c. non poſſunt duo ex eis in cauſa procedere narrando tertium eorum collegam abſentem vel impeditum,etiam ſi hoc verum ſit,niſi conſtet de impedimento vel abſentia per literam,vel per nunciũ ipſius tertij.not.Rom.conſil.166. & 243. Et proceſſus ab eis aliter habitus eſt nullus. Nec per tertium ratificari poteſt. Prædicta procedunt in prophanis: ſecus in beneficialibus, in quibus ſufficit veritatem impedimenti adeſſe, licet collegis,vt præfertur, procedentibus non fuit notificatum, tamen poſtea de illa conſtat: vt not. Roma. conſil.17.

Iudex ſi procedit contra contumacem ignorans contumaciam, non valet proceſſus:vt not.Bart.in l.multũ. de cond. & demonſt. ſed contra. not.Bal. in l. falſus. C. de furtis.

Iudex delegatus ſi ignorat ſe iudicem, & procedit, & ſententiam ferat, ſententia non valet, quia oportet q; ſciat ſe iudicem, vt probatur per text. ff. de eo qui pro tu.l. quæro. & ibi not. Bart. & vide notata per eum in l. multum. de cond. & demonſtrat. Et idem not. Anto. de cohab. cler. veſtra. 47. colum. Iſta materia eſt periculoſa: vt not. de officio delegat. prudentiam. in princ.

in princ. vbi per eum plenius not.17. col. ibi reſtat ſecundò videre. Dic, quòd ſi iudex ignorat penitus ſe iuriſdictionem habere, non valet quod agit, & iſta regula nunquam fallit, ſecus ſi ſcit ſe iuriſdictionem habere: ſed ignorat vel dubitat, an ſuper cauſas, vel ſuper has perſonas habeat, & ita ſubtiliter not. Ang. in l. 2. §. conuenire. ff. de iud. & idem ſentit ibi Bar. & idẽ ſentit Ant. in c. pe. & gl. de offic. dele. 3. col. ver. quærit tertiò. vide ꝙ etiã ipſe no. de app. l. ſi duob⁹. & de dil. præterea. & vide infrà §. iudex qui poteſt procedere ex vno: & ſi eſt delegatus à principe, oportet quòd ſciat per literas, nec ſufficit ſcire per teſtes: vt not. Io. And. de reg. iur. qui certus. lib. 6. in nouella. ideò dicit Roma. quòd delegatus non acquirit iuriſdictionem, niſi ſciat ſe delegatum, & conſentiat. Et hoc de iure canonico, quicquid ſit de iure ciuili: vt not. Rom. conſil. 456. ver. circa tertium. ſed alibi dicit Rota, quòd ante reſcriptum delegationis iudici præſentatum, non poſsit iudex exercere aliquam iuriſdictionem: vt not. Rom. conſil. 455. tamen iuriſdictionem acquirit. licet illam ignoret. hinc eſt quod in reſcripto ſuper perſonas expreſſas, etiam ante ipſorum expreſsionem habet iuriſdictionem, licet non iuriſdictionis exercitium: vt not. Rom. conſi. 457. prædicta procedunt in prophanis: ſed in beneficialibus videtur, ꝙ nedum iuriſdictionem, ſed etiam exercitium habeat, & antequam ſciat: vt not. Roma. conſil. 362. & hoc patet, quòd in beneficialibus valet proceſſus eius: qui putat ſe iudicem, & in veritate eſt iudex, licet ſibi legitimè non conſtet ſe fore iudicem, vt colligitur ex dict. conſil. 362. ſufficit ergo in beneficialibus, quòd opinio iudicis cum veritate cõcordet. Dic, quòd omninò oportet iudicem præcedentem totam habere poteſtatem ſibi conceſſam purè, vel in euentum ſecundum prius dicta: ſed non requiritur quòd ſciat ipſum euentum eueniſſe: ſed ſufficit illum putare quod euenerit: ita loquitur dicto conſ. 362. oportet ergo quòd principalis poteſtas & delegatio ſit ei nota, ſed non purificatio delegationis in beneficialibus.

Iudex delegationis an poſsit inuocare auxilium brachij ſecularis, ſi ei hoc ſpecialiter non eſt commiſſum. Archid. dicit, quòd non: vt in c. officium, §. deniq;. de hæret.

hæret.lib.6. ſed Inno.Hoſt.& Ioan.And.tenent contrarium,vt in c.ſignificaſti. de offi. delega.& hoc verius de iure ſcripto: Stylus tamẽ curiæ ſeruat primam opinionem, & ſecundum illam, licet non poſsit delegatus inuocare auxilium brachij ſecularis, poteſt tamen requirere ordinarium, & eum compellere, vt inuocet auxilium brachij ſecularis: vt no. Io.And.in d.c.ſignificaſti.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt nec debet requirere brachium ſecularem, niſi in ſubſidium quando poteſtas eccleſiaſtica deficit in facto, vel in iure circa ſubditos corrigendos. Non poteſt ergo principaliter inuocare: & ideò iudex eccleſiaſticus non poteſt artare ſecularem ad carcerandum clericos pro delictis, niſi vbi non habet poteſtatem corrigendi, nec carceres habiles ad clericos detinendos.not.Ant.de iud.cùm non ab homine.ver.not.quòd ceſſantibus.

Iudex eccleſiaſticus qui requirit brachium ſeculare, non habet ſecularis iudex inquirere, an iuſtè petat vel non. Quod eſt verum,quando illud petit pro executione ſententiæ: ſecus ſi non præcedente ſententia brachium ſeculare implorat,quia tunc ſi iniuſtè petit,non tenetur iudex ſecularis ei impendere, ſecundum Inno. vt not. Ant. de offic.deleg.c.1.

Iudex eccleſiaſticus an & quando poſsit cognoſcere de cauſis pauperum,pupillorum,viduarum,& miſerabilium perſonarum. Et qui dicantur pauperes, & quæ miſerabiles perſonæ, vide Innocentium & Antonium de officio delegati.ſignificantibus.

Iudex eccleſiaſticus an poſsit cognoſcere de cauſis pœnitentium,& incidenter poteſt cognoſcere de omni cauſa temporali. not. Ant. de iud. quanto.circa hoc vltimum vide quod ipſe not.de ord.cogni. tuam.ver.oppo. quòd incidenti. & in c.3. de donat. inter virum & vxor. & in c. lator. qui filij ſint legit. Vbi indiſtinctè tenet, quòd poteſt de omni cauſa incidenti cognoſcere, propter excellentiam iuriſdictionis eccleſiaſticæ.

Iudex eccleſiaſticus rei eccleſiæ alienandæ, vel alteri eccleſiæ vniendæ, debet auctoritatem ipſi alienationi vel vnioni interponere, non autem iudex eccleſiæ, cui ſit vnio.not.Rom.conſil.118.& 273.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit an captus vel detentus per iudicem laicum in habitu clericali ſit clericus, vel non, de quo non poteſt iudex ſecularis cognoſcere. not. Rom. conſil. 178. & conſil. 202.

Iudex eccleſiaſticus ſemper eſt competens, quando dubium eſt an iuriſdictio ſpectet ad eccleſiaſticum vel ſecularem, nam eccleſiaſticus tanquam maior cognoſcit, nec ſecum iungitur ſecularis, & hoc in ordinarijs: ſecus in delegatis, in quibus ſi dubitatio occurrit, ad quem iuriſdictio ſpectet, coniungitur, vt ſimul cognoſcant eccleſiaſticus & ſecularis, ſecundum Inno. vt no. Ant. de iudi. cæterùm. ver. venio ad glo.

Iudex eccleſiaſticus eſt competẽs contra laicum, qui clericum ſpoliauit, nõ ſolùm in eccleſiaſticis, ſed etiam in patrimonialibus, quia ſacrilegium committit, quod eſt crimen eccleſiaſticum. Et aduerte quòd eſt iudex competens, etiam ſi dubitetur, an ſacrilegium commiſerit, vel etiam ſpoliauerit: ſufficit enim quòd in libello narretur quid tale, in quo ſacrilegium vel ſpoliatio poſsit includi. not. Anto. de iudi. cæterùm. ver. venio ad gloſſ.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt adiri ex pacto nudo, ex quo non oritur formalis actio, oritur tamẽ ius agendi de iure canonico, ſicut agebatur de iure gentium, ſecundum æquitatem naturalem, quando æquitas ſuadebat dari ius agendi. Et aduerte, quia videtur, quòd tale ius poſsit ad iudicium deduci abſq; eo quòd perueniatur ad actum denunciationis euangelicæ: vt not. Ant. de iud. c. dilecti. ver. tertiò nota.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri contra laicum, quando agitur cauſa iuramenti, vel quando agitur ad infringendum præceptum factum contra legem diuinam, vel contra pietatem naturalem, vt ſi cui præcipiatur, vt filium exhæredet ſine cauſa, quia tale præceptum nutrit peccatum. not. Ant. de iureiurand. quintaualllis. ver. oppo. 2.

Iudex eccleſiaſticus poteſt etiam inter laicos cognoſcere de omni contractu iuramento firmato. Et in omni caſu, in quo canon dat executionem agendo vel excipiendo. not. Ant. de foro comp. cùm ſit. 5. colum. ver. tertius caſus.

Iudex

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri etiam vbi æquitas canonica ſuadet ius agendi, vt quando quis excluditur à petendo pacto vel iuramento, ſed factum quod proponitur coram iudice eſt tale, quod ſecundum canonicam æquitatem mouere debet iudicis officium ad aliquid agendum in materia concernente peccatū, tunc enim licet excluſus nō poteſt agere nec concludere, vt aliquid datur ſibi pacto vel iuramento obſtante, poteſt tamen Aduerſarij ſui iniquitatē iudici notificare, & etiam tanquam incitator & executor officio iudicis intimare, & concludere iudici vt faciat quod ſibi æquum videtur, & iudex hoc agere debet, vt ille non maneat in peccato, & cùm non poſsit aliter pœnitere, niſi reſtituat, veniat reſtitutio in conſequentiam, & ſuper tali admittitur iſte intimans tanquā teſtis, & computabitur in numero teſtium, & hac via agere poteſt qui nil præciſè peteret, nam licet quis iuramento excludatur à petendo, non excluditur ab officio iudicis implorando modo præmiſſo. not. Ant. de iud. dilecti. ver. ſed an agenti.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri pro purgatione cuiuslibet peccati manifeſti, vt compellatur quis à peccato deſiſtere, & poterit ipſum compellere ad pœnitentiam, & in talibus probationes receptæ coram iudice ſeculari contra laicum faciunt fidem coram eccleſiaſtico. Probatio autem exceptionis ſuper literis facta coram ſeculari an faciat fidem coram eccleſiaſtico, eſt in arbitrio iudicis: vt not. Ant. in c. at ſi clerici. de iud. in princ. verſic. oppono quòd conuictus.

Iudex eccleſiaſticus cui fit remiſsio per alium iudicē, non artatur ſtare actis factis coram iudice remittente, etiam ſi remittens fuerit iudex competens, ſecundum Inno. An autem iudex ſecularis teneatur ſtare actis iudicis eccleſiaſtici, vide Ant. de iud. at ſi clerici. in princ. Actis tamen factis coram iudice ſeculari contra laicum adhibenda eſt fides coram iudice eccleſiaſtico, ſi de eodem agatur contra eundem coram eo: vt not. Ant. eo. c. in princ. ver. oppo. quòd conuictus.

Iudex ſecularis habens iuriſdictionem ratione fundi non poteſt cognoſcere in clericum vaſallum ſuum, etiam in cauſa feudali. not. Anto. de iudi. at ſi clerici. in princip. verſic. oppono cum gloſſ. Sed contrarium

 dicit

dicit glo.quam Anto. pro ſe allegat.11.q.3.in ſumma. Et vide ſub ver. feudum. §. feudi quæſtio, quando eſt de iuriſdictione.

Iudex ſecularis nō poteſt cognoſcere in clericum de aliquo crimine,etiam ſi de illo crimine agatur ciuiliter, ſiue clericus conueniatur,ſiue etiam ei per modum exceptionis opponatur, puta quòd non poſsit eſſe teſtis. not.Anto.de iud.at ſi cler.in prin. ver.ad tertium.

Iudex ſecularis poteſt interponere auctoritatē emancipationi, quam facit pater laicus de filio clerico, & dicitur,quòd actor ſequitur forum rei,verum eſt quando iudicium redditur in inuitum, poteſt dicta emancipatio fieri etiam coram iudice eccleſiaſtico,ipſius filij clerici.no.Rom.conſil.178. & vide ſub ver. emancipatio.

Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere an filius ſit legitimus. not.Rom.conſil.173.in fin. vide Anto. de ordi. cogni.c.tuam.& qui fil.ſint legit.c.lator.

Iudex ſecularis non cognoſcit de cauſa iuris funerandi, quando agitur reali actione pro ipſo vſu funerum: ſecus ſi agitur actione perſonali inter laicos,vel etiam ſi agatur de expenſis circa funus faciendis vel repetendis. not.Ant.de iud. c.quanto.

Iudex ſecularis nō cognoſcit de cauſa ſpirituali principaliter,nec incidenter, ita nec de cauſa iuriſpatronatus, quæ ſpiritualis cenſetur, niſi ageretur actione perſonali pro iure patronatus promiſſo donari, quia tunc fortè poſſet coram ſeculari iudice tractari: vt no.Anto. de iud. quanto. vide per eum de ordi. cogni.tuam.ver. oppo. quòd de incidenti.

ADDITIO.

Iudex laicus an dicitur competens, vt cognoſcat de adulterio, periurio, & ſacrilegio, vide per do. Gui.Papæ.q.178.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de iuramento, an ſit ſeruandum vel non. Si eſt probabiliter dubium,an iuramentum ſit licitum,vel ſeruandum,ſolus eccleſiaſticus cognoſcit. not.Ant.de foro comp.c.fi.lib.6. ſuper glo.vlt. vide per Ant. de for.compe.cùm ſit.6.colu.ver. tertius caſus.

Iudex ſecularis an poſsit cognoſcere de cauſa poſſeſ-

ſoria

ſoria iuris ſuper re ſpirituali, vide ſub verbo, ſpiritualis. §.1.

Iudici laico poſſunt per Papam delegari non ſolùm cauſæ ciuiles & criminales, ſed etiam ſpirituales. Sed ab inferiori delegatio facta, non valet in cauſa ſpirituali, nec in criminali ad eccleſiam ſpectante: Sed in ciuili ſic; vt not. Ant. de iud. decernimus. ver. oppo. cum glo.

Iudex laicus an poſsit excommunicare, & excommunicatum abſoluere, vide ſub ver. laicus. §. laicus ex conceſsione.

Iudex laicus non poteſt in eccleſiaſticis cauſis eſſe iudex, nec conſultor, nec aſſeſſor, vt eius iudicio cauſæ tractentur. not. Ant. de iud. decernimus, in princ. Et quod dictum eſt de conſultore, intellige, quando conſilium preciſè tenetur ſequi iudex eccleſiaſticus: aliàs ſecus, licet Inno. ſimpliciter dixerit, laicum poſſe eſſe conſultorem. Et idem dixit Hoſtien. de aſſeſſore; vt not. Ant. eo. c. vlt. colum.

Iudex à quo appellatur, ſi reuocauerit grauamẽ poſt tempus dandorũ apoſtolorum, an poſsit in cauſa procedere. Io. And. ſentit quòd non, in c. vt ſuper, de appel. lib. 6. in nouel. Idem ſi intra tempus reuocauit, tamen apoſtolos non dedit, quia reuocatio grauaminis non ſufficit, niſi etiam dentur apoſtoli, vt ſentit Ioan. And. ibidem.

Iudex à quo, qui appellanti à grauamine reſpondit, quòd appellationem non admittit, niſi in quantum de iure tenetur, habetur pro non reſpondente, quo ad dationem apoſtolorum. not. Fran. de Zaba. in cle. quamuis. de appellat. in penulti. q. ex quo ſequitur, quòd iuriſdictione priuatus eſt, & non poteſt ad vlteriora procedere ſecundum glo. in dicta cle. ſuper ver. aut ſi.

Iudex ſecularis an poſsit cognoſcere de cauſa vſurarum, vide plenè per Anto. de for. compet. cùm ſit. ver. nunquid autem.

Iudex cui committitur poteſtas confirmandi, an poſſit confirmare, & econuersò, cui committitur poteſtas infirmandi, poſsit infirmare, & econuersò, cui nõ committitur poteſtas confirmandi, an poſsit confirmare, vide ſuper ver. reſcriptum ſi eſt per vnam partem, & ſub ver. libellus. §. libellus ſi eſt datus.

Iudex ordinarius non poteſt cauſam diffinire, in qua excipitur de ſentētia lata, vel de collatione facta per delegatum Papæ, nec etiam principaliter cognoſcere, an delegatus iuſtè vel iniuſtè poſsideat, vel alius petēs ius habeat, vel vtrùm quis licet per delegatum prouiſus propter delictum ſuperueniens priuandus ſit. not. Io. And. de offic. deleg. ſuper eo. ad fin.

Iudex ordinarius poteſt de cauſa cognoſcere inter ſubiectos, non obſtante, quòd illa cauſa pendeat in curia, niſi de illa litis pend. excipiatur, vel niſi ipſe ſciat litis pendentiam, & contra citatum non comparentem valet proceſſus ordinarij, nedum cum contumacia punitur, ſed etiam in principali: vt no. Inno. Io. And. & do. Ant. in c. ſi duobus. de appell. & in c. præterea. de dila.

Iudex quis dicatur competens ad cognoſcendum de ſurreptione reſcripti, dic quòd ille, cui reſcriptum dirigitur, & nullus alius, ſecundum Hoſt. vt not. Io. And. de reſcript. cùm contingat. ſuper glo. Sed qualiter: vide tamen quod not. in c. paſtoralis. in princ. eo. tit.

Iudicum præcepta & commiſsiones an ſe extendant vltra tempus ſuæ iuriſdictionis, vide Bart. in l. fin. ff. de pœ. & in l. fundi. ff. de acqu. poſſ. & Bal. in l. 1. C. de poſtu. & l. puto. §. ſi quis. ff. eo. tit. in gl. in l. certarum. §. ſi. ff. de re mil. in Aut. vt nulli iudicum. §. ad hæc nō iubemus. in glo. & hoc videtur in l. 1. in fin. ff. de offic. præfect. vel in glo. ſuper ver. perpetuū. & 14. q. 1. in c. fin. in glo. vlt. & ibi ar. & de iur. patro. cum dilect⁹. in glo. ſuper ver. reſeruandum. quod hodie videtur expeditum. de offic. deleg. præſenti. in prin. lib. 6. Vide tex. & glo. ff. de iur. om. iud. in l. & quia. §. fin. & quod not. de ſenten. excom. à nobis. in glo. magna, in fin.

Iudex delegatus per ordinarium de mandato ſuperioris, vel ſuperiore approbante, an poſsit reuocari per ordinarium ſine conſenſu ſuperioris, vide ſub verbo, mandatum. §. 3.

Iudex an poſsit partes litigantes compellere ad concordiam faciendam, vide Anto. in c. 1. de mu. pe. vltim. colum.

ADDITIO.

De hoc vide per dom. Feli. in c. ſuper quæſtionum §. verum.

Iudex cui in curia committitur cauſa principalis ex ſpeciali mandato, cum poteſtate citandi ad partes, poteſt tamen ſtatim decreta citatione, licet non executa, de æquitate & ſecundum ſtylum iudicij partibus inhibere. Melius tamen eſt quòd in eodem inſtrumēto cum citatione. not. Rom. conſil. 11.

Iudex auditor cui ad inſtantiam partis committitur cauſa, quam impetrans ſuper certo beneficio contra talem mouere intendit cum poteſtate citandi in curia, & extra poteſt procedere ſuper appellatione per Aduerſarium impetrātis interpoſita, licet ipſum Aduerſarium non citauerit, quia illa appellatio eum citat. not. Rom. conſil. 343. & 391.

Iudex auditor ſi cauſam ſibi commiſſam remittit ad Cancellariam, definit in illa cauſa totaliter eſſe iudex, ſecus ſi eam remitteret alteri auditori, putans eum iudicem eſſe, quia tunc remittens ſi iudex erat, non definit per remiſsionem eſſe iudex. not. Roma. conſil. 362.

Iudex auditor non poteſt in cauſa procedere ſine noua commiſsione, quando Papa dedit literam remiſsionis ad partes, licet in ea non fuerunt articuli incluſi, etiam ſi pars velit renunciare remiſsioni, ex quo enim Papa ſemel appoſuit manum, non debet inferior ſe intromittere. not. Rom. conſil. 76.

Iudex ſi committit receptionem teſtium in partibus faciendam, non poteſt ille, cui auditor commiſit, alteri committere eandem receptionem etiam partibus conſentientibus. not. Roma. conſil. 258. ſed fortè examinationem poſſet notario committere: vt not. Roma. conſil. 73.

Iudex auditor ſacri palatij eſt perſona egregia, ideò ſi requiratur in teſtem, debet ad eum mitti pro iuramento. not. Rom. conſil. 91.

Iudex auditor nō poteſt admittere renunciationem iuris in beneficialibus ſine ſpeciali commiſsione, ſed licet reſignationem beneficij non poſsit admittere, tamen poteſt admittere reſignationem litis & cauſæ, quæ renunciatio quid operetur, vide Rom. conſil. 306.

Iudices auditores ſi ſint plures, quib⁹ ſeparatim committitur eadem cauſa, vni ad inſtantiam actoris, alteri

ad inſtantiam rei, nec apparet cui fuerit prima commiſsio præſentata, quia in talibus commiſsionibus nõ ponitur data: Vtrùm ille procedat, cui primo fuerit pręſentata commiſsio, aut ille qui in citando præuenit? dic quod ille qui in citando præuenit, præferatur, quia auditores habent ordinariam iuriſdictionem in cognoſcendo, ideò ille debet cognoſcere qui in citando præuenit, per c. propoſuiſti. de fo. compe. & quòd citatio ſit neceſſaria, quò ad partem, licet non quò ad iudicem. not. Anto. in c. relatum, de offi. deleg. tangit glo. in c. vt debitus. de appell. ſuper verb. ſi dicat. c. 1. & quod not. Ant. eo. c. 1. verſ. expedita. Et idem videtur dicendum in pluribus delegatis, vbi non apparet de prioritate datæ. vide omninò quod not. Ant. in c. 1. de reſcrip. 11. col. ver. hæc erunt videnda.

Iudex appellationis interpoſitæ per electum à denegatione infirmationis, vel caſſatione electionis ad curiam, ſi pronunciat benè appellatum poſt electionem, poteſt electum petentem confirmationem confirmare, quia clem. auditor. forſan procedit in dignitatibus electiuis, in quibus eſt maius periculum, quàm in alijs. not. Rom. conſil. 159.

Iudex appellationis poteſt de nullitate incidenter cognoſcere, licet de ipſa nullitate in appellatione & commiſsione nulla fiat mentio: vt not. Bart. ff. de appellat. l. ſi expreſsim. & Bald. in l. præſumptione. C. ſi contra ius vel vtil. pub. verſic. modò his præmiſsis. 11. colum.

Iudex appellationis à grauamine ſi eſt delegatus, poteſt de cauſa principali cognoſcere, ſi pronunciat bene appellatum, dummodò reſcriptum non ſit limitatum ad cauſam appellationis tantùm. not. Anto. de appell. vt debitus. ver. oppono. quòd non cognoſcatur. penult. colum. ordinarius etiam ſi pronunciet malè appellatum, poteſt vtraq; parte conſentiente vel ſaltem appellato, de cauſa principali cognoſcere, quod eſt verum de Papa vel eius delegato, ſecus in Metropolitano, niſi quando Iudex appellationi detulit, quo caſu idem in Metropolitano, quod in Papa: vt not. Anto. in d. c. vt debitus. ver. oppo. quòd etiam. 11. colum.

ADDI-

ADDITIO.

De his vide per Do.Abb.in d.c.vt debitus.in penul. & vlt.col. vbi plenè per eundem.

Iudex appellationis, cui eſt commiſſa cauſa grauaminis, licet poſtea fiant aliæ commiſsiones, quod procedat in principali, ſi per confirmationem, non poteſt tamen vigore dictarum commiſsionum procedere ad aliquem actum, niſi prius expedito negocio grauaminis. Quo expedito, ſi pronunciet malè proceſſum, tunc procedet dictarum commiſsionum vigore. Si autem pronunciet benè, tunc remittit totam cauſam cũ commiſsionibus prædictis ad primum iudicem, qui procedet ſecundum formam dictarum commiſsionum. not. Rom.conſil.138. Vide omnino ſub verbo, reſcriptum. §. reſcriptum. per quod committitur cauſa appellationis.

Iudex appellationis à diffinitiua, ſi videt appellationem deſertam, non poteſt ſolùm pronunciare eam deſertam, ſed etiam primam ſententiam confirmare. not. Rom. conſi.98. de exceptione ipſius deſertionis incidenter cognoſcere poteſt ſine noua commiſsione, & cùm ſit præiudicialis, de illa ante omnia cognoſcendũ: vt no.Ro. conſi. 154. melius 426. intellige quando vult cognoſcere de deſertione ante lapſum fatalium: ſed poſtea non poteſt ſine ſpeciali commiſsione, quia tunc, cũ non ſit iudex in principali, nec in acceſſorio ſiue incidenti, vt colligitur ex no. per Ro. conſi. 406. Aduerte tamen, quod illa concluſio non facit hanc limitationem, ſi ſimpliciter vult, quòd iudex, cui cõmittitur cauſa appellationis, poſsit ſine noua commiſsione cognoſcere de deſertione, etiam poſt lapſum fatalium. & vide ſub ver. executio. §. executio ſententiæ non poteſt fieri. vide in ver. citatio. §. citare non poteſt.

Iudex appellationis etiam deſertæ deſinit eſſe iudex. no. in clement. ſi appellationem. de appel. in glo. & fortificans. & iudex appellationis pronunciando etiam eam deſertam, pronunciat ſe non eſſe iudicem, niſi ab huiuſmodi pronunciatione appelletur. no. Rom. conſi. 98. Quo caſu poteſt partem appellantem reponere, & ſic interlocutoriam reuocare. no. Rom. conſi. 98. quod

reſcriptum eſt iuriſdictio à primo in totum auocata, & poſtea pars conſenſit coram primo procedere: vt not. ſuprà §. iudex. §. datur. huic autem non auocatur, ſed cum alio accumulatur, quod eſt minus.

Iudex delegatus non deſinit eſſe iudex morte delegantis, etiam re integra, vide ſub verbo, mandatum.

Iudex delegatus à principe, poteſt ſententiam per eum latam exequi intra annum, aliàs non poteſt. de offici. dele. quærenti, & idem in ſubdelegato à principe: vt not. ibi Anto. in fine. Sed etiam poſt annum poteſt exequi eam, ſi in litera delegationis ſit clauſula contradictores, &c. vt no. ſuper verbo, executor. §. executoris poteſt, vel executor poteſt.

Iudex qui prætendit ſe delegatum, ſi funditùs nullam habet iuriſdictionem, ſi hoc conſtat, non valet proceſſus eius in aliquo, etiam ſi pronunciat ſe iudicem cõpetentem: ſi eſt dubium an talis iuriſdictionem habeat, cùm in veritate funditùs nullam habet, tunc ſi eſt datus per falſum reſcriptũ, nõ valet aliquis proceſſus ei⁹ contumaciæ punitiuus, ſed non valet in principali, niſi expreſſè ꝓnunciet ſe competentem, & non appelletur, vt non procedat ad vlteriora, videtur tacitè pronunciare competentẽ, quando procedit contra abſentem: ſecus ſi contra præſentem, & defectũ iuriſdictionis opponentem, quia tunc procedendo ad vlteriora tacitè pronũciat ſe competentem, & extunc valet proceſſus, & etiam geſta confirmaret, niſi inhabilitas & defectus, qui oppo nitur, reddit iudicem funditùs incapacem, vt quia iudex ſecularis citat Clericum in cauſa non feudali: vel ſi iudex eſt infamis vel pupillus, vel ſuſpectus. Quibus caſibus non poteſt ſe pronunciare competentem: vt not. An. in c. præterea. in ver. quartus caſus, de dila. Contrarium dicit ſecundum Inn. de infamia, in c. ceterum. ver. venio ad ſecundã de iudi. Sed primam partẽ tenet Ang. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ie. Prędicta intellige, quando eſt dubium iudici, an iuriſdictionem habeat. Secus ſi certus ſit, eũ iuriſdict. nõ habere, licet partibus vel alteri earũ ſit dubiũ, qa tunc nõ valet ꝓceſſus, nec in incidẽti, nec in principa. etiã ſi ꝓnũciat ſe iudicẽ, & hęc vera ſunt tã in ordinario, ꝙ in delegato. Nõ .n. ex ꝑmiſs. eſt doctri. inter ordi. & deleg. niſi in hoc, qa ordinaria iuriſd. ẽ magis

gis certa,& citius mergitur dubium in ea,quàm in delegata,quæ eſt minus certa. Et aduerte, quia tunc dicitur eſſe dubium iudici, etiam quando non eſt omnino probabile,dumtamen poſſet aliqua cadere opinio, licet nõ ſit vera. Vnde ſi iudex aſſerit ſe iudicem,ſtatur dicto ſuo vt mergat dubitationem,ſi aliqua cadat opinio,quia nõ præſumitur immemor ſuæ ſalutis:vt not. Ant. de reſcr. ſuper literis,in 5.char.ver.ad ſecundum paſſum. & vide quod not,circa præmiſſa per Ang. & Bal.in l.4. ff. ſi quis in ius vo.non ie.vide in §.proxi.& ſuprà §. iudex ſi pronunciat.

Iudex coram quo opponitur de incompetentia iuriſdictionis, non poteſt cognoſcere an ſit iudex, ſi ipſe iudex eſt pars principalis litigãs de iuriſdictione, vnde ſi ex officio non poteſt cognoſcere an ſit Iudex, quin etiam litigio inter partes ſuper dubio iuriſdictionis, ſi Iudex locum partis aſſumat, non poteſt cognoſcere an ſit Iudex. Idem ſi aſſumat locum partis, & ad eum pertineat commodũ ſportularum,ſecundum Bar.licet Spec. in hoc vltimo contradicat ſibi,conſiderari debet qualitas iudicis,& quantitas ſportularum,& an veriſimiliter moueret ipſum vel non: vt not.Ant.de reſcri. ſuper literis.6.char.ver.aduerte tamen.& ver.ſeq.

Iudex impetratus per falſum reſcriptum,licet pronunciet ſe iudicem,& procedat in cauſa,non valet proceſſus falſitate detecta,licet Bar.aliter dixerit: vt no.An. de reſcript. ſuper literis. 7. charta. ver. per prædicta determinatur,& de dila.c. præterea.

Iudex contra quem opponitur de poteſtate delegantis, poteſt cognoſcere an ſit iudex. not. Anto. de reſcript. ſuper literis. 7. charta. verb. prædicta dicit hic Bal.

Iudex ordinarius vel delegatus ſi aditur ſuper appellatione,quæ narratur interpoſita, cùm non ſit, & in cauſa procedat,valet proceſſus ſecundũ Compo. quod eſt verum,ſi prius pronunciauit ſe iudicem, aliàs ſecus, ſecundum Inno.vt no.Anto. de reſcript. ſuper literis. 6. charta.ver.per prædicta deciditur dubium.

Iudex ſi appellatione deſerta procedit ſtante dubio an ſit deſerta,valet proceſſus,per prius pronunciauit ſe competentem, & iterum pronunciet quod confirmet iuſti-

iuſtitiam, vt quia concludit appellationem deſertam non eſſe procedendum, aliàs ſi non tollitur vterq; defectus ex pronunciatione,ſententia eſt nulla, vel propter defectum poteſtatis, vel quia lata ſine iuſtitia. not. Anto.de reſcript. ſuper literis. 7. char. ver. vidi dubitatum: Sed videtur quòd iudex pronunciando appellationem deſertam non eſſe, pronunciat procedendum eſſe.

Iudex domicilij,originis, contractus, delicti, & rei, de qua agitur,quando poſsit ſuos ſubditos extra territorium exiſtentes citare, & quando talis citatio perſonam afficiat, vel bona.vide Roma. conſi. 462.

Iudex,coram quo pars conuenit ratione delicti in certo loco commiſsi,vel contractus ibi initi, ſi conuentus negat ſe ibi deliquiſſe vel contraxiſſe, vel negat locum eſſe de iuriſdictione ipſius iudicis, an poſsit de hoc cognoſcere,& in principali procedere,& quis habeat ꝓbare,an ille qui negat. vide An.de reſcipt.ſuper literis,in vltima charta.

Iudex delegatus cui committitur negocium ſimpliciter, nec adijcitur quòd perſonaliter exequatur, ſi negocium eſt arduum,& non committitur per alios expediendum,non poteſt ſubdelegare: quia videtur electa induſtria perſonæ. Secus ſi negociũ eſt leue.Quando autem dicantur parua negocia, vel magna, & per alios expedibilia,relinquitur arbitrio iudicis. Vbi autem cõmittitur negocium, & adiungitur quod perſonaliter exequatur,vel aliud ſimile:tunc ſi negocium committitur expediendum ex officio, non inter partes, non poteſt ſubdelegare,ſi negocium eſt graue, ſecus ſi leue. Si committitur expediendum inter partes, & concernit vtilitatem priuatam, poteſt ſubdelegare partibus conſentientibus,& non aliàs. Si autem concerneret vtilitatem publicam, non poſſet ſubdelegare, etiam de conſenſu partium: nec diſtinguitur negociũ leue & non leue, quia vtroq; eadem ratio eſt:vt not. Ant. in c. ſi. §. his autem.de offi.dele.& idem dicit Io.An. ſecundum Hoſt. in d.c.ſi.ſuper verbo,eligere. Et dicitur tacitè electa induſtria perſonæ, quando in reſcripto dicitur de induſtria vel circumſpectione tua plenius confidentes, &c. vt no.Io.An.in d.c.ſi. ſuper verbo, iniungit. Vbi autem manda-

mandatur iudici nudum miniſterium non pōt ſubdelegare, fallit in delegato ſedis apoſtolicæ. Fallit etiam quando ſubdelegatus ſubdelegat de expreſſo vel tacito cōſenſu partium, quod dicatur nudū miniſteriū, declarat Ant. in d. c. ſi. Io. An. in d. ver. eligere. ſuper ver. exercere, & ſub verbo, cōmittitur. & ſub verbo, in hac parte, vbi plenius loquitur, & vide ſub verbo, iudex. §. iudex delegatus à Papa. & ſub verbo, mandatum an tranſeat, & ſub verbo, executor apoſtolicus, cui committitur.

Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſi in vna incipit cognoſcere in vita delegantis, perpetuatur iuriſdictio, quò ad omnes, vnde mortuo delegante non expirat iuriſdictio: vt not. Bar. in l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iud. & Ant. in c. licet vndiq;, de offi. dele.

Iudex cui cōmittitur aliquid expediendum, ſi decedat antequam expediat, an ſucceſſor eius aliquid expedire poſsit, vide infrà ſub ver. mandatum. §. mandatum an tranſeat.

Iudex cui certum miniſterium eſt commiſſum, poteſt excōmunicare impedientes, ſi in commiſsione eſt clauſula cōtradictores, &c. aliàs ſecus cùm careat iuriſdictione, ſecundum Hoſt. ſed Vincen. dicit, quod etiam ſine clauſula poteſt, quando in loco remoto à Papa: ſecus ſi Papa eſt præſens, & ita ſeruat curia ſecundū eum: vt not. Io. An. in c. fin. de offi. deleg. ſuper verb. iſti, quibus. vide gl. & Inn. in c. Abbate. de reſcript. & vide infrà §. proxi. &c.

Iudex quilibet ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus à principe, vel inferior poteſt exequi ſententiam ſuam excōmunicando, & interdicendo, ſed non pōt in poſſeſsionem mittere extra terminos ſuę iuriſdictionis, ſecundū Inno. vt not. Io. An. de offi. ordi. cùm ab eccleſiarum. ſuper ver. malefactores. imò quilibet iudex etiam delegatus eo ipſo, quòd cauſa ſibi committitur, poteſt contumacē excōmunicare: vt in c. præterea. de offi. deleg. vide Ant. de fo. cō. cū contin. ver. nunqd aūt habeat. 10. col. & vide ſub ver. excō. §. excōmunicare poſſunt. vide omnino ſub ver. pxi. & vide ſub ver. Laicus. §. Laic⁹ ex cōceſs.

Iudex ſi poteſt procedere ex vno capite cōpetenti, in quo habeat iuriſdictionē, licet procedat ex alio cap. in

quo

quo iuriſdictionē nō habet, putans ex illo habere, nō viciatur proceſs. ſecundū quoſdā: vt no. Inn. in c. cū ex officij. de pſcr. Hoſti. tamē contra, ꝙ intellige vt no. Ang. in l. 1. §. cōuenire. ff. de iudi. hic aduerte, ꝑ ſolut. cōtra 3. de l. 1. §. 1. ff. ꝙ fal. tut. auct. & c. cū ſup. de offi. dele. q̄a dicta lex ibi loq̄tur in actu, q̄ fit inter cōſentien. Ideò ſi nō valet vt agitur, valet eo modo quo pōt. & c. cū ſuper. loquitur in actu iudiciali, qui fit in inuitū. Ideo ſi non valet vt agit, non valet vt pōt, ad hoc facit ꝙ no. Inn. in d. c. cū ex officij. & hæc ſolutio videtur melior alijs, quæ dātur per gl. & Do. in d. c. cū ſup. vide infrà §. proxi. & ſub ver. iudex. §. iudex delega. ſi igno. & vide Ant. in d. c. cum ex officij.

Iudex poteſt procedere vt iudex ſuper vno articulo, & vt arbiter ſuper alio, quando in iudicem eſt factū cōpromiſſum, vt in arbitrum, & in arbitratorem, & in dubio intelligitur proceſsiſſe vt iudex vel arbiter, vel arbitrator, prout melius de iure potuit: vt ſingulariter not. in capi. niſi eſſent. de præben. vide ſuprà §. proximo.

Iudex non eſt citandus, nec tenetur proceſſum defendere, quando proceſsit inter partes, niſi agatur de eius pœna, poteſt tamen ſi vult, aſsiſtere, & defendere proceſſum ſuum. Sed vbi ex officio proceſsit, tunc citādus eſt, & defendere tenetur, tunc aliàs iudicabitur appellans pro temerario appellante, ſi non facit iudicem citari. not. An. de appel. cum ſpeciali. verb. oppo. quod non habeat. vide Inno. qui in effectu concordat in cap. de cætero. in princi. de tranſact. & in c. in noſtra. de procura. Et idem dicit ibi Ioan. An. ſuper glo. ſi, & Archi. 1. q. 6. hoc innuit.

Iudex ordinarius cui Papa aliquid mandat, nō cenſetur in illo, quod mandatur eſſe delegatus, niſi in literis dicatur auctoritate noſtra, vel niſi dicatur, committimus vel delegamus, vel ſimile: vel apponatur clauſula appellatione remota, vel aliquid aliud vltra formam iuris: vt notat Ioan. And. de offic. ordina. licet in corrigendis.

Iudex qui tulit iniquam ſententiam, à qua pars læſa non appellauit, poteſt conueniri ad totale intereſſe cauſæ, & ad æſtimationem litis, & ad cætera damna: vt not. glo. & Bar. in l. 1. ff. quòd quiſq; iur. Et idem not.

Bar.in diſputatione ſua, quæ incipit iudex, qui per imperitiam, vel incipit à ſententia iudicis. Idem tenet Inno.de ſen.excommu.ſacro. in 1.col.ſuper verbo, curare. ſi autem pars appellauit, & ſuccubuit: tunc Iudex conueniri non poteſt: vt not.Bar.in diſputatione prædicta. Sed contrarium dicit Inno. de offi. deleg. paſtoralis.ad finem.ſuper verbo, iniuſtam. Si verò obtinuit, non poteſt iudex conueniri, niſi ad expenſas, & cætera dãna, ſi fortè debitor, qui in prima inſtantia debuit condemnari, & poſtea contumax factus non ſit ſoluendo: vt no. Bart. diſputatione prædicta. verſi. aut appellatio eſt deſerta: tunc ſi Iudex non detulit appellationi, non poteſt totaliter conueniri, ac ſi non eſſet appellatum: vt not. Bar.in diſputatione prædicta.idem not.Inno.de appella.ſæpe.ſuper verb.peremptoriè, in fi. Sed ſi detulit appellationi, non poterit conueniri, niſi quo ad expenſas & cætera damna: vt no.Bar.in diſputatione prædicta. & in l.ſi minor.ff.de adminiſt.tuto.& in l.3.§.ex quibus.ff. de alie. iudi. mutan. cauſa fact. licet aliter ſenſiſſe videtur ff. de appellat. l.1.in princi. ad finem apparatus. & idem dicit Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi.procon.& l.quorũ.20.in vſu.feu.de pa.iura.fir.c.1.§.ſi quis. verbo, temerario. ſuper verbo, iudices. licet aliter dixerit in l.nouiſsimè.ff. quod fal. tu. auc. vbi ſententia eſt nulla, tunc iudex non poteſt ad intereſſe conueniri: vt no.gl.in l.1.ff. de va.& extraor.cogni.vide ſub verbo, iudex.§.iudex qui partem lædit. Non obſtat c. ſolicitudinem, de appellationibus.vbi dicunt quidam eſſe caſum, quod etiam pendente appellatione, poteſt iudex qui iniquè proceſsit, conueniri ad intereſſe, quia ibi non conuenitur iudex ſuper actu, à quo fuit appellatum, ſed ſuper alio: quia poſt appellationem à præcedente grauamine interpoſitam iudex excommunicauit partem, à qua excommunicatione non fuit appellatum: ſed per ſimplicem querelam conuentus fuit iudex ſuper iniuſta excommunicatione. item ibi non conuenitur iudex ad aliquod intereſſe per eum ſoluendum, quia iniuſtè excommunicauit: ſed ſimpliciter fuit conuentus ad finem, vt declaret partem non fuiſſe dicta excommunicatione ligatam, vel vt abſolueretur ab ea: non ob.c. venerabilis. §. ſed ſi excommunicatus, de ſent. excommu.

lib.

lib.6.vbi dicitur expreſſe, quòd iudex iniuſtè excõmunicans poſsit conueniri ad pœnam,& intereſſe per eum ſoluendum: quia referendo illum tex. prout fieri debet ad caſum immediatè præcedentem, loquitur cùm non fuit appellatum:& ita intellexit Io.An.in d.c. in glo. ſuper ver.de perſona.ſed ſi quis tex.illum intelligat etiam quando appellatum fuit,tamen non ob. nec concludit, quod ad intereſſe litis conueniri poſsit iudex, ſi intelligitur de intereſſe extrinſeco à lite, vt ab actu iudiciali iniquè per iudicem geſto in fauorem alterius partis. verbi gratia, ſi excommunicatus ad inſtantiam partis, qui ab excommunicatione appellauit, damnum paſſus fuit, in eo, quod propter excommunicationem non potuit debitorem ſuum conuenire, qui poſtea fugit, vel factus eſt non ſoluendo, ad totalem intereſſe poteſt iudex conueniri,quia partis appellantis non intereſt, nec aliquod præiudicium principaliter ſibi infertur, quod totale intereſſe putatur à iudice. Idem ad intereſſe perueniens ex eo,ꝙ excõmunicatus non fuit ratione excõmunicationis electus, vel electio ſua fit ꝑpter excõmunicationem caſſata:& ſic habetur ratio non ſolùm damni,ſed etiam lucri: vt not. Io. And.in c. ſacro. de ſenten. excõ.ſuper gl.damna. Sed vbi agitur de intereſſe intrinſeco ipſius actus ad reuocandum ipſum actum iniquũ in fauorem alterius partis factum per iudicem,ad tale intereſſe non poteſt iudex inuitus conueniri. Sed debet contra partem, cuius principaliter intereſt, agi: vt eſt caſus in d.§.ſi excõmunicatus.verſi. ſecus autẽ. Fateor, quòd ſi iudex velit ſpontè comparere,& cauſę aſsiſtere, & proceſſum ſuum defendere,debet admitti: vt not. Io. And.poſt Archi. in d.c.venerabilibus.in nouella. & in c. dilectus.1.in princ.de reſcriptis.non obſtat,de reſti.ſpo. c.conquerente.vbi eſt expreſſum,quod iudex,qui ſubditum ſpoliauit beneficio ſuo,poteſt cõueniri, vt rem ſpoliatam reſtituat cũ fructibus perceptis: qui ſi proceſsit ex officio ſuo,q̃ caſu conueniri põt,in d.§.ſi excõmunicatus.ver.attamen.Idem vbi nõ fuit appellatũ à ſpolio: quo caſu etiam põt conueniri, vt dictũ eſt. Idem vbi iudex ꝗ ſpoliauit,retinuit pro ſe:ſecus ſi alteri poſſeſsionẽ tradidiſſet: ꝗa tunc non debet iudex conueniri, ſed ille cui eſt poſſeſs. tradita,aut cuius intereſt:vt ibi no.ꝑ Ant.

Iudex an debeat iudicare ſecundũ allegata vel probata,aut ſecundũ ſuam conſcientiam.vide in c.1. de offi.ord.in glo.ſuper ver. canones. & vide in c. paſtoralis. §.quia verò.de offi.dele.in glo.tenetur,&c.

Iudiciũ quandoq; ſumitur pro diſcretione, quandoq; pro inſtantia cauſæ ſubdiuiditur, quia quoddã eſt temporale,quoddam ſpirituale,& iſtorum quædam ciuilia, quædam criminalia, & quædam mixta, quædã ordinaria, quædam extraordinaria, quædam ſummaria: vt not. Anto.de iudi. ſuper rubrica.

Iudicio tuo,quid iſta verba importãt, vide ſub ver. arbitrium. §. arbitrium differt.

23 †Iuramentum an requiratur, q̃ ſcriptura ſacra tangatur,an verò ſuffiçiat quãlibet ſcripturam tangere.vide gl. de elect. vt circa lib. 6. ſuper verbo, corporaliter. & in Clemen.1.ver.porrò.& ſuper verbo, iuramento.de hæreticis.& vide ſuprà ſub verbo,debitor. §. debitor.

ADDITIO.

Iuramentum per religioſos prɐ̃ſtitum ſupra pectora eorum manibus ad pectus poſitis more religioſorum ſuper obſeruatione cuiuſdam tranſactionis, an impediat integram reſtitutionem nomine eccleſiæ, vide in Capella Tholoſana. q. 161. & in additione. vbi etiam dicitur, quando Epiſcopus teneatur tangere ſacra.

Iuramentum falſum præſtitum per Procuratorem in animam Domini, non grauat animam ipſius Domini,ſi eo ignorante, & ſine culpa ſua fuit præſtitum. tex. eſt in c.vlt.de iureiur.lib.6.& not.Io.And.in cle. 2. de ,p- cu.in vlti.glo.in fine.

Iuramentum tendens ad prɐiudiciũ alterius quàm iurantis,non eſt ſeruandum:vt de iureiur.cum contingat.& c.veniens.

24 †Iurare cenſetur, qui dicit,promitto in fide mea: quia iuramentum eſt voluntarium: vt not. Io. And. de iureiur. & ſi Chriſtus. & vide ſub verbo, fides.

Iurans non exire domum intra 15. dies, ſi interim citatur à iudice,comparere tenetur, nec erit periurus: quia intelligitur excepta ſuperioris autoritas. no. Lap. in addi.facta in tractatu permuta.Fred.de Sen.q.24.

Iura-

Iuramentum licet ſit dolo,vi,vel metu præſtitũ,tamen ante relaxationem non debet iurans contrauenire,& ſi contra facit,non eſt audiendus,quando iuramẽtum eſt tale, quod poteſt ſeruari ſine præiudicio animi. not.Rom.conſi.349,vide infrà §.iuramentum ſemper.

Iuramentũ non extẽditur ad incogitata:idem ſi extenditur etiam de expreſſo conſenſu partium ad aliud, quàm in ipſo iuramento expreſſum fuit: ratio eſt ſecundum Hoſti.& Ioan.And. quia ſolo cõſenſu iuramentũ non præſtatur,cùm habeat certam formam,quæ neceſſariò ſeruari debet:vt not.Ant.de iureiũ.c.Clericus.

Iuramentum de non faciendo non inualidat actũ contrarium, licet contrafaciens incidat in periurium: vt not.glo.in c.fi.de procur.lib.6. Et idem not.in regula quod ſemel eo.lib.6.in nouel. Idem tenet Fred. de Sen. conſi.106.& Bar.in l.cum precario.ff.de preca & hoc verum eſt in actibus temporalibus: ſecus in ſpiritualibus, in quibus id quod fit contra iuramentum, eſt inualidum.no.Anto.in c.cum M.2.col.de conſtitu. Idem not. Archi.de præben.ſi à ſede.lib. 6. Contrarium not. Ioan. And. in cap. dilecto filio. de præbend. ſuper verſi. iuramento.

Iurans ſeruare ſtatuta & conſuetudines eccleſiæ, ſi impetrat beneficium contra ea,valet impetratio,quando in gratia ponitur iſta clauſula non obſtantibus ſtatutis contrarijs iuramento firmatis. Idem ſi clauſula non ponitur,ſed gratia motu proprio conceditur. Si autem ad inſtantiam iurantis,tunc diſtingue: vt not. Ro. conſil.124. vide ſuprà §. proximo.

Iuramentum poteſt relaxari per partem,cui iuratũ eſt,quatenus concernit eius vtilitatem de iureiur.quintauallis.ver.oppono ſecundò.

Iuramentum recipit illas conditiones, illas exceptiones,illas limitationes,illas interpretationes, quas recipit principale promiſſum vel diſpoſitum. not. de iureiuran.quintauallis.ver.venio ad ſecundum,aduerte tamen.

Iuramentum non habet vim clauſulæ derogatoriæ contra Bar. ſed benè habet vim clauſulæ, quod valeat eo modo quo poteſt. not.Ant.in c.1. de conſti.lib. 6. in 3. oppo. ad finem,

Iuramentum quod defertur in odium violenti vel doloſi, an ſit neceſſe partem vocari, vide ſub ver. citatio. §. citari non oportet.

Iuramentum neceſſarium non defertur, niſi vehemens ſit ſuſpicio contra iurantem. no. Ro. conſi. 401.

* SINGVLARE.

Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur in cauſis magnæ quantitatis, vt tenent Doc. in l. in bonæ fidei C. de reb. cre. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. limita tamen iſtud, niſi ex parte actoris eſſet plusquàm ſemiplenè probatum, quia tunc etiam ſi cauſa ſit magnæ quantitatis, poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis: vt not. Panor. in c. mulieri. in penul. col. ver. quid enim ſi actor, extra de iureiuran. per id quod habetur in c. fi. §. fi. eo. ti. quod dictum refert & ſequitur Alex. in conſi. 264. incip. viſo proceſſu vtriusq; cauſæ. col. penul. in prin. ver. licet dictum iuramentum, in 2. vol. H. F.

Iurare an teneatur quis, vel deferre, vtrùm fuerit ſibi pecunia mutuata, quando in veritate ſit mutuata, poſtea tamen ſoluta, ſed ſolutio nec per teſtes, nec per ſcripturam probari poteſt, dic vt no. per Pe. & Do. Ant. Io. de Imo. & alios. c. cupientes, in glo. ſuper ver. malignantium, lib. 6. de elect.

ADDITIO.

Vide in cautelis Do. Bart. Cepo. quando is, qui mutuum recepit, & probatur per actorem, ipſe verò reus ſoluit, ſed probare ſolutionem non poteſt, ſub qua forma iurare poſsit.

Iurans ſoluere, vel aliquid facere creditori ad certum terminum, an incidat in periurium, ſi non facit creditore excommunicato exiſtente. vide ſub verbo, excommunicatio. §. excommunicatus non perdit.

Iuramentum in ſupplementum non defertur, niſi probetur per teſtes, ſic magis iudicis intellectus, quàm per corporeum ſenſum. no. Bal. C. de ſen. quæ pro eo. l. 1. in fi.

* SIN-

* SINGVLARE.

Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur, vbi agitur de probanda conſuetudine: vt no. Bal. in 13. col. ver. ſed nunquid ſi teſtes. ff. de legi. quod dictum refert & ſequitur pro nota. Iacob. de San. Geor. ibi in 5. col. ver. tertius autem teſtis. H. F.

25 †Iuramentum licet validat donationem inter virum & vxorem: vt not. Bar. in l. ſi quis pro eo, de fideiuſſo. & in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falc. tamen non validat confeſsionem, per quam fatetur vir ſe ab vxore aliquid recepiſſe: vt no. Bar. in l. cùm quis decedens. §. Titius, de leg. 3. & in l. Aurelius. §. fi. de libe. lega. & Bal. in l. 1. C. de inoffi. do. quod eſt verum de iure ciuili, ſed de iure canonico iuramentum ſeruari debet: vt no. in c. cùm contingat, de iureiu. tale iuramentum validat confeſſionem, quæ aliàs non præiudicaret: vt no. Bar. in aut. ſi qua mulier. C. ad Treb. & idem ſentit Bal. in l. fi. C. de non nu. pe. in penul. q. ſed contrarium dicit in aut. ſi qua mulier. & l. ſi peculium. ff. ſi cer. pe. vide ſub verbo, donatio. §. donatio facta inter virum & vxorem: ſed diſtingue ſecundum An. quod aut quis iurat ſimpliciter non contrauenire, & tunc debet iuramentum relaxari, aut iurat prædicta omnia eſſe vera, & tunc non debet audiri veniens cõtra, quia detegit ſe periurum. no. Ant. in d. c. cùm contingat. verſi. octauus caſus: hoc intellige niſi arguitur dolus, vel fraus eius cui iuratur. quo caſu qualitercunque iurauit, debet iuramentum relaxari: vt not. Anto. in d. c. cùm contingat. verſi. quartus caſus.

Iuramẽtum licet reale ſit ex parte eius, cui iuratur, & tranſeat ad hæredem eius, tamen ex parte iurantis eſt perſonale: ideò ex iuramento defuncti non ligatur anima hæredis. Nec hæres incidit in periuriũ ex iuramento defuncti: vt no. Io. And. & Ant. in c. veritatis. de iureiur.

ADDITIO.

Hoc etiam tenet Do. Abba. in d. c. veritatis. in 2. col. ver. nunc quæro, an ex parte iurantis. Et ibi aſsignat rationem differentiæ eius, quod hic dicitur,

Iuramentum an confirmet contractum, & validet aliàs nullum, vide plenè per Ant. in c. cùm contingat, de iureiur. & per Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. & per Fred. de Senis. conſi. 40. 60. 140. 251. Et vide omnino conſil. 222. Vbi concludit, quod licet iuramentum validet contractum à lege prohibitũ, tamen illud iuramentum debet relaxari, quia iuramentum cenſetur illicitũ propter legis prohibitionem. Sed hoc durũ videtur, & contra iura dicentia, tale iuramentum omnino ſeruandum: vt in c. 2. de pact. lib. 6. & c. licet mulieres, de iureiu. eo. lib. & c. cùm contingat. eo. ti. in antiquis. Si enim ille, cui iuratur, compellitur iuramẽtum relaxare, iura prædicta impoſita eſſent verbis, & non rebus. non ob. c. debitores, iuncto c. 1. de iureiurã. qa ibi relaxatur iuramentũ, quia erat ſup re turpi, ſ. de vſuris ſoluendis, aliàs licet lex prohibeat contractum, qui tamen in ſe non eſt turpis, iuramentum pro eo præſtitum relaxari non debet, niſi dolus vel fraus eius, cui iuratur, verè vel præſumptiuè interceſſerit, quia tunc ratione doli vel fraudis aliqualis turpitudo adeſſe dicitur. Et ita cõcludit Do. Ant. in d. c. cùm contingat. 8. col. ver. nunquid autem habeat. Nec ſufficeret, ꝙ ſtatutum præſumeret dolum vel fraudem, niſi alia cauſa adeſſet ſic præſumendi: vt no. Anto. in d. c. cùm contingat. licet Bal. in hoc cõtradicat in aut. ſacra pube. C. ſi aduer. ven. vide infrà §. iuramentũ ſemper debet relaxari.

26 † Iuramentum ſemper debet relaxari, quando arguitur magna læſio, idem vbicunq; cõcluditur verè vel præſumptiuè dolus vel fraus eius cui iuratur, imò ſecũdum quoſdam iuramentum, tunc non liget, licet cautius ſit, quod relaxari petatur. Et hæc vera ſunt qualitercunq; iuretur, vel de veniendo contra, vel ꝙ prædicta omnia ſint vera: vt not. Ant. de iureiu. cùm contingat. ver. quartus caſus. Et Gaſpar. de Cal. ſub titulo de iureiur. conſi. 7. & facit quod not. Bar. in l. cùm quis decedens. §. Titia, de leg. 3. & Bal. in l. 2. C. de inoffi. doti. & in aut. ſi qua mulier. C. ad Vellei. & Bar. in d. aut. ſi qua mulier, in penul. q. vide ſuprà §. iuramentũ licet ſi cui. Vbi autem non arguitur dolus & fraus verè vel præſumptiuè, tunc diſtinguitur, aut iurauit nõ venire contra, aut iurauit prædicta omnia eſſe vera. Primo caſu debet iuramen-

ramentum relaxari. Secundò non: vt not. Do. Anto. in d.c. cũ contingat. ver. octauus caſus. Et aduerte, quia iuramentũ qualitercũq; ſit: nõ tollitur præſumptione doli vel fraudis: vt no. Bal. C. de legib⁹. l. nõ dubiũ. in 28. oppoſitione. & Bar. de Sali. in d. aut. ſi qua mulier. Cõclude pro veritate, quod etiam à iuramento veritatis, per q; quis iurat contenta in contractu vera eſſe, debet quis abſolui: vt ſi agendo quis dicat in contractu & iuramento dolum & fraudem interueniſſe, quia ſi contrarium diceremus, ſequeretur quod iuramenta dolo vel fraude præſtita, eſſent ſeruanda, contra c. cũ contingat, de iureiuran. aut. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. & daretur materia delinquendi, & fraudes committendi, & via malicijs aperiretur, contra l. cùm hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſact. Et ex delicto & fraude ſuis quis præmium reportaret, contra l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. Et inuitaret homines ad mutuandum ſub vſura: quia faceret confici inſtrumenta confeſsionis de duplatione, & debitor iuraret contenta in inſtrumento & contractu eſſe vera: ad obuiandum igitur iſtis debet debitori petenti dari abſolutio à iuramento ad finem agendi, & probandi dolum vel fraudem in contractu affuiſſe: ad quam probationem venire non poteſt obſtante iuramento: niſi prius detur abſolutio à iuramento: ideò antequam aliquid probet de dolo vel fraude, debet abſolui à iuramento. Et iſta erat mens Oldra. conſi. 19. Nec poteſt dici periurus, qui auctoritate iuris petit abſolutionem à iuramento prædicto: ſed potius debet dici neceſſarium temerarium iuramentum, iuxta no. per Anto. in d. c. cùm contingat. verſi. quartus caſus.

Iuramentum vt relaxetur, ſufficit quod dolus vel fraus interceſſerit re ipſa, licet non ex propoſito: vt not. Ant. de iureiuran. cũ contingat. in tertio notabili. & in verbo, quartus caſus: & in fine apparatus.

Iuramentum debet relaxari quomodocunq; interponitur ſuper contractu à iure prohibito. no. Frede. de Sen. conſi. 279. Pro quo facit quod iuramentum tale cenſetur turpe: vt patet 8. diſt. qui cõtra. ibi turpe eſt enim, &c. Contrarium determinat Anto. de iureiuran. cùm contingat.

Iuramentũ nõ parit exceptionem, nec actionẽ, niſi

ſit iudicialiter parte deferente præſtitum:vt no. Bart. ff. de iureiuran.l.iuſiurandum ꝙ ex conuentione. in prin.

Iurans non reuocare teſtamentum, licet poſsit reuocare non obſtante iuramento, tamen ſi reuocat, eſt periurus:vt l.ſi duobus.§. idem reſpondit. ff. pro ſocio. vide Ioan.And.in c.dilecto.de præben.ſuper verbo, iuramentum.

ADDITIO.

De hoc vide per Do.Bar.in l.ſi quis. in prin. ff. de lega.3.in vlt.col.ver.quæro, quid ſi teſtator.

Iuramentum an poſsit relaxari ad finem agendi, vel excipiendi parte non vocata, vide Io. And. in addi. Spe.ſuper rubrica,de iureiuran.in fi. & Anto.in c. debitores.eo. titu.

Iuramentum præſtitum ſuper materia, quæ dicitur vſuraria,non debet relaxari, niſi prius conſtet, ſaltem ſummariè, quod aduerſarius eſt vſurarius: vel ꝙ inſtrumentum vel proceſſus eſt vſurarius:vt not. Fred. de Senis conſi.300.quem recitat.Anto.in d.c.debitores. de iureiuran.

27 † Iuriſdictio ordinaria nõ poteſt dari,niſi per principem,vel vniuerſitatem,vel conſuetudinem : inferior autem à principe eam non dat.not.Roma. conſi.378.& vide ſub verbo,

Exceptio §.
Iudex §.
Reſcriptum §.
Succeſſor §.

Iuriſdictio non poteſt prorogari de loco ad locum, niſi in caſibus expreſsis in iure.not.Rom. conſi.370. In quibus autem poſsit iuriſdictio prorogari, vide pleniſſimè per Ant. de offi.deleg. p.& g.

Iuriſdictio an poſsit prorogari in cauſa feudali, vide ſub verbo,feudum.§. feudum cõmune adeò. & infrà §.iuriſdictio non poteſt prorogari per vaſallum.

Iuriſdictio quam habet Dominus in ſubiectum, nõ ratione veræ iuriſdictionis : ſed reſpectu alterius ſubiectionis,vel tributi : vel poteſt ad inſtar Clerici in alium prorogari,ſecundum Bar.vt no.Anto.de iudi.cæterum. ver. quæro an in caſibus. & vide infrà §. iuriſdictio non poteſt prorogari per vaſallum,

Iuriſdi-

Iuriſdictio non poteſt prorogari in iudicem, quæ iure prohibente impetrari vel audiri non poteſt. not. Ant. in Clem. fi. de reſcript.

ADDITIO.

Iuriſdictio dicitur præuenta, ſi aliquis ſit captus & poſitus in carceribus, ſecundũ Iacob. Georg. in l. cùm quędam puella, in col. fin. ver. item per capturam. ff. de iuriſdict. om. iud. in 1. lect. & Bald. in l. officiales. C. de epiſ. & cler. H. F.

Iuriſdictio non prorogatur, niſi per expreſſum conſenſum. not. Rom. conſil. 380. licet hoc ibi dicatur, tamen nõ videtur in totum in hoc inſiſtere, ideò vide ibi: Et quid importet hoc verbum Expreſsè, vide Rom. conſil. 380. Bart. ſequens Innoc. tenet quòd ſufficit tacitus conſenſus, in l. 1. in fin. ff. de iud.

Iuriſdictio non prorogatur irrationabiliter ſimplici pacto de litigando coram non ſuo iudice, ideò ante litis conteſt. poteſt pœnitere, tenetur tamen pœnitens parti ad intereſſe, & pro illo intereſſe poterit conueniri coram illo iudice, coram quo litigare promiſit, quia executionem parti deſtinauit in loco iudicis. Et ſi quæritur quò ad pactum, videtur ibidem contraxiſſe ſecundum Guil. quod eſt ſingulare dictum: vt not. Anto. de iud. c. 1. ver. oppo. quòd loco. prædicta intellige, niſi pactum & promiſsio de litigando fiat iudici, quia tũc præcisè compellitur, nec poteſt pœnitere. not. Anto. eo. c. ver. quando agitur de proroganda. Prorogatio enim expreſſa, quæ fit in iudicis præſentia, per hæc verba, volo coram te litigare, præcludit viam declinatoriam: ſecùs in tacita, quæ fit in litigando, quia tunc licet valeat actus coram iudice factus, tamen quo ad futuros actus poteſt eius iuriſdictio declinari vſq; ad litis conteſta. vt not. Ang. in l. 1. ff. de iud.

Iuriſdictio ſicut ſuſpenditur per appellationem legitimam, ita per recuſationem, & per dilationem: vt no. Io. And. de appel. legitima. lib. 6. in nouel. Et hoc infertur, quòd proceſſus habitus per iudicem poſt recuſationem, vel poſt dilationem, eſt ipſo iure nullus: & hoc tenet Bart. in proceſſu poſt recuſationem habito. in l. quia putari. ff. ad Trebel. & Lap. alleg. 1. Item tenet glo.

vel factum, quia prorogatio venit ex conſenſu, qui non poteſt concurrere cum errore. Sed vſus & exercitium ipſius iuriſdictionis poteſt etiam per illum, qui errat, concedi tacitè omittendo exceptionem, per quam poterat exercitium impediri, & tunc non dicitur iuriſdictio prorogari, ſed exceptio omitti: vt not. Ioan. And. ſecundum Iuno de offic. deleg. c. prudentiam. ſuper glo. ſuper verbo, non poteſt. ver. ſed neutra.

Iuriſdictionalis eſt actus beneficia conferre. not. Io. And. ne ſede vacan. c. illa. & not. glo. & Ant. in c. tranſmiſſam, de elect. item vnum beneficium alteri vnire: vt de exceſſ. præla. ſicut vnire. item præſentatos inſtituere. not. Ro. conſil. 311. item electos confirmare. no. Fred. de Senis, in tract. permu. q. 26.

Iuriſdictio non poteſt prorogari per vaſallum inuito domino feudi. Item quicunq; non ſolũ reſpectu nudi exercitij iuriſdictiõis, ſed aliàs ex toto ſubiect⁹ alicui domino, non poteſt iuriſdictionem alterius inuito domino prorogare. not. Ant. de for. compet. ex tranſmiſſa. & Bart. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de no. ope. nunc. & vide ſuprà §. iuriſdictio quam habet dominus. & infrà §. iuriſdictio poteſt per laicum.

* SINGVLARE.

Iuriſdictionem in caſtro, an poſsit exercere, qui habet illud pignori, dic quòd ſic: vt not. Lud. Ro. ſing. 554. incip. quæritur à me. alleg. tex. quem dicit ſing. in l. eleganter. §. fina. ff. de pigno. act. H. F.

Iuriſdictionem non intelligitur prorogare, nec exceptioni declinatoriæ iuriſdictionis renunciare, qui petit copiam libelli. ff. de iud. l. non videtur. & ibi not. per Barto. & per Ange. & vide ſub verbo, exceptio. §. exceptio declinatoria, & iuriſdictione non tollitur.

Iuriſdictio perpetuatur per delegatum eo ipſo, quòd committit citationem, licet nondum ſit executa: vt no. Io. And. in c. fin. de offic. deleg.

ADDI-

ADDITIO.

Idem quod hîc dicitur etiam in Capella Tholoſana, q. 341. & in additionibus. Et ibi etiam an iuriſdictio delegati perpetuetur per ſubdelegationem, quam quæſtionem relinquit in dubio: ſed vide remiſsiones ibi factas in d. additione.

Iuriſdictio epiſcopi & aliorum prælatorum inferiorum, qualis & quanta ſit, an inter epiſcopum & alios prelatos inferiores ſit locus preuentioni, vel epiſcopus præferatur, vide plenè per Ant. in c. cùm contingat, de for. compet. & aliquid per Io. And. in c. paſtoralis, de offic. ord, ſuper gloſſ. & vide ſub ver. epiſcopus. §. epiſcopus ſolus, cum pluribus ſequent.

Iuriſdictio poteſt per laicum in alium iudicem prorogari, abſq; conſenſu iudicis, & ſuperioris prorogantis. no. Cy. in l, ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ. au. q. 5. quod intellige, niſi prorogatus eſſet vaſallus ſui iudicis, & ab eo vel ſuperiore haberet prædia tributaria: vt not. Bart. in l. 1. §. & poſt. ff. de no. ope. n un. & in l. 1. ff. de iud. ſed tunc ſi de alio quàm de feudo, vel de re tributali vult litigare, poſſet etiam inuito domino iuriſdictionem alterius prorogare: vt not. Ang. in d. l. 1. ff. de iud. & quod dictum eſt, laicum poſſe ſine conſenſu iudicis, prorogare iuriſdictionem alterius, procedit quando prorogat reſpectu eiuſdem ſpeciei iuriſdictionis ſub eodem genere, quia ſubditus iuriſdictionis generalis imperij de vno iudice ſubiecto imperio prorogat ad alium iudicem eodem modo ſubiectum: ſecus ſi prorogat reſpectu diuerſæ ſpeciei, vt de iudice laico ad eccleſiaſticum, tamen hodie ad eccleſiaſticum fit prorogatio, niſi in his caſibus, qui ſunt ſummi imperij, & principibus reſeruati: vt not. Ant. in c. ſignificaſti. de for. compet. in criminalibus autem non fit prorogatio ſine conſenſu ſui iudicis: vt not. Bald. in d. l. ſi quis ex conſenſu. de epiſ. audient. & vide ſuprà §. iuriſdictio non poteſt prorogari per vaſallum. Adde quòd nō ſolùm laici, ſed etiam clerici non poſſunt in alium iudicem conſentire, ſe illi per pactum ſubijciendo, ſine licentia ſui iudicis etiam ſuperioris, poſſent tamen contrahendo. Vnde ſi quis contrahat in loco non ſui iudicis & ſuperioris non ſubiectus,

iectus, ſortitur forum loci contractus, cauſa eſt, quia iſta prorogatio iuriſdictionis fit à lege, licet fiat ex facto hominis, vt in c. dilecti. de for. compe. Et ita not. Inno. & Anto. & Ioan. And.

Iuriſdictio delegata an perpetuetur ex ſolo decretò citationis, licet citatio non fuerit executa, ita quòd iuriſdictio non expirat morte delegantis decedentis ante executionem prædictam, vide ſub verbo, iudex. §. iudex delegatus ſubdelegando.

28 †Iuris appellatione intelligitur de iure ſtricto, & ideò ſub hoc nomine veniunt ſtatuta, etiam iuri contraria, licet aliqui contra: vnde ſi dicatur in aliquo com promiſſo vel ſtatuto; quòd de iure pronunciare debeat, intelligitur de iure, quod de illo loco viget, ſiue ſit ius commune, ſiue ſtatutum, ſiue conſuetudo: vt not. Ant. de iureiurand. quintauallis, vltima col. & vide ſub verbo, gratia. §. lex.

ADDITIO.

An dicatur fieri de iure, quod fit ordine iuris ſeruatò contra ius litigatoris, vide per do. Fel. in c. cauſam quę. de re iud. col. pen. in fin. in ver. 1. quòd iſtud verbum.

Iuris appellatione venit, & comprehenditur poſſeſſio acquiſita, quia illa iuris eſt. not. Rom. conſil. 4.

Ius ſuperueniens poſt impetrationem reſcripti, imò etiam poſt litem conte. prodeſt vt ſi fiat condemnatio. not. Rom. conſil. 176. & vide Ioan. And. in c. fi. vt lit. pen. ſuper 1. glo. & pleniſsimè vide Io. And. in d. c. fin. & per Ant. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudic. & omninò vide Bal. in l. 3. C. ne lite pendente. vlt. colu. ver. idem dico. quando ceſsio fit ad defenſionem rei, videtur contradicere his, quæ dicit Ant. in d. c. fin. ſed non contradicit, quia Bald. loquitur, quādo ſuperuenit ius. do. Ant. loquitur defendendo Io. And. quando ſuperuenit ius publici actus: Primum prodeſt, ſecundum non.

Ius acquiritur in beneficio per ſolam collationem ſiue prouiſionem, etiam ante adeptam poſſeſsionem. not. de præbend. ſi tibi abſenti. lib. 6. & per ſolam acceptationem acquiritur ius ad rem: vt not. ſub verbo, acceptatio. in princ.

ADDI-

ADDITIO.

Ius competens alicui, an dicatur competere de iure, vide pulchrè per do. Fel. in c. licet. 1. col. ver. Nota ſecundò, de probat.

Ius in re, & ius ad rem, qualiter intelligatur, vide ſub verbo, electio. §. electus an habeat ius: nam ius ad rem facilius perditur, quàm in re, & præſentatus antequam inſtituatur, habet ſolùm ius ad rem. not. Rom. conſil. 269. & Io. And. in c. 1. de inſtitut. lib. 6. in nouel. & patet per tex. & glo. in c. dilectus, de offic. delegat.

Ius accreſcendi non poteſt prohiberi per teſtatorem inter hæredes vniuerſales, ſed quandoq; fauore poſterorum prohibetur. not. Rom. conſil. 333.

Ius accreſcendi competit filio etiam in re certa inſtituto. not. Rom. conſil. 333.

Ius offerendi, & ius deliberandi qualiter præſcribantur, vide ſub verbo, præſcriptio. §. præſcribi non poteſt contra ea. & §. iuri aliunde.

Ius ſi certo reſpectu competat, & alio reſpectu non, an valeat actus factus prętextu iuris incompetentis, vide ſub verbo, prouiſio. §. prouiſio facta.

Ius Canonicum ſeruandum eſt, & non aliàs inter laicos in terris eccleſiæ ſubiectis. not. Ant. & Hoſt. de appell. ſi duobus. ver. deniq;.

Ius ſuperueniens in perſonam actoris ſiue datoris, an confirmet ius acceptorum tàm ad agendum quàm ad excipiendum, vide plenè per Barto. in l. cùm vir. de vſucap. vide Bal. in l. obſeruare. §. fin. ver. 15. quæritur. ff. de offic. proconſul. vbi pulchrè limitat.

Ius accreſcendi an locum habeat in contractibus donationis cauſa mortis, & in quibuslibet diſpoſitionibus, vide Bart. in l. ſi mihi & Titio. de verb. oblig. & plenè per eundem in l. coniunctim. de leg. 3. & Bart. in aut. ſi quis integras. C. de ſacroſanct. eccle. & pleniùs in l. 1. C. quando non pe. par.

Iuris concurſus facit pactum quòd aliàs eſſet illicitum: vt no. in c. cum M. de conſt. 22. col. ver. venio ad ſextum notabile. hoc tamen non eſt indiſtinctè verum: vt not. in d. c. cum M. 16. col. ver. venio ad tertium notab.

Iuriſdatore reſoluto, an reſoluatur ius adoptione, vide

Vide Bar. in l. ſi res diſtracta.ff. quibus. mo. pig. vel hyp. ſolui. & in l. lex vectigal. de pigno.

29 †Iuxta, hæc dictio idem importat quòd Secundum, & in priuilegijs dicta verba in dubio intelliguntur caſualiter, non conditionaliter: vt in c. Abbate, de verbo. ſignificat. Et ibi not. Io. An. & Ant. &c.

SVMMARIVM.

1 *Laicus an ſuper ſpiritualibus negotijs poßit conſtitui, & an poßit eſſe ſyndicus vel beneficiarius.*

2 *Legatum quid comprehendat vel inducat, & quæ differentia inter legatum tacitum, & expreſſum.*

3 *Legatario quando dicatur acquiſitum dominium rei legatæ.*

4 *Legatus quam iuriſdictionem habere dicatur.*

5 *Legatus de Latere cuius ſit iuriſdictionis & concurrentiæ.*

6 *Legitimatio per quem fieri poßit, an poßit auferri.*

7 *Lex ſiue conſtitutio ſuper quos, & quando vim obtineat, & quando limitanda ſit vel extendenda.*

8 *Libellus quando dicatur validus aut inualidus, & quòd prout cauſarum diuerſitas expoſtulat, conficiendus.*

9 *Libellus incertus an & quando ſit admittendus.*

10 *Lis & cauſa differunt, & quando dicatur eſſe lis conteſtata, & quando litis conteſtatio requiratur.*

11 *Res quando efficiatur vel deſinat eſſe litigioſa.*

12 *Litis pendentia quando inducatur aut finiatur, & qualiter lite pendente ſit procedendum.*

13 *Literæ reſpectu ſcribentium ex ſcripturæ tenore vires habere cenſentur.*

14 *Locatio diuerſimodè conſideratur.*

DE LITERA L.

LAICVS † non poteſt obtinere canonicatum, quia eſt beneficium ſpirituale. not. Rom. conſil. 426. Poteſt tamẽ habere præbendam, poteſt ergo laicus eſſe præbendarius, ſed non canonicus: vt not. gloſſ. de conſtit. cum M. ſuper verbo, in canonicos, quod intellige de præbendis, quæ in mera temporalitate conſiſtũt, de quibus loquitur Ro. conſ. 441. nam in ſpi-

in ſpiritualibus nõ habet vocem in capitulo, nec etiam habet quotidianas diſtributiones, licet Compoſ. quò ad diſtributiones quotidianas, contradicat: vt no. Ant. de conſtit. cum M. vltima char. ver. 2. quæ eſt doctrina: nec etiam poteſt habere præbendam in monaſterijs: vt ibi no. Sed dic, quòd laico poteſt concedi præbenda pro eius ſuſtentatione, tamen per hoc nõ dicitur habere ius approbatum adminiſtrandi, ſed tanquam procurator in re ſua adminiſtrat: vt not. Ant. de cauſ. poſſ. & proprie. c. fin. 13. col. ver. ex his ſurgit deciſio. Et vide ſub verbo, clericus. §. clericus notarius.

Laicus non poteſt aliquod ius ſpirituale poſsidere, vel quaſi, nec acquirere iuriſdictionem in clericum, nec poteſtatem audiendi confeſsiones: vt not. Ant. de cau. poſſ. & proprie. c. fin. 25. col. ver. ex his deciditur. Nam in laicum non cadunt ſpiritualia, nec reſpectu dominij, nec reſpectu poſſeſsionis, nec reſpectu poteſtatis iudicandi, ſed iuriſpatronatus, licet non cadat in laicum reſpectu poteſtatis iudicandi, cadit tamen reſpectu dominij & poſſeſsionis, quia nõ eſt merè ſpirituale. Et hoc eſt propter diſpenſationem eccleſiæ, quæ hoc concedit laico. Sepulchri autem non poteſt laicus habere dominium, licet poſsideatur ab eo, cùm ſepulchrum ſit in cœmeterio, quod eſt ſacrum ius: ergo ſepulchrum poteſt dici ſpiritualitati annexum: vt not. Ant. de iud. quanto.

Laicus non poteſt habere ius eligendi nec conferendi beneficium, niſi ex diſpenſatione Papæ, & quãquam Papa concedat laico poteſtatem eligendi, tamen ex tali electione nõ principiatur matrimonium, ſed illud incipit & finitur, aut in cõfirmatione, aut in conſecratione, quæ poſtea ſequitur per vires ſpirituales. not. Anto. de iud. c. quanto.

ADDITIO.

Et an laico poſsit dari vox de certo eligendo, vide per do. Fel. in c. apoſtolicæ. col. 4. in fin. de excep.

Laico ex conſuetudine vel priuilegio poteſt competere iuriſdictio ſiue adminiſtratio temporalium eccleſiæ vacante ſede. not. Rom. conſil. 312. ſed non vacante ſede poteſt laicus habere vniuerſalem ruſticorum & ruralium bonorum eccleſiæ adminiſtrationem, & ſi vult

eſſe

eſſe Caſtaldus, ſed non poteſt eſſe adminiſtrator vniuerſalis eccleſiæ ſub nomine officij, vt Vicarius vel Oeconomus ſuper clericos vel eccleſias, vel aliqua ſpiritualia habeat poteſtatem, nec etiam poteſt conſtitui nomine proprio principalis collator, & adminiſtrator ſpiritualium obuentionum, vnde decimas & oblationes colligere non poſſet, vt illarum principalis adminiſtrator, ſed nudum miniſterium poteſt ei concedi. Et ideò auctoritate inferioris à Papa non poteſt quis laicus deputari, vt habeat ius colligendi obuentiones & reditus eccleſiaſticos, & quod ſibi deputetur officium ſuper eccleſiam, vt diſtribuat reditus ad libitum in fabrica eccleſiæ, quia illud officium non eſt in eccleſia adminiſtrabile, ſed principale, ſub quo cadit obiectio eccleſiæ, quod eſt contra operarios in partibus Tuſciæ, qui colligunt reditus & legata eccleſiaſtica, & diſtribuunt ad fabricam ad libitum, ſed benè poteſt laicus conſtitui ſyndicus ad vnam particularem cauſam, etiam eccleſiaſticam ſpiritualem. Ex quo non habet ſub nomine generalis officij. Poteſt etiam conſtitui ſyndicus ad cauſas perſonales, quia propter hoc dicitur habere vniuerſalem adminiſtrationem bonorum, & perſonarum eccleſiæ, in qua tantùm notatur: vt not. Ant. de iud. decernimus. ver. ſed quæritur an poſsit habere. An autem quando laicus conſtituitur procurator vel ſyndicus ad vnam cauſam particularem eccleſiaſticam & ſpiritualem, requiratur ſpeciale mandatum, an ſufficiat generale, vide ſub verbo, procurator. §. procurator non poteſt eſſe laicus. Adde quòd notat pro neceſsitate eccleſiæ, quando non inuenitur clericus qui conducat, poteſt etiam dari ad firmam cum vniuerſali adminiſtratione redituum, & pro facultate colligendi temporales & ſpirituales reditus: vt not. Anto. de cauſ. poſſ. & proprie. c. fin. 13. col. ver. ex his ergo deciditur.

Laicus non poteſt conſtitui ſyndicus ad alienandum bona vel iura eccleſiaſtica, vel etiam ad vnam rem ſingularem, quia interueniret vt principalis diſpoſitor rerum eccleſiaſticarum, quod eſt prohibitum: vt no. Ant. de iud. c. decernimus. ver. an poſsit.

Laicus non poteſt eſſe vicedominus, ſed poteſt eſſe adiutor eccleſiæ, Vicarius autem eſſe non poteſt, ſed

an poſsit eſſe notarius in cauſa eccleſiaſtica, præſertim ſpirituali, vide Ant. de iud. decernimus. vlt. col.

Laicus non poteſt eſſe Epiſcopus, nec Papa ei delegat poteſtatem excommunicandi nec abſoluẽdi ab excommunicatione. not. Ant. de iud. decernimus. ver. concludendo, an autem poſsit Laicus eſſe iudex delegatus in cauſis eccleſiaſticis, ciuilibus, criminalibus & ſpiritualibus, & an ſaltem poſsit eſſe aſſeſſor, an conſultor iudicis eccleſiaſtici, vide ſub ver. iudex. §. iudici laico. & §. iudex laicus.

Laicus poteſt auctoritate epiſcopi prædicare. An autem poſsit publicè diſputare de fide, vide Anto. de iud. decernimus circa finem.

Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum beneficium eccleſiaſticum pro domino eccleſiaſtico, ſiue conſtitutus ad certum beneficium, ſiue ad incertum. An autem laicus poſsit inueſtiri pro alio de beneficio eccleſiaſtico, dic quòd tutiùs eſt eſſe clericum: vt not. Io. And. de præben. accedens.

ADDITIO.

An autem Laicus poſsit eſſe Procurator vel Syndicus ad promouendas cauſas, etiam ſpirituales in iudicio, tenet Abbas quòd ſic, in c. 1. de Syndico. & habetur in c. 1. de procurat. lib. 6. quia ibi non exercet aliquam ſpiritualem.

Laicus capiens clericum etiam delinquentem ſine auctoritate ſuperioris prælati, ſententiam excommunicationis incurrit, & licet licentiam capiendi habeat, tamen ſine pœna non percutit: ſi tamen clericus delinquens eſt in fuga, ita quòd licentia prælati haberi non poteſt, ſecundum Abbatem, licet eum capere ſine pœna: ſed Hoſti. & Archi. contrà. vt not. Anto. de iud. cùm non ab homine, ad vltimum. quis autem dicatur ſuperior de prædicta licentia danda. vide Anto. in c. vt famæ, de ſent. excom. vbi plenè text. de hac materia loquitur.

Laicus an poſsit teſtificari contra clericum, vide ſub verbo, teſtis. §. teſtificari non poteſt regulariter, &c.

* SINGVLARE.

Laicus licet contra clericum non admittatur in teſtem in cauſa criminali, vt habetur in c. veniens. el 1. de teſti. illud eſt verum ad plenam probationem faciendam, ſecus tamen eſt quoad indicium, quia dictum laici facit indicium ad torturam contra clericum. Ita ſingulariter dixit Panor. in c. de cætero, in 2. col. ver. tertiò limito. eo tit. pro quo optimè facit quod voluit Bart. in l. fin. in fin. ff. de in lit. iuran. H.F.

Laicus an poſsit recipere characterem ordinis, & eius executionem, vide ſub ver. ordo. §. ordinis characterem.

Laicus eſt inhabilis ad impetrandum beneficium per viam reſcripti. Ita etiam de præſentatione de ipſo fienda per patronum. Oportet enim quòd impetrans ſeu præſentatus ſit clericus tempore impetrationis: vt no. Anto. de iurepatro. conſultationibus. in ſecundo notabili.

Libellus in perſonalibus debet habere expreſsionem cauſæ remotæ, nec ſufficit expreſsio cauſæ proximæ, quia eſſet nimis generalis, vnde ſi dico, peto decē, quia debes, vel ad quæ mihi teneris, non procedit, cùm poſſit plures cauſas concludere ex mutuo & vēdito, & alijs cauſis multis, ſecundum Cy. & Pe. vt not. Ant. de cenſi. peruenit. 11. char. ver. ſed & dubium de iſto libello, quòd intellige, ſi contra libellum opponatur de generalitate, & petatur declarari, aliàs ſufficeret, quòd poſtea in proſecutione ſpecificaretur: vt nót. in d. c. peruenit. 10. char. ad ſecundum an cauſa ſit alleganda.

Libellus in quo laicus narrat ad ſe ſpectare ius eligēdi in eccleſia, debet intelligi ius eligendi pro iure præſentandi, quia hoc venit ſublata ſignificatione verbi eligere, & verba libelli intelliguntur in dubio, vt potius libellans videatur deduxiſſe ius, cuius eſt capax, quàm non: vt not. Ant. de elect. querelam. ver. not. ſecundò, quòd verbum eligendi, & facit quod no. infrà de re. permu. in gloſſ. penult. in fin.

Libellus in quo peto penſionem ſubtractam, duo videtur concludere: primò petitionem penſionis, & fructus: ſecundò petitionem reſtitutionis ad ſtatutum iuris penſionis, & ſic fiat propriè & impropriè, & ſic verba impropriantur vt libellus latiſsimè intelligatur in fauorem actoris: vt not. Ant. de elect. querelam. ver. no. ſecundò quòd hic hoc libello. & ver. ſecundò circa illam partem libelli: vt ibi not. ſecundò, quòd in libello.

Libellus in quo plura narrantur in diuerſis orationibus, ſufficit illud probare quod concludit intentum actoris. idem ſi plura narrantur in eadem oratione, & proteſtatur actor, quòd non aſtringit ſe ad probādum, niſi

niſi neceſſariò ad victoriam: vt not. Bart. ff. de re iud. l. diuus, in prin. idem no. Ant. in c. licet cauſam, de proba. 11. col. vbi glo. in verbo, aſtringit. ſed pleniùs loquitur in c. 2. de reſcrip. vbi omninò vide: & idem ſi nullam facit proteſtationem, in fine ponit clauſulam, ſuper quibus omnibus & ſingulis petit iuſticiam fieri, quia per talem clauſulam videtur omnia diſiunctiuè, & non connexè deduxiſſe: vt not. Bald. C. de proba. l. 2. ſed Io. And. ſimpliciter dicit, quòd pluribus narratis in libello ſufficit alterum ex illis probare, ex quo poſſet ſequi condemnatio: vt not. in addi. Spec. in tit. de actio. §. 1. ver. item quòd ſi mihi. Si tamen narretur quid tale, ſine quo libellus non procederet, oportet illud probare, vt ipſe not. in c. ex parte de priuile. & cum Ioan. And. concor. Lap. alleg. 10. vide ſub verbo, qualitas aggrauans.

Libellus procedit in quo petitur caſſari quod eſt nullum, quia intelligitur caſſari de facto, cùm verba libelli ſint latiſsimè intelligenda. not. Ant. de reſt. ſpol. ex parte in decimo notabili.

Libellus an poſsit die feriato offerri, vide per docto. & do. Abba. mod. in c. fin. de iud. & in c. præterea de dila.

ADDITIO.

De hoc vide melius per do. Fel. in d. c. fin. de iud. in 4. col. ver. in glo. ſi. vbi ponit ſuper hoc ſex declarationes valdè pulchras.

Liber decretorum, & liber ſententiarum, & liber qui appellatur Pontificale, an ſint de iure canonico approbati, vide ſub verbo, lex. §. lex licet ſit.

Liberum, quid hoc verbum importat, vide ſub verbo arbitrum.

* ADDITIO.

Libero arbitrio non præſcribitur, ſecundum Bald. in l. 1. in 1. col. ver. in glo. in verbo, pro ſocio. C. de anna. excep. & in l. cùm notiſsimi. in 3. col. in princ. C. de præſcrip. 30. ann. H. F.

Libera facultas aliquid agendi ſi conceditur à principe illi qui aliàs agere non poterat certo impedimento obſtante, intelligitur princeps impedimentum dun

taxat

taxat tollere, nõ autem facultatem dare, quia ille actus poſsit fieri contra ius commune: ſecus ſi nullum impedimentum obſtaret, quia tunc per illud verbum Liberum videtur conceſſum, quòd ille actus fieri poſsit non ſeruatis clauſulis communis iur. vel aliàs conceſsio nihil operaretur, & fruſtra fieret: vt no. per glo. Cyn. Bar. & Bald. in l. ſi quando. ff. de inoffic. teſta. & facit quod not. Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Alibi dicit Bartol. quod verbum Libera plenè importat, quòd quis ſit liber ab omnibus regulis iuris Ciuilis, vt in l. alio. ff. de alie. alibi dicit quòd verba prædicta importent, quòd quis non tenetur ſequi arbitrium. l. omni iuri. & in l. fideicommiſſa. §. fina. ſuper ver. quanquam. de le. 3. & vide ſub verbo, arbitrium.

Limitata verò diſpoſitio limitatum parit effectum. l. in agris, de acquir. re. dom. & in l. 1. in fin. C. de ſenten. l. 4. lib. 6. & Io. And. in c. conſtitutus. & vide in ff. de itin. actuq; priua. l. 1. §. ſi quis hoc, &c.

Liquida probatio quæ dicatur, vide ſub ver. probatio. §. probatio indubitata.

10 †Lis eſt etiam ante litem cont. ſed cauſa dicitur demum poſt litem cont. no. Bald. in l. cauſas. C. de tranſ. & quod dicitur de cauſa, procedit ſtricto ſumpto vocabulo: vt not. Bald. ff. ſolut. matr. l. 1. ver. in gl. in cauſam. ſed Bart. & Cyn. in d. l. cauſas. quo ad litem dicunt contrarium, pro quibus eſt caſus in c. ex parte 2. de verb. ſign. vbi habetur, quòd lis dicitur mota poſt lit. conteſt. & idem not. Ant. de except. Aduerſario, tertio notabili. dic ꝙ licet non dicatur lis mota, niſi ex quo fuerit conteſtata: dicitur tamẽ incepta & pendẽs, ex quo pars ſcit cauſam commiſſam, vel ex quo ſcit appellationẽ interpoſitam, vel propter inquiſitionem impetrandam iter arreptum ad Papam: vt not. Io. And. ſecundum Hoſt. de accu. olim. ſuper ver. inceptum. dicit etiã Ant. in d. c ex parte, quòd quo ad inducendã litis pendentiã, vel ad faciendã rem litigioſam, ſufficit citatio etiam abſq; conteſtatione. dicit Io. And. in c. fin. de for. comp. ꝙ quo ad iuriſdictionem perpetuandam, ſufficit citationẽ eſſe commiſſam, licet non ſit executa: ſecus quo ad irritandam perſonã citandã, quia tunc non dicitur lis incepta

ante-

antequam ſit facta citatio, & idem ſi tractatur de re arrata, vt ibi nota. vide infrà §. lit. pendentia inducitur. & vide ſub verbo, renunciatio. §. renunciatio.

Litis conteſt. fit per reſponſionem factam à reo libello actoris, etiam actore abſente, vel eo præſente, & non contradicente. not. Rom. conſil. 354. & fit eo ipſo, quòd reus negat narrata per actorem, & dicit petita fieri non debere, licet non adijciat animo conteſtandi litem: imò proteſtatio in contrarium valeret. not. Rom. conſil 22. Si autem reſpondens libello proteſtetur, quia hoc fecit metu excommunicationis ſibi comminatæ per iudicem, an per hoc impediatur conteſtatio: vide Roma. conſil. 35. quicquid dicat Rota, quòd proteſtatio in contrarium non impedit lit. conteſt. communiter non tenetur: vt not. glo. Cyn. Bald. & Bart. in l. 1. C. de lit. conteſt. & per Io And. in regula exceptionem. lib. 6 & per Ant. in c. ſolicitudinem. in fin. de appell. & melius in c. 1. de lit. conteſt. vbi etiam gloſſ. idem tenet, & Inno. in c. cum M. de conſtit.

Litis conteſt. etiam de conſenſu partium, non poteſt omitti, ſicut nec libellus, nec alia ſolennia iudicij. not. Bart. in l. 1. ver. quomodo ſi pars. C. quando prouo. non eſt neceſſ. aut. offe. not. Rom. conſil. 88.

ADDITIO.

Et ſic innuitur quòd litis conteſt. fit de eſſentia iudicij, ita quòd eius omiſsio viciet omnia, & quid in iudicio poſſeſſorio, vide per do. Alex. in conſil. 2. in 3. colu. in 1. vol.

Litis conteſt. non requirit quem incidiſſe declarari in canonem, ſi quis ſuadente, quia ſummariè in hoc proceditur, & in ſummarijs non requiritur lit. conte. licet Spec. teneat contrarium 52. alle. 54.

Litis conteſt. non requiritur, nec alius iudiciarius ordo, quando agitur de nullitate ſtatuti. not. Rom. conſil. 340.

Litis conteſt. non requiritur, nec alius ordo iudiciarius, quando agitur de nullitate ſententiæ, quando nullitas notoriè apparet ex actis: ſi autem requirit aliam indaginem, vel aliqualem probationem, tunc ſi nullitas

tàs intentatur principaliter, requiritur lit. conteſt. ſecus ſi incidenter: vnde tamen ſcias ſecundum Oldrad. quòd ſuper nullitate, quæ venit in appellatione, requiritur: vt not. Rom. conſil. 350.

Litis conteſta. non requiritur in cauſa appellationis quia nec libellus requiritur, quod eſt verum, quando appellatus non comparet, & eſt contumax. not. Rom. conſil. 8.

Lit. conteſt. non requiritur in reſtitutione concedenda ad appellandum, nec in alijs præambulis ad cauſam inchoandam. not. Rom. conſil. 9. nec in reſtit. in inte: quæ non principaliter, ſed incidētaliter petitur per modum conditionis. not. Bart. de iureiurand. l. nam poſtea. §. ſi minor. & not. Io. And. in c. cauſam. de reſtit. in integ. ſuper verbo, incidere. Et idem dicit dñ. Ant. nec in alia reſtitutione, quæ contra incertam perſonam petatur, & non principaliter, & contra certam perſonam petitur, licet Cyn. & Iac. But. & alij diſtinguunt: vt not. Rom. conſil. 19.

Lit. conteſt. vbi non requiritur, tunc primus actus de illis, quos aliàs lit. conteſt. procedit, pro conteſtatione habetur, & ex tunc præcluditur via ad omnes dilatorias exceptiones. not. gl. de elect. c. 1. lib. 6. ſuper verbo, abſtinentia. & Bart. in l. nihil. C. de procurat. & Ant. de conſt. cum M. ver. ſed hoc eſt verum dubium. 10. col.

Lit. conteſt. non requiritur, quando Reus citatus de longinquis partibus generaliter ad totam cauſam non comparet. not. Io. And. in addit. Spec. in tit. de cita. §. viſo. ver. item licet iud.

11 † Litigioſa res fit, quando eſt quæſtio de proprietate, ſecus de hypotheca. not. Ant. de iud. quia enim. ver. venio ad vltimum. Item ſecus de poſſeſsione cum proprietate, & tunc dicitur litigioſa, quò ad poſſeſsionem, licet non quò ad proprietatem: vt not. Anto. de confir. vti. c. 1. per quod videtur, quòd & primo caſu ſit litigioſa, quò ad hypothecam. & vide infrà litigioſa res fit quando agitur.

ADDITIO.

Et quòd res non efficitur litigioſa ſi ſit quæſtio de hypotheca, tenet etiam do. Pe. Ferrarien. in ſua Practica.

in tit.formę reſponſionis rei conuēti,in gl. exceptionē litis pen. prope finē.& Bal.in aut.litigioſa.C.de litigio.

Litigioſum beneficium eſſe non deſinit,licet Reus citatus abſoluatur ab obſeruatione iudicij ſecundum Inno.de teſti.cauſam quæ.& Bar.in l.litigator.C.de fruct. & lit.expen.& quia per citationem efficitur litigioſum, ideò licet per ſolam abſolutoriam circumducitur citatio,ſecundum Inno. in c.conſuluit,de offic.dele.remanet effectus cauſatus.& vide Bart.in l.2.ff. iud. ſol. & C. de litig.l.fin.& in l.1. C. de præſcript.long.tempo. & ibi concludit, quòd ſi renunciatur liti, deſinit & purgatur vitium litigioſi, ſecus ſi renunciatur inſtantiæ litis, quod no.

Litigioſa res ſicut non poteſt alienari,ita nec pignori obligari. ff. quæ res pig. oblig. non po. l.1.in fin. vt not. glo.in c.cordi.de appell.lib.6.

Litigioſa res vel actio non poteſt in alium transferri in ſpecie nec in genere: vt not.Iac.But.in aut.de litigioſis quicunque etiam propter famis vel alimentorum neceſsitatem. not.glo.de pe. hæred. l. diuus,ſuper ver.famulis. vide tamen circa hoc de alimentis. gl. & Bart.in aut.res quæ.C.communia dele.& de præd.mi.l.ob hoc. & in tract.alimento. per Bar. qui alle.tex.in l.1.C.de or. cog.ſed ibi nō erat res litigioſa.item ibi requiritur moderatio, ſine qua non tenet alienatio, ex alia autem neceſsitate inciſa poteſt res litigioſa alienari,puta quando ad id poteſt quis præciſè compelli in l.fin.C.de pet. hæredi. & not.glo. C.de litigio.l.2.non ob.l.2.C.nō ſolùm. ff. de hæred. vel ac. ven. vbi videtur expreſſum,quod actio tranſeat cum venditione hæreditatis.illum tamen tex. intellige lite finita,& lata ſententia pro venditore,quia ſicut venditor tenetur hæreditaria: ita & actione in factum, quam quæſiuit per ſententiam, ſi enim ſententia lata non eſſet nulla,actio nata fuiſſet,& ex text.præſupponit,quòd propter actionem nata ſit, & ſic de neceſsitate oportet ibi intelligere litem finitam fuiſſe per ſententiam in fauorem hæredis latam, per quam additur noua actio primæ actio. & appellatur noua accumulatiua,quæ primam actionem non exprimit,ſed aliam ac cumulat: vt C. de noua. l.aliam. vel ſi illum text. intelligas, quòd lis pendebat, tunc dic, quod vnicuique litigioſo

gioſo non obſtat, quia erat de caſibus permiſsis, in l. fina. C. de litigio. quia fortè ex cauſa tranſactionis conuentum erat, quod hæreditatem venderet, aliàs obſtante vitio litigioſi tranſire non poſſet, ſed ita intellexit Bart. in l. ſi cum homine, in fin. ff. de fideiuſſ. & ſic concludit ibi Barto. & in contractibus auctoritate hominis non tranſit etiam cum vniuerſitate res litigioſa, tenet in vltimis voluntatibus, antiquitùs tranſiret auctoritate legis, ad Trebel. non obſtante l. 1. in princ. ff. ad Trebel. vbi videtur expreſſum, quòd actio quæ erat litigioſa cum defuncto, tranſit in fideicommiſſum vniuerſale, quia illa eſt correcta per dict. l. quicunq;, & per aut. nunc ſi habere. C. de litigio. vel dic verius, quòd dict. l. 1. in prin. loquitur, quãdo fuit hæres coactus adire, vnde æquum fuit, quòd non teneretur litem cũ defuncto inchoatam proſequi, ſed in l. quicunque, ſponte adiuit: vel d. l. quicunq;, non loquitur in fideicommiſſis vniuerſalibus, ſed de illo qui in re certa litigioſa fuerat inſtitutus, & hoc voluit ibi gloſſ. 2. ſed illa l. non videtur vera, quia inſtitutus in re certa, habetur loco legatarij, & cùm de legatario prius in text. dicatur, ſuperfluum eſſet verbum per hæreditatem, quod in text. ſequitur ſi de inſtituto in re certa intelligeretur; huic tamen reſponderi poteſt, quòd non eſt ſuperfluum quò ad modum relinquendi, quia alius eſt modus legandi, & alius in re certa inſtituendi, ſed replicari poſſet, quòd licet ſint diuerſi in factis & modis, tamen ſunt idẽ in iuris diſpoſitione, aliàs vniuerſaliter inſtitutio.

12 †Litis pendentia non finitur per mortem alterius colligitantis, imò nunquam finitur, niſi per ſentẽtiam, ſecundum Rotam tamen dicitur quòd altero ex colligitante mortuo, ſi nullus litem proſequitur, lis extinguitur. no. Rom. conſ. 144. ſed in illa gl. quę eſt in cle. 1. vt lite pen. neceſſariò debet intelligi in non proſequente, qui coram iudice renunciauit, & non velle proſequi, dixit, ſecundum ea quæ not. Bart. & Bald. & Cyn. de pact. in l. poſtquam liti. & Anton. dicit quod illa l. poſtquam liti. communiter intelligitur in renunciatione, quæ fit in præſentia iud. vt ipſe nota. in cap. cùm pridem, de pact. & idem not. Bart. in l. non ſolùm. §. ſi deliberationis verba. ff. de liber. leg. aliàs ridiculum eſſet

dicere, quòd eo ipſo, quòd certo tempore pars ſuperſtes litem non proſequitur, lis finiatur, cùm ad litem faciendam non ſit de iure canonico certum tempus præfixum, vt patet de iud. venerabilis. vide infrà §. lit. pen. licet, & §. lis finitur.

Lite pen. nihil eſt innouandum ab aliqua partium; & dicitur pendere quo ad actorem ſtatim; quando ad eius inſtantiam eſt decreta citatio, quo ad reum, quando citatio eſt intimata. not. conſil. 75.

Litis pendentia inducitur eo ipſo, quòd in curia quis per curſorem citatur ad dicendum contra commiſsionem, licet nō exprimantur ea; de quibus in cle. 2. vt lit. pen. quia illa cle. non habet locum in citatione quæ fit in curia; ſed ſolùm in ea quæ mittitur ad partes. not. Rom. conſil. 279. Adde quòd ad inualidandam gratiam lit pen. impetratam, non facta mentione de lite, dicitur lis pendere eo ipſo, quòd tempore impetrationis dicitur commiſſa cauſa, licet non ſit proceſſum ad alium actum, vt in c. cauſam quæ, & ibi not. Ant. poſt Io. And. & vide ſuprà, in princ.

ADDITIO.

Vnde litis pendētia inducitur etiam per citationem factam vigore reſcripti impetrati per excommunicatum; ſi de excommunicatione non conſtet: aliàs ſecus vt per dō. Car. in Cle. 2. q. 4. vt lite pen.

Litis pendentia an inducatur per appellationem extraiudicialem intimatam parti, vide ſub verbo, appellatio. §. appellatio extraiudicialis. licet ſit lite pendente, quæ inducitur per cle. 2. vt lite penden. fortiùs procedit in actore quàm in reo: vt not. Rom. conſil. 310.

Lite pendente an valeat impetratio vel declaratio; non facta mentione de lit. vide ſub verbo, declaratio, in princ. ſuper ver. gratia. §. gratia impetrata lit. pen. cum pluribus §. ſequen.

Lit. pen. non dicitur innouatio quæ ſuam poſſeſsionem continuat: vt not. in cle. 2. vt lit. pen. an autem lite pen. ſuper aliquo iure poſsit is, cui lis mouetur, vti illo iure, quod poſsidet vel quaſi, ſicut poterat ante litem motam, vide quod nota. de reſtitu. in integ. c. 1. in glo. final.

Lit.pen.licet non poſſit litigans ius quærere à communi domini partium non facta mentione, poteſt tamen ſibi ius quærere à tertio iure, de quo litigat. not, Rom. conſil. 176.

Lite pen. quo ad litigantem non finitur lis, niſi per ſententiam, ſecundum Rotam: ideò etiam & poſſeſſore defuncto, non debet actor circa poſſeſsionem aliquid attentare, quia adhuc lis pendet, quo ad eum donec fuerit ſententia lata: vt not, Rom. conſil. 411. tamen quo ad tertium, valet. Ad ordinariam collationem dicitur lis finita eo ipſo quòd partes vel alius, cuius intereſt, non voluit litem proſequi, & propterea ſi beneficium tunc vacat, illud ordinarius conferre poteſt, licet lis non ſit finita quo ad partes, caſus eſt à contrario ſenſu, in cle. 1. vt lit. pen. & ita vult ibi Io. And. in glo. ſuper verbo, proſequatur. idem tenet in c. ſi hi contra quos. eo. tit. lib. 6. in nouel. ſuper verbo, decedat. quòd ergo dixit tex. in l. ſi hi contra quos. ordinarium non poſſe conferre, donec lis finita fuerit contra partem, intellige ipſa parte vel alio, cuius intereſt, ipſam litem proſequente, vt declarat cle. 1. & hoc etiam ſentit tex. d. c. ſi hi. quia ſi nullus proſequeretur, lis finiri non poſſet, cùm ex officio non poſſet ius procedere lit. pen. ergo lite inducta per nouas illas conſtitutiones, quò ad tertium poſſet conferre beneficium, de quo inter alios litigatur, licet in veritate vacet, & contra rigorem, quòd res inter alios acta alteri præiudicet, ideò dixit Archi. 11. q. 1. quia reſp. ſuper 1. glo. quòd lit. pendentia afficit litigantes non tertium, ergo conſtitutiones prædictæ contra rigorem editæ, in terminis ſuis teneri, & non extendit: vt not. Io. And. in d. c. ſi hi contra quos. ſuper verbo, decedát. & ſuper vlt. gl. in nouel. Cùm ergo dictæ conſtitutiones inducant litis pendentiam quo ad collatorem aliquo proſequente litem, ergo nõ habebunt locũ in non ꝓſequente. & hoc apertè declarat cle. prędicta, quæ loquitur ſub conditione, ſi aliquis litem proſequatur de animo aut mẽte partium, ꝙ non velit litẽ ꝓſequi, conſtare poteſt, ſi hoc expreſſo, in iudicio vel extra, verbo dicat, per l. labeo. de ſupe. le. aliàs oportet de animo iudicare ꝑ cõiecturas: vt no. gl. in l. fulcini⁹. §. 1. ff. qui ex cau. in poſ. ea. vide ſup. §. li. pen. nõ finit. & inf. lis finitur. & §. lis & vitiũ litigioſa.

 Liti-

Litigioſa res fit quãdo agitur de dominio. C. de litig. aut. litigioſa. & hoc verum, ſiue agatur de dominio rei corporalis, ſiue de proprietate iuris incorporalis: vt not. Anto. in c. cum M. de conſtit. 24. col. ver. venio ad 8. & hoc caſu non valet rei alienatio, ſi eſt voluntaria: ſecus ſi eſt neceſſaria: vt ibi not. id eſt, ſi de quaſi dominio: vt not. glo. 11. q. 1. quia res: vt not. Ioan. And. in c. eccleſia. 1. vt lite penden. & hoc de quaſi dominio fuit vtile propter cauſas beneficiales, in quibus agens non dominus, ſed quaſi dominus, & pro domino habetur: vt in c. cum venera. de except. ſed vbi agitur de poſſeſsione rei, non fit res litigioſa, ſecundum Bart. in d. l. 1. in fi. C. de lit. ſed in l. 2. C. eo. tenet, quòd res non fit litigioſa, ſed actio, idem tenet Cy. in d. aut. litigioſa, vbi dicit, rem nunquam fieri litigioſam, niſi quando agitur de dominio. idem tenet Ioan. And. in c. fin. vt lite penden. ſed Anto. in c. cum M. in ver. venio ad 8. dicit quòd res non efficitur litigioſa, & propterea poſsit alienari in funditus extraneum, tamen non poſsit alienari vi aliorum ex obligatione ad rem tradendam, & hoc non eſt ex vi obligationis, quia recipiens tenetur rem tradere. Inno. ſi autem agitur actione mixta vniuerſali vel particulari, fit res & actio litigioſa: vt not. Bart. in d. l. 1. & Ant. in d. c. fin. & ibi plenè. vide per eum. Et quòd dictum eſt rem fieri litigioſam, intellige quò ad litigãtes, non quò ad tertium: vt not. Archi. 11. q. 1. quia res ſuper 1. glo. idem not. Anto. in c. cum M. ver. venio ad 8. ſed etiam quò ad tertium fit quandoq; litigioſa: vt in caſu c. 1. & 2. vt lit. pend. lib. 6. & cle. 1. intelliguntur & reſtringuntur quando litigatur de titulo beneficij, & ſic de dominio ſiue quaſi, ſecus ſi lis eſſet de poſſeſſione, & ita intellige Io. And. in d. c. 2. ſuper verb. litigantibus. & hoc etiam voluit Paul. & Franc. in d. cle. 1. vbi dicunt ordinariam collationem non impediri, niſi quando eſt quæſtio principaliter, cuius ſit beneficium. quando autem agitur poſſeſſorio non principaliter, ſed incidentaliter, quæritur de titulo beneficij pro ſolutione poſſeſsionis, licet Lap. aliàs dixerit illa, c. 1. & 2. locum habere ſiue agatur poſſeſſorio, ſiue petitorio, ſed malè dicit ſuper beneficio, quod poſſederit ſi litigatur propriè, & ſtrictè ſumptum, ſignificat cauſam & litem

litem ſuper beneficio, & eius titulo, & iure beneficij, non ſuper ſola poſſeſsione, quia illa non eſt propriè ſuper beneficio, nec beneficialis, ſed quaſi, ſicut & cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis non dicitur propriè ſpiritualis, ſed vt not. Anto. de ordi. cog. cùm dilectus. ¶. verum, verſic. quæro an except. 8. colum. & in materia exorbitante, & contra rigorem iuris, ſicut eſt materia dict. c. 2. vt not. Ioan. Andr. in nouell. verba debent intelligi propriè, & ſtrictè, quando cauſa eſt omninò eccleſiaſtica, ſpiritualis, vel beneficialis, ſiue illi annexa, ſicut eſt cauſa poſſeſſoria, vt eleganter not. Ant. de purgat. ca. c. 2. verſic. no. hic quòd quomodo. 3. colum. non obſtante Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. vbi eſt ergo expreſſum, quòd cauſa dicitur ſuper beneficio, & ſic beneficialis etiam quando eſt ſola poſſeſſoria, & tamen illa Clem. loquitur in materia exorbitanti & contra iuris rigorem, quia illud non ideò eſt quòd text. ibi exprimit hoc, quòd ſi expreſſum non fuiſſet, cauſam poſſeſſoriam non comprehenderet, vt patet per ſimile eius, quòd ibi dixit Ioan. Andr. in gloſſ. ſuper ver. & ſi ibi dicit, quòd illa conſtitutio pendentiæ expreſsit etiam ſi dignitas vel perſonatus exiſtat, quia aliter appellatione beneficij non veniret dignitas in illa materia exorbitanti & odioſa. & idem tenet ibi Anto. non obſtante, quod idem not. Anton. in Clemen. auditor. in gloſſ. ſuper verſic. beneficio. de reſcript. vbi dicit, quòd etiam in materia exorbitanti fit extenſio ſtricta ſignificatione verbi ad latum. Idem etiam vult gloſſ. ratione intellecta in dict. Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. cùm dicit ad tollendas cauillationes, quaſi dixerit, quòd etiam ſine expreſsione includatur dignitas ex vi verbi beneficium non obſtantibus cauillationibus, dicendo, contrarium dicit, quòd aliud eſt extendere ad latum, & hoc licet in gloſſa prædicta. Aliud ad proprium, & hoc non licet, quamuis eſt exorbitans & præiudiciale. Tertiò, vt determinat Ioan. Andr. in Clem. 1. de foro compet. in gloſſ. ſuper verſic. ſubditos: Nam beneficium tanquam genus diuiditur in duas partes, ſcilicet, in beneficium dignitate carens, & cum dignitate; Beneficium ergo prout eſt ſpecies, ſtat ſtrictè, & non comprehendit dignitatem.

& hoc modo ſumitur in ambitioſis & magiſtratis ad beneficia impetranda. c. fi. de præben. In non ambitioſis à iure communi exorbitantibus & præiudicantibus ſumitur latè pro genere, vt comprehendat etiam dignitatem: vt in c. tua, de verbo.ſig. & hoc non eſt extendere verbum ad improprium ſignificatum, imò propria dignitas comprehenditur ſuo nomine beneficij, prout beneficium eſt genus. & hoc eſt quod dicit text, in c. tua, ibi generali continetur. Simile eſt in adoptione quæ eſt genus, & diuiditur in duas ſpecies, in ſeipſam & arrogationem. Et prout adoptio genus eſt, comprehendit etiā arrogationem, vt patet in l. 1. & 2. ff. de adop. ſed cauſa poſſeſſoria rei beneficialis, ſiue ſpiritualis, non eſt propriè beneficialis ſed quaſi: vt dicit Anto. in d. c. dilectus. & illa dicuntur quaſi notantia improprietatem. Idem in exorbitantibus appellatione cauſæ ſuper beneficio, vel alia re ſpirituali non comprehenditur cauſa poſſeſſoria, quia eſt impropriè ſpiritualis, ſed quaſi, & idem dicit Anto. in d. c. 2. de iura. calum. & probatur hæc ſua concluſio, quam ipſe not. allegatam in d. clem. 1. de for. compet. ſed aduerte, quia magnam habet æquitatem dicere, quod c. ſi hi contra quos, locum habeat, ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio, & licet de rigore illa verba ſuperfluè in tex. poſita, comprehēderent petitorium duntaxat in materia exorbitāti, vbi aliud adiectū non eſſet, tamen propter rationem in eo. tex. ſubiectam videtur de rigore, quòd vi illius rationis intelligi debeat ille tex. ſiue agitur petitorio ſiue poſſeſſorio, quia ratio vtrobiq; eſt eadem, videlicet vt lites citiùs finiantur, & ne nouus Aduerſarius malitioſè ſurrogetur, quæ non patent ex illo tex. & ex notatis ibidem. & per io. And. in nouel. ſuper gloſſ. fin. & ita intelligere non eſt extendere, quia eſt de ratione & mente: vt not. ſuper ver. lex. §. lex corrigens, vbi omninò vide. dic quòd tunc licet arguere ex ratione ad alium caſum, quando eſt omninò eadem ratio: vt not. gloſſ. in c. 1. de tem. or. lib. 6. ſed non eſt omninò eadem ratio in poſſeſſorio, quæ eſt, quando agitur petitorio, quia in petitorio tractatur de maiori præiudicio, vt patet de cauſ. poſſ. cùm dilectus, & vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum & prouidendum, Item ratio illius ſubrogationis, de qua text. loqui-

loquitur, habet locum quando agitur poſſeſſorio duntaxat, quia ſurrogationes fiunt per Papam reſpectu ſolius poſſeſsionis: niſi dicas quod ſurrogatio fit ſimul de vtroque, &c.

Lit. conte. non fit per obiectũ exceptionis peremptoriæ, niſi fieret animo conteſtandi, vel niſi exceptio incontinenti opponatur. no. Bar. in l. 1. C. de lit. conteſt. & Ant. in c. vno. eo. ti. idem not. Inno. in c. cùm venerabilis. de excep. in ver. reſpondit. & vide Rom. conſi. 284. & per Do. Abba. Moder. in c. 1. eo. ti. aduerte tamen quod omnis reſponſio coram Papa habetur pro conteſtatione. no. Doct. de confir. vti. vel inuti.

ADDITIO.

De hoc vide per Bald. in l. 1. in 1. col. verſi. ſecundo quęro. vbi dicit quod hodie eſt expreſſum, quod per obiectum exceptionis peremptoriæ non fit litis conteſtatio. allegat c. 1. de lit. conteſta. lib. 6.

Lis licet deſinat eſſe ſuper principali, poteſt ſubſiſtere ſuper fructibus, & expenſis. not. Io. An. de ſimo. c. per tuas. ſuper vlt. glo.

Lit. conte. an requiratur, quando petitur pronunciari appellationem deſertam, vide & collige ex notatis ſuper ver. ſententia. §. ſententia, quando pronunciatur appellationem deſertam.

Lis finitur, & vitium litigioſi purgatur per renunciationem litis: vt eſt caſus in l. poſtquam liti. C. de pact. ſecus in inſtantia litis, ſi duntaxat renunciatur liti. no. glo. & Bar. in l. 1. C. de præſcript. long. temp. & prædicta procedunt in prophanis, ſed in beneficialibus dubitatur, quia in his Rota dicit litem non finiri, niſi per ſententiam. & Io. An. videtur idem velle in cap. ſi hi contra quos: vt lit. pen. lib. 6. in nouel. ſuper ver. finita quod opponit per ſententiam. & videtur tex. in eo. c. in ver. cedant. Sed dici poteſt Rotam malè dicere, vel ſaltem ciuiliter intelligendam eſſe, videlicet litem non finiri, niſi per ſententiam, vel aliud, quod loco ſententię computatur, vt tranſactio, de qua eſt caſus in c. 1. de lit. conteſta. lib. 6. Idem in iuramento: vt not. glo. in eo. c. idem in renunciatione litis: vt d. l. poſtquam. Itẽ finitur morte vtri-

te vtriuſq; litigantium, licet nulla ſententia feratur: & de hoc eſt caſus in cle.1. vt lite pend. idem ſi vnus moritur, alter renunciat: vt not. Io. An. in ea. cle. 1. ſuper ver. mori. & ſub ver. ſequatur. per quæ patet Rotã, ſi ſimpliciter & præciſè intelligatur, falſum dicere, & contra tex. dictæ cle. non obſtat dicta expoſitio Io. An. in d. c. ſi hi, contra quos, quia non negat, quin & alijs modis, quàm per ſententiam, lis finiri dici poſsit, non obſtat tex. in ver. cedant. quia propriè intelligendo loquitur de deciſione litis, non de renunciatione litis: per primam lis non finitur, per ſecundam ſic: non ob. ſi dicatur quod in beneficialibus non poteſt quis iuri cedere ſine auctoritate ſuperioris: quia verum eſt, niſi beneficium ſit litigioſum. no. Io. And. de appel. conſtitutus. Item licet nõ poſſit beneficio etiam litigioſo cedere ſine autoritate ſuperioris: poteſt tamen liti cedere ſine autoritate in præſentia iudicis, & illa ceſsio ſufficit ad litem finiendam: vt dicit l. poſtquam liti. Si quis autem diceret, quod d. c. ſi hi, contra quos. in ver. cedant. includit etiam litis renũciationem, tunc dicam, quòd cùm illud c. loquitur in reo cedente, non habet locum in actore, quia non eſt eadem ratio: vt no. Ioan. And. in eo. c. ſuper ver. cedant. in nouel. & quia licet eadem ratio. tamen quia illud c. eſt contra rigorem & diſpoſitionem iuris communis, in eo quod vult litis pendentiam inter alios afficere ordinarium contra regulam, res inter alios acta, & contra id quod ad propoſitum not. Arhi. 11. q. 1. quia non debet d. c. tanquam exorbitans ad alium caſum extendi. & per tex. conſtitutus. de re. & de reg iur. quæ à iure. lib. 6. Et quod non extendatur. not. Io. An. in eo. c. ſuper dicto ver. decedant. & ſuper glo. fi. in nouel. nec poteſt dici, ꝙ d. c. extẽdatur de reo ad actorem, per cle. 1. §. ſi verò tantummodo. eo. ti. quia licet talem parificat in cauſa deceſſus, tamen non parificat in cauſa ceſſus: ergo cùm etiam dicta Cle. ſit contra rigorem iuris communis, nõ extenditur ad caſum omiſſum, fortius dico, quod etiam ſi dicta Cle. expreſſè loqueretur in actore cedente, tamẽ poſſet dici lis finita mortuo collitigante, & poſſet ordinarius cõferre, quia illa cle. ꝓhibens ordinarium cõferre lite pen. prohibet conditionaliter, ſi aliquis eſt qui litem proſequatur, ergo à cõtrario ſenſu, quod eſt validũ

in iure, ſi nullus litem proſequatur, vt quia vnum collitigantiū ceſsit, alter mortuus eſt, ordinari⁹ cōferre poteſt: & hoc tenet Ioan. An. in d. cle ſuper ver. mori: & ſuper ver. ꝓſequatur. in d. c. ſi hi cōtra quos. ſuper ver. decedent, in nouel. Sed dubiū, qa d. c. ſupponit, quod altero litigantiū mortuo poſsit cōtra ſuperſtitem ferri ſententia: ergo videtur ꝙ ſuperſtes cedēdo liti nō poſſet litem finire, quia ſi poſſet finire, poſſet ſententiā impedire, quia ſine lite & ſine inſtantia litis ſententia ferri non pōt. l. properandum. C. de iudi. reſponderi poteſt, ꝙ iſte tex. intelligi debet, quando ſuperſtes vult litē proſequi, ſecus ſi vult liti cedere: quia cū ille tex. loquatur in actore ſuper lite, certum eſt, quòd poteſt actor liti renunciare etiā alia parte inuita: vt not. Bal. C. de epiſ. & Cle. aut. generaliter. ver. quarto oppono. in reo fortè non eſſet idem: quia non ſufficeret aduerſario, qui liti renunciaſſet, niſi etiā poſſeſsionem dimitteret, quia nō dimittendo poſſeſsionē, ſi dicerem⁹ litē finiri per renunciationē, non eſſet finita contra ſuperſtitē, ſed pro eo ipſo & poſſeſsione, & tex. vult, quod cōtra ſuperſtitē finiri poſſet.

Litis cont. fit ita ex ficta cōfeſs. ſicut ex vera: vnde ſi in iudicio præſens iuſſus à iudice in libello ſine rationabili cau. reſpōdere recuſet, vel abſens ſit, ei deſtinetur libellus per nunciū cū cōminatione, ꝙ ſi nō reſpondeat, habetur ꝓ confeſſo, inducetur lit. conteſta. ex ficta confeſsione. ex hoc inducitur vtilis practica ad procedendum in abſentem ad diffinitiuam lit. non conte. vt not. Anto. de iura. calum. cum cauſam. pe. col. in fi.

Litigioſa res, vel actio realis, perſonalis, vel mixta; an poſsit in aliū transferri, & quando dicatur litigioſa; & quis ſit effectus litigioſi, vide plenè per Ant. in c. fi. vt lit. pen. & vide ſuprà §. litigioſa res fit.

Litigioſa res licet non poſsit per aliquem ex litigantibus alienari, tamen poteſt poſſeſſor litigans ius in illa re acquirere, ſcilicet Dominium: ſecus ſi vellet acquirere publicianam: vt not. Ant. in c. fi. vt lit. penden.

13 †Literę prælatorū narratiuè, maximè nō ꝓbant de factis alienis: imò nec aſſertiuè ſecundū quoſdā: vt no. Ro. conſi. 423. verſi. ſed retento. & vide ſub verſi. ſigillum.

ADDITIO. An literę epiſcopi vel ordinarij: aut aliorum iudiciū ꝓbent, vide per Do. Fe. in c. poſt ceſsio. in 2. col. cū ex ſequent. de probat.

Lite-

Literis epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatis etiam ſine tabellione & teſtibus datur plena fides, & probatur in his quæ ſpectant ad officium ſuum, & quæ gerit inter ſubditos extra iudicium, vt in beneficijs reſignandis, & in eis cõferendis: ſecus in iudicialib⁹, quando procedit vt Iudex, no. Roma. conſil. 22. & idem vult Inno. de proba. quoniam contra. & prædicta vera etiam in concernentibus factum alienum: vt not. Roma. conſi. 473.

Literis epiſcopi eius ſigillo ſigillatis etiam ſine tabellione & teſtibus, per quos aſſerit reſignationem in eius manibus factam, & per eum admiſſam, & collationem ſubſecutam, datur plena fides, ſi prædicta omnia ſunt ſucceſsiuè in eodem tempore facta, alioquin non fecerint fidem, niſi de vltimo actu: vt not. Roma. conſilio 22.

Literis epiſcopi vel alterius prælati, continentibus conſtitutionem procuratorum ad cauſas, datur plena fides, etiam ſine ſubſcriptione notarij, vel teſtibus, etiã ſi ſint ſigillatæ, ſigillo prælati cognito vel probato, ſi ſit negatum. Spec. tamen dicit, quod ſigillum ad cauſas nõ facit fidem in alijs, ſic no. Rom. conſi. 162.

Literis epiſcopi ſine tabellione & teſtibus, licet eius ſigillo ſigillatis, nunquam creditur in cauſa propria, nec quando eſt ſuſpicio fraudis vel doli, vt ſi epiſcopus contra apoſtolicum impetrantem, diceret ſe prius contuliſſe beneficium quàm Papa, vel eius executor, & hoc ſeruatur de ſtylo palatij, quia ſæpe compertum eſt, quod epiſcopi, vel eorũ Cancellarij anticipant datam in fraudem, not. conſi. 22. & ſic propter fraudem prædictam nõ creditur literis epiſcopi, ita nec literis executoris, vel nuncij apoſtolici: vt notat Rom. conſi. 468.

Literis executorum apoſtolicorum cũ ſigillis eorũ creditur de ꝓceſsibus per eos factis, non de collationibus beneficiorum. no. Rom. conſi. 148.

* SINGVLARE.

Literas ſibi præiudiciales, ſi quis recipiat, cautela certa eſt, vt ſtatim contradicat: alioquin ſibi præiudicat: vt not. Iacob. Geor. in l. emptor, §. Lucius, ff de pact. per

lex. quem dicit notabilem in l. filiusfamilias. ff. ad Senatuſcon. Macedonianum. H.F.

Literis iudicis delegati cum eius ſigillo creditur, & ſic ſubdelegatione per eum facta. notat Roma. conſilio 348.

Literæ apoſtolicæ ſi ſint expeditæ contra ſtylum cancellariæ an valeant, & eis fides detur, an verò falſæ præſumantur, vide ſub verbo, reſcriptum apoſtolicum ſi eſt.

ADDITIO.

Literæ Papæ quando operentur priuationem illius quem dicunt eſſe priuatum de iure, cùm non ſit. vide per Do. Feli. in capit. cauſam. 6. columna, de reſcriptio.

Literæ ordinariorum narrantes actum de præteritis, vt quia dicunt, moueritis, quòd talem excommunicauimus, vel priuauimus, probant excommunicationẽ vel priuationem, ſecundum Cal. & Ant. licet Io. An. variaſſe videatur: vt no. Ant. de proba. poſt ceſsionem. §. ſeptimus caſus. 8. col. Nam illud prętęritum intelligitur de præterito incontinenti, & non immediatè, & non de præterito diu ex interuallo. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & quòd ibi no. Bar. ff. de ver. ob. aduerte quòd Ant. in d. c. poſſeſsionem, loquitur de literis narrantib⁹ actum, in quo non requiritur ſententia ſiue pronunciatio, ſecus ſi ſententia requiratur; & ita ſeruat Io. An. vide Ant. in d. c. quoniam cõtra de proba. pe. char. in prin. 2. col. item præteritum etiam ex interuallo narratum in literis ordinarij, probatur per ipſas literas, quibus non vnum duntaxat ſigillũ, ſed plura ſigilla authentica ſunt appoſita. not. Anto. poſt Call. in d. c. poſt ceſsionem. ver. ſextus caſus.

Litera apoſtolica an habeatur loco tituli in beneficialibus, vide ſub verbo, gratia. §. gratia apoſtolica. & infrà ſub verbo, titulus. §. titulus beneficij.

14 † Locatio facta per prȩlatum de bonis vel de fructibus prælaturæ ad certum vel modicum tempus, quod quantum ſit, relinquitur arbitrio iudicis, valet & tenet ad vitam ſuam, etiam ſi dicta locatio fuerit ſine auctoritate

ritate ſuperioris, & abſq; conſenſu capituli facta: ſed mortuo prælato, extinguitur locatio ipſo iure, ſi facta ſit nomine ſuo & ſucceſſoris, ſed ſi facta eſſet nomine eccleſiæ & vtiliter ſeruata iuris ſolennitate, tunc ſucceſſor tenetur ſtare contractui, & hoc verum in prælato: ſecus in præbendato ſiue ſimplici beneficio, quia nullo caſu poteſt præbendam ſuam vltra tempus vitæ ſuæ locare, quia non habet tam liberam adminiſtrationem ſicut prælatus. not. Rom. conſil. 232. de materia huius dicti vide pleniſsimè per Dominũ Pet. de Anch. in c. querelam. ne præla. vices ſuas, ſuper ver. fructus.

Locator etiam ſi prælatus ſit, qui ad certũ tempus locauit ſi moritur, & ſucceſſor petit rem locatam, conductor autem cõtradicit, & litem ſuſcipit, an habeat locum pœna. l. conductores. C. loca. dic quod non: vt no. Ro. conſi. 332. verſi. ex præmiſsis.

Locata re emptor an teneatur ſtare contractui locationis, & dic quod non: vt eſt caſus in l. emptorem. ff. loca. & placet Domi. Anto. in c. quia Gu. de iud. & Domi. Nicola. in diſputatione, quæ incipit: Sempronius.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium propriè ſumptum quid dicatur, & quid veniat maleficij appellatione.*

2 *Mala fides probatur indicijs.*

3 *Mandare & præcipere an differant, & quando mandatum ſit ſeruandum, aut reuocabile, & quando expiret.*

4 *Manifeſtum diuiditur in notorium publicum & famoſum, & in quo differant, & quid dicatur manifeſtum, & quid operetur.*

5 *Maſculinum quando concipit fœmininum.*

6 *Matrimonium qualiter & à quibus contrahi debeat, & per quos actus concludatur.*

7 *Menſis quot dies habere dicatur.*

8 *Meretricis factum, aut promiſsio an ſit æſtimandum.*

9 *Metus cuius ſit naturæ, & quando iuſtè induci dicatur.*

10 *Minor 25. ann. quo gaudere dicatur priuilegio, & quod minor ætas diuerſimodè ſit conſideranda.*

11 Myſte-

11 *Myſterium differt à miniſterio.*
12 *Miſſa an & quando in loco priuato celebrari poßit.*
13 *Modus in omnibus ſeruandus eſt.*
14 *Monachus an poßit abſq; mandato aliquid effectualiter peragere.*
15 *Mors diuiditur in naturalem & ciuilem, & qualiter mors probetur.*
16 *Motus proprius cum clauſula generali quid operetur.*
17 *Mulier an poßit in dignitate conſtitui, & cuius poßit eſſe autoritatis.*

DE LITERA M.

MALEFICIVM † propriè ſumptum eſt, quod committitur faciendo, non dicendo: ideò in ſtatutis appellatione maleficij non venit delictum, quod fit dicendo. not. Bar. ff. de pœ. aut facta. in prin. C. de pœ. idem in delicto commiſſo in dimittendo vel non faciendo. not. Bal. ff. ſoluto matrimonio. l. in mora. ver. in glo. quæ præponderat. Cy. autem. ſuper rub. C. de inſti. dicit in hoc diſtinguendum, an omittens ſit in vero dolo, vel præſumpto. & primo caſu veniat, ſecundo nõ. Vide Bart. in l. omne delictum de mi. vbi dicit quod eſt maleficium largè, ſed non ſtrictè, & concordat cum eo, quod dixit in l. aut facta. Item de materia maleficiorum vide Do. Abb. Moder. in c. 1. de reſti. ſpo. 1

* SINGVLARE.

2 † Mala fides alicuius probatur per ſola indicia. tex. eſt multum nota. & ibi Bald. in l. penul. C. de euic. & not. Ang. in l. 1. C. de vſuc. transfor. & in l. ſuper long. C. de præſcrip. long. temp. H. F.

3 † Mandare idem eſt quod rogare cum præcepto, licet interdũ percipiatur: aliud enim eſt, cùm Papa mandat, aliud ſuper verbo, mandato: vt not. Io. An. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. ex ore. ad finem.

Mandatum diligenter eſt ſeruandnm, qui eius formam excedit, agit malè. de reſcrip. cum dilectus. & de præben. cui de non. lib. 6.

Man-

Mandatum an poſsit reuocari in præiudicium, cuius eo ignorante, vide ſub verbo, procurator. §. procuratoris mandatum.

Mandatum circa iudicialia an finiatur per mortẽ mandantis re integra, vel ope exceptionis, ita quòd non excipiatur, valeat proceſſus. vide Archi. 8. q. 2. dubium ſuper glo. & Io. And. de teſti. cùm veniſſent.

Mandatum circa iudicialia per ordinarium de mãdato ſuperioris factum, vel per ipſum ſuperiorem confirmatum, non poteſt per ipſum ordinarium etiam re integra reuocari ſine conſenſu ſuperioris. no. Ant. in c. nouit de iudi. in tertio notabili.

Mandatum ſi eſt in forma præcepti, nõ expirat per mortem mandantis, etiam re integra, ſecus ſi fiat in forma ſimplicis commiſsionis. no. Spe. in ti. de leg. 1. §. reſtat. ver. idem mortuo. idem not. de offi. dele. relatum, idem tenet glo. & Archi. 14. q. 1. quòd præcipit. Idem tenent Bar. & Bal. & vide quod no. per eum, in c. noſtram. in glo. noſtra. de iureiur. ſed Io. An. aliter diſtinguit in c. quoniam Abbas, de offi dele. idem tenet Bart. & Bal. ff. de iuriſd. l. & quia. ſed pro prima opi. eſt text. in aut. vt nulli. §. & hoc verò iubemus. 8. col. licet Io. An. illum §. aliter intelligat. vide infrà §. mandatum an finiatur.

ADDITIO.

Mandatum & præceptum differunt quinq; modis: vt per Do. Feli. in c. eam te. colum. 7. verſi. inter mandatũ de reſcript.

Mandatum etiam circa iuriſdictionalia nõ finitur morte mandantis re integra, quando fit ſub nomine dignitatis. no. Hoſt. & Io. An. de offi. dele. quoniam Abbas. & Ant. e. ti. relatum. & Lap. e. ti. quamuis. lib. 6. & de reſcript. eo. li. in l & quia. ff. de iu. om. iudi. & ibi Bal. & poteſt ab electo confirmato exequi. not. Roma. conſilio 422.

Mandatum non expirat morte mandantis etiam re integra, quando mandatur aliquid fieri poſt mortem man. not. Anton. de offic. delega. licet ver. oppo. quod morte.

Mandatum non expirat morte mandantis, etiam re in-

re integra, quando mandatur id, ad quod faciendum mandans de iure tenetur. ff. de acqui. poſ. l. 1. fundi, & ibi not. Bar.

Mandatum non finitur morte mandantis, etiam re integra, quandò mãdatur mera executio, vel aliquid aliud ex officio. not. Io. An. de offi. deleg. quoniam. Abbas ipſe tamen loquitur, quando tale mandatum fit habenti aliàs adminiſtrationem. Bar. tamen ſentit idem eſſe, ſi non habeat adminiſtrationem : vt l. fundi, ff. de acqui. poſ. vide omninò ſub verbo, gratia. §. gratia licet nondum.

Mandatum non finitur morte mandantis, etiam re integra, quando in mandato Dominus ſatiſdedit, procuratorem pro releuando eum ab onere ſatiſdandi, ſi procurator fuit præſens & acceptans, vel etiam ſi fuit abſens, & poſtea acceptauit mandatum. ff. de procura. l. ſi defuncti, & ibi no.

Mandatum circa iuriſdictionalia non finitur morte mandantis, ſi ante mortem Iudex delegatus decernit citationem, licet citatio non fuerit executa. vide Io. An. in c. fi. de offi. delega. in glo. fi.

ADDITIO.

Vide aliquid per Do. Car. in cle. fi. 2. quæſtione. tertia oppoſi. de procurato.

Mandatum an finiatur morte mandantis, quando mandatum eſt nudum miniſterium. vide Io. And. in c. fi. dele. in glo. fi. ver. ſed nunquam. & vide ſuprà, mandatum ſi fuit in forma.

Mandatum an tranſeat ad ſucceſſorem eius, cui mandatur, ſi ipſe deceſſerit, antequam exequeretur, dic quod non, ſi fuit ſub nomine proprio directum, ſecus ſi ſub nomine dignitatis, quia tunc tranſit ad ſucceſſorẽ dignitatis: vt not. Io. An. poſt Hoſt. in c. fi. de offi. dele. & in cle. 1. eo. ti. in gl. pe. quod intellige, niſi ex verbis cõmiſsionis apparere poſsit, quod fuit electa induſtria perſonæ: quo caſu non tranſit ad ſucceſſorem, etiam in dignitate: vt no. in d. c. fi. ꝙ autem fuerit electa induſtria perſonæ, poteſt ex verbis conſtare expreſſè, ſi dicatur ꝙ perſonaliter exequatur, vel tacitè ſi dicatur de induſtria vel circumſpectione tua plenius confidentes per apo-

ſtolica ſcripta mandamus,&c. vt not.Ioan.And.in d.c. finali, ſuper verbo, iniungitur. & vide ſub verb. iudex.§. iudex delegatus cui committitur.

Mandatum circa vniuerſitatem cauſarum an expiret per mortem delegantis,vide ſub verbo, iudex. §. iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.

Mandans aliquid fieri an dicatur verè vel interpretatiuè facere, vide Ant. qui recitat Bar. in cap. mulieris. de ſen. excom. & quod ibi Zen. in cle. 1. de vi. & ho. Cle. ſuper verbo,perſonaliter. & quod not. Fran. de Zab. in eadem Cle.ver. quintò quæro.

Mandatum Papæ delegantis,licet expiret morte delegati,etiam re integra,tamen ordinarius non poteſt de illa cauſa delegata ſe intromittere, quia Papa in eadem manum appoſuit eam delegando: vt not.Compoſ.in c. capitulum,de reſcript.ver.quid ſi exequatur, & hoc ibi ſequitur Io.An.& idem not.Bal.C.quomodo & quando iudex.l. ſi præſes.

Mandatum ad prouidendum, ſi ita eſſe inuenerit, non expirat per mortem mandantis re integra. no. Ro. conſi.349.vbi vide de intellectu c. ſi ſuper gratia. de offi. delega.lib.6.c.ſi cui.ſecundo reſponſo, de præb.eod. lib.

Mandatum quibus caſibus ſpeciale requiratur, vide in c.qui ad agendum,de procura.lib.6.in gl.pen.

ADDITIO.

Mandans fieri delictum in alio loco, non poteſt conueniri in loco vbi erat, quando mandabat delictum: vt habetur per Domi. Feli. in cap.1. de præſumptio.

4 † Manifeſtum eſt publica ſeu famoſa inſinuatio & proclamatio,& communis ex certa ſcientia, & ex certis auctoribus nondum iudicialiter diſcuſsis proueniens, & iſta eſt vera & ꝓpria diffinitio manifeſti. not. Ant. de coha.cle.& muli.veſtra.26.col. ver. interuenio.

Manifeſtum,notorium,publicum & famoſum differunt,nam notorium eſt, quod fit in conſpectu populi,vel maioris partis.Manifeſtum eſt, ꝙ fit in præſentibus multis,qui non faciunt maiorem partem,à quibus proceſsit fama penes maiorem partem.Publicum eſt,quod

fit præ-

ſit præſentibus multis, à quibus nulla fama penes populum ſurrexit. Famoſum eſt id, de quo in maiori parte populi fama eſt, quæ à certo auctore inſurrexit, nec requiritur, quod ille auctor interfuerit facto, de quo eſt facta fama, & dicunt factum coram pluribus, quod fit coram 10. quod tamen in arbitrio iudicantis poſſet etiã fieri corã paucioribus, prædicta intellige de manifeſto, prout diſtinguitur contra notorium & penes occultũ prout autem diſtinguitur omnino occultum.

Manifeſtum dicitur, quod per duos probari poteſt: vt not. Ant. de coha. cle. & mulie. veſtra. 16. col. & l. 1. dicitur manifeſtum, quod per probationem vel cõfeſsionẽ notum factum eſt: aut verò nulla tergiuerſatione celari poteſt. no. in c. cùm olim. de verb. ſigni. &c.

Manifeſtum non operatur, quòd ſententia contra ipſum manifeſtum lata ſit nulla: vt not. Anto. de coha. cle. & mulie. veſtra. 6. col. & circa medium, & de re iudi. in penul. col.

5 †Maſculinum an concipiat fœmininum, vide Bart. in l. 1. ff. de verbo. ſigni. & in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & gl. de elect. generali. li. 6. & ibi plenè per Pe. More. & plenißimè per Arch. 18. q. 4. ſi quis ſuadente. & per Cy. & Bal. de ſer. fu. l. quicunq;. & per Pau. & Ant. in repetitione. cle. 1. de conſan. & affi. & in Cle. 1. de elect. & per Pau. & Ioan. And. de re ec. non ali. in l. ſi quis presbyterorum. & vide omnino glo. in cle. 1. de regula. ſuper verbo, quoslibet: & quod ibi not. Fran. de Zaba.

Mater an poſsit filio ſtipulari, vide Bar. ff. de ver. ob. l. quod dicitur. ver. quæro an mater. & 2. q. vlti. vbi concludit quod non.

6. †Matrimonium poteſt contrahi etiam inter minores ætate: quoniam vires corporum in generando ſupplent ætatem. tex. de deſpon. impu. l. impubes. & no. gl. de elect. cùm ex eo. lib. 6. & vide ſub verbo, ſtatutum. §. ſtatutum laicorum.

Matrimonium contrahitur etiam ex tacito conſenſu. tex. de ſpon. in tua. & c. is qui.

Matrimonium per quos actus concluditur, vide plenè quod not. Anto. de præſcript. illud verum, qualiter autem concludatur, vſq; ad finem apparatus, & in c.

in c.ex parte. de ſpon. vbi omninò vide etiam per Ioan. And.& pleniſsimè per Spec. in titu. de deſpon. impube. & in §. proximo.

Matrimonium contrahitur per hęc verba, promitto tibi ſicut vxori fidem ſeruare, & illud verbum, ſicut not. proprietatem non ſimilitudinem not. Anto. de iudi. c. 1. verſicu. oppono. quòd per hæc verba matrimonium contrahatur. vide plenè per Anto. & Ioan. Andr. qui plures formas ponunt in c. ex parte. de ſpon. & de præſump. illud, & vide ſuprà §. proximo.

Matrimonium non cenſetur, ſed ſponſalia de futuro intelliguntur, quando pubes cum impubere per verba de præſenti contrahunt. Tenetur tamen pubes impuberem expectare, donec ad pubertatem veniat: nihilominus ſi matrimonium cum alio pubere per verba de præſenti contrahit, matrimonium tenet: etiam ſi cum impubere iuraſſet contrahere. not. Roma. conſilio 448.

Matrimonium licet ex aliqua ſpeciali cauſa ſit per leges prohibitum, ſi tamen non eſt prohibitum per canones, valet inter quoſcunq;: quia per Apoſtolum data eſt libera poteſtas matrimonium contrahendi. not. Ioan. And. de ſe. nup. c. fi. in fin.

Matrimonium non contrahitur etiam per verba de præſenti: quando illa verba iocoſè, vel cauſa ludendi ſunt prolata, & hoc conſtat: vt not. Ant. & Io. And. in c. fi. de deſponſa. impube. quia talia verba non ſunt ligatoria. ff. de actioni. & obli. l. obligationis ſubſtantia, in fine. & ff. de iureiuran. l. illud.

Matrimonium an poſsit contrahi per mulierem in vltima die, vide Ioan. And. in c. fina. de deſpon. impu.

Matrimonium per quos actus perficiatur præcedẽtibus ſponſalibus de futuro, vel etiam de præſenti, interpretato tamen de futuro. vide Ioan. Andreæ. & Antoni. de deſpon. impube. atteſtationes, & c. fina. de deſpon. iş qui. & vide c. 1. de deſpon. impub. li. 6. in tex. & gl.

ADDITIO.

Sed matrimoniũ ſpirituale quomodo perficiatur, & an æquiparatur indiſtinctè carnali. vide per Dominum

num Feli. in c. quoniam. §. porrò, in princi. vt lite non conteſt.

Matrimonium ſi contrahit maior cum minore, licet minor ætate adueniente diſſentire poſſit vt minor: tamen ſi maior cum alio contrahat matrimonium, quid ſit agendum, vide glo. Innocen. & Hoſtien. in capit. de illis. de deſponſa. impube. & Do. de Rota. deciſione 348.

Mendax quando & quibus caſibus ex mẽdacio puniatur, vide plenè per glo. in l. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. & Bald. in l. 1. de fur.

Mendicantes qui dicuntur, vide per Lapũ & Fran. de Zaba. in Clemen. 1. de reg. &c.

Menſa quid ſit, & quo loco dicatur, & de menſa vide glo. in Cle. 1. §. quod etiam. de exceſ. præla. & per Matthę. & Fran. in c. 2. de ſen. excom. & Bart. C de do. l. ſi vacantia. lib. 10. & an ſi Epiſcopus contulit alteri beneficium, quod erat de menſa, illo mortuo, beneficium vacet. vide Ant. in clemen. 1. de reſcrip. & vide ſub verbo, beneficium. §. beneficia quæ ſunt, &c.

7 † Menſis quot dies intelligatur habere, vide Ioañ. And. in c. quam ſit. de elect. lib. 6. in gl. ſuper verbo, menſem: vbi dicit, quòd menſis ſtatutus ad aliquid agendũ, intelligitur tot dies habere, quot habet menſis, in quo negocium faciendum occurrit: & ſic tunc quando occurrit aliqua dies illius menſis lapſi, ſupplentur tot de menſe ſequenti: & ita cõmuniter ſeruatur: vt notat Anto. de ſupple. neg. præl. licet. quanquam Hoſtien. ibi dicit hoc eſſe arbitrium iudicis, & Iudex potius ampliabit quàm artet: ſed Bart. tenet opi. Io. And. in l. cùm vnicus. de verbo. ſignific.

8 † Meretrix ſi occaſione meretricia promittit, nõ obligatur: vt not. Bart. ff. de dona. l. affectionis. ſed meretrici non poteſt donari vel promitti, & non tenet obligatio, niſi fiat per militem vel Clericum, qui miles reputatur: vt not. per glo. & Bar. in d. l. affectionis. & per Cy. de dona. inter virum & vxorem. quæ autem dicatur Meretrix, vide per Docto. in cap. inter opera. de ſpon,

ADDITIO.

Et an meretrici poſsit donari, vide per eundē Bar. in l.miles.§.mulier.ff.de teſtamen.mili. & Bal. in l. 2. C. de dona. inter virum & vxorem. Doct. in c. fi. extra eo. titulo. Et in c.relatum.2.de teſtamen.Ioan. And. in c. de his. de ſepul.

* SINGVLARE.

Acceſſus ad publicam meretricem non nuptam, eſt impunibilis de iure, vt habetur in leg. ſi vxor. & ibi per Bar. ff. de adulte. quod tamen limita, niſi ſit carcerata, nam tunc accedens ad eam, & habens rem ſecum, punitur ac ſi acceſsiſſet ad mulierem honeſtam. ita ſingu. dixit Do. Paris de Puteo in ſuo tractatu ſyndici.in 16.char. ſub verbo, adulterum. in prima colum. ratione, de qua ibi per eum. H. F.

* SINGVLARE.

Meretrix eſt infamis ipſo iure, & licet poſtea deſinat exercere illud officium, tamen prohibetur ferre teſtimonium: vt not. Iacobi. de Sanct. Geor. in leg. teſtium §. lege Iulia. ff. de teſti. in 2. col. ver. notetis, & ibi etiam tenet, quod teſtimonium vnius meretricis non facit indicium ad torturam. H. F.

9 †Metus non reddit actum per metum factum ipſo iure nullum, ſed annullandū, niſi in certis caſibus, quos vide per Rom. conſi. 374.

Metus iuſtus dicitur inferri per iniuſtam excommunicationem: non per iuſtam, quia iuſta medicinalis eſt, & patienter toleranda. not. Rom. conſi. 35. Et ideò metus iniuſtè excōmunicationis dicitur cadere in conſtantem virum, ſecus ſi eſt iuſta, & ita Doctores concordant glo. in c. olim. 3. de reſtitu. ſpo. & in c. cùm dilectus. Quod metus cauſa.

Metus illatus debitori vt ſoluat, non parit actionē, Quod metus cauſa, quia non intereſt metum paſſo, ex quo debitum ſoluit: vt not. Ant. de reſti. ſpo. in literis. in 6. col. verſi. no. tertio.

Metus

Metus iuſtus cenſetur, ſi quis habens fratrē in carceribus,& vt liberetur frater beneficium ſuum reſignauit,idem ſi timore perditionis. Item metus conſanguineorum eſt iuſtus metus.hæc omnia no.Rom.conſi.441.

Metus non cadit in vi pulſiua, vel inquietatiua: vt not. ff.quod me.cau.l. ea. in fi. glo.

Metum iuſtum inducit imperiū principis,qui aliàs conſueuit tyrannire, & oppreſsius tractare nō obedientes precibus vel præſcriptionibus ſuis.not.Io.An.in cle. vel mona.c.fi. in fi. vide Bart. qui idem voluit in tractatu.verſi. 7. quæro.2. col. in fi. ſed in l. 1. §. oneranda. C. qua. rerum actio non datur. non videtur requirere, quod conſueuit oppreſsius tractare, vult tamen quod appareat minas præceſsiſſe,vel verbera:vt ibi patet, ſed Io.An.in c.1.de præſcript.lib.6.in nouella, dicit quod ſi prælatus exigit aliqua ſeruilia grauamina à ſubditis, præſumitur potius quod ſubditi præſtiterunt ex timore,quàm ex debito,vide infrà metum iuſtum inducit in vna reuerentia, quam habet vxor, &c.

Metu factum non cenſetur, quod fit ab illo,qui iuſtè captus & detentus,tunc ad commodum tantùm valet quod agit, quia illo reſpectu non eſt metus, ad commodum detinentis non valet, niſi finis dictæ cauſæ detentionis non concurrit cum fine actus, vt ſi detentus eſt ad finem extorquendi pecuniam, & contrahit matrimonium, tunc matrimonium valet, quia in illo concurrit metus & finis detentionis, & actus non concurrunt. idem not. Anton. de ſpon. cùm locum. & Barto. ff. de teſta. leg. qui à latronibus. & ff. de ver. ſig. leg. qui neq;. & quod me. cau. leg. qui in carcerem. Quomodo autem Iudex eccleſiaſticus poſsit Clericum iuſtè carcerare, vide text. de offici. dicitur cùm epiſcopus.lib.6.& de ſenten.excommunica.ſi Clericos.eod.li. & c.vt famæ.eo.tit. & quod no. Ioan. in d. c. ſi Clericos. eod.lib.in nouella.& in d. c. vt famæ. ſuper ver. & quorum, &c.

Metus ſi allegatur illatus in loco, vbi iuſtitia redditur,præſumptio eſt contra allegantē,ideò grauatur clariori ꝓbatione,nec tunc ſufficit ꝓbare metum per coniecturas: ſed oportet luce clarius probari, ſicut in cauſa criminali,quia contra allegantem eſt præſumptio ra-

tione loci.no.Bar.in l.fi.in prin.ff. quod me. cau. eadem ratione videtur idem dicendũ, quando eſt præſumptio contra allegantem ratione perſonæ, quæ dicitur metũ intuliſſe, vt in iudice: qui licet aliquid detinuerit, non præſumitur ei metum inferre. no. Bald. C. de epiſc. & cle.l.ſi quis in hoc. Idem in iudice cum alio contrahente: vt no. per Cy. & Bar. in l. ad inuidiam. C. quod me. cau.& licet poſsit Iudex iniuriari, hoc non præſumitur, nec quod metũ inferat. no. Archi. 15. q. 6. ſi Sacerdotibus. Idem voluit Io. An. ſecundũ Hoſt. & Inn. de renunc. ſuper hoc. ſuper tex. in ver. iuramentum. & in 1. glo. propterea diximus, quòd decretum iudicis excuſat à metu: vt no. gl. & Bar. in l. 1. C. de prædi. curi. li. 10. & idem vult Ioan. An. in d.c. ſuper hoc. in ver. iuramentum. ideò volens probare, quòd Iudex aliquem indebitè carcerauit, vel ei metum intulit, debet probare ꝙ Iudex talia conſueuit indebitè facere. not. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de no. ope. nun. & l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non da. & idem ſentit Io. An. qui cle. vel mo. c. ſi. in fine.

Metus minor facilius excuſat mulierem, quàm virum, quia leuior metus afficit cõſtantem animum mulieris, quã viri. not. Ant. de ſpon. cùm locũ. & ibi eſt tex.

Metus qualiter probetur, & qualis metus ſufficit ad reſtituendum actum, vide in c. cùm dilectus. quod me. cau. in glo. & Bart. & Bald. C. de tranſa. interpoſitas. Vnum tamen ſcias, quod vbi eſt decretum iudicis, excuſat à metu. no. per glo. & Bal. C. de præd. curi. l. 1. lib. 10.

Metus bonorũ dicitur iuſtus metus. no. gl. in c. cũ dilectus. ꝙ me. cau. & no. gl. per Bar. & Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſact. facit ꝙ voluit Cy. in l. 1. ver. iuxta hęc quæro. C. vnde vi. vbi dicit, quòd licet inſultatus poſsit euadere fugiendo: ſi tamen talis eſt, ꝙ ei aufugere verecundia eſſet, poſſet reſiſtere, & inſultantem percutere ſine pœna, quia dicitur ad defenſionem honoris ſui facere, & pro hoc facit, quia timor perdendarum rerũ dicitur iuſtus metus: vt l. ab hac. C. ꝙ met. cau. ergo multo magis timor perdendi honorem, quia honor cæteris rebus præferendus eſt. ff. ſi quis omiſ. cau. l. Iulianus. vide in §. iuſtum metum inducit timor verecundiæ.

Metus illatus in promittendo præſumitur perſeuerare

rare in ſolutione, ſi ſolutio fiat incontinenti poſt promiſsionem, idem ſi fiat ex interuallo in loco vbi erat qui metum intulit, & eius potẽtiam continuauit. Item ſi tyrannus metum intulit, & eius potentiam continuauit, ſi tyrannus qui metum intulit in promittendo, toto tempore vitæ ſuæ tyrannire inſtat, in loco in quo tyrannidem ſuam exercet, ſecus ſi in alio loco ſolutio fieret, vel tempore quo tyrannus eſſe ceſſaret. not. Bart. & Bald. in l. 2. C. quòd metus cauſa.

Metum iuſtum inducit timor perdendi bona, vel maiorem partem eorum, vel timor grauis damni, vel iacturæ: vt not. gloſſ. Gof. & Io. And. in c. Abbas. quòd me. cauſ. idẽ no. Cy. & Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſact.

Metum iuſtum inducit nimia reuerentia, quam habent filius & vxor ad patrem. no. Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſact. quod dicit Bart. verum præcedentibus minis per patrem factis: vt ipſe not. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non da.

Metum iuſtum inducit nimis reuerentia, quam habet vxor ad virum, & clericus ad epiſcopum, & libertus ad patronum, ſecundum Bar. & Bald. qui dicunt: vt no. gloſſ. ſuper. §. proxim. & vide ſuprà, metũ iuſtum inducit imperium.

* ADDITIO.

Poſt metum illatum ex aliquo actu ſequenti, etiam ex interuallo, nunquam metus purgatur eadem cauſa metus durante, & ſubſiſtente, vt concludit Bald. in l. 2. C. quòd me. cau. & refert & ſequitur Alex. in conſil. 98. incip. quoniam per excellentiſsimum, in col. fin. ver. & corroboratur. in 3. vol. & quando dicatur iuſtus metus, vide per Phi. Decium, in conſil. 219. in 2. volu. H. F.

Metum iuſtum inducit timor verecundiæ, & timor futuri euentus à natura, puta ſi medicus infirmitatem paruam facit magnam, & eadem de cauſa ab infirmo extorquet promiſsionibus illicitis: vt not. Bar. & Bald. in l. interpoſitas, C. de tranſact. & vide ſuprà, metus bonorum, &c.

Metum iuſtum inducunt minæ factæ ab illo, qui conſueuit minas deducere ad effectum, aliàs ſecus ſi con-

ſueuit multa minari,& pauca facere:vt not. Bar.& Bal. in l.metum.C. quòd met. cauſa.

Metus quotuplex ſit,vide in c.mulier.in glo.de ſpon. & per Bald.in tit. de pa. iuramen. firman.§. item ſacramentum,in princ.in vſi.feudo.

ADDITIO.

Metus iuſtus an dicatur,quando quis cogitur eligere incertum de incertis,vide per do.Fel.in c.in præſentia. poſt me.18.col.verſi.2.declara.de probat.

Metus, vide ſub verbo,dominus, &c.

Miles acquirit dominium rei emptæ de pecunia ſua, ſiue alius ſit ſoluẽdo,ſiue non.C.de rei vend.l.ſi vt proponis, & idem not. Bart.idem not. glo.11. q.2.apoſtolicos.de pecu.cle.c.inquirendam. & vide ſub verbo, clericus.§.clericus eo ipſo.

10 † Minor 25. annis ſi agit ſuper beneficio, debet iudex eccleſiaſticus dare curatorem ad litem. not. Rom. conſil.178. & vide ſub verbo,

Exceptio §.
Vniuerſitas §.
Procurator §.
Reſtitutio §.

Minor 25.annis maior 14.etiam laicus poteſt procuratorem conſtituere,etiam ſi non cum conſenſu patris ad cauſas eccleſiaſticas,etiam ſpirituales,& dependentes ab eis,puta ad decimas,& earum fructus, & ad cauſam matrimonij,& dotis.not.Rom. conſil.45.& de cauſa matrimonij eſt tex. in c. ex parte.de reſt.ſpol.

Minor ſi ante ſententiam appellationis renunciat ſtatim eo ipſo quod dicitur læſus, quia poteſt ſequi ſententia iniuſta, ideò poteſt petere ſe reſtitui: ſed ſi poſt ſententiam intra dictum tempus non appellat eo ipſo non conſtat ipſum læſum,niſi doceat ſe habere cauſam bonam.not.Bart.ff.de iureiur.l. nam poſteaquam.§. ſi minor. Sed alibi dicit Bart. quòd in dubio præſumitur læſus,ideò reſtituitur ad appellandum:vt no.per eum. in l. fin. C. in quib. cauſ. in integrum reſtitut. non eſt neceſ.

Minor non dicitur læſus eo ipſo,quòd lapſus eſt terminus, in quo nõ probauit, vel nõ allegauit, vel ſaltẽ ſum-

ſummariè docuit ſe habere illam probationem vel allegationem.not.Bart.in l.nam poſteaquam.§.ſi minor.ff.de iureiuran.

Minor 14. annis,maior tamen infante,poteſt beneficium acceptare ſine curatore:ſed infans non. & ſicut minor poteſt beneficium ſine curatore acceptare,ita & illi renunciare,ſi renunciatio fiat in manibus ſuperioris,& cum cauſę cognitione,aliàs ſecus.no.Pe.de More.de iud. ſi annum.lib.6.

Minor 14. annis poteſt eſſe canonicus etiam in eccleſia cathedrali, licet non habeat vocem in capitulo: vt de elect.cùm ex eo.lib.6.& glo.& text.ſuper ver. tua eccleſia, & de reſcrip. eo. tempore. lib.6. in glo. penult.&. ſuper eo in nouella. & hoc tenet Cal. & Pau. de elect.& Io. de Lig. licet contrarium tenent Hoſtien. & Guil. vt recitat do.de ſanct.Gemi.in d.c.ſi eo tempore. & ibi vide per eundem, quæ ætas requiritur in quolibet beneficio vel dignitate, & contracludunt Doct. communiter quòd maior 7.annorum poteſt in clericum ordinari, & etiam beneficium acceptare. & vide cap. 1. de regul. & tranſe. ad religio. in text. & gloſſ. & c. ſuper inordinata. de præbend.in tex. & gloſſ.& idem Abb.moder. & Io. And. not. in d. c. ſi eo tempore.de reſcript.in glo.ſuper ver.ætate.& Arch.in d.c. ſi eo tempore, ſuper eadem glo.& omninò vide Ro.conſil.324.quæ ſuprà dicta omnia videtur limitare.

Minori non currunt ipſo iure temporales præſcriptiones, niſi illa quibus iudicia finiuntur, & tunc minor reſtituitur. not.glo.in l.fin. C. qui.cau.in integ.reſtitu.non eſt neceſſa.

Minor an reſtituatur in beneficialibus & matrimonialibus, & alijs ſpiritualibus cauſis, ſicut in prophanis,vide plenè per Ant.de reſtit.ſpol.ex parte, &c.

ADDITIO.

Minor non reſtituitur ad opponendam exceptionem declinatoriam,maximè odioſam.not. Innoc.in c. coram felicis,extra de in integ.reſtitu.

Minor ſi in contractu eſt circũuentus & læſus,poteſt contra eũ agi, vt approbet vel reprobet contractũ,& ſi approbet,non poteſt poſtea petere ſe reſtitui. Bar.ff.de act. empt. & vend. l. Iulianus. §. ſi quis colludente. & idem

idem videtur, ſi contractus ſit nullus, quia ſi minor con uentus approbet, non poteſt poſtea nullum dicere. ar. eius quod not. Barto. in d. §. ſi quis. & Inno. in c. 1. de his quæ fiunt à prælatis. Sed prædicta intellige, ſi iudex con firmauit: vt not. Bart. in l. ſi quis. C. de decurio. lib. 10. aliàs ſecus, quia ſicut contrahendo minor ſibi non præiudicat, ita nec approbando. Lex enim ideò reſiſtit con tractui minorum, quia non habent firmum conſilium: vt dicit text. in l. ſi minor. ff. de ſer. expor. Quæ ratio ita habet locum in minore approbante, ſicut in contrahen te, ad hoc l. doli. §. diuerſum. ff. de dona. per hoc etiam fa cit Rub. C. ſi ma. fac. decre. iud. ali. ra. ha. per quas Rubri cas apparet à contrario ſenſu, quòd ſi minor exiſtens ra tum habeat, ſibi non præiudicat. & idem in prælato eccleſiæ contrahente, quòd eius ratihabitio non excludit eccleſiam à facultate dicēdi contractum nullum, ſi fuit factus ſine auctoritate ſuperioris, vel petendi reſtitutionem, ſi fuit ſeruata ſolennitas, ſed etiam fuit enormi ter læſa, nec ob. quod not. Innoc. in d. c. de his quæ fi. à præla. quia ipſe loquitur quando contractus erat nullus ex defectu ſolius conſenſus capituli, quod non interfuerat in contractu, nec ex defectu auctoritatis ſupe rioris: ideo conſilium ſuum eſt ratihabitio illius, cuius deficiens conſenſus in contractu irritabit contractum, firmat ipſum contractum, & hoc de plano conceditur.

Minor 25. annis licet careat curatore, ſi alienat rem immobilē ſine iudicis decreto, alienatio eſt nulla, quia tali contractui alienationis lex reſiſtit propter conſilium minorum parum firmum: vt no. tex. de ſer. expor. l. ſi minor. & idem probatur C. de præd. mi. l. nō ſolùm. & l. ſed aliàs ſi prædium. & C. quando decr. opus non eſt quæ iura nōdiſtinguunt, an habeat minor curatorem, vel non, & exigitur iudicis decretum: imò fortiùs dicit Bald. quòd etiam decretum iudicis non ſufficit, licet mi nor tutore vel curatore careat, ſed debet & tutor vel cu rator dari, & cum eius auctoritate & iudicis alienatio fieri: vt not. per eum in l. ſi curatorem. C. de in integ. reſtit. ſed huic d. Bald. contradicit. d. l. ſi curatorem, in fin. vbi patet, quòd alienatio facta per minorem tutore carentem, valet: licet ſi lædatur, detur reſtitutio: quod intel-

intellige, ſi interuenit iudicis decretum, aliàs alienatio foret ipſo iure nulla: & ſic nõ eſſet neceſſaria reſtitutio, per iura primò allegata. ff de reb. eor. qui ſub tu. vel curat. intelligitur de his quæ ſunt ſub tutela, vel actu vel habitu, & hoc probatur per Rubricam C. de præd. mi. ſine decre. non alie. per quàm Rubricam patet, quòd decretum iudicis eſt de ſubſtantia alienationis. Et prædicta probantur per rationem inconuincibilem, ſi minor habens curatorem ſine tutore, cum decreto iudicis, vt patet in toto titul. de reb. eor. qui ſub tu. multo minus poterit alienare ſine decreto ipſe minor ſolus qui curatore caret. Non releuat ſi dicatur, quòd quando curatore caret, videtur ſoli ipſi commiſſa adminiſtratio, quod concedo, non tamen alienatio ſine iudicis decreto: nam & quandò habet curatorem ipſe minor, curatori eſt commiſſa adminiſtratio, non tamen alienatio ſine iudicis decreto: ideò gloſſ. in dicta l. ſi curatorem dicit, quòd quandò minor caret curatore, tunc quaſi paterfamiliàs videtur, & illa dictio Quaſi, ſignificat diminutionem, volẽs dicere, quòd nõ eſt perfectè paterfamiliàs maior reputandus, quia ſi eſſet, alienare poſſet etiam ſine decreto iudicis, nec daretur reſtitutiò.

Minor licet non poſſet rem propriam ſine decreto iudicis alienare, tamen rem ſibi obligatam poteſt ſine decreto alienare. l. 1. C. de præd. mi. & l. magis puto. §. 1. ff. de re. eo. qui ſub tu. vel cura.

ADDITIO.

Minor petens rem alienatam per reſtitutionem in integ. debet precium reſtituere, quatenus factus eſt locupletior, vt l. prædiorum. & l. veteri. C. de prædi. minorum. & ibi per Bar. & doct.

Minori acquiritur dominium rei per alium empt[illegible] de pecunia ipſius minoris. not. glo. 12. q. 2. apoſtolico[illegible] & de pecu. cler. c. inquirendum. & ſimiliter acquiritur actio perſonalis ex contractu per alium, ſuper re minoris celebrato, quod eſt verum, quando emptio vel alius contractus celebratur per tutorem vel curatorem mi-

noris.

noris: ſecus ſi fiat per alium, quia tunc non acquiritur, niſi in ſubſidium illo non exiſtente ſoluendo: vt not. Bart. in l. ſi vt proponis. C. de rei vend. & ff. de ſolu. l. filiæ. ſi tamen debitor ex contractu de re vel ſuper re minorum ſoluit contrahenti, ignorans rem fuiſſe minoris, liberatur, licet ipſe contrahens non ſit ſoluendo, vt eſt caſus in dict. l. filiæ.

Minor ætate promotus ad ordines ſacros, an ſit ipſo iure ſuſpenſus, vel ab homine ſuſpendendus, vide ſub verbo, ſuſpenſus. §. ſuſpenſus.

Minor ætate promotus ad ſubdiaconatum intra pubertatem habet characterem ordinis impreſſum, ſed non ipſius ordinis executionem. An autem teneatur continere, vide Io. An. in c. vnico. de cle. per ſal. permo. & cle. ſi. de tempo. ord. in glo. 2. in fin.

Minor, pupillus, & vidua, & aliæ miſerabiles perſonæ, non poſſunt etiam per reſcriptum principis trahi ad iudicium, extra domicilium ſuum, niſi in reſcripto fiat mentio expreſſa de qualitate perſonæ: licet in reſcripto poneretur clauſula non obſtante aliqua lege: vt not. Bald. C. quando impe. inter. pup. & vid. l. vna.

11 † Myſterium differt à miniſterio, quia myſterium ſcribitur per y græcum, & myſterium græcè, latinè miniſterium dicitur, quodlibet officium dignitatis aut perſonatus, aut aliud beneficium: vt not. Ant. de coha. cler. & mulierum. c. veſtra. 1. colum. in fin.

12 † Miſſa celebrari non poteſt in domo priuata: ſed in eccleſia tantùm celebrari debet, niſi ſumma neceſsitas vrgeat, & ad hoc debet licentia dari ab epiſcopo, & requiritur Capella conſecrata: aliàs nullatenus celebrari licet in domo priuata, vt patet de conſecra. d. 1. c. vnicuiq; in text. & gloſſ. in c. ſicut. & ibi not. Archiepiſcopi autem habent priuilegium celebrandi, & celebrari faciendi vbiq; in altari portatili: vt in c. ſi. de priuileg. lib 6. & poſſunt epiſcopi hoc priuilegium alijs concedere habendi altare portatile: vt not. Ioan. Andr. in c. quòd nonnulli. de priuile.

ADDITIO.

Miſſam celebrare an poſsit, qui totam noctem duxit inſom-

inſomnem, vide in c. ſi conſtiterit. de accu. vbi habetur quòd non.

13 † Modus licet non ſeruetur, tamen ordinario iure non reſoluitur, ſed poteſt agi cõdictione ob cauſam ad eius ſolutionem, & retraditionem rei datæ. not. Rom. conſil. 232.

Modum non curamus, dum tamen habemus effectum. C. de inſtit. & ſubſtit. l. ſi iur. & de noui ope. nun. l. inde quæritur.

Modus an poſsit impleri per hęredem eius, cui ſit iniunctus: & econtrà, an poſsit impleri in perſona hæredis illius cui implendus erat, vide ſub verbo, conditio vel modus.

14 † Monachus poteſt etiam ſine mandato pro religione ſua conſeruandà, & pro ſuo Abbate carcerato vel priuato relaxando vel reſtituẽdo, vel pro qualibet alia cauſa concernente vtilitatem eccleſiæ agere. not. Rom. conſil. 334. & vide ſub verbo, arbitrator, & ſub verbo, religioſus. §. religioſus, per totum.

Monachus an poſsit eſſe in iudicio agendo vel defendendo, vide Anto. de iud. intelleximus, in fin. & vide Rom. conſil. 206. & ſub verbo, monachus. §. monachus ſi eſt.

Monachus poteſt eſſe procurator, & aduocatus pro monaſterio ſuo, non pro aliis. not. Ant. de iureiurand. quintauallis. ver. nota differentiam.

Monachus quando agit pro vtilitate monaſterij, debentur ei alimenta & expenſæ litis, quæ debent taxari cum ſummaria cauſæ cognitione. not. Rom. conſil. 335.

Monachi quandoq; appellantur fratres, ſed non in vulgari, imò fratres appellamus mendicantes, non habentes bona in communi. not. Ant. de iud. cauſam.

Monachus ſi eſt in ſtudio vel aliter abſens ab Abbate an poſsit agere pro mutuo vel depoſito per eum facto, vel ſi aliter damnum vel iniuriam patitur. vide ff. de iudicijs. l. ſi longius, in glo. fi. in fi. & vide ſuprà §. monachus an poſsit.

Monacho habenti prioratum perpetuum competit interdictum etiam decretum contra ſuum prælatum, ſecus in manuali ſeu clauſtrali. not. Rom. conſil. 80.

Monachus an poſsit eſſe officialis epiſcopi, vide Io.
And.

And. in c. fin. de cler. & Pau. in Cle. & profeſſorem de regula. not. glo. in cle. & ſi principalis, de reſcript. ſuper ver. electis.

Monachus non poteſt ſine auctoritate acceptare beneficia alterius monaſterij, non dependentis à monaſterio ſuo, aliàs efficitur ineligibilis ad omnia beneficia. de præb. cum ſing. lib. 6. niſi fortè in illo monaſterio non eſſet aliquis idoneus: vt ibi not. glo. Non poteſt etiam monachus plures adminiſtrationes, vel officia habere, ex quibus cura immineat animarum, etiam ſi per alios dicta cura habeat exerceri: vt in d. c. cum ſingula, &c.

Monachus poteſt hodie ſine diſpenſatione de conſenſu Abbatis preeſſe per epiſcopum eccleſię parochiali etiam ſeculari, licet quidam contra, & idem in canonico regulari. not. Rom. conſil. 272.

Monachum non facit habitus, ſed profeſsio, vt de regula. c. porrecta, quod intellige, limita, & declara: vt no. per Ant. in c. ex parte. & in c. ſtatuimus. eo. tit. & c. minores, de æta. & qualita. vide tex. qui hodie declaratur in c. 1. & c. conſtitutus. eo. tit. lib. 6.

Monachus habitum deponens, vel ſine licentia ſuperioris ſcholas intrans audire phyſicam, ipſo facto eſt excommunicatus: ſic etiam magiſter eum docens: vt c. 2. ne cler. vel mo. lib. 6.

Monachus deferens habitum abſconſum ſub veſte ſeculari coopertum, apoſtata eſt: vt not. Io. And. in Cle. 2. de vi. & ho. cle. in glo. ſuper verbo, extrinſec. & tenet idem Zaba. in 3. q. & no. dec. in c. Deus qui. de vita & ho. cle. an ſi ex cauſa rationabili faceret, quia tunc ſine pœna cooperire poſsit: vt ibidem not.

Monachus ſiue religioſus profeſſus non poteſt per patronum præſentari ad eccleſiam parochialem curatam, & ſi præſentatur, præſentatio eſt nulla, licet quidam contradicunt, ſed dici poteſt, quòd eſt nulla, quò ad præſentatum, ſed non quò ad præſentantem, vt poſſit de culpa ſiue negligentia redargui, ſi laicus eſt. not. Rom conſil. 262.

Monachi an poſsint obtinere beneficia ſolita concedi clericis ſecularibus, vide ſub verbo, beneficium conſuetum dari.

Mona-

Monachus & quilibet regularis poteſt eſſe teſtis. no. glo. in aut. §. cogitandum, de monach col. 1. & C de teſt. l. an ſi dicatur quam gloſſ. tenet Bart. & idem Specu. in tit. de teſti. §. 1. verſic. item excipere poteſt, quòd eſt monachus, & clarius in ver. quid de monacho. hoc intellige quando teſtificatur coram prælato ſuo, & cauſa coram eo vertitur, & tunc dicitur eius ſuperior, & eius auctoritate iurat teſtis, ſi coram iudice laico non poſsit aliquis clericus teſtificari ſine licentia ſui prælati ſiue ſuperioris: vt not. Inno. Io. And. in c. 1. de iura. calum. vide omninò ſuper verbo, clericus. §. clericus non poteſt aliquid.

Monachorum correctio primo loco ſpectat ad Abbatem in c. reprehenſibilis. de appell. in 14. q. 3. corripiāt hoc verum in correctione clauſtrali ſiue regulari: ſecus in aliȷs, quia tunc ſpectat ad epiſcopum loci, niſi eſſet exemptus. vide c quanto de offic. ord. in glo. ſuper ver. ſi prælat. & ibi doct. & vide de hac materia, in c. cùm contingat. de for. comp. per d. Abbatem moder.

Monachi vagantes in ſeculo, bona monaſteriorum petere non poſſunt, ſi eum ſalua regula ſui ordinis volentem redire non recipit. not. penult. glo. notabilē. c. 1. de infan. & lang. expo. &c.

ADDITIO.

Monachus ſuccedit vt agnatus. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Bal. in l. 3. C. de hæred. inſtit.

Monialis, vide ſuper verbo, procurator.

Monitorium, vide ſub ver. præceptum per totum.

15 †Mors naturalis, & renunciatio Papæ æquiparantur. not. glo. de præben. ſi is cui. lib. 6. & vide ſub verbo, procurator §. procurator conſtitutus & prælato, &c.

Mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus expreſsis in iure: vel niſi ſit eadem ratio. not. Ro. conſi. 376. & vide gl. penul. in c. ſuſpectum. de reſcri. & 15. q. 1. placuit in glo. 2.

Mors probatur per famam, ſed dies mortis non: vt no. Bart. in tract. permut. de teſt. §. mortuū, & qualiter mors probetur in omnibus caſib. vide ibi per eundem, in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodū teſta. ape. & ff. de his qui not. infa. l. genero, & l. fin. C. ſo. ma. l. ſi quidem.

vide Cy. in d. l. ſi quidem. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de noto. cri. §. fama. ver. quid ſi ageretur.

Mortuus pro republica habetur pro viuo quò ad omnes effectus coniunctis ſuis vtiles, quod eſt valde notandum, vt probat text. Inſtit. de execu. tu. §. filij autem in ratione ſui, & ſic reputatur viuus ad vtilitatem patris: & multo fortiùs reputabitur viuus ad vtilitatem filij, quia virtus & amor naturalis magis deſcendit ad patrē in filium, quàm econuersò: & eſt ratio, quia pars patris generantis filium, remanet in filio, ſed pars aliqua filij, non eſt in perſona patris: vt not. Io. And. in addit. Spec. in tit. ſuper Rubrica de feudis. & ſi talis caſus mortis pro republica cōtingeret in filio primogenito viuo patre, deſcendente relicto ex eo filio, talis filius primogeniti excluderet patruum in iure primogenituræ, & poſtea decedente, quia primogenitus ſic defunctus cenſetur viuus ad vtilitatē filij ſui repræſentantis perſonam ſuam, quod tamen præfixum tene menti.

Mortuus ſi reſuſcitaretur an recuperaret vxorem, filios vel bona, vide per do. Abbatem moder. in c. fraternitatis, de frig. & malefi. &c.

16 † Motus proprius cum generali clauſula operatur, quòd illa generalis clauſula habet vim ſpecialis clauſulæ derogatorię. not. Lap. Abb. de reſcrip. quamuis. & in c. ſi eo tempore. & in c. ſi propter, de elect. & c. cùm ex eo de præben. lib. 6. & de ſimo. c. Iacobus. q. 5. licet contrarium tenet Io. de Lig. & Io. de Fan. vt refert do. in d. c. quamuis. & c. ſi eo tempore. propter eam rationē, quia licet motus proprius ſurreptionem tollat, tamen gratiam non ampliat, maximè ad pręiudicium iuris tertio quæſiti: vt not. in cle. ſi Romanus, de præben. ſed Ioan. de Imo. tenet opinio. Lap. quando clauſula dicit, non obſtantibus aliquib. per quæ gratia poſſet impediri vel differri, vt de primo caſu clauſula aliquid operetur, & non ſit fruſtrà, vt recitat do. in d. c. quamuis. & c. ſi propter, quæ diſtinctio non procederet in expectatiuis, vel alijs ſuper incerto beneficio impetratis: ſecus ſi ſuper certo beneficio concedantur, alibi dicit Ioan. de Imo. quòd motus proprius cum clauſula generali non obſtante ſtatuto, & ſic tollit omnia impedimenta & obſtacula ſtatutis eccleſiæ inducta, & hoc caſu ſoluit opin. Lap.

Lap. ſed non tollit impedimenta iuris communis, vt recitat do. in d. c. 1. de fi. presbyt. lib. 6.

Motus proprius cum clauſula generali non obſtante, iuſtificat formam literarum & perſonarum etiam impetrantem. not. Lap. in c. 1. de fi. presbyt. lib. 6.

Motus proprius minus operatur quàm certa ſcientia: vt not. ſub ver. gratia. §. gratia. ſi eſt impetrata lite pend.

ADDITIO.

Motus proprius quando præſumatur, vide per Alex. in l. 3. in princ. ff. quod quiſq; iur. vbi ponit regulam, & tres limitationes. Et ibi etiam in 2. col. poſt princ. ver. Et tangit hic Ang. an clauſula non proprio, poſsit probari per teſtes, ſi non ſit expreſſa in literis.

Mulier etiam in dignitate conſtituta, an poſsit habere poteſtatem excommunicandi & abſoluendi ab excommunicatione, vide Anto. de iud. decernimus. ver. concludendo, & an poſsit ei dari officium prædicandi, vide Anto. eo. c. circa finem. & vide ſub verbo, ignorantia. §. ignorantia iuris.

* ADDITIO.

Mulier quando poſsit arbitrari, vide quæ poſui ſuprà in ver. arbiter. H. F.

Mulier eſt capax iuriſpatronatus etiam quò ad actū præſentandi. not. Ant de cenſi. peruenit. in l. no.

Mulieres à publicis & virilibus officijs exercendis ſunt prohibitæ, vt eſt text. in d. c. dilecti. de arbit. & ibi not. & vide ſub ver. arbitrator poteſt eſſe.

Mulier per virum ſuum, quamuis ſit ipſa plebeia, nobilitatur, ſi vir ipſe nobilis eſt. not. in l. fin. C. de incol. lib. 10. & vide per Abba. in c. 2. de foro compet.

Mulier an poſsit renunciare Velleiano, vide per do. Abba. moder. in c. ſi diligenti. de for. comp.

Mutatio, vide ſub verſic. diſpenſatio. & ſub verſic. præſumptio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Neceſsitas an ſemper excuſet.*

2 *Negatiua quando dicatur probabilis, vel de iure probanda.*

3 *Nepotis appellatione quis contineatur.*
4 *Dictio, niſi quid, in ultimis voluntatibus expreſſa, quid operetur.*
5 *Nominatio quando ius tribuat.*
6 *Notarius à quibus creari poſſit: & cuius ſit auctoritatis: & qualiter ſe debeat in ſuo officio & ſuis ſcripturis habere: & offendens, aut in ſuo officio deficiens qualiter & à quibus punietur.*
7 *Notorium quando quid dicatur, & in quo differat à fama, & probatione, & quòd multipliciter & diuerſimodè ſit conſiderandum.*
8 *Nouatio quando fieri dicatur.*
9 *Noxa diuerſis modis capitur.*
10 *Nuncio quando ſit credendum.*

DE LITERA N.

NECESSITAS non habet legem. de conſue. c. quantò. & ff. de offic. præſi. l. illicitas. §. fina.

Neceſsitas ſi excuſat à lege diuina, vide in c. ſi quis de furtis, & ibi per Doctores.

ADDITIO.

In neceſsitate nemo liberalis habetur. l. rem legatam. ff. de adimen. lega.

2 † Negatiua poteſt probari per confeſsioné, & etiam per iuramentum. not. Anto. de cohab. cle. veſtra. 34. colum. ver. venio ad tertium, &c.

Negatiua ſolutionis non factæ probãda eſt per eum qui eam producit ad probandũ excommunicationem factam ſub conditione, ſi non ſoluerit. not. Roma. conſil. 425. ad fin.

Negatiuam an & quando & qualiter teneatur quis probare, vide Io. And. de elect. bonæ. in princ. & in regula, infamibus. & regula, ſine poſſeſsione. lib. 6. in nouel. conclude tamen, quòd negatiua improbabilis ſemper eſt probanda per negantem, quando fundat intentionem ipſius negantis, ſiue agat ſiue excipiat, ſiue replicet. Vbi negatiua aliqua præſumptionis inuenit ad q̃d declarandum, quando, & an præſumptio ſi inuenit, vel quando fundat intentum alicuius: dic, quòd quædam eſt negatiua qualitatis perſonæ, & quædam negatiua alterius

terius accidentis & extrinſeci. Prima eſt negatiua ſolen nitatis actus, & probari debet per negantem, quia ſolen nitas præſumitur, fallit in certis caſibus. Secunda eſt multiplex: quædam eſt negatiua qualitatis à natura: vt quòd quis non habeat rationem naturalem, vel quòd non ſit diſcretus: vel quòd non ſit diligés, vel quòd non ſit bonus, & hoc ſimiliter debet probari per negantem, quia talis præſumitur à natura ineſſe, niſi ſemel poneretur, quia tunc in eadem ſpecie mali ſemper præſumi tur malus; Quædam eſt negatiua qualitatis naturæ corporalis, vt quòd quis non ſit legitimus, vel quòd non ſit ſanus, & hoc ſimiliter probatur per negantem, quia omnis qualitas quæ poteſt naturaliter corpori ineſſe: ſi tamé apparet quòd quis ſemel infirmus, dubium eſt. Quædam eſt negatiua qualitatis naturæ, ergo corpus tempore variabiles naturæ ætatis, & in hoc idem quòd ſtatim dicam in ſequenti: Quædam eſt negatiua qualitatis ad corpus, vt quòd quis ſit in aliqua ſcientia poſitus ſufficienter, quòd non ſit ordinatus, quòd non cantat, & ſimilia, tunc autem ſuper hac qualitate eſt contentio cum parte, à qua nihil petitur, hanc ſimiliter negans habet probare, & hoc fortiùs procedit, quando affirmans eſt quaſi in poſſeſsione illius qualitatis, vel ſaltem habet famam probare, prout autem eſt contentio cum iudice à quo aliquid petitur, & tunc affirmans tenetur probare ſe habere qualitatem negatiuam, & vbi dictum eſt neganti incumbere onus probandi, intellige vbi ſit quaſi in poſſeſsione qualitatis contrariæ, vel niſi contra ipſam qualitátem negatam habeat famam. Tertia eſt negatiua qualitatis accidentis extrinſecæ, vt quòd quis non ſit ſoluendo, non eſt probanda ſcilicet per negantem, ſed qui ſoluendo ſe indiſtinctè aſſerit, talem probare debet, niſi appareat eum aliquãdo fuiſſe ſoluendo, quia tunc in futurum præſumitur, hoc not. Ant. de elect. c. bonæ.

ADDITIO.

Vbi vide bonam glo. ſuper verbo, natura, an negatiua probetur. 16. colu. ver. nemo ad tertium. vide quòd idem do. Ant. circa legitimatum, in c. lator. qui fil. ſint legi. vlt. col ſed Ioan. And. in c. 1. de elect. lib. 6. in nouel.

circa qualitatem legitimitatis & ætatis dicit de beneficialibus diſtinguendũ eſſe, quia aut impetrans expreſſit ſe legitimum,& maiorem dixit, & tunc ſibi incumbit onus probandi, aut contra eum opponitur, quia tacuit ſe illegitimum etiam minorem, & tunc opponẽti incumbit onus probandi. Item Io. And. in regula infamibus, lib. 6. circa qualitatem legitimitatis in beneficialibus, in electo confirmationem petente, concludit ꝙ ſi talem qualitatem negans nõ probat negatiuam, perdit inſtantiam, nec caſſatur electio, & repellitur opponens, tamen aſſumens non conſequitur confirmationem electionis, niſi qualitatem prædictam probet, & neutro probãte ſaltẽ quò ad poſſeſsionem, opinionem & famam, iudex ex officio ſtatuet terminũ parti agenti, confirmandi & probandi qualitatem prædictam, & ſi in probatione defecerit, electio caſſabitur, ne diu maneat eccleſia impedita. Sed quæro, quid erit ſi quis non petit electionis confirmationẽ ſeu beneficij ad iudicationem, in quo prætendit per collationem ius perfectè quæſitum, & petit ſe in poſſeſsionem induci, & aduerſarium à poſſeſsione moueri, Aduerſarius ei obijcit ꝙ non eſt legitim⁹, & neutrũ probet ꝙ ſit legitim⁹ vel illegitimus, qualis ſententia fertur, puto ex præmiſsis reũ & poſſeſſorẽ abſoluendũ, tamen quia affirmans litigat cũ parte, à qua aliquid petit, ſcilicet poſſeſsio, & ideò ſecundum regulam actoris intẽtionis ſuæ reus debet abſolui, ſed non debet actor aliquid conſequi, nec ad iudicationem vel poſſeſsionẽ, niſi probet qualitatem prædictam, ſecundũ Io. And. ſed licet Io. And. in d. regula infamibus negantem qualitatem prædictam, illud eſt ideò, quia negans non poſsidebat, nec contra eum actũ fuerat, nec ab eo aliquid petitũ erat, nec de ſuo priuato intereſſe tractabatur, & conſequenter abſolutoria cadere non poterat, cuius contrarium eſt in caſu proximè dicto, & vide ſub verbo, præſumptio. § præſumi an debeat quis dignus.

Negatione non fit res dubia, quando id quod eſt notorium extraiudicialiter negatur, ſecus ſi iniudicialiter, quia tunc res dubia fit ad commodũ negantis, niſi negans habet contra ſe præſumptionem iuris. Si autem id quod notorium eſt negatur factũ tantũ, & non qualitas

litas notorij, non ſit res dubia propter veritatem notorij: ſi verò negatur factum, ſed qualitas facti, ſi notoria ſit negatiua, probabilis eſt, & facit rem dubiam, non autem improbabilis nulla, quæ habet contra ſe notoriũ, niſi talis negatiua ſaltẽ ſemiplenè probatur, quod intellige, quando talis ſemiplena probatio non habet contra ſe euidentem cauſam annexam: vt no. Ant. de coha. cle. c. veſtra. 21. colum.

Negatiuè acta non ſunt tantæ potentiæ, quantæ affirmatiuè. not. ple. de conſt. c. cùm acceſsiſſent. & Inno. de fil. presbyt. veniens. Io. And. de cenſi. peruenit. Anto. de cauſ. poſſ. c. fi. 41. col. ver. ex his apparet.

Negatiua conſuetudo qualiter probetur, vide Ioan. And. & Ant. in c. Ioannes. de cler. coniu. & Bald. in l. de quibus. ff. de leg.

Negantes factum per rerum naturam nulla eſt probatio: vt in c. bonæ, de elect. lib. 6. q. 5. acto. c. per tuas, de proba.

3 † Nepotis appellatione non ſolùm continetur filius filij, ſed filius fratris, & ſic non comprehenditur nepos ſolùm deſcendens, ſed etiam tranſuerſalis. not. Ioan. And. de elect. fundamenta. lib. 6. quod eſt not. ſecundũ Io. Mo. in c. tua nos, de conſang. & affi. & ibi. Abb. Mo. & docto.

ADDITIO.

Et quod appellatione nepotis veniat filius fratris, teſtatur etiam Blondus elegans Hiſtoriographus, in ſecunda Decad. lib. 7. ibi. Teſtamento tamen Conradus Conradinum ex fratre Henrico nepotem regnorum inſtituit hæredem.

4 † Niſi, hęc dictio Niſi in vltimis voluntatib. ęquipollet conditionali, ſcilicet, ſi non: ſecus in contractibus. no. Ant. de appel. c. præterea. & in c. requiſiſti. in 10. no. ver. 1. oppo. quòd dictio ſequitur.

5 † Nominatio alternatiua valet. not. Ioan. Andr. de elect. lib. 6. in glo. 1. in nouel. & vide ſub ver. prouiſio.

Nominatio facta an ſcrutiniũ nihil iur. tribuit nominato, ſed facto ſcrutinio ſic; eo publicato. not. glo. in c. quod ſicut, de elect. in text. in c. publicato. eod. tit. vbi patet quòd nominatus in ſcrutinio à maiori parte poteſt petere, ꝙ electores conuocent ad electionẽ de eo fa

ciendam,& conſequēter eſt ius ſibi quęſitū, vt moneat electores eum eligere, prædicta procedunt, quando nominatio fit cū eo caſu intellecta, quia debet ſeruari forma c. quia propter. vbi autem illa forma non requiritur, tantū nominatio facti ius tribuit,& vim electionis habet, de elect. cum in iure. & ibi no. Cal. & Ant. & hoc caſu ſeruari poteſt gl. quæ dicit ex nominatione ius acquiri nominato. 16. q. 5. c. ſanctorū. Iſta etiam fuit mens Inno. in d.c. quod ſicut. & in c. quòd in iure. vbi dicit ſecundum antiqua tempora nullam ſolennitatem in electionibus fuiſſe neceſſariam, & etiam ſecundū moderna tempora: idem debet ſeruari in minoribus dignitatibus,& inferioribus beneficijs, in quibus iura antiqua remanent incorrecta, ſed ſufficiebat qualitercunq; conſtare de ſolis conſenſibus electorum in aliquem directis. Et propriè in iſtis caſibus dixit Ant. quòd non licet in nominationibus variare, quia per nominationem indeliberatam perficitur electio. not. Anto. in d.c. publicato. licet Ioan. And. ibi in q. 19. dubitatiuè loquatur, tamē aliter in hoc ſentire videtur, & malè. Illud autem ſecūdum eum eſt prius, quod nominationem ſuperiorem,& præſentationem variare nō habet: vt not. Inno. & Ioan. And. in c. bonæ. de poſtu. præla.

* SINGVLARE.

Nomen pulchrum & laudabile habere bonum, eſt ſecundum Cyn. in l. cunctos populos. in 2. not. C. de ſum. triu. & fide ca. & ideò reſultat effectus, quòd ſi mortuo patre naſcatur poſthumus, qui vocetur nomine patris: Nam illud nomen probat illum eſſe filiū eius qui mortuus eſt. tex. eſt ſing. in l. vxor. ff. de manu teſt. quē text. dicit ſingularem Bal. in c. tuam, in pe. col. de ord. cogni. Sed Iaſon in Rub. ff. ſolu. matri. in 52. col. ver. in ead. glo. dicit quòd ille tex. nunquam ſibi placuit, quia alia concurrunt vltra nomen proprium: vide tamē Pet. Gerar. de Petra ſanct. ſing. 80. incip. magnū eſt, vbi ponit alios effectus,&c. H. F.

6 †Notarius ſi aliquid narratiuè dicit in inſtrumento, talia verba narratiua nihil probant. not. Rom. conſil. 282. niſi exprimat locum, tempus & teſtes, ſe interfuiſſe & rogatum eſſe etiam de illis narratis, vel niſi illa

nar-

narrata ſint de longinquo. not. Ant.de proba.quoniam contra falſam.penul.& vlti.char. in 1. col. idem no.Bal. C.de teſti. l. de iureiuran. & vide ſub verbo, inſtitu. per totum.Et verb. Clericus.§.ſi Clericus, qui eſt in ſacris.

Notarius creatus à Papa, poteſt etiam in terris imperij conficere inſtru.& econtra creatus ab Imperatore poteſt in terris eccleſiæ inſtrumenta conficere. not. Ro. conſi.291.quid de creato à lege vel vniuerſitate habente poteſtatem. dic vt no. ſub ver. inſtrumentum. §. 1.

ADDITIO.

Imò notarius creatus à Papa vel Imperatore, vel ab eiſdem poteſtatem habentibus, poſſunt vbiq; terrarum conficere inſtrumenta: vt per Spe.in ti.de inſtr.editio.§. reſtat. verſi.Et nota quòd tabellio ab Imperatore.

Notarium creare poteſt Papa,Imperator, & Rex nõ recognoſcens ſuperiorem. Item conſuetudo & ſtatutũ vniuerſitatis non alterius: ad hoc vide Inn. & Ant. de fi. inſtru.cum p.tabellio.

Notarius ſi vnum ſcribit, & nuncius dicit, ſe aliud retuliſſe,quàm ſit ſcriptum, cui potius credi debeat. vide ſub verb. nuncius,in princi.

Notarius ſcribit depoſitionem teſtium vno modo, & teſtis dicat ſe aliter depoſuiſſe, ſtatur ſcripturæ notarij,niſi ageretur contra teſtem ad pœnam falſi. no. Spe. in ti.de teſt.ver.ſed pone.10.col. Prædicta intellige, niſi aliàs notarius eſſet ſuſpectus. iuxta nc. in ver.nuncius. in prin.& hoc tenet Spec.in d. Spec.& Ant. ad audientiam,de reſcrip.dicit autem Spec.in d.ver. ſed pone quod etiam ſi agitur contra teſtem ad pœnam falſi, creditur notario, ſi teſtem ſimul iuſtè examinauit.

Notarius Laicus an poſsit inſtrumenta conficere in cauſa eccleſiaſtica,& ſpirituali.dic vt no.An. de iudic. cap. decernimus. vlti. colum. & capi. ſicut te. ne Cle. vel mo.

Notarius non poteſt ſcribere cõmiſsionem, quam ſibi Iudex de examinando teſtes fecit, nec poteſt ſcribere relationem propriam citationis ſibi commiſſæ, licet Spe.contradixerit in hoc vltimo: vt not. Anto. de proba.quoniam.& Bal. C. de fi. inſtru. l. iudices. & ff. de teſti l.

ſti.l.iureiur. An autem poſsit aliam commiſsionem ſibi ab alio, quàm à iudice factam ſcribere, vide Bal.C.de iure deli.l.ſi.§.fin autem. ver. ne dubius. & per eundem, & Bar.in l.ex ſententia.ff. de teſta.tu.& Bal. in d.l. iudices, in fin.

Notarius publicè excõmunicatus an poſsit inſtrumenta conficere, vide ſub verbo, excõmunicatio publica.& vide Zab. in Cle. 1. de excep. q. 9. & vide aliquid de notario infami.per Bal.in c.2. in fi. de teſta. & in l. Conradi. de vſu. feu.

Notarius ſi contradicit inſtrumento ſuo nomine ſcripto id non ſcripſiſſe, facit illud vacillare. C. de fal. l. ſi quis de primo. in fin. idem videtur ſi dicit ſe falſum ſcripſiſſe: vt ſentit Cyn.C.de inſtrumento. in l. in exercendis.2.colum. ſed Ioan.An.in addi.Spe.in ti.de inſtru. edi.§.inſtrumentum. ver.1. videtur odioſè concludere, quod dictum notarij contra veritatem inſtrumenti operatur, ſed an dictum eius quod ſcripſit, vel non facit inſtrumentũ vacillare, eſt in iudicis arbitrio, ſed Feli.tandem remittit ad id quod Cy. no. in d. l. in exercendis. Bal.in l. generaliter. C. de non. nu. pe. quod non creditur notario dicenti ſe falſum ſcripſiſſe, fateor quod nõ creditur ad plenam probationem, niſi ſecum haberet vnum teſtem concordantem, quod res aliter fuit quàm ſcripta ſit, quo caſu cenſetur error probatus, & poteſt corrigi: vt not.Bar.in l.ſi librarius.ff.de reg. iu. ſed licet ex ſolo dicto notarij non probetur error, neq; falſitas inſtrumenti: videtur tamen ſuſpectum fieri adeò, quod non probet, niſi ſaltem vno teſte iuuetur. per glo. in d.l. ſi. ſi quis de primo, per rationem in d.l. in exercendis.

Notarius ſi ſcripſit falſum inſtrumentum, ſed nulliter, quia nõ facit fidem, an puniatur de falſo, vide Bar. in l.ſi quis legatum.ff.de fal.

Notarius licet ratione certi miniſterij ſit de falſo condemnatus, ratio illud non præiudicat parti volenti illo inſtrumento vti. not.Bar.in l.denunciaſſe.§.fi. ff.de adulte. quod procedit etiam ſi pars ſciuerit cauſam falſi contra notarium agitari. not. Bald. C. de fide inſtru. l. ſi vtens, niſi fuerit citata ad dictam cauſam: vt not. Barto. in d. leg. ff. de priua. vide Antõ.in cap. quamuis. de re iudi.penul. & vlti. colum. licet autem condemnatio

tio notarij non faciat plenum præiudicium parti, quo ad probationem: facit tamen contra eum aliquam præſumptionē, & idē de teſte falſo condemnato: vt no. Bar. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. vbi dicit etiā ſententia lata ſuper falſo inſtrumēto cōtra patrē non præiudicat notario, nec ecōuerſo. vide infr. §. notarius qui de falſo.

Notarius licet ſit condēnatus de falſo ex cauſa quæ infamat: pōt tamen inſtrumentū conficere, ſed non pōt officium tabellionatus exercere, ꝙ habet in ſe dignitatē etiam quando notarius eligitur per principē ad ſcribēdū negocia principis, vel ſi ei officiū ſit in publico iniunctum, vt quod ſit notarius ad Banchum, aliàs ad Banchum. no. Bar. ff. ad l. Iul. rep. l. eadem.

Notarius ſi eſt condemnatus de falſo in officio tabellionatus commiſſo, inſtrumenta poſtea per eū confecta, non valent, infrà de ſuſpec. & dicit l. ſi aliquid. lib. 10. & ita tenet gl. in l. exhortari. §. 1. ff. de eden. Idem tenet Bal. in l. militibus. C. de ſta. mili. itē tenet Io. An. in addi. Spe. in ti. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quod ſi tabellio. pro & contra facit quod no. de hære. fraternitatis. vbi Inn. dicit, quod ſi notarius fecit vnum falſum inſtrumentū, tamen alia inſtrumenta ꝑ eum facta nō refutantur, pōt dici quod per primum. deinde loquitur in notario non cōdemnato & tolerato, ſed in nō tolerato, & ſic pōt dici toleratus ille qui condēnatꝰ eſt, & cuius defectus eſt notorius per ſententiam, iuxta not. per Do. Ant. de dolo & cōtu. c. veritatis. ver. quoniā quæritur. in 3. col. reſpondetur quod primo etiam condemnatus tolerari pōt in officio, licet per executionem ſententiæ venit officio priuandus & deponendus: niſi in ſententia expreſſe ſit depoſitus, vel pro executione ſententiæ ipſo facto ſpecialiter priuetur: vt ſingulariter no. In. & d. An. de accu. qualiter & quādo. in gl. magna. hæc vide infrà §. prox. aduerte tamē, quòd vbi falſarius eſt de falſitate in officio cōmiſſa, directè condemnatus, priuatur officij exercitio ipſo iure: vt d. l. ſi aliquid: vbi autē notarius falſum cōmiſit cōtra officium tabellionatus, tunc valent inſtrumēta poſtea per eum facta. no. Bal. C. de ſum. Tri. l. cunctos populos. & Bal. in d. l. eandem. vbi no.

Notarius de falſo per ſententiā cōdemnatus in vno loco cōficit inſtrumētum in alio loco, in ꝙ dicta ſent. nō

eſt

eſt, non valent inſtrumenta. no. Bal. in d. l. 2. C. de teſt. quod intellige, niſi dicta inſtrumenta producêtur contra inſtrumenta falſa per eum facta.

Notarius qui de falſo in officio tabellionatus commiſſo accuſatur, & pendente iudicio conficiat inſtrumenta, poſtea fertur ſententia, & condemnatur de falſo contra eum inſtrumenta pendente iudicio confecta, licet in totum non annihilentur, tamen eorum fides diminuitur, adeò quòd tanquam ſuſpecta non probant, niſi aliȷs adminiculis adiuuentur. no. Bal. in repe. l. Barbarius, de offi. fortius dicit Butrius: vt not. Ant. in c. fraternitatis. de hære. quod idem in inſtrumentis confectis etiam ante iudicium inchoatis, & ante falſitatem commiſſam, licet Butrius loquatur in notario nõ tolerato, dicit tamen quod toleratio non iuuat contra id, quod eſt per ſententiam declaratum, quia toleratio & communis opinio non eſt probabilis contra notoriũ, quod inducitur per ſententiam: vt not. in c. ad probandum. de re iudi. & Do. An. in c. dilectus. 5. de præben. pe. col. in fi. vide ſuper §. proxi. adde etiam quod ſententia lata ſuper falſitate inſtrumenti contra producentem, licet non ſit lata contra notarium, detrahit fidei inſtrumentorum poſtea confectorum, rogatorum aut non: vt no. Do. Ant. in c. fraternitatis, de hære. vide ſuper §. notarius licet ratione.

Notarius cauſæ poteſt recipere libellum, & aliorũ actorum & iurium etiam iudice abſente, & valet productio, ac ſi coram iudice facta eſſet. not. Bar. C. de preci. Impera. offeren. aut. qui ſupplicatio. de appel. l. eos. §. 1. contra tenet Bal. in d. aut. & C. de eden. l. is apud quem. ver. 1. non: niſi de mandato iudicis hoc faceret: vt not. idem Bal. in ti. de pa. iura. fir. §. 1. in vſi. feu. ver. item Sacramenta. 7. colum. & de pace conſtan. §. in cauſis. circa finem. Sed idem Bal. aliter dicit in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiurã. vbi diſtinguit inter acta facta, & de nouo fienda, quia poſſunt coram notario produci, abſentia iudicis fienda. no. Inno. & Hoſtien. & Do. Ant. qui ſimpliciter dicunt, quod notarius cauſæ non poteſt aliqua acta recipere in abſentia Iudicis, niſi Iudex ſibi commiſerit, tunc valet receptio, ac ſi Iudex præſens eſſet: quia omnia iure facimus, quibus noſtram autoritatem imparti-

partimur:vt not.idem Do. Ant. de proba.quæro an ſufficiant.3. col.

Notarij duo ſi ſunt deputati ad aliquid ſcribendũ; non creditur vni ſine collega.oportet ergo vel quod ambo ſcribant,vel quòd vnus alteri ſe ſubſcribat. not. Bal. C.de teſt.l.iureiurãn.& facit quod not.Bal. & Bar.ff. de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.1.in fi.& in l.1. §. ſi plures. ff.de exceptio.in 2.oppo.& quod not. Bal. in l. cùm ſententiam. C. de ſent.& interlocu. & probat in ſimili,in duobus iudicibus delegatis; quorum vnus nihil poteſt facere ſine alio. de re iudi. l. duo ex tribus.& de offi.deleg.c.cauſam matrimonij.ſecus in duobus procuratoribus,ſimul etiam ſimpliciter conſtitutis; quorum vnus ſine altero bene poteſt aliquid agere: vt no.de procur.ſi duo. lib. 6.

Notarius nõ poteſt corrigere errorem inſtrumenti iudicis auctoritate, quando eſt in iudicio productum, vel parti traditum: ſed antequam producatur,vel parti detur,poteſt corrigere, & ſine iudicis auctoritate. not. Io. And. ſuper data ſexti. ad fi.in nouel.& quod dicitur de correctione: idem dicas de addi. ſi vellet aliquid addere,quod omiſſum ſit: vt no. Pau.ibidem.& idem not. per Bar. & Bal.in l.Imperator. ff. de ſtatu homi. & Ioan. And.in addi.Spec.in tit.de inſtru.edi.§. inſtrumentum. ver. ſed nunquid confecto. & Domi. Anto. in c. ex literis.de fide inſtrumen. & Bart. in leg. librarios. de regu. iur.& Bald.de pace conſtan. 10. char. & ibi plura de notarijs.

ADDITIO.

Quando & in quibus caſibus poſsit notarius corrigere errorem ſuum,vide ordinatè per Do.Feli. in c. ex literis.de fi.inſtru.vbi per ordinem videas errores,quos notarius poteſt corrigere.Et qui errores vitient inſtrumentum. Et ibi etiam an notarius poſsit ſcribere in inſtrumentis clauſulas conſuetas.

Notarius poteſt concipere & ſcribere verba inſtrumenti,in prima perſona contrahentis,ſicut in tertia: vt eſt text.in c. dudum, extra de coniugã.

Notarius poteſt conficere inſtrumẽtũ in contractu filij & vxoris; non patris,in cuius eſt poteſtate. not. Bald.

Bal.in l.ſi pater.ff. ad le.Cor. de fal. ſed pro vxore ipſius notarij non.no.Bar.in l. vxori.in prin. eo. tit. per ſe autem non poteſt notarius inſtrumentum conficere, ſed contra ſe ſic:vt no.Bar.in l.impuberem.§.1.eo. ti. in actis ſcribat talis teſtis.

Notarius ſi iuratus ſic depoſuit, ex hoc non probatur iuramentum, niſi aliter de iuramento conſtet.not. Do.Anto.de proba.quoniam contra.penul. char.& col. contrarium tenet Bart. in l. Theopompus. de Do. præ. & Bal.in l.iureiuran.C.de teſti.

* SINGVLARE.

In inſtrumentis antiquis nõ eſt opus probare quod notarius fuerit notarius, vel in quaſi poſſeſsione notariatus, & ſic valet inſtrumẽtum propter antiquitatem. ita no.voluit Inn.in c.veniens.de verborum ſigni.quod dictum pro not.refert & ſequitur Bal.in aut.quas actiones.in vlt.col.ver.ego dico.C.de ſacroſan. eccle. & ſimiliter refert, & ſequitur Do. Phili. Deci. in conſil. 36. in 2. col.ver.non obſtat.in 1.vol.H.F.

Notarius debet ſcribere verba in vulgari, quæ non poſſunt propriè redigi in Latinum.no. Bart. in l. ſi quis ſ.liabus.ff.de teſtamen. tu.

Notarius non poteſt chartæ apponere, niſi ſignum ſuum conſuetum: vt not.Bal. ff. de teſta. l. ad teſtamentum.& ſi ſignum mutat, punitur de falſo, ac ſi mutaſſet proprium nomen : vt not. Bald. C. de no. Cod. compo. ſuper rubrica. 5. hic quæritur.

Notarius nõ poteſt alteri committere ſignum, nec ſubſcriptionem ſuam:vt not.Bal.ff. de teſta. l. ſingulos. ſed ſi eſt impeditus,poteſt alteri committere, vt inſtrumentum ſcribat, dummodo ipſe ſubſcribat in fine, faciendo de manu alterius, & ſua præſentia contractus mentionem, quæ ſubſcriptio debet eſſe ſpecialis, puta ego talis,quia prædictis omnibus & ſingulis geſtis inter talẽ,& talẽ interfui,nec ſufficeret generalis:vt not. Bar. in l.diuus.§.itẽ Senatus. ff. de fal.& idem no. Ant.in c.ſi. de offi.deleg.Bald. tamen tenet, quòd ſufficit generalis. C.de edẽ. aut.ſi quis in aliquo.ver. in vlti. vide per eum, ſi contra factum ſit,in c.1.in prin. ſuper ver. bene.

Nota-

Notarius ſi eſt rogatus extendere inſtrumētum ad laudum ſapientis, videlicet, quòd poſsit ſapiens addere & declarare, vel mutare ſub die, quo notarius hodie habeat ſubſcribere illa, quæ ſapiens conſulit, quid eſſet faciendum? vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. inſtrumentum. ver. quid ſi contraherem. & Bar. in l. ſi illa conſtitutio. ff. de hæred. inſti. & Domi. Anto. in c. ex literis, de fide inſtru.

Notarius eſt idoneus teſtis ad probandum id, de quo fuit rogatus inſtrumentum conficere, & conſequēter purgare errorem inſtrumenti per eum confecti, & hoc ſi vnus alius teſtis cum eo concurrat, error ſufficiēter eſt probatus: vt not. Bart. ff. in l. ſi librarius, de reg. iur. quod intellige benè, quãdo ad probandum contenta in inſtrumento ſufficiunt duo teſtes, aliàs ſecus: vt no. Bal. ff. de ſta. homi. l. Imperator. ipſe etiam tenet cõtrarium Bar. ibi dicens, quod notarius eſt idoneus teſtis ad probandum errorem per eum commiſſum in confectione inſtrumenti. vide text. & Bar. in l. diuus. ff. de teſta.

7 † Notorium quandoq; appellatur notorium cauſatum, quandoq; notum, & notorium eſt quod geſtum eſt coram populo, & corã iudice pro tribunali ſedente. notorium tamen eſt, quod conſtat iudici. ſed vt not. iudici. no. Ant. de coha. cle. veſtra. 19. col. ſed Io. An. dicit, quod licet in conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis quis delinquat, non propterea iudici, vt iudici liquet, quia Iudex ad hoc non ſedet: vt no. infrà §. notorium, quando & Iudex. ſub ver. manifeſtum. §. ſententia.

ADDITIO.

Notorium quando releuet etiam ab onere allegandi, vide latè & pulchrè per Do. Feli. in c. cùm ordinem. col. 8. ver. ad glo. in cle. appellanti. de re iud. vbi ponit 7. declarationes valde ſolennes, & nouas ad illud vulgare dictum, quod notorium non releuat ab onere proponēdi, licet releuetur ab onere probandi.

Notoriũ ſumit' æquiuocè, quãdoq; .n. appellatur manifeſtũ, quandoq; euidens, quãdoq; euidētiſsimũ, quãdo quę publicũ, quãdoq; notũ ſiue cognitũ, quãdoq; indubitatum,

tatum,quandoq; liquidum Ex his not quod hæc nomina prædicta ſunt generis neutri, & quod poſſunt applicari notorio,& manifeſto.not.Do.Anto.de coha.cle. veſtra.col 20.

Notorium quoddam eſt occultũ, quoddam eſt penè occultum: & hæc differunt, & eſt occultum, quando quis committit peccatum, quod ab Eccleſia toleratur, ſimpliciter tamen poteſt oppoſitum eſſe; & crimen eſt probabile.not.Ant de cohabi.Cle.cap.veſtra. 4.colum. Item occultum dicitur, quòd à nullo probari poteſt, & penè occultum, quòd ab aliquibus probari poteſt tantùm: vt per duos aut tres vel quinq;: vt not. Do. Anto. eo.tit.21.col.

Notorium differt à fama in eo, q in notorio oportet,quod populus vel maior pars fuerit præſens, quod notorium dicitur,ita quod poſſet de eo, vt teſtis deponere per ſenſum corporeum: infamato autem ſufficit, quod maior pars populi aliquid dicat, licet non aſſerat ſe eſſe præſentem illo facto,quod dicit Do. Ant.de cohabi. cler. veſtra. 14. col.

Notorium non poteſt eſſe, niſi de eo quod eſt verũ, & conſequenter non poteſt eſſe,niſi de præſentibus,vel proximè præteritis,quia non procedit, niſi à certa ſcientia,quæ de longè haberi non poteſt, fallit quando certa ſcientia eſt in mente populi certitudinaliter reſeruata, ſicut eſt de Chriſti Paſsione: vt notat Roma. conſilio 327.

Notorium duo requirit, vt dicatur notorium primò: vt quia vniuerſus populus vel maior pars populi poſsit eſſe teſtis, non ergo ſufficit, quod maior pars viciniæ, ſed requiritur quod maior pars ciuitatis vel villæ: ſecundò quod populus ſit magnus,non ergo ſufficit quod populus de duobus vel tribus tantùm: hoc tamen arbitrio iudicantis relinquitur, quia tunc poſsit dari certa doctrina: aduertendum tamen eſt, quòd ſi factũ, quod dicitur notorium, reſpicit totã prouinciam, hoc debet ſcire maior pars ciuitatis. not. Do. Ant. de coha. Cle.veſtra 20.col.

Notorium non poteſt eſſe aliquid, niſi id fiat in loco publico coram multis aſtantibus,ita q maior pars id videre potuit: illa ergo quæ fiunt in domo, quæ neq; de

facili

facili probari poſſunt, non poſſunt dici notoria, & ſic qualitas loci oſtendit, an quid poſsit dici notorium vel non, & idem de qualitate temporis, ideò ea quæ ſunt, non poſſunt dici notoria, niſi ſint talia facta, quod etiã de nocte potuerint corporeo ſenſu percipi à maiori parte populi, vt ſonus campanæ. not. Do. Anto. in d. c. veſtra. 25. col.

Notoriũ eſt quoddam adiectũ qualitatis, per quam rei, cui additur, valde plenè notitia habetur, ſecundum Ioan. And. vt not. Do. Ant. de coha. Cleri. veſtra. penul. char. in fi.

Notorium poteſt eſſe quid in loco occulto. no. Ant. in c. veſtra. de coha. cler. & mulie. penul. char. in fi.

Notorium nil aliud eſt quàm probatio probata: & eſt duplex, ſ. notorium facti, & notorium iuris: notoriũ autem facti eſt triplex: quoddã eſt facti continui: quoddam eſt facti tranſeuntis, & momentanei. Similiter notorium iuris eſt triplex: quoddam eſt notorium probationis & fidei: quoddam diſpoſitionis: quoddã & præſumptionis ſeu fictionis: vt not: Do. Ant. in d. c. veſtra. 19. col. imò fictio eſt quarta ſpecies. & ſic quadruplex eſt notorium; vt no. eo. c. 35. col. &c.

Notorium propriè & ſtrictè loquendo conſiſtit in notorio facti tantùm: alia autem notoria, ſ. per probationem, cõfeſsionem, vel ſententiam alicuius, ſunt impropriè notoria, ſecundum Io. An. quod eſt benè notandum, propter ſtatuta: vt not. Do. Ant. in d. c. veſtra. 22. col. ver. venio ad ſecundum.

Notoriũ facti eſt infinita & contra indubitata probatio immediata ex natura facti vel rei continuę, interpellatæ, vel momentaneæ, oculis hominum, aut maioris partis ita ſe exhibentis, quod nulla tergiuerſatione negari poteſt, vtpote cuius vniuerſus populus, vel maior pars eius teſtis eſſe poteſt, & hæc eſt propria & directa eius diffinitio. not. Ant. in d. c. veſtra.

Notoriũ facti continui eſt, ſi quis in carceribus teneatur: quod eſt verum, ſi carceres ſe exhibent oculis hominum: ſecus ſi carceres ſunt occulti, quia illud non poteſt eſſe notorium. not. Do. Ant. in d. c. veſtra. 16. col. ver. venio ad deçlarationem. & ver. venio ad ſecundum. 22. col.

Notorium facti cõtinui dicunt quidam eſſe, ſi quis tenet concubinam omnibus viciuis ſcientibus, quod non placet: licet enim tenere fœminam in domo poſsit eſſe notorium, quia ſe exhibet oculis hominum, tamen quod cum ea ſe copulet, hoc nõ eſt notorium facti, quia copula non exhibet ſe oculis hominum, niſi fortè quis non timens verecũdiam, cognoſceret eã in platea, iſtud ergo, quod teneat quis concubinam vicinis ſcientibus, non eſt notorium facti ſimpliciter: ſed eſt notorium facti in eo, quod præſumitur eam cognouiſſe, & cõmuniter in concubina habere. not. Do. Anto. in c. veſtra. 27. col. ver. venio ad declarationes.

Notorium facti continui dicunt quidã eſſe, quando quis ſequitur Dominum ſuum cui iurauit fidelitatẽ, quod non placet, quia hoc factum non poteſt continuũ eſſe, niſi aptitudine, quia iuramentum eſt momentaneum, vnde quantũ ad periuriũ hoc nõ poteſt eſſe notoriũ facti continui. no. Do. Ant. in d. c. veſtra. 27. col.

Notorium facti cõtinui dicunt quidã eſſe, quando quis mutuat ad vſuras tenẽdo altare paratũ, ſed nõ placet, qa licet tenet Bancũ & Altare paratũ, tamen eſſe põt contrariũ cũ ipſum mutuare eſt actus interpellatus, niſi dicatur, ꝙ eſt continuus aptitudine, ſed hoc non ſufficit in notorio, quia in dando notoriũ inſpicimus actũ, ꝓut ſe exhibet oculis hominũ actu, non aptitudine. Item in mutuando exigitur factum hominis: ideò non poteſt eſſe continuum, niſi dicamus quod vſurarius concluditur continuè ex mente, quæ continuatio eſt, ſed hoc nõ eſt, niſi ex præſumptione, quia mens ſe non exhibet oculo, ideò exemplum hoc de vſurario melius congrueret notorio facti interpellati, vel præſumptionis, quàm facti continui. not. Anto. de coha. cle. veſtra. 28. col.

Notorium facti continui eſt propriè, quando quis tenet ponentem ſuper manu, vel quòd concurſus Azanellorum fit in porta Sancti Thomæ, vel quod Clericus in aliqua eccleſia facit reſidentiam. not. Do. Ant. in d. c. veſtra. 28. col.

Notorium facti momentanei eſt, quando quis in conſpectu populi vel maioris partis interficitur, vt cũ epiſcop⁹ tranſit de eccleſia ad eccleſiã, qa talis tranſitus fit aliquãdo cũ apparatu. Secus fit in tranſitu Monachi, qui

qui occultè tranſit, niſi in conſpectu populi tranſiret, an aūt tranſitus ad eccleſiā curatam, dicitur notorius, dubiū eſt: ſed illud certū eſt tenēdo ſecundū eccleſiā pōt eſſe notoriū facti cōtinui.no.do An.in d.c.veſtra.25.co.

Notorium facti non rectè deducitur ad finem producendi, niſi in notorio deducatur notorietas tam perſonæ facientis, quàm ipſius facti: vnde licet dicatur factū notoriè cōmiſſum, ſi nō dicitur certa perſona, quæ illud notoriè cōmiſerit, nō habet locū materia notorij, nec poteſt Iudex tanquam de notorio ſe informare ad perquirēdum, quis eſt, qui delictum cōmiſerit, nec ſufficeret quòd deducens nominaret certā perſonam malefactoris, niſi dicatur notorium eſſe, quod illa perſona maleficium commiſiſſet: vt not. Innocen. & Ioan. And. in nouel. & in c.1. de offi. delega. lib. 6.

ADDITIO.

An valeat ſententia lata contra notorium, vide per Domi. Feli. in c. quoniam. ante med. 13. colum. verſi. ſed ſtat difficultas, de probatio.

Notorium ſi coram iudice, qui non habet cognitionem, niſi de notorijs, negatur notoriū, pōt iudex cognoſcere an notoriū ſit? ne aliàs iuriſdictio ſua ſit illuſoria & fruſtratoria: qa quilibet ſuper notorio coram eo cōuentus ſemper negaret notorium, vt ſuam euaderet iuriſdictionē: vt no. gl. c.1. de offi. dele. lib. 6. vnde ſecus ſi etiā de alijs quàm de notorijs iuriſdictionem habeat: qa tunc ceſſat ratio, & iuriſdictio iudicis foret tota illuſoria, & ita ſaluatur gl. & alia quæ allegant contraria in c. accuſatus. §. ſanè, de hære. lib. 6. & Io. And. in c.1. §. notorio. de cenſi. eo. lib. vel poteſt dici, & fortè melius quod gl. in d.c. ſanè. relata ad tex. loquitur in caſu ſpeciali fauore fidei, vt iudices, ad quos principaliter pertinet de cauſis fidei cognoſcere, ad alia intendant, & non ſtent occupati in alijs, de quibus ille tex. loquitur an ſint notorij, vel non.

Notorium ſi in iudicio negatur, eſt aduertendum, ꝙ aut negatur factū tantùm, & non qualitas facti, & tūc negatione nō fit res dubia, ꝑpter varietatē notorij, negatiua enim ꝑbabilis facit rem dubiā, imꝑbabilis non: vt

illa quæ habet contra ſe notorium, niſi probetur negatiua ſaltem ſemiplenè, ſecundum Do.Ant.cuius dictum debet intelligi, quando talis ſemiplena probatio nõ habet contra ſe aliquam cauſam euidentem, aliàs ſecus: ſi verò negatur qualitas facti notorij, non obfuſcet notorium, ſi tamen negatur qualitas facti, ita quòd notoriũ ex hoc obfuſcatur, quo ad iudicẽ, vt poſsit procedere vt in notorio: vt no.Ant.de coha. cleri. veſtra. 21. colum.

Notorium alijs, ſed non iudici, ſi negatur notoriũ, & aliter non probetur, debet Iudex reum abſoluere ab inſtantia iudicij, & poſtea Iudex audiat actorẽ iuris ordine ſeruato, quod habet locum, quando Iudex procedit tanquam ſuper notorio ad inſtantiam partis, ſiue in ciuili ſiue in criminali: ſi autem ex officio procedit, ſuus proceſſus ſuper notorio factus tenet, licet non fuerit probata notorietas, dummodo poſtea appareat fuiſſe notorium: vt not.Do.Anto.de coha.cleri.in d.c. veſtra. 22. colum.

Notorium contra quod allegantur aliquæ circumſtantiæ excuſantes, vt ſi dicatur homicidium ad defenſionem factum, vel de mandato iudicis, ſiue iure permittente, non obfuſcatur per excuſationes prædictas ſuper eo, vt in notorio procedat, allegans tamen circũſtantias, debet admitti ad probandum eas, ſed ſi interim antequam probentur, vt in notorio procedetur iuris ordine non ſeruato: & ſic no. quod quo ad conſiderandum modũ procedendi, plus attendimus qualitatẽ facti in libello deducti, ſuper quo fabricať vel fundatur iudiciũ, quãdo negationes nõ excuſationes allegantur. no.Do.Ant.in c.veſtra.22.col. ver.venio ad ſecundum.

Notorium quotieſcunq; negatur notorium, neceſſaria eſt probatio ipſius qualitatis notorij, quæ probatio poteſt fieri in abſentia partis. no.Do.Ant. in d. c. veſtra.21.col. & dicta qualitas, quæ notorium dicitur, probatur per duos teſtes, ſicut infamia teſtiũ. oportet tamẽ ꝙ teſtes non interrogati reddant cauſam notorij per circumſtantias facti: vt no. Do. in d. c. vlti.charta. in prin. ſed licet dicta qualitas notorij ſit probãda, ſi negatur, tamen ipſum factum ꝙ notoriũ dicitur, ſiue ſit continuũ ſiue interpellatũ, ſiue momentaneũ, non eget probatione, ſufficit enim in tali notorio, quod non liquet iudici

noto-

notorium eſſe, quod Titius occidit Sempronium, non exigitur probatio, quòd occiderit. not. Do. Anto. eo. c. 23.col. Hoc vltimum de probatione facti, quòd non ſit neceſſaria, intelligitur quo ad finem procedendi, vt in notorio ordine nõ ſeruato, nõ quo ad ſententiã diffinitiuam ferendã, quia tunc benè requiritur probatio ipſius facti, ſecundum formam ſcriptam, infrà §. proxi. ſequen. primũ etiã quod qualitas notorij ſit probanda, limita ſecundũ ea, q̃ ſcripta ſunt infra notoriũ facti geſti.

Notorium facti ſi geſtum, nõ ſit in conſpectu iudicis, requiritur probatio ipſius facti, quod notorium dicitur, ſi ipſum factũ eſt recẽs, ita ꝙ de facili memoria habeatur: non tamẽ reqritur ꝙ teſtes dicere deponat, ſed de pſentia populi in facto: ſed ſi factũ eſt antiquũ, nulla exigitur probatio ipſi⁹ facti, ſecundũ Io. An. In notorio aũt præſumptionis, fictionis, vel diſpõnis idẽ prout agitur de probatione facti, ex quo inſurgit præſumptio, diſpoſitio vel fictio. Et in tali facto pbando ſeruandus eſt ordo iuris. id aũt ꝙ eſt factũ, à iure præſumitur, vel fingitur, nulli ſubijcitur neceſsitati pbandi: imò nec neceſſe eſt, ꝙ iam actu deducat, ſiue allegetur, cũ id Iudex ſupplere poſsit. in notorio aũt confeſsionis facto in aliquo iudicio, ſi pducatur cõfeſsio, vel atteſtatiões, nõ exigitur quòd aliter pbentur, & tamẽ neceſſe eſt quod cõſtet de iuriſdictione illius, corã quo facta eſt cõfeſsio vel pbatio, & quod conſtet eas ordinariè receptas verè vel præſumptiuè, & idem in notorio ſententiæ ſaluo, quod etiã ea per teſtes pbata præſumitur omnis ſolennitas interueniſſe. no. Do. Ant. in d. c. veſtra. 1. col. ver. põt ſecundo dubitari. & no. etiã ibi in vlt. col. ſi verò notoriũ facti geſtũ eſt in conſpectu iudicis ad hoc p tribunali ſedentis, tunc nullã reqrit pbationem, nec in qualitate notorij, nec in ipſo facto, quod notoriũ dicitur. Et quod dictũ eſt de notorio facti, idẽ in notorio pręſumptionis & fictionis ſurgẽtis ex facto: vt no. Do. Ant. eo. c. 40. col. ver. nunquid aũt in notorijs, & hæc pcedunt in quolibet facto notorio, etiã in momẽtaneo & homicidio, vel iniuria in conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis perpetrata, nã tunc poteſt Iudex ſine alio proceſſu, & ſine accuſatore delinquentem condemnare, duntamen eum citet vel moneat ad ſententiam audiendam, & hoc verum duo-

bus concurrentibus, ſ. quod Iudex pro tribunali ſedeat, & quod totus populus, vel maior pars præſens fuerit, ita quod notoriũ dici poſsit: aliàs ſecus: vt not. Do. Ant. in c. vl. vbi quod notorietas ſurgit, non ex facto vel probatione coram iudice pro tribunali ſedente facta, ita ꝙ ſit notoriũ cõfeſsionis vel ꝓbationis, an tunc Iudex poſſit condemnare ſine alio ꝓceſſu. vide in d. c. vlti. col. Sed aduerte ꝙ ſecundũ Io. An. nõ plus ſibi præiudicat delinquens in conſpectu iudicis, etiam ꝓ tribunali ſedentis, quàm ſi in abſentia iudicis delinqueret, quia Iudex ad hoc non ſedet, ſed ob aliud. no. Do. Ant. de confeſ. c. fina. 8. col. ver. no. glo.

ADDITIO.

Et quid poſsit facere Iudex ratione notorij, vide latè per Do. Feli. in c. euidentia facti, de accu.

Notorium facti geſti extra conſpectum Iudicis requirit probationem ipſius qualitatis notorij, etiam ſi non negetur quando illa qualitas exigitur ad fundandum iudicis auctoritatem ſeu poteſtatem, vt ſi cum ſeruitore, & tunc debet de illa qualitate ſe informare, aliàs ꝓceſſus eſſet nullus, ſufficit tamen hoc caſu, ꝙ iudici cõſtat factũ principale fore notoriũ, non obſtante quod contra id poſsit eſſe aliqua vera defenſio vel excuſatio allegata per partem, ſi verò qualitas notorij non exigitur ratione proceſſus ordinarij, vt Iudex ꝓpter notorietatem poſsit via ordinaria procedere, tunc an valeat proceſſus, non habita informatione de qualitate notorij dubium eſt, ſed communis opinio tenet, quod Iudex benè facit, ſi de notorio ſe informet, ſi tamen hæc omittat, nihilominus proceſſus valet, dũmodo verum ſit, ꝙ notorium ſit, & hoc poſtea conſtet. Sed diſtingui poteſt inter ordinarium & delegatum, in delegatis attendi debet cauſa delegationis. Si enim delegatus præſupponit notorium, valebit proceſſus abſq; informatione notorij, ſecus ſi mandat ſub excommunicatione, ſi ita eſt in ordinarijs, aut proceditur contra præſentem, & ſi non negatur notorium, proceſſus valet: licet Iudex de notorio ſe nõ informet, ſecus ſi negatur, vel contra abſentem ꝓceditur, & tunc ꝙ ſi de plano Iudex ſe informet, licet ꝓ tribunali nõ ſedeat, & hoc põt facere, etiam parte non citata, & teſtes etiam non iuratos recipere, nec contra teſtes

teſtes admittuntur aliquæ exceptiones,& ſufficiũt duo ad hanc informationem faciendam, & ſi Iudex in tali notorio procederet ex officio ſibi ſolito, & eius dicto crederetur de tali informatione recepta. Et quod dictum eſt de notorio facti, intellige aut in notorio probationis ſententiæ, & confeſsionis, ſemper oportet de eis cõſtare iudici,aliàs proceſſus non valet. no. Do. Ant. de coha.cle. veſtra.46.col.ver. nunqd aũt in notorijs cũ trib⁹ col.ſequent.& no.etiam in vlti.col.ſed ſi factũ notorium eſt geſtum in conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis: an tunc requiratur probatio qualitatis notorij,dic vt dictum eſt §.proxi.præceden.

Notorium facti de longinquo tẽpore, vel de lõginquo loco ꝓbat per teſtes reddentes cãm de fama: ſufficit enim ꝙ dicunt ſcio,ꝙ eſt publica vox & fama in loco, & dicitur à toto populo,vel à maiori parte, quia tale factũ fuit in p̃ſentia populi,de quo populus teſtis fuit, & eſſe potuit,& ſic publica laborat fama, nec alicui tergiuerſationi eſt loc⁹,ſi aũt factum nõ eſt recens, vel de longinquo loco eſt,tunc teſtis nõ ꝓbat notoriũ,niſi ꝑ ꝓprium ſenſum aſsignet cauſam concludentẽ patientiã & ſcientiã populi,vt ſcio ꝙ talis interfecit talẽ,& eſt notoriũ,qa pręſens fui in loco,& vidi populũ videre,& maiorẽ partẽ,de quo totus populus, vel tota cõmunitas, vel maior pars poſſet eſſe teſtis: nõ tamẽ eſt neceſſe, ꝙ teſtis directè dicat de ſe,ꝙ viderit interfici:in notorio enim fictionis & pręſumptionis ſurgẽtis à facto notorio oportet,ſi nullus illud factũ,à quo præſumptio inſurgit, deponit,& oportet ꝙ etiã nõ interrogatus reddit cãm notorij per circũſtantias facti: vt notat Do. Anto. de coha. cleri.c. veſtra.antepenulti.col.vide etiam quod not. eo. c.5.col. ver.poteſt ſecundo dubitari.

Notorium ſi eſt de facto continuo & permanente, cõſeruat̃ per ſeipſum,ſi eſt de facto interpellato, vel momentaneo,cõſeruatur per hominũ mẽoriã,dũmodo aſſint duo,q deponere põt, qualiter viderunt populum, vel maiorẽ partẽ populi hoc vidiſſe,ſi aũt eſt de facto antiquo,tũc.n. ſufficit memoriã durare ꝑ famã,ꝙ factum fuit in cõſpectu populi vel maioris partis, & tunc fama cõſeruat notoriũ ſecundũ Do.Ant.in d.c. veſtra. penul. char. in fin.

Notorium, id eſt ipſa qualitas notorij licet poſsit ꝓbari parte abſente: vt no. Do. Ant. in d. c. veſtra. 22. col. & etiã parte ipſa nõ citata: vt no. idẽ Do. Ant. in eo. c. 46. co. ver. nunquid autem in notorijs, quod eſt ex eo, quod talis probatio eſt modici præiudicij, cùm non fiat, niſi ad finẽ, vt Iudex poſsit tanquã in notorio procedere ordine iuris nõ ſeruato: tamẽ probatio ipſius quod notoriũ dicitur, nõ põt ad finẽ ferendi condẽnatoriã diffinitiuã fieri parte nõ vocata, quia hoc nullo modo cauetur, nec aliqs Doctorũ dicit, & qui hoc diceret, malè diceret, quia Diabolicũ eſt dicere, quòd vbi eſt neceſſaria probatio, illa fieri poſſet ꝑte nõ vocata ad pœnã etiam capitalem imponendam, iſtud etiã eſſet tollere parti defenſionẽ, quod de iure naturali prohibitum eſt, & fieri nõ poteſt per legem humanam: vt in Cle. paſto. de re iudi. & vide infrà §. notorium an excuſet à citatione.

Notoriũ iuris eſt probatio finita per mediũ in iure facta, aut ex facto iudicialiter diſcuſſo, ſiue aliàs notorio à iure ſumpta, probata, ficta, vel præſumpta, & hanc diffinitionem declarat Do. Ant. in d. c. veſtra. 25. colum.

Notorium iuris approbationis, & fidei omne quod liquet ex probatione teſtiũ in iudicio facta, ſiue probatio ſit omnino plena, ſiue ſit in indicijs & documentis, dũtamen ſit conſecuta publicatio, quod temperat Hoſt. quando probatio eſt in tali ſtatu, vt contra eũ nil opponatur, vel opponi poſsit, quia tunc probatio vacillat, ſi autem opponi poteſt, & non opponitur, & tunc probatio notoriũ inducit, & hæc procedunt etiã in probatione facta per viam exceptionis, quod eſt verũ, ſi exceptio ad plenũ examinatur, & ad finem, ad quem opponitur, ſecus ſi ſummariè opponitur. Et ideò probatio facta in iudicio ſummariè, non inducit notorium, niſi ad finem ſummarij iudicij. no. Do. Anto. in d. c. veſtra. 28. col. Rota aũt ſimpliciter dicit, quòd notoriũ inducitur per probationẽ in iure legitimè receptam: vt not. Ro. conſi. 16.

Notorium iuris, approbationis, & fidei inducitur ex vera confeſsione facta in iudicio, quãdo nil opponitur contra confeſsionem, ſi fuit ſponte facta in iudicio, ſecus ſi coactæ vel metu tormentorum, & metus eſt talis, qui confeſsionem detrahat, aliàs ſecus, & prædicta procedunt in confeſsione, facta in iudicio,

etiam

etiam ſummario & ex nullo, dum tamen ſit nullum ex defectu iuriſdictionis. not. Ant. in d.c. veſtra.35.colum. ver. ſecundum exemplum. Intellige prædicta in quantum tangunt confeſsionem ſuper crimen, tunc procedunt in confeſsione facta in iudicio ad finem ordinariæ pœnæ.35.colum. ver. venio ad quartum.

Notorium iuris, approbationis, & fidei facit, ſicut ſi dicitur ex probatione, quando ſunt in iudicio publicata, dicuntur notoria. not. do. Ant. de coha. cler. c. veſtra. 28. colum. prout prox. dictum eſt de teſtibus, & dato notorio principio, vt ad aliquid, conſtat ex actu omne quod ex eo ſequitur notorium eſſe, ſecundum Ia. But. de quo ibi actus iudicis ſi quid conſtat, dicatur notorium, verum eſt, quãtum ad ipſum actum, ſi reuocatur in dubium, an ille actus factus ſit: nam ex quo in iudicio notorium eſt actum eſſe factum: ſed cùm ille actus ſit factus, non inducit notorium approbationis & fidei, niſi fiat cum plena cauſæ cognitione: vt not. dom. Ant. eo. c. 24. colum.

Notorium iuris, approbationis, & fidei inducitur ex vera confeſsione extraiudicialiter facta in conſpectu populi, vel maioris partis, interuenientibus alijs requiſitis ad validitatem confeſsionis, & tunc ſufficit fidem facere de ſola confeſsione facta in contractibus, idem ſi fiat in delictis, dum tamen fiat præſente & acceptante procuratore fiſci, pro eo cuius principaliter intereſt: aliàs confeſsio inducit notorium approbationis vel ſuſpenſionis, quòd tamẽ ſufficeret ad condemnationem, niſi confitens purgaret aliter dictam præſumptionem: vt not. in d.c. veſtra.35.colum.

Notorium approbationis, & fidei inducitur ex ſententia diffinitiua publicè, & in plenario iudicio lata, ſecus ſi occultè feratur, & in iudicio ſummario, præiudicaret enim plenario, quod eſt falſum: vt not. do. Ant. in d.c. veſtra.32.col. & quod dictum eſt de ſententia publicè lata, intellige ſi eſt canonica: vt not. idem do. Ant. eo. c. ver. venio. & ver. cæterùm.

Notorium approbationis & fidei inducitur ex ſententia interlocutoria lata cum plena cauſę cognitione. not. do. Ant. in d.c. veſtra.35.col.

Notorium approbationis & fidei inducitur ex ſolo

præcepto iudicis,ſiue ex ſententia præcepti,quando fit cum plena cauſæ cognitione,quia tunc æquipollet diffinitiuæ ſententiæ, maximè ſi procedit litis conteſtat. not.do.Ant.in d.c.veſtra.33.colum.

Notorium præſumptionis ſiue fictionis eſt, quando ex facto notorio,quod præſupponit violentiam præſumptionis,quæ æquipollet probationi ad finem ſententiæ ferendæ, vt ſi quis omnibus videntibus teneat fœminam ſuſpectã in domo ius præſumit, & ſi mutuat ad vſuras,vel ſi vicinis ſcientibus quis tenet vel tractat aliquam vt vxorem vel filiam, ius præſumit,vt ſit vxor vel filia.not.do.Ant.de cohab.cler.c.veſtra. 13.col.

Notorium diſpoſitionis eſt,quando ex aliquo notorio notorietate facti approbatiōis,& fidei ius vltrà progreditur diſponendo: vnde conſtito, quòd aliqua poſſeſsio eſt in limitibus parochię,ius diſponit,& probat, quòd ex fructibus illius debentur decimæ parochiali eccleſiæ:vt not.ſuprà §.notorius licet ratione:vel conſtito, quòd eccleſia ſit ſita in diœceſi epiſcopi ius diſponit, & probat quòd epiſcopus habet iura epiſcopalia. not.do.Ant.in d.c.veſtra.33.colum.

Notorium fictionis eſt,quod ſurgit ex ficta cõfeſsione, ſurgit etiam quandoq; ex actu extraiudiciali, quo probato inducitur ex eo notorium iuris, quod appellatur notoriũ fictionis: vt no.do.An. in d.c.veſtra.31.col.

Notorium ſicut cadit in delictis & contractibus, & alijs actibus affirmatiuis: ita etiã cadit negatiuè ſuper non facto, & ſic non ens poteſt tranſire in notorium per confeſsionem, & etiam per inſtrumentum, aliter autem non factum, nõ poteſt eſſe notorium immediatè & directè:ſic ideò poteſt in notorium tranſire,quem non eſſe ſcientificum, nec literatũ, nec legitimę ætatis, & quem nõ reſidere,& periurũ eſſe, qui non impleuit, quod iurauit. not. Ant. in d.c.veſtra.34.col. ver. venio ad tertium.

Notorium licet operetur in delictis,non tamen operatur in contractibus & in poſitione,quãdo in eis procedatur ſecũdum formam notorij, ſicut etiam rarò in ipſis proceditur ſecundum formam inquiſitionis, ſecundũ Inno.& do.Anto. in d.c.veſtra.40.col.ver.tertiũ eſt principium.

Noto-

Notorium excuſat ab excuſatione bonorum, & ab omni alio quod fit nõ ſolùm ad finem certificandi, ſed etiam pro formalitate rei: vt not. do. Ant. in d. c. veſtra. penult. charta, & 4. charta.

Notorium operatur quòd iudex qui in ciuitate procedit, nõ poteſt vt ſuſpectus recuſari, quod eſt verum, quando pœna illius criminis eſt à iure determinata, quod iudex aſſerit ſe velle illam imponere, & etiam nõ excedere, ſecus ſi eſſet pœna arbitraria, quia poſſet in arbitrando componere. & prædicta ſunt vera, quando agitur criminaliter ad vtilitatem publicam, ſecus videtur quando agitur ciuiliter ad priuatum commodum, & videtur ſub ver. iudex. §. iudex non poteſt recuſari.

Notorium an excuſet à citatione multipliciter variatur, ſed dic, quòd in notorio iuris diſpoſitionis exigitur citatio, in notorio autem fictionis facti, ſi agitur de proceſſu ſuper informatione notorij, non exigitur citatio, quia iudex hoc facit ad ſui inſtructionem vt bonus vir: vnde ſi agitur de vlteriori cognitione, vel de ſententia ferenda, tunc ſi citatio eſt ſcandaloſa, vel periculoſa, eſt in mora, & agitur de priuatione iuris non gratiosè, tunc ad teſtes qui recipiuntur ad cautelam, ad probandum id quod non eſt notorium, requiritur citatio, quia talis citatio ſuperuacuè fit, ſed quo ad ſententiam citatio non exigitur, niſi informatione ſuper notorio recepta, vel niſi pars fuerit præſens, vel niſi ſententia ſit merè declaratoria ſententiæ à iure latæ, vel niſi ſententia non dirigatur ad finem alicuius certæ perſonæ condemnando, ſed certi actus iniuſti declarandi, vel niſi delictum in conſpectu iudicis ſit commiſſum, vt iudex incontinenti non iudicet, quia tunc ſola conuentio eſt pro citatione. Concludente tamen, quòd vbi in præmiſsis citatio exigitur, requiritur ſolennitas peremptorij & trium citationum, & vbi citatio exigitur, ſi omittatur, proceſſus eſt nullus: fallit in ſentẽtia excommunicationis & cenſuræ: vt no. do. Ant. in ç. veſtra. 28. col. cum duabus col. ſeqq. Adde circa id, quod de nullitate proceſſus dicitur id quod not. infrà §. notorium an impediat: & circa id quod dicitur de delicto in conſpectu iudicis cõmiſſo. Adde quod not. ſup. §. notoriũ facti ſit geſtum, & vide circa omnia premiſſa,

quod

quod not. ſuprà §. notorium ipſa qualitas. & vide omninò ſub ver. citatio. §. citatio non requiritur in ſententia.

Notorium operatur quòd in eo poteſt procedi abſq; ſolennitate libelli & petitionis, & ex officio: vt in delictis non per viam accuſationis intentato, & in tangentibus publicam vtilitatem, & vbi agitur de materia pacti, debent tamen exponi capitula, & factum pro quo citatus eſt, & contra quem agitur, & eius defenſio auditur, aliàs ſententia non valeret: & fortè ſufficit id exponi ſine ſcriptura, ſi ſcriptura non petatur, in alijs autem, in quibus proceditur ad partis vtilitatem, ſi principaliter petatur, exigitur qualitas, quam poſtea ſufficit verbo exprimere, & quæ per notarium ſcribantur in actis, ſed ſi incidenter veniunt, tunc ſi iudex propter notorietatem de facto ſuppleret, nõ exigitur aliqua petitio, licet tamen hoc ſit aliquando iudici verbo detegi. Et prædicta vera, ſiue ſit notorium facti, ſiue diſpoſitionis, ſiue fictionis, aut præſumptionis. In notorio autem approbationis, quod ſurgit ex probatione iudicialiter facta, exigitur libellus in prima inſtantia, ſed in alia inſtantia, niſi petis ſententiam ex eiſdem actis non requiritur alius libellus, ſed ſufficit primus. Si autem noua inſtantia inchoatur, neceſſe eſt innouari libellum. In notorio autem confeſsionis, & ſententiæ ſi in illa inſtãtia agitur ex officio iudicis ad executionem earum, nõ requiritur libellus, ſecus ſi agitur actione in factum, ſed in eadem inſtantia an exigatur libellus in confeſsione, dubium eſt. Aduerte tamen, quòd licet notorium excuſet aliquando à libello, non tamen excuſat à poſitione cauſæ agendi, quod tamen intelligi debet: vt not. Ant. in d. c. veſtra. 42. colu. ver. tertium eſt principium. & vide infrà §. notorium non excuſat ab ordine, circa hoc quod dictum eſt ſententiam velere: ſed rei defenſio non auditur.

Notorium operatur hunc effectum, quòd ſi iudex videt libellum & petitionem notoriè friuolam, poteſt illam reijcere. not. do. Ant. in d. c. veſtra. in 2. col.

Notorium excuſat à litis conteſtatione, & iuramento calumnię ſi agatur contra pręſentem ſiue abſentem, ſiue ſit notorium facti, ſiue iuris aut fictionis ſurgentis ex fa-

ex facto notorio, aut probationis, aut cōfeſsionis quis ordo exigatur? in eadem inſtantia ſi petitur executio confeſsionis officio iudicis ſummarius ordo exigitur, ſi petitur actione in factum, requiritur ordo iuris ſecundum naturam cauſæ, probationem autem & atteſtationes non poterit in alia inſtantia producere vt proſint, niſi lite conteſt. vt not. do. Ant. in d. c. veſtra. 44. colum.

Notorium operatur quod in criminali poteſt procedi per inquiſitionem ad pœnam imponendam ſine accuſatore, & ſine libello, ſiue tamen ſit notorium facti, ſiue probationis, ſiue confeſsionis, ſiue probatio ſit facta in tela, ſiue inſtātia in alia inſtituta propter ſolennitates peccatum recipientes, dummodò fuit inſtituta ad finem pœnæ imponendæ: nam ex talibus probationibus, ſi plenæ ſint, poſſet iudex vt in notorijs ſe fundare ad inquiſitionem faciēdam, quia quo ad iudicem, tela talis dicitur ſatis legitima, quod eſt notandum: vt not. do. Anto. de cohab. cler. veſtra. 25. colum. ver. venio ad quartum.

Notorium non excuſat ab ordine iudiciario obſeruando, vbi agitur de crimine ciuiliter ad priuatū commodum, ſecundum Io. Ant. & ſic requiritur libellus, & nō poteſt procedi per inquiſitionem. Sed dic quòd vbi in ciuili iudex poteſt procedere ex officio, vel ſupplet de facto, notorietas excuſat, aliàs ſecus. Tunc autem ex officio procedit in ciuilibus, quando tangitur priuata vtilitas, & arguitur peccatum, vel intenditur finis correctione peccati, & in materijs annexis. & not. do. Anto. in d. c. veſtra. 36. colum. & prædicta procedunt in notorio facti permanentis: ſed in notorio facti tranſeuntis debet ſeruari ordo iuris: vt not. glo. 2. do. Ant. poſt eam de vſur. cùm in diœceſi. Item in notorio præſumptionis, vel fictionis, ſi agitur de probando facto, ex quo inſurgit præſumptio vel fictio, ſeruandus eſt ordo iuris: vt not. ſuprà §. notorium ſi geſtum. & hoc voluit etiam Io. And. in d. c. veſtra. vbi dicitur quòd in notorio præſumptionis ſeruandus eſt ordo iuris. & vide ſuprà §. notorium operatur quòd in ea.

Notorium ſi eſt tale quod excuſat ab ordine iudiciario, iudex tamen ſi ſeruat ordinem, non viciatur proceſſus:

ceſſus: ſed ſi partibus contradicentibus ordinem ſeruauit, poſſunt partes appellare, & eſt iuſta cauſa grauaminis: vt not. do. Ant. in d.c. veſtra. 44. col.

Notorium hoc operatur, quod vbi contra agentem poſſeſſori regulariter nõ obſtet proprietatis exceptio: fallit quando exceptio eſt notoria, ſiue ſit notoria diſpoſitionis, ſiue probationis, ſiue ſententiæ. In notorio autem præſumptionis eſt dubium, & prædicta procedunt etiam, ſi agatur ad poſſeſsionem per viam attentati. no. do. Ant. in d.c. veſtra. 50. col. ver. circa me.

Notorium licet non excuſet ab expreſsione, vbi formalis exigitur expreſsio, excuſat tamen à formalitate proponendi & petendi. ver. quoquomodo annectit ad petitum, ſufficit enim qualitercunq; exprimatur: vt not. do. Ant. in d.c. veſtra. 38. col. ver. ſecundum eſt principium. & vide duos §. ſequentes. vide etiam infrà §. notorium non excuſat appellantem.

Notorium probationis ſi fiat iudici pendente iudicio iam inſtituto, & ex illo notorio pars ſe non fundat agendo vel excipiendo, nõ poteſt illius notorij aliquos defectus ſupplere ad priuatam partis vtilitatem, quia ad menſuram libelli, & petitionis dictanda ſententia, fallit in Papa, qui in talibus ſupplere poteſt, prædicta vera, niſi ius, quo agens inititur, ſit omninò conexum, tunc iudex propter hoc non ſedet, & ſic non poteſt dici notorium, ideò in eadem inſtantia nihil operatur. Sed inchoando nouam telam & inſtantiam, vnde poſſet iudex ſuper illo ex officio inquirere. Et quòd dictũ eſt iudicem non poſſe ſupplere in eo, quod non eſt petitum, licet deductum, & iudici notum productum, niſi illud habuerit in curia pendente iudicio, vt in expenſis, & in attentatis, vel non petitos, cùm deducta eſſent talia, quod non poteſt conſtare de vno, quando conſtat de alio, quo caſu, licet ſuper vno datur petitio, pronunciat iudex etiam ſuper alio: vt not. do. Anto. in d.c. veſtra. 36. col. & 27. col.

* ADDITIO

Notoria dicuntur quæ iudici, vt iudici ita conſtant ex actis: vt not. Inno. in c. ex inſinuatione, de appel. & in c. de præſentia, de prob. refert & ſequitur Iacob. de ſan. Georg.

Georg. in l. pacta nouiſsima, in 1. not.C.de pact.& in l. ſi vnus s. §. pactus ne peteret. ff.eo.in pe.col.ver.ſecundò mouetur. & ibi ſubdit quòd in notorijs iudex poteſt pro parte ſupplere,per glo.quam dicit notabilem, in l. 1. C.qui,& aduer. quos.H. F.

Notorium probationis ſuper quo pars ſe nō fundat agendo vel excipiendo, licet non operetur quòd iudex poſsit de facto ſupplere, inquantum illud notorium eſt ſeparatum & petitum, tamen in quantum eſt connexum,poſsit iudex ſupplere defectum petitum iuuando actoris intentionem & rei defenſionem: & ideò ſi ex deductis in iudicio notorio cōſtat actori nullum ius agendi competere, quanquam reus illi non inſtat, debet tamen iudex reum abſoluere: ſufficit enim quòd reus dicat actori ius non competere,quia exceptio eius dicitur annexa actori: vnde ſi contra agentem vti poſsi detis reus ſe defendendo dicat, actori ius agendi non competere , licet non proponat exceptiones ſpecificas negantes poſſeſsionem, ſi tamen ex actis notoriè conſtat,actorem non poſsidere, ſiue poſſeſsionem proceſſiſſe, poſſet iudex abſq; alia deductione ſupplere, & reū abſoluere,& ſufficit talia in allegationibus detegi,& in hac moderatione debet intelligi Bart.in l.qui dicit notorietatem non excuſare à probatione exceptionis: vt not. Ant.de cohab.cler.& mu.c. veſtra.36.col.

Notorium non operatur quòd audita nec admiſſa defenſione rei ſit ſententia nulla, licet ſit iniuſta, niſi aliter conſtaret,quòd non fuit aliqualiter de cauſa cognitum,quia multa poſſunt iudicem mouere,quæ non patent.Inno.tamen aliter dicit:vt no.do.Ant.in d.c.veſtra. 45. col. ver.in deciſorijs aūt. ſed contrariū no. ſup. §.notoriū operatur,q̄d in eo, vbi dicitur,q; non audita defenſione,ſententia nō valet,ſed ibi & alia occurrūt.

Notorium operatur quòd ſententia contra ipſum notorium lata nō valet:not.do.Ant. de appel. ſolicitudinem, in princ. & de re iu. c.1. quòd procedit in notorio præſumptionis & fictionis ſurgentis ex facto notoriæ ſententię, ſi iudex de ſententia eſt informatus, licet Legiſtæ cōtradicant.In notorio aūt ꝓbationis vel confeſsionis,ſecus no. Ant.in d.c.veſtra.1.col.ver.dicebā.

Notorium operat quod ſuper eo non eſt neceſſe ſen-

ten-

tentiam ferri, quãdo notorium habet in ſe concluſam ſententiam iuris, quod eſt verum quò ad effectum iuris, ſed quò ad effectum facti imprimẽdum & exequendum, ſi eſt notorium facti, ſententia requiritur, ſed nõ eſt neceſſe quod feratur ſcriptis, & cum ſolennitate: imò ſufficit ſimplex præceptum, quod eſt verum in ciuili, ſed in criminali dubium eſt, tamen tenetur, quòd ſententia non requiritur, quod eſt verum in notorio facti, ſed in notorio probationis & confeſsionis ſententia requiritur, ſi criminaliter agitur: in ciuili autem in notorio confeſsionis non exigitur ſententia, ſed ſufficit præceptum, ſiue in eadem ſententia, ſiue in alia confeſsio producatur. in notorio autem ſententiæ nõ exigitur alia ſententia, imò eſt nulla tanquam lata ſine inſtantia: vt not. do. Anto. in d.c. veſtra. 44. col. ver. nunquid autem. ſed alibi tenet idem Ant. quòd etiam ſuper crimine notorio requiritur ſententia, licet non ſit neceſſe, quòd feratur in ſcriptis: vt ipſe no. de iud. at ſi cle. in princ. ver. vlt. ex glo.

Notorium an impediat appellationes, dicit Cald. quòd quãdo procedit iudex notorĳ, ſi appellatur, quia procedit omiſſa citatione, vel quia defenſiones & excuſationes probabiles nõ admittit, tenet appellatio, ſed reo tacente, & probationibus receptis, vbi eas recipere non tenetur, non auditur appellans. Et hæc procedũt tàm in ciuili quàm in criminali, ſed ſecundum Innoc. dicatur ratio differentiæ, quia maior eſt ratio exequendi pœnam delictorum propter vtilitatem publicam, quàm in ciuili ad commodum priuatum, tu dic, quòd quando appellatio fit poſt ſententiam, ſi pœna eſt arbitraria, vel eſt à iure determinata, ſi illam excedit iudex, tenet appellatio quò ad omnem effectum tàm ſuſpenſiuum quàm deuolutum: ſed ſi pœna eſt à iure determinata, & illam non excedit iudex, appellatio non tenet quò ad effectum ſuſpenſiuum: ſed quò ad deuolutum ſic, quia benè deuoluitur ad iudicem, ad quem, vt ſuſpendat à tempore, quo deliberat admittere, vel quo mittit ad hiſtoriam: dicit tamen Inno. vnum mirabile, quòd licet à ſententia lata in notorio non poſsit appellari, tamen poſt eam executam poteſt de nouo agitari, & ſi probetur falſum, quod notorium fuit iudicatum

ſaltem

ſaltem ſi probetur non notorium, quod tamen probare eſt difficile: imò proceſſus eſt nullus, & etiam factum ſi in veritate erat notorium, ſed ſuberant executiones incognitæ iudici quæ iure probantur, reuocabitur primus proceſſus. Concluſio Inno. eſt, quòd licet ſententia in notorio lata excludat remedium appellationis: non tamen excludit remedium nullitatis poſt executionem factam. Et hæc omnia procedunt in notorio præſumptionis & fictionis ſurgentis à facto notorio. In notorio autem probationis planum eſt, quod auditur appellans, licet Io. And. dicat, quòd conuentus per teſtes, contra quos nihil opponit, non auditur. In notorio autem confeſsionis dubium eſt, & communis opinio Legiſtarum eſt, quòd tàm in ciuilibus quàm in criminalibus non auditur appellans, ſi velit confeſsionem ſuam excuſare taliter quòd eam non priuat: aliàs ſecus. Tu dic, quòd in criminali, ſiue ſit confeſſus tantùm, ſiue etiam conuictus, allegat iudicem excesſiſſe modum in pœna, auditur appellans. Idem ſi quis contra confeſsiones & contra probationes, quando eſt etiam conuictus, ſed ſi nihil contra allegat iudex, à quo non debet differre: poteſt tamen iudex ad quem admittere appellationem, ſi ſibi aliqua cauſa iuſta allegatur, tunc ſuſpenditur iuriſdictio iudicis à quo, tempore inhibitoriæ. In ciuili autem, licet videatur eadem ratio, quæ in criminali, tamen tutiùs eſt tenere indiſtinctè confeſſum tantùm admitti ad appellandum, & appellationem ſuam habere omnem effectum etiam ſuſpenſiuum ciuiliter, licet non reperiatur expreſſum ius in contrarium. Et hæc omnia vera in confeſsione ore proprio facta per procuratorem. & idem de facta confeſsione defuncti, vt à ſententia lata poſsit appellare hæres, quicquid dixerit Io. And. quod eſt notandum. In notorio autem ſententiæ dic quòd ſi eſt prima in eadem ſententia, planum eſt quod poteſt appellari. Si autem ſententia nulla prouocatione ſuſpenſa, quæ in alia inſtantia producta confirmata eſt, tunc ſi contra ipſam primam ſententiam allegatur nullitas, vel quid aliud tribuens inſtãtiam defenſionis, auditur appellans, aliàs non: vt do. Anto. in d.c. veſtra. penult. char. ver. venio ad vltimum.

Notorium licet regulariter impediat appellationem: tamé ſi in appellatione exprimitur rationabilis cauſa, tenetur iudex deferre, & conſequenter executioné ſen tentiæ ſuſpendere, aliàs licet teneat appellatio, nō impeditur executio: & ſic tūc habet appellatio effectū deuolutum, non ſuſpenſiuum, niſi poſt inchoationem fa ctam per iudicem ad quem. no. Io. And. de ap. Romana. §. ſin autem. in glo. ſuper verbo, mandétur. & in nouella ſuper ea. glo. & vide quod ibi not. Io. And. in c. quàm periculoſum, de vſuris.

Notorium licet quandoq; excludat remediū appellationis, tamen nunquam excludit remedium nullitatis, nec remedium reſtitutionis. not. do. Ant. in d. c. penult. charta 3. col. aliàs 5.

Notorium nō excuſat appellanté à grauamine, quin teneatur cauſam grauaminis exprimere, & ꝓponere, licet ſit notoria, quia notorietas, licet excuſat à ꝓbatione, nō tamen à ꝓpoſitione. not. do. Ant. in d. c. veſtra. 3. col. & vide omninò ſup. §. notorium: licet non excuſat: vt c. veſtra. pe. char. 3. col. quod aūt dicitur notoriū non excuſare à propoſitione, limita, niſi ſit notorium apparens ex actis: vt not. do. Ant. ſecundum Pau. & Lap. in Cle. appellanti, de ap.

ADDITIO.

Vide Poſtillam poſitam ſuprà ante ver. notorium ſumitur æquiuocè. Et incipit notoriū quâdo releuet, &c.

Notoriū operatur ꝙ ſententia in notorio lata poteſt executioni mādari, nō ex peccato lapſu decennij, quod datur ad appellandū, quia cū non poſsit appellari, fruſtrà differtur executio. no. do. An. in d. c. veſtra. pe. char. 4. col. quod limita ſecundū ea, quæ no. ſuprà §. notoriū an impediat. & §. notorium licet regulariter ſequitur.

8 † Nouatio ſit quando plures obligationes coæquales fiunt circa idem, in quibus eſt ſeruanda hodie. l. fin. C. de noua. ſed in obligationibus, quarū vna eſt principalis, alia acceſſoria, nihil innouatur per illam l. ſed ſtāt iura antiqua, quod non innouatoris, ſed actoris eſt electio, niſi aliud expreſsè actum ſit. not. Bart. in l. ſtipul. de verb. obli. 4. chart. ver. venio ad contraria. & de act. empt. penult. & vlt. col.

Nouitius quid ſit, vide ſub ver. religioſus.

9 †Noxa diuerſis modis capitur:nam quandoq; capitur pro culpa,quandoq; pro crimine,quandoq; pro peccato,quandoq; verò pro pœna. no. Arch. in c. ſtatutum. 1. de reſcrip. lib. 6. in glo. 4. ſuper ver. noxia. Vnde verſ. Noxia delictum delinquens noxa.

Nullum quòd vocatur an ſit iniquum, vide ſub ver. ſententia. §. ſententia nulla, &c.

Numerus quid ſit, vide ſub verbo, pluralis.

10 †Nuncius ſi refert ſe citaſſe vel ex commiſsione iudicis feciſſe, non creditur ei de commiſsione: ideò oportet q; de illa conſtet in actis, nec etiam credit de reſponſione citati, ſi fortè dicat, quòd citatus reſpondit nolle venire. Sed de actu ipſius nuncij, ſcilicet de citatione an ſibi creditur, arbitrabitur ex qualitatib9 perſonarũ, & quantitate preiudicij ſecundũ quod contra dictũ nuncium aliquando admittitur ſimpliciter aſſertio aduerſarij, aliquãdo exigitur plena probatio, & ſi nuncius dicat ſe aliter retuliſſe, quã notarius ſcribit: in dubio creditur notario, niſi notarius ſit aliàs ſuſpectus. not. do. Ant. de appel. cũ parati. & ibidẽ do. Abb. Mode. 4. notab. in gl. ſuper ver. ſuus nuncius. & in c. ad audientiam. de præſcrip. idem no. Cy. & Iac. de Are. in l. ſi quis decurio. C. de fal. & no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. ſed quid ſi vnus. & vide ſub ver. notarius. §. citatio ſi apparet. & §. ſequent. & §. citatio. licet ſit executa.

* SINGVLARE.

Nuncius portans ſcienter literas homicidij, punitur pœna homicidij. ita ſing. dicit Cy. in l. non ideò minus. C. de accu. idem expreſsè firmat Bald. allegans Cy. in l. 1. §. ne autem. in col. fin. ver. extra quæro. C. de cad. tol. vbi etiam ſubdidit, idem eſſe, ſi mandaui Titio, vt faceret homicidium, & Titius mandauit Seio: nam omnes tenentur. alleg. tex. quem dicit eſſe ſing. in l. ſi ego. ff. q̃d vi aut clàm. idem etiam voluit Bart. in l. 1. §. incidit. ff. ad Turpil. vbi inquit, quòd nuncij, per quos fiunt tractatus maleficiorum, puniuntur per illum text. H. F.

Nuncius qui ex cõmiſsione ſibi facta debet aliquem citare perſonaliter, & ſi eum nõ inuenerit ad domum, ſi eũ referat ad domũ, citaſſe nõ intelligit, nec pręſumit

in ſubſidium: vt no.d.Ant.in c.cauſam.de do. & contu. in penult.col.in prin.& Bart.in l.4.§.prætor.ff.de dam. infect.contrarium tenet Bal.ff.de excu.tu.l.ſcire oportet.qui dicit quòd ita ſeruat practica iudiciorum, quia præſumitur, quòd nuncius fecit officium ſuum diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes in eccleſijs factæ quibus ſint diſtribuendæ.*
2 *Obedientia includit tria.*
3 *Iudicis officium diuerſimodè conſideratur.*
4 *Opinio cuius ſit virtutis & naturæ.*
5 *Beneficium quando dicatur obtentum.*
6 *Ordinarij appellatione quis comprehendatur, & quando ordinarium remedium faciat ceſſare extraordinarium.*
7 *Argumentum ab ordine ſcripturæ licitum eſt & validum.*
8 *Ordo iuris an ſemper ſeruandus ſit vel attendendus.*

DE LITERA O.

OBLATIO † quæ fit in oratorijs priuatis, & oblationes quæ fiunt ad imagines in locis priuatis ſitas fortè propter aliqua miracula, quæ ibi dicuntur facta, non poſſunt per alios licitè recipi, ſed pertinent ad epiſcopum. not.dominus Ant. in cle. per literas, de prębendis.

ADDITIO.

Oblationes factæ imagini beatæ Virginis debentur loco, vbi eſt imago, Ang.ſingulariter in aut. de ſanctiſſ. epiſ.§.œconomos colla.9.& in ſua quæſtione, incipien. in re fulgenti palatio. vide per do.Abba.in c. quoniam, de decimis.

2 † Obedientia includit tria: nam qui tenetur alteri obedientiam præſtare, debet ei reuerentiam exhibere, præceptum eius ſuſcipere, & iudicium eius ſubire. no. gloſſ.83.diſtin.in ſum. poteſt etiam ille, cui obedientia debetur, viſitare atq; corrigere. not gloſſ.in c. ſanè. de exceſſ. præla. non tamen poteſt præcipere ille cui obedientia debetur, vt res ſuas ſibi tradat: vt not. Io.And.

in c.

in c. inquiſitione,de ſen.excomm. ſuper ver. morale. & duo debent concurrere, vt quis pareat præcepto illius cui debetur obedientia, quod id quod præcipitur,ſit de officio ſuo, ſecundò quod ſit iuſtum: vt in c. Iulianus, & in c. præcepiſti.11. q.3. & vide in c. ex parte,de accuſ. per doct.

Obligatio an poſsit conferri in voluntatem debentis? dic quòd in vltimis voluntatibus non poteſt conferri in liberam, ſed in moderatam arbitrio boni viri ſic: in contractibus autem nec in liberam, nec in bonũ virum conferri poſſunt circa ſubſtantialia contractus, ſed circa accidentalia ſic. not. Bart. in l. ſi ſic. de leg.1. vide plenè per Bal. C. de contrahen.emp.l. in venditione. & vide ſub ver. debitor, per totum.

Patronus debet intra tempus ſtatutum realiter & cum effectu ſuperiori præſentare perſonam nominatam, vel ſaltem literas præſentationis ei tradere, quæ ſuperiori,ad quem ſpectat inſtitutio,pręſententur.no. Rom.conſil.211.nec eccle.ſufficit literas præſentare,niſi præſentandus perſonaliter ſe exhibeat:vt not.in Clemen. dudum de ſepul.ſuper verbo,præſentari. & ratio poniturin concluſione prædicta, in fin. & idem tenet Fran. de Zabarel. poſt Pau. in dicta Clem.4. ver.ac deinde. 5. notabili.

Patronus ſi perſonam idoneam intra tempus debitum præſentauit, licet ſuperior recuſauerit præſentatum inſtituere, non poteſt patrono aliquid imputari, licet vlterius nil agat,poteſt tamen ipſe patronus & eccleſ

cleſ. præſentatus querelam facere coram illo,ad quem pertinet inſtitutio,& petere,ꝙ ei aſsignetur tempus intra quod præſentatũ inſtituat, & ſi intra illud tempus non inſtituerit,ſuperior inſtituet:poſſet etiam præſentatus facere cõmitti cauſam in palatio, & auditor pronunciato beneficio ſibi debito, prouidebit ei ſecũdum formam Clem. auditor.de reſcrip. & no.Rom.cõn. 212.

Patroni ſi pręſentant vnũ vel plures,licet longo tempore lis contra præſentatũ, vel inter præſentatos pendeat,tamen lit.pend.epiſcopus non ordinabit eccleſiã, niſi œconomo,& interim currit tempus patrono,ſi fortè ille quem primo præſentauit, crederet eſſe bonũ, & poſtea reperiatur indignus, quia propter lit.pend.fuit impeditus,aliũ præſentare poteſt.vbi autẽ lis non eſſet contra præſentatũ,vel inter præſentatos, ſed inter patronos de iurepa.contendentes,tunc ſi lis non finiatur intra tempus ad præſentandum, epiſcopus ordinabit de Rectore,ſaluo iure vincentis. no.Ioan.And.de offic. ordi.cũ vos.in 1.glo.vide omninò Lap.in c.1.vt lit. pen. lib.6.vide omninò infrà §.patronus ſi præſentat ſcienter perſonam.

Patronus poteſt procuratorem conſtituere ad præſentandum ad certũ beneficium vacaturũ in ſpecie, & hoc verũ ſi in genere poſsit conſtituere ad pręſentandũ ad omnia beneficia vacatura, quando habet iuſpatronatus in pluribus beneficijs,ſed ſi habet ius in vno tantũm,nõ valet conſtitutio etiam in genere in beneficijs ad præſentãdum,niſi etiam eundẽ procuratorem conſtituat omnium negotiorum ſuorum,& habeat iuſtam cauſam conſtituendi, puta quia ſe ad ſtudium vel longam peregrinationem abſentat. not.Io. And.& Cal.in c.fin.de conceſ.prębend.& vide ſub verbo,procurator. §.procurator generalis ad lites.

ADDITIO.

Patroni procurator ſi pręſentauerit intra quatuor menſes, & ipſe intra illos quatuor menſes non fecerit fidem de mandato,non videtur præſentaſſe:quia paria ſunt, non præſentaſſe, vel minus benè præſentaſſe intra tempus. not.glo.de electio. ſi quis iuſto. lib 6. & refert Lapus alleg.ſua.22.& vide Bart.in l. ſi quis. ff.depo.

Patro-

Patroni præſentatio quã epiſcopus aſſerit factam de illo, quem inſtituit intra tempus debitum, præſumitur interueniſſe, ſi patronus non contradicit. not. Ro. conſil. 423. ſed retento, quòd epiſcopus conferat, & epiſcopus aſſerit in ſuis manibus reſignatum, an reſignatio per hoc probatur, vide Rom. conſil. 22. & do. Ant. in c. poſt ceſsionem, vbi quintus caſus de proba. & de primo vide ſub ver. inſtitutio.

Patronus ſi eſt clericus ex iurepat. conſequitur ius defendendi eccleſiam, & ius prouiſionis, & honorificentiæ, habet eccle. ius alimentans, & hæc omnia exceptio iure adminiſtrandi habet eccleſ. patronus laicus. not. dom. Ant. de cauſ. poſ. c. final. 18. colum. ver. ex his autem additur.

Patronus licet non poſsit variare accumulando, & alium præſentare, text. eſt de iurepat. cùm autem. & c. quòd autem. & epiſcopus alterum ex duobus ſucceſſiue præſentatis eliget quem voluerit. no. glo antepen. in cle. 2. de iurepa. quod declara, vt infrà prox.

Patronus laicus pręſentatum ſecundo pręſentans non dicitur propriè variare, ſed accumulare. not. Ioan. And. in d. c. cùm autem accumulatio prædicta fieri non poteſt, ſi lis ſuper prima præſentatione pẽdet. not. Lap. in c. 1. lit. pend. lib. 6. quod declara: vt infrà §. patronus. clericus non poteſt accumulare: ita nec collegium, nec vniuerſitas eccle. laicorum, ad quos vniuerſos præſentatio pertinet, vt dicit tex. in d. c. cùm autem: nam collegium ęquiparat clerico, ſi enim ille tex. reſtringeretur ad collegium clericorum, ſuperfluè dixiſſet de collegio cùm de clericis prius dixiſſet.

Patronus poteſt ſimul plures præſentare, & ordinarius habet eligere. not. Ioan. And. de iurepat. cùm autem. & eſt tex. eo. tit. in cle. 2. in fin. quod intellige in patrono laico, vel etiam clerico præſentante ex patrono: vt no. glo. in d. Clem. 2. ſuper verbo, permittimus, & ſuper verb. præſentatus.

Patroni ſi ſunt plures, poſſunt inuicem conueniri de præſentãdo alternatis vicibus, & ſi alter eorum moritur, pluribus hæredibus relictis, illi plures habentur loco vnius, & vnam duntaxat vocem habent in præſentando. tex. eſt in d. Clem. 2. de iurepat.

Patro-

Patroni ſi ſunt plures, an poſsit maior pars eorum præſentare,aut præſentandum eligere, alijs non vocatis,dic quòd non, ſi ad eos vt ſingulos pertineat: vt not. Io.And de iurepat.quoniam.

Patronus ſi præſentat ſcienter perſonam non idoneam,perdit ius præſentandi,quia deuoluitur ad ſuperiorem,etiam ſi patronus ſit laicus:licet Inno.videatur voluiſſe contrarium. not. Rom.conſil.212.Innoc.idem voluit etiam in laico vti.c.propoſuit, de fil.presbyt.ſed Ioan. Andr. tenet contrarium, quòd laicus non priuatur iure præſentandi,dummodò intra quadrimeſtre alium idoneum pręſentet:vt in c.cùm vos,de offic.ordi. licet glo.ibi concordet cum Rom.vide de ſupple. negli. prælatorum.c.2.

Patronus ſi præſentet ſcienter indignũ, vt homicidam,illegitimũ,nec non aliàs irregularem, deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem, vt in capite malitiæ, ſed non ex capite negligentiæ,quia nõ negligit,qui præſentat,licet malũ præſentet ad ſuperiorẽ ex aliquo lapſu temporis: ſecus ſi præſentaſſet omninò incapacem, vt fœminã vel infantem,vt patet ex no. per Inno. & Io. And.in c.cùm naſcitur,de conceſ.pręben.& facit quod not.Rom. conſil.262.

6 †Patronum faciunt,dos,ædificatio,fundus, & ſicut patronus fit eccleſiam ſiue capellã ędificando:ita etiam fit,ſi ab alio ædificatam totaliter deſtructã reædificat,vt de iurepa. nobis. & in gl.in c.quoniam quibuſdam.eo. tit.& in c.2.per Io. And. intellige quando fiunt cum auctoritate epiſcopi, aliàs nullũ ius patronatus acquirit. not.Ro.& Io. Ant.eo. tit.c.nobis. adde illud quod dicit dotantem eccleſiam acquirere ius patronatus, verum, quando dotat:vt not.glo.17.q.7.piæ mentis.

Patronus an poſsit eligere prælatum in eccleſia conuentuali,vel presbyterum in Capella, vide de iurepat. nobis.

Patrono non debentur alimenta ſi ad paupertatem deueniat,vide ſuprà, de iurepat.c.nobis. & §.patronus ſi eſt clericus.

ADDITIO.

Vide tamen de hoc Abba. in c. nobis,de iurepat.l.2.

col. in fin. ver. circa tertium quæritur, vbi vult, quòd tunc demum præſtantur alimenta patrono ab eccleſia, quando ſupereſt detractis expenſis neceſſarijs: quia primo ſubueniendum eſt ſeruitoribus, & cultui diuino, ac reparationibus ipſius eccleſiæ, & his quæ ſuperſunt, ſubueniendum eſt ipſi patrono, vt ſeruatur in liberto, qui habet alere patronum egentem, per l. ſi quis à liberis. §. alimenta. ff. de libe. agno. Et ad hoc allegatur tex. cum bona glo. c. quicunq3. 16. q. 7.

Patronus ſi eſt poſſeſſor caſtri vel villæ, cuius ratione habet ius præſentandi, an poſsit validè præſentare, licet antea nunquam præſentauerit, vide ſub verbo, poſſeſſor. §. poſſeſſor caſtri.

Patronus putatiuus ſi eſt in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi tempore præſentationis, valet præſentatio: vt not. do. Ant. de iurepa. conſultationibus, in 5. & 6. notabili. nec poteſt remoueri præſentatus: licet præſentans nullum ius haberet, & à vero patrono euictus ſit: ſed debet præſentatus verum patronum recognoſcere, ſecundum glo. vt not. do. Ant. de elect. querelam. vlt. col. vel debet patronus verus, poſtquam obtinuit, eum præſentare. not. do. Ant. in c. conſultationibus, de iurepat. in 9. col. Prædicta intellige, quando patronus putatiuus erat bonæfidei poſſeſſor: vt not. glo. & doct. in c. conſultationibus, de iurepa. Prædicta verò in præſentatione facta poſt litem motam dependen. à futuro euentu litis, & interim non debet pręſentatus inſtitui. not. do. Ant. de iurepa. ex literis. vlt. col. ſed dicit quòd poſt litem motam ſuper iure, vel quaſi poſſeſsione iuriſpatronatus, nullus poteſt præſentare: vt not. Rom. conſil. 141. lite mota ſuper iure & poſſeſsione, patronus non poteſt præſentare.

Patronus etiam laicus lit. pen. inter plures præſentatos per diuerſos præſentantes ſe putãtes patronos, nõ poſſet alium accumulare, nec in loco mortui aliũ præſentare: vt in c. 2. lit. pen. lib. 6. & Lap. de Caſtel. alle. 22. & Io. Cal. in conſil. & Io. An. in c. 1. vt lit. pen. lib. 6. in nouel. ſentit à contrario ſenſu, quòd poſsit accumulare intra quadrimeſtre, & hoc patet per Pe. Mo. in d. c. 1. & dicit Gaſ. quòd licet pendente lite poſsit patronum alium accumulare, tamen nõ poteſt loco mortui aliũ præ-

præſentare, per d. c vt lit. pen. Nec præmiſsis obſtat ſi dicatur quòd primo etiam loco mortui debet patronus laicus etiam poſſe alium præſentare, per ea quæ no. in c. 1. de præb. lib. 6. in glo. ſuper ver. collatio. quæ loquitur ibi de iudicio peremptiuo, per quod auffertur patrono poteſtas præſentandi, quod præſumitur Papam voluiſſe facere patrono laico, ne aliquos laicos abſtraheret à fundatione eccleſiarum, iuxta not. in c. cùm dilectus, de iurepat. ſed in c. 1. & 2. lib. 6. vt lit. pend. loquitur de præiudicio dilationis, quòd nõ tantùm ponderatur: vt not. do. Ant. in c. cùm Bertoldus, de re iud. & vide omninò ſuprà patroni ſi præſentant.

Patronus licet non poſsit donare priuato iuſpatronatus eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi: vt not. Io. And. in c. illud, de iurepa. & primo caſu donans perdit ius præſentandi, non ipſo iure, ſed per ſententiam: vt not. Cal. in c. quòd clerici, de iurepat. & ibi Zab. vide infrà §. patronus.

Patronatus ius libertorum fortius eſt quàm patronatus eccleſiarũ, & in multis differt vnum ius ab alio: vt not. do. Ant. in cle 2. ſuper verbo, libere, de iurepa.

Patronatus ius eccleſiarũ licet non poſsit ſingulariter legari, nec aliqs in illo, vt in re certa, hæres inſtitui: vt no. Io. And. in c. cùm ſecundum, de iurepa. tamen ad hæredes vniuerſales tranſit, & poſſunt illud inter ſe diuidere, ita quòd vnus ſolus habeat ius patro. in vna eccleſia, & alter in alia: vt not. Io. And. in c. 1. de iurepat. & in cle. 2. eo. tit. in glo. ſuper ver. libere. per præmiſſa videtur quòd ſicut per hæredes in diuiſione poteſt iuſpa. vni ſoli ex eis aſsignari: ita etiam teſtator poteſt diuidendo bona ſua inter hæredes vni ſoli ex eis iuſpat. aſſignare. ff. de aſsig. liber. & de iurepat. c. ex inſinuatione, &c.

Patroni ſi plures ſunt, & variant in præſentando, valet præſentatio facta à maiori parte omnium. not. Io And. in c. quoniam, in princ. de iurepat. ſuper ver. plurimorum, quod declaratur: vt not. Fran. de Zab. in cle. fin. de iurepat. tamen præſentatum à maiori parte poteſt epiſcopus refutare, ſecundum Innoc. ſed Hoſti. contradicit: vt not. Ioan. Andr. in d. c. quoniam. ſuper text. ad finem.

Patroni ſi ſunt duo, poteſt vnus aliũ præſentare: vt no. Io An. in c. quoniã. ſuper ver. plurimorũ, de iurepa.

Patronus laicus, ſi vnum præſentet, & licet alium accumulare non poſsit, tamen primo præſentato ius acquiritur ex præſentatione, propter quod poteſt ab ordinario petere ſe inſtitui: vt no. Io. And. in c. cũ Ber. glo. 3. de re iud. quod verũ eſt ſi petat antequã accumulatus inſtituat, quia poſtea petere nõ poteſt, ſed poſſet agere de iniuria contra ordinariũ, qui eum petentẽ non inſtituit ante præſentationem, ſed eum repulit, & nõ inſtituit: vt in c. paſto. de iurepa. & not. Io. An. ibi in d. c. cum Ber. qui dicit, quòd licet patronus laicus poſsit variare accumulando, non tamen à primo recedẽdo: vt not. Io. And. in 2. reg. contra eum in mer. ad fi. quoniam ius, vide ſuprà §. patronus clericus.

Patrono ignoranti nõ præiudicat ſententia lata contra præſentatum per eum, & econuersò ſententia lata contra patronum non præiudicat: vt not. gl. in q. 6. hoc quippe vide do. An. in c. quamuis, de re. iud. 2. char. ver. ſecundus caſus.

Patronus in fundatione eccleſiæ vel donatione beneficij, poteſt apponere pacta & onera, quæ vult. de iurepat. præterea. & c. nobis. & not. Io. And. de elect. lib. 6. ſuper ver. fundatione. Quod intellige interueniẽte auctoritate epiſcopi: vt no. Io. And. de presby. in c. multa, & dummodò non nimis oneroſa: ita quòd propter magnum onus cenſeatur illicita, aliàs ſecus. de conſec. di. 2. ſi quis virginem. item intellige de pactis incontinenti poſt fundationem appoſitis: ſecus ſi ex interuallo. 18. q. 2. eleutherius. de quo dic vt not. 16. q. 2. c. ſanè. in glo. ſi quæras, & eſt glo. in c. cum dilecto, de conſue.

Patronus qui vltimo repetitur in poſſeſsione præſentandi, debet in illa tueri, non obſtãte quòd alius fuerit antè poſſeſſor, niſi ille actus doceat ſibi iuſpatronatus competere: vt not. Fre. de Senis, conſil. 434.

Patronus ex vna præſentatione acquirit poſſeſsionem iuris præſentandi, qui ſemèl fuerat in poſſeſsione iuris præſentandi, niſi intentio alterius ſit fundata de iure communi: vt ſi eſſet contentio inter epiſcopum dicentem ad ſe liberè ſpectare præſentationem, quia tunc præ-

præſumitur pro epiſcopo, quòd ſit in poſſeſsione conferendi: vt no. Fred. de Senis, conſil. 233. & de elect. querelam. vide ſuprà §. patronatus ius non probatur, &c.

ADDITIO.

Præſentatus per patronum, ex ſola inſtitutione, conſequitur plenum ius in beneficio ſeu eccleſia, vt c. ſi tibi abſenti. de præb. lib. 6. etiam ſi traditione poſſeſsionis, vt ibi notatur: licet aliud ſit in rebus prophanis; vt l. quoties. C. de rei vend.

7 ¶Patroni ius an ſit reale vel perſonale, vide Anto. in c. quanto, in fin. de iud. vbi etiam tractat Ant. an ſit ſpirituale, de quo etiam tractat ſuper rub. eo. tit. &c.

Patronus laicus ſi eſt excommunicatus, præſentare non poteſt, ſecus ſi eſt clericus, quia tunc poteſt. not. in c. dilectus. de offic. deleg.

8 ¶Peccatum mortale non poteſt ſine veniali dimitti: ſed non econuersò: vt not. in prooem. 6. in glo. fin. in ſi. & vide ſub ver. presbyter.

* ADDITIO

Vbi agitur de peccato euitando, an credatur teſti ſe offerenti, vide quæ poſui in ver. teſtis. & adde quòd peccat mortaliter, qui non obedit principi ſeculari: vt no. Panor. in c. 2. de maio. & obe. in vltimis verbis. vide tamen Alex. in conſil. 27. incip. viſo libello, in col. fin. in primo vol. & de materia vide per Ioan. de Turre cremata, in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. H. F.

Peccata non ſolùm venialia, ſed etiam mortalia purgantur ex perceptione ſacramentorum in benè diſpoſito. not. do. Ant. de coha. cler. veſtra nota quòd ſacramenta.

Peccata fidelium purgantur ex miniſtratione ſacramentorum, & celebratione diuinorum, quam ſacerdos facit, & hoc verum, in quantùm ſunt capaces, vt quia non ſunt in mortali conſtituti, & dum ſint contriti, ſatis dicuntur purgari, eò quòd orationibus & ſacramentis Deus petendus eſt, vt facilius diſponatur ad peccata relaxanda, & hoc pro viuis: pro mortuis in mortali conſtitutis, nihil proficiunt ſacramenta, imò magis nocent: quò ad ipſos autem celebrantes, qui ſunt in

mortali conſtituti, nec pœniteăt celebrando, non mundantur à peccatis, imò magis grauantur. ſi verò contritionem habuerunt, & firmum propoſitum habeant nõ peccandi, celebrare poſſunt, ſi confeſsi fuerint, & abſolutionem petierint, licet pœnitentiam non egerunt, dum tamen intendunt peragere. Sed ſi ante confeſsionem & abſolutionem celebrăt, peccant, ſi habeant cui confiteantur: ſi verò non habent, tunc in neceſsitate celebrare potuerunt, & proficiet eis miniſterium ad purgandum pœnam peccatorum ſuorum: vt not. do. Ant. de cohab. cler. veſtra. in 10. oppo.

Peccat presbyter qui quotidie non celebrat, niſi celebrando ceſſet, quia ſe indignum reputet, & ſi ex negligentia non celebret, ſciens quòd ſacramenta purgăt peccata in alijs non ſolùm viuis, ſed etiam mortuis: ſed ſi deſiſtit ex quadam leuitate, venialiter peccat. not. do. Anto. de cohab. cle. veſtra. ver. non ſacramenta, & vide ibidem vbi dicitur, quòd ſi ex humilitate deſiſtit, quia ſe indignum reputat, vel reputat ſe ex ſcrupuloſitate peccatis inuolutum, cùm tamẽ non ſit, non peccat: ſed ſi abſtinet ſe ex pondere peccatorum, in quibus perſiſtit, cùm exire poſsit, hic peccata aggrauat. Qui verò ex pigritia quadam vel leuitate deſiſtit, peccat mortaliter, ſi ad hoc obligatur ex ſuſceptione beneficij.

ADDITIO.

Peccata in ſacerdotibus ſunt dulciter & manſuetè corrigenda, & non dura reprehenſione, & hoc pluribus de cauſis, de quibus per Io. de Turre cremata in c. licet plerunq;.40. diſt. Subdit tamen quod vbi peccatũ ſacerdotis vergeret in periculum fidei: tunc eſſet in faciem ei reſiſtendum. Et quare peccantibus debemus in corrigendo dulciter compati, aſsignat triplicem rationem, vide per eum.

Peccat mortaliter qui venit contra legem: quod eſt verum in legibus præceptorijs: vt not. Anto. in c. 2. de maio. & obedi. Quæ autem dicatur lex præcepti, vide ſub verbo, lex, §. lex cùm loquitur.

* SINGVLARE.

9 †Pecunia eſt de his rebus quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt. glo. in l.1.§. fuit quæſitum.ff. ad Trebel. & propterea poteſt ſine decreto alienari: vt in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. quod tamen limita, niſi illa pecunia ſit depoſita apud campſorem, & deſtinata ad emptionem rerum immobilium, quia tũc cenſetur res immobilis, & inter ea quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt. Caſus eſt ſingul. in l.3.§. quid ergo. ff. de con. & vti. act. tu. quem allegauit pro ſingulari Ludo. Romanus in ſuis notabilibus, notabili 103. H. F.

Pecunia quæ debetur ex contractu, & poſtea diminuitur in pondere, vel aliter mutaretur eius bonitas intrinſeca ante mortem etiam debitoris, debet ſoluere de antiqua moneta, vel noua ſecundum æſtimationem antiquam: & ita intelligitur de cenſi. c. olim. & c. cùm Canonicus. idem ſi debetur pecunia ex teſtamento: vt not. Io. And. in addit. Spe. in tit. de ſolu. §. nunc aliqua. in fin. & Oldra. in conſil. 31. licet contrarium facit ff. de aur. & arg. leg. l. cùm centum. ſed non contradicit, vt patet ex not. per Bart. in l.3. & l.1. in fin. eo. titul. vbi autem pecunia debetur ex lege, vel ſtatuto ſuperioris, ſufficit quòd fiat ſolutio de pecunia vſuali, & communiter currente tempore fiendæ ſolutionis. not. Ro. de male. c. 2. & ita dicit Spec. in titu. de ſolu. §. nunc aliqua, in fi. & dom. Anto. in c. quanto, de iureiur. & Zenze. & Matthe. in cle. 2. de deci. & Bal. in l. illud, in fin. C. de ſacroſanct. eccle. & licet ibi dicat, inſpici tempus obligationis, melius tamen loquitur in fin. in princ. C. de lega. & aliquid tangit in l. acceptam. C. de vſu. & quod dictum eſt de pecunia debita ex lege vel ſtatuto ſuperioris, idem eſt, ſi debeatur ex mandato vel præcepto eius: quia tunc nõ inſpicitur tempus mandati vel reſcripti: ſed tempus ſolutionis fiendæ, vt probatur de decimis, in text. in gloſſ. 1. & gloſſ. ſuper verbo, currentem. & ita tenet dom. Anto. in d. c. quanto. de iureiur. licet Oldrad. in hoc dicat contrarium, & malè, conſil. ſuo 247. ſed in conſil. 13. approbat quod dixit, quòd quando pecunia debetur ex contractu. & eo caſu loquitur Barto. in l. Paulus. ff. de ſolu. & in l. cùm quid. ff. ſi cert. petat,

& Cy.in l.minorum.C.in qui.cau.in integ.reſt.non eſt neceſſ.Io.And.in addit.Spec.in d §. nunc aliqua,in fin. recitat allegationes Oldra. quas fecit in conſil.247.ſed non exprimit,an pecunia debeatur ex contractu, vel præcepto ſuperioris, vnde intelligatur Io. And. loqui de pecunia,quæ debetur ex contractu, nec contradicat ei quod dixit in d.Cle.de deci.ſuper ver.currentem.vbi concludit quòd ſi pecunia debetur ex præcepto, non reſpicitur currentia temporis datæ, ſed tempus ſolutionis fiendæ,ideò ſufficit de illa ſoluere quæ tempore ſolutionis currit. & idem tenet ibi Pe. & Ant. quando pecunia debetur ex reſcripto: ſed ſi debetur ex lege generali vel ſtatuto, tunc limitat dictum Specu.& procedit quãdo pecunia mutatur, antequam ad pœnam delicti, vel ad ſalarium debitum officialis eſſet obligatio contracta, ſecus ſi poſt obligationẽ ortam pecunia mutaretur, quo caſu dicit inſpici valorem pecuniæ, quæ currebat tempore obligationis:ſed Bald. dicit contrarium in d. l. fin.C.de le. vide Io.And.in addit.Specul.in tit.ſuper Rub.de conceſ.præbend.vlt. col. & Oldrad.in conſil.78.

Pecuniæ appellatione venit quicquid habent homines in bonis,&c.

10 †Pœna excommunicationis eſt maior pœna,quàm ſit in eccleſia Dei. not.Rom.conſil.35.

Pœna exilij non habetur de iure canonico. not. do. Ant.de iud.cùm non ab homine.& not.Archi.in d.c. eccleſiam,ſed contrarium dicit Io.And.in ver.vltimo.

Pœna flagelli an & per quem poſſit clerico imponi, & pro qua re,vide 40.di. in ſumma.5.q.1.c de epiſcopatu.de ſent.excom.& c.ſi cle.lib.6. & quoties debeant dari illis,qui flagellantur,vide glo.35.diſt.c.ſi. & quæ verba habeant dicere ictus inferentes, vide 3.q.7.§. porrò.

ADDITIO.

Pœna ordinaria quando eſt imponenda, debet habere reſpectus ad tempus delicti. l. 1. ff.de pœnis. & c. fin. de ſent. excom. Sed ſi iudex ex cauſa addit, vel diminuit pœnam, quod poteſt iuxta notata in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia. & tunc conſideratur tẽpus ſententię & delicti:vt l.pen.

ff.ſi

ff. ſi ex noxa.cau.aga.not.Abba.in cap. fina. de conſtitu.

Pœna eſt auferre non ſolùm ius in re, ſed etiam ad rem.not.Ioan.An.de elect.c. fi. lib. 6, ſuper glo. 2. in nouel. contrarium tamen not.ipſe de re iud.odia. lib. 6. in mercu.ad finem.

Pœna quę imponitur ex non facto, ſiue ex facto negatiuo, quod idem eſt, non committitur, niſi præcedat monitio.not. Inno. de præben. extirpandæ. quod limitat ibi Do. Anto. & per eundem de elect. cùm in cunctis de remiſs.& per Io.And.de elec.licet canon.lib.6.

Pœna decretalis, auaritiæ cæcitas, de elect.lib.6. nō habet locum quando præcedit confirmatio: licet inualida propter citationem omiſſam, quicquid dixerit Io. An.de elect.c.fi.ratio eſt, quia verba decretalis, auaritiæ, non comprehendunt illum caſum: ergo ex mente eiuſdem capituli, quæ ex verbis ſpecificatur, non cōprehenditur: non licet arguere in materia pœnali: vt not.Ant. in cle.c. 1. de reſcript. idem fortius eſt, quia non fuit de mente generalis capituli, auaritiæ, illum caſum cōprehendere, quia tempore illius c. non erat neceſſaria citatio in confirmatione: vt not. Compoſ.in eo.tit. ꝙ ſicut. & Io.An.in d: c. fi. Sed illa ſolennitas citationis poſtea fuit inducta per Nic.III.qui fuit diu poſt Greg. conditorem dictæ decreta.auaritię, vt patet ex proœmio 6. Non ergo poteſt dici de mente Greg. fuiſſe id quod non fuit ſuo tempore cogitatum, imò continuè ſuo tempore cogitatum fuit, quòd valeret confirmatio ſine citatione. Et mirandum eſt, quòd Io. An. ad hoc non aduertebat. Dicta ergo decreta operatur, quòd confirmatio ſine citatione eſt inualida, ſed non operatur, quòd adminiſtrator incidat in pœnam: quia hoc non dicit decretalis, auaritiæ, nec voluit hoc, vt ex præmiſsis patet.

Pœna incendiarij quæ ſit, vide extra de rapto. c. in literis.& de ſenten.excommunic. tua nos. & ff. de pœ. l. capitalium.§.incendiarij.& de reſcinden. vendi. l. eum qui ædes.& plenè per Cy.in d.l. qui accu. non poſ.

Pœnæ pœnitentiales ſunt arbitrariæ.not. Do.Ant. de iudi.at ſi Clerici.§.de adulte.ver. concludo.

Pœnas varias delictorum vide plenè in glo. de offi. ordi. c. ad reprimendam.

Pœna in lege vel ſtatuto appoſita in vnum caſum

intelligitur repetita in additione facta in lege vel ſtatuto in alium caſum. vide ſub verbo, lex. §. lex & conſtitutio pœnalis.

Pœna adiecta per diminutionem annuam vel æſtiuam præſumitur in l. cùm ſtipulati. ff. de verbo. obli. & Archi. 12, q. 1. cum deuotiſsima.

Pœnam excuſat difficultas, & ſi quis promiſit curare, vt Titius accipiat Ber. in vxorem ſub certa pœna, & omnem diligentiam fecit, vt inuicem matrimoniũ contraherent: & ſi vterq; vel aliter noluit conſentire, excuſetur à pœna propter hanc difficultatem. not. Do. Ant. in cap. Gemma de ſpon. & Fred. in conſilio ſuo 25. & quodlibet iuſtum impedimentum excuſat à pœna, ſi quis non fecit id quod facere debuit, & eſt caſus in cap. ſignificante. de pig. vide omnino quod not. glo. in c. imputari. de reg. iur. lib. 6. aliàs de iureiu. & vide quod not. Io. And. in c. quanquam. de iureiur. lib. 6. ſuper ver. mandauit in nouel.

Penè hoc Aduerbiũ ſumitur pro quaſi, & no. quandam mixturam improprietatis. Domi. Anto. de cohabi. cle. veſtra. ver. venio ad tertium.

ADDITIO.

Pœna delicti poteſt diminui propter merita præcedentia, iuxta illud Pſalmi: Si ceciderit iuſtus, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam, & ſic minus venit puniendus regulariter religioſus vel Clericus, quàm Laicus, quia alleuiatur propter merita præcedentia: vt latius. not. Io. An. poſt beatum Thomam. in c. accuſatus de hæreti. lib. 6. Abbas in c. niſi ſpecialis de offi. deleg. circa prin.

Perinde, quid hoc verbum importat, vide Bar. in extrauagan. ad reprimendum, ſuper ver. perinde.

31 †Periurus non repellitur ratione periurij ab agendo in iudicio: niſi in quantũ iuramentũ ſpecificè repugnat rei, de qua agit. no. Do. Ant. de iudi. intelleximus. in ſi. in verſi. idem credo. & vide quod not. Ioan. An. in cap. dilecti. de exce. ver. quæro an exceptio.

Periurus eſt infamis, & à teſtimonio repellitur in omni

omni cauſa. de teſtibus. c. teſtimonium. in tex. & glo. ſuper ver. periurus. vide Archi. 6. q. 1. quicunq;, in fi. & Bal. in l. Titius. ff. de his qui not. infa. quod intellige etiam in periuro, ratione iuramenti de futuro: ſed periurus ratione iuramenti de præterito non eſt infamis: vt not. Bar. in lege Titius. ff. de his qui not. infa. Item etiam ratione iuramenti in futuro, tunc demum periurus eſt infamis, quando iurat ei, cum quo contraxit, ſecus ſi iuratur ſibi ſoli, vel Deo tantùm: vt not. glo. & Bart. in l. Lucius. & idem eſt in iuramento de præſenti, quod eſt de præterito: vt not. glo. 6. q. 1. quicunq;. Dicit tamen ibi Archi. quod tunc demum iuramentum de futuro infamat, quando habet rei obſeruantiam, vt quia conſiſtit in dando vel faciendo, & fit cum ſolennitate, aliàs ſecus, vide Do. Ant. in d. cap. teſtimonium diſtinguentem alit.

Periurus an ſit capax beneficij eccleſiaſtici, ita quòd collatio ſibi vel electio de eo facta ſit ipſo iure nulla. vide Gaſ. & Car. in c. querelam. de iureiu. & ex illo tex. tenet ea ratione, quod periurus debet beneficijs ſuis priuari. Gaſ. dicit ibi, quòd nõ valet collatio, ſed electio ſic: de electione videtur caſus in c. cum impoſitionibus. de iureiu. lib. 6. Fre. de Se. tenet quòd etiam collatio non valet: vt ipſe not. conſi. 2. & idem ſentit Do. Ant. in c. accedens, de accu. in 3. no. per illum tex.

Periurus an repellatur à teſtimonio, vide Archi. 6. q. 1. quicunq;, in fi. & per Bal. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. & vide ſuprà §. 1.

Periurus fidei in eo quòd non vergit in alterius pręiudicium, ſolum Deum habet vltorem. no. gl. 6. quæſtione 1. quicunq;, & no. in l. fi. & l. cum patrono. C. de re. cre. & ibi no. per Cy. Bald. & But. in l. cum patrono. & l. verum. vbi autem vergit in alterius præiudicium, diuerſimodè punitur, ſecundum varietatem caſuum, de quibus loquitur Cyn. & melius Bal. l. 2. C. de reb. cre.

* ADDITIO.

In iuramento veritatis ille qui credit iurare veritatem, & iurat falſum, tamen eſt periurus, vt in iuramento

mento teſtis, ſecus in iuramento calumniæ: ita voluit Bal.in l.2.§.quod obſeruari,in 3. not. C. de iura.calum. ſequitur Pe.de Ancha.in cap.2.de iura. calum.in 6.& an periurium poſsit committi abſq; dolo, vide plenè per Domi. Iaſonem in leg. qui iuraſſe. ff. de iureiuran. in 3. not. H. F.

Periurium non eſt peccatum,niſi ſit voluntarium: vt 30.q.1.in prin.

12 †Permutatio beneficiorum dicitur fauorabilis, nō odioſa:ideò in ea non debet fieri ſtricta interpretatio. not.Frede.in tracta.permu.q.18.& vide ſub verbo, beneficium. & ver. epiſcopus.

Permutatio beneficiorum etiam cum auctoritate ſuperioris non valet, ſi pactio & contractus partium de permutando præceſsit, ſecundum Hoſt.vt not. Io. And. de re. permu. quæſitum. contrarium no. idem ſecundū Gof. eo. tit. cum vniuerſorum.vbi dicit, tractatum de permutando poſſe inter partes interuenire,ſed contractus per eos fieri non poteſt, cùm totum à ſuperiore dependeat permutare volentes, & ſi promiſerunt inuicē beneficia permutare, ſiue optionem dare cum ſuperiore, & permutatio fiat, ſi poſtea alterum eorū pœniteat, non poteſt alius eum repellere, ſi videat permutationē beneficij vtilem.no.Fred.in tracta.permu.q. 28.vide infrà §. permutatio beneficiorum.

Permutans eccleſiam debitis grauatam poteſt paciſci cum alio permutante, quòd ſoluet illa debita & grauamina,quia & ſine pacto ad hoc tenetur, melius eſt tamen,quòd à talibus pactis ſe abſtineant,ne fraus committatur.no.Fred.in tract.permu.q. 39.

Permutatio beneficiorum etiam ſi ſit vtilis eccleſiæ, poteſt fieri per epiſcopum, inuitis illis, quorum intereſt.not.Frede.in tracta.permu.q. 23. vide plenius 30. & infrà ſequen.§.& §.permutare volentes ſuprà.

Permutare beneficium non compellitur quis inuitus,niſi neceſsitas, vel vtilitas eccle. hoc expoſcat, quo caſu poſsit quis inuitus transferri,licet non præciſè,ſed per ſubtractionem & priuationem.no.Fred.in trac. per mu.q.25.ſed Lap. dicit in addi. quòd prædicta non habent locū in epiſcopis & religioſis, quia ſi nolint, transferri non poſsit: idem in curatis: quia curati ſunt aſtricti

&ti iuri publico propter curam, ſecus in non curatis. & vide infrà §. proxi. ſequen.

Permutatio prælatorum eccleſiarum collegiatarũ; licet poſsit fieri per Papam collegijs inuitis, tamen non poteſt fieri per Epiſcopum abſq; conſenſu collegiorum; niſi Epiſcopus ex cõſuetudine vel priuilegio habeat liberam ordinationem ipſarum eccleſiarum: & idem in legato de Latere, quod in epiſcopo.no.Fred. in trac.prædicto.q.29. cum conſenſu collegiorum poſsit epiſcopus dictam permuta.facere; ſic etiam interueniẽte conſenſu Collegij, ſi ipſam permutationẽ facit epiſcopus propter neceſsitatem vel vtilitatem eccleſiarum. & idem ſi illi de collegio vocati per Epiſcopum non comparent, nullam iuſtam cauſam ſuæ contradictionis allegant, & vtilitas eccleſiæ expoſcit, permutatio fieri poteſt: in eccleſijs autem non collegiatis poteſt legatus permutationem facere, etiam ſine conſenſu illorum, quorum intereſt, niſi eſſent Patroni Laici, contra quos plus non habet, quàm diœceſanus: ſi tamen nõ contradicunt, valet permutatio. & vide quod no.per eundem.Lap. in tract. permu. q. 30.

Permutatio facta per ordinarium de beneficio ſpectante ad collationem patroni, eo contempto, & nõ vocato, non eſt nulla, ſed per ſententiam annullanda, ſi patronus contemptum ſuum proſequitur intra tempus, quo debuit præſentare, ſed ſi præſens fuit permutationi, & contradixerit, & non conſenſerit, tunc eſt nulla, ſi iuſtam cauſam contradictionis adduxit: aliàs ſecus. no. Ro.conſi.308.Fred.autem dicit; quòd permutatio beneficiorum, in quibus Laicus habet iuſpat.non poſsit fieri per Legatum contradicente patrono. ſecus ſi expreſſe non contradicit: ſi autem patronus eſt Clericus, tunc poteſt Legatus permutare etiam ſine conſenſu patroni; ſecundum Fred.ac Lap.in additio.dicti tract. permutationum.Fred.69.q.19.& q.30.

Permutatio beneficiorum fieri non poteſt ſine cõſenſu eorum, ad quos electio vel collatio, ſiue præſentatio pertinet, & ſufficit conſenſus expreſſus vel tacitus; ſecus in permutatione cauſæ proprietatis perpetuæ ipſorum beneficiorum, vt ſi vna eccleſia vult vnum beneficium cum alia eccleſia permutare, quia tunc requi-

ritur conſenſus expreſſus, nec ſufficit tacitus, ſecundũ Lap. in addi. in d. q. 30. ſufficit tamen conſenſus maioris partis, quando permutatio fit pro neceſsitate, vel vtilitate eccleſiæ: ſi autem eſt voluntarium, tunc oportet omnes conſentire, vt patet per Lap. in addi. trac. permutati. q. 18. & no. Fred. in d. tract. q. 20. & quod dictum eſt de conſenſu maioris partis, habet locum etiam ſi pertineat ad plures & ſingulos: vt puta patronos: vt not. Fre. in d. tract. q. 22. & vide infrà §. permutatio beneficiorum ſine autoritate.

Permutatio beneficiorum ſi fuerit nulla, poſſunt permutantes ad priora beneficia redire non obſtante reſignatione facta: debent tamen hoc facere ſecundum quoſdam cum auctoritate ordinarij. & non aliter. not. Roma. conſi. 339. Et Ioan. An. dicit, quod auctoritate ordinarij, & non aliter poſſunt, ſi non fuerunt in culpa, cuius opinio eſt æquior: vt no. Fre. in tract. permu. q. 8. idem autem Fre. diſtinguit, quòd ſi permutatio fuit nulla ex parte vtriuſq;, poſſunt permutantes redire propria auctoritate ad beneficia, & ſi ſimpliciter ignorauerunt, permutationem non valere: vt ipſe not. in d. q. 8 idem ſi fuerit nulla ex parte vnius tantùm, cui fuerit euictum per eum: vt q. 14. idem ſi permutans non eſt euictus, tamen ille qui ſecum permutauit, ius non habuit, quia fortè ſimoniacus erat, vel aliàs non habuit titulum: vt not. per eum. q. 10.

ADDITIO.

De ſupradictis vide per Dom. Feli. in c. cùm venerabilis, de exceptio. poſt princip. in verſi. vtrùm permutantes.

Permutari poteſt vnum beneficium cum pluribus, quando illa plura poſſunt ſimul ſine diſpenſatione teneri: aliàs ſecus. not. Anto. de exce. cùm venerabilis. 3. col. ver. nota quòd vna.

Permutans vnum beneficium pro duobus, altero euicto, ſi vult euictum dimittere, poteſt ad primum beneficium ſuum recurſum habere auctoritate ſuperioris. not. Rom. conſi. 63.

Permutans vnum ex duobus ſimplicibus, quæ obtinet

tinet cum curato, non videtur diſpenſatum, ꝙ vtrumq; ſcilicet curatum, & aliud ſimplex, quod non permutat, retineat. no. Fre. in tra. permu. q. 28.

* ADDITIO.

Permutans licet habeat actionem contra alterum non implentem ex parte ſua, tamen non habet actionem contra emptorem rei datæ in permutatione. caſus eſt in lege cum precibus. C. de re. permu. & ponit Socy. in conſilio 68. colum. fina. circa fin. in 4. volum. H. F.

Permutans vnum beneficium curatum ex duobus, quæ canonicè obtinet cum alio curato, non ſolùm perdit id quod permutat, licet etiam alterum quod prius habebat, quia per adeptionem tertij curati prima duo vacant: niſi diſpenſatio intercedat, ſecundum Fred. in tra. prædicto. q. 7. ſed Lap. ibidem in addi. non valet permutatio, quæ fit de tertio beneficio, quia habenti duo beneficia curata non poteſt tertium curatum conferri, ſed ſi prius non renunciat primis duobus, fuit ſimpliciter facta permutatio, quia non extenditur, niſi ad duo priora, ſecus ſi diſpenſatio fuit plenior, quia in ea dicitur, quòd poſsit illa duo, vel eorum alterum dimittere, & alia ſimilia recipere & retinere, ſicut moderno tempore fit communiter, an autem diſpenſatio circa prędicta poſsit fieri per inferiorem à Papa. vide Fred. in d. tracta. q. 12.

Permutationes beneficiorum ſiue fiant auctoritate ordinarij, ſiue Papæ vel eius Legati, non eſt neceſſè, quòd permutantes faciant mentionem de alijs beneficijs, quæ obtinent. notat Frede. in tractat. prædicto. q. 18.

ADDITIO.

Permutatio facta de beneficio pingui cum tenui præſumitur fraudulenta: vt per Do. Feli. in c. quia veriſimile, de præſump. Quod eſt contra fraudem hodiernam, quæ ſolet fieri in quadam eccleſia, vbi eſt quædam capella pauci valoris, & ſæpe fit permutatio de beneficijs cum illa capella,

Permu-

Permutatio facta per Papam, vel ex eius ſpeciali cōmiſſione de beneficijs reſeruatis, non facta mentione de reſeruatione, non valet reſeruatio, quæ erat ſpecialis & ſecreta de cæteris beneficijs, ſecus ſi erat generalis, & non in curia. no. Fred. in tract. prædicto. q. 4. licet autem nō valeat reſeruatio ex cauſa permutationis facta, ideò Papa certificatus de ſpeciali reſeruatione debet vel permutationem perficere, vel permutantibus regreſſum dare ad priora ſua beneficia: vt not. in tracta. q. 6.

Permutatio beneficiorum non poteſt fieri ſine auc. Diœceſani, etiam ſi ad eum non pertineat collatio, nec confirmatio ipſorum beneficiorum, quantumcunq; interueniat auctoritas illorum, ad quos pertinet omnimoda prouiſio beneficiorum. not. Fred. in tract. prædicto. q. 22. niſi talem auctoritatem illi, ad quos pertinet prouiſio, habeant à Papa: vt no. in d. tract. permu. q. 23. vide Rom. conſi. 398. & ſicut permutatio debet fieri in manibus ordinarij, ita etiam renunciatio quæ permutationem præcedit, licet ad alium pertineat electio, collatio, & præſentatio: vt no. per eundem. q. 22.

Permutationi beneficiorum non poteſt vicarius Epiſcopi auctoritatem præſtare, ſed capitulum vacante ſede ſic: niſi beneficia ad collationem epiſcopi ſiue capituli pertinuerunt, ſecundum Fred. in d. q. 26. ſed ibi in addi. quadam dicitur, quod capitulum & vicarius indifferenter poſſunt, quia talis auctoritas dependet à iuriſdictione epiſcopali: vt not. gl. in cle. vnica, de re. permu. in qua iuriſdictione ſuccedit capitulū & vicarius, etiam quò ad iuriſdictionem habet idem tribunal cum epiſcopo, nec ſequitur, non poteſt conferre, ergo nec permutationes auctorizare, quia collatio ſapit naturā donationis & liberalitatis: vt no. de præben. c. relatum. permutatio non: quia de neceſsitate debet permutantibus conferri, & ſi aliàs fit, collatio non valet: vt patet in Clemen. 1. de re. permu. vide ver. capi. & vicarius.

Permutatio beneficiorum non poteſt fieri ex interuallo, vt ſi beneficia permutanda ſunt in diuerſis diœceſibus, & vnus conferret vni de permutantibus præcedente reſignatione, & deinde alius epiſcopus aliud beneficium ſuæ diœceſis alteri permutanti ſimul conferre poterit reſignationibus præcedentibus, poteſt tūc

per-

permutatio ſimul vel eodem tempore fieri, ſi ambo epiſcopi ſimul eſſent, vel vnus alteri committeret vices ſuas. not. Fred. in tracta. prædicto. q. 12.

Permutatio beneficiorum quando fit, neceſſe eſt, quod hincinde interueniat noua collatio. not. Fred. in tract. prædicto. q. 1. & q. 26. ſi tamen epiſcopus permutantibus conſentiat, contuliſſe videtur.

Permutatio non redditur nulla ex eo ſolo, quod appareat inæqualitas in beneficijs permutatis, ſiue ratione redituum, ſiue ratione oneris, quia ex hoc non probatur fraus: vt notat Frede. in tracta. prædicto. q. vltima.

Permutans ſuum beneficium cum alio deſinit ſuũ poſsidere, ideò non competit ei interdictum vnde vi, & condictio ex canone reintegranda. not. Roma. conſi. 62.

Permutans beneficium ſi agit ad beneficium permutatum, non tenetur titulum eius, cum quo permutauit, exprimere, ſed ſufficit probare eum poſſediſſe beneficium, & quod pro tali reputabatur: vt not. Ro. conſilio 109.

Permutare volentes beneficia non poſſunt impediri per habentes poteſtatem optandi ex conſuetudine. no. Fred. in tract. prædicto. q. 28. licet Lap. ibi aliter in additione diſtinguit.

Permutari poſſunt beneficia commendata adinuicem etiam cum alijs non commendatis, ſed liberè conceſsis. no. Fred in tracta. prædicto. q. 15.

Permutari poſſunt beneficia manualia, licet ad nutum reuocabilia, quia beneficia ſunt & poſſunt perpetuò non reuocari. not. Fred. in tracta. prædicto. q. 16. tamen ex tali permutatione etiam auctoritate apoſtolica facta, non deſinunt eſſe reuocabilia: vt not. idem Frede. q. 17.

Permutari poteſt beneficium curatum cum non curato. Item vicarij perpetui eccleſiarum parochialium poſſunt ſuas vicarias permutare, quia talis vicaria eſt titulus canonicus & perpetuus. not. Lap. in addi. dicti tracta. q. 14.

Permutari poteſt beneficium cũ hoſpitali vel præſtimonio, quando illud hoſpitale vel præſtimoniũ conceditur Clericis in beneficium, ſecus ſi Laicis conceda-

tur,ſecundum Io.And.ſed Fred.dicit idem etiam, quādo conceditur Laico, vel etiam Clerico, ſed non beneficiū: vt no.in tract. prædicto.q.14.Lap.autem in addi. Io. An. tenet, quod de beneficio ad non beneficium eſt prohibita permutatio.dicit tamen Fred.finaliter, quod licet hoſpitale,quod non confertur in titulum beneficij,non poſsit cum alio beneficio eccleſiaſtico permutari, poteſt tamen permutari cum alio ſimili hoſpitali, facta prius renunciatione in manibus ſuperioris, qui committet vnum alteri, & alterum alteri.

ADDITIO.

Præbenda vacans ex cauſa permutationis non debet alteri conferri,quàm permutare volenti: vt c.inter cætera,de præben. Et talis collatio eſt ipſo iure nulla: vt Cle.1. eo. ti. Nec expectans apoſtolica poteſt tale beneficium acceptare: vt in c.1. de rerum permu. lib. 6. Abbas in d. c. inter cætera.

Permutare non poteſt habens ius ad beneficium cum habente ius in beneficio, nec etiam duo habentes ius ad rem poſſunt dicta ſua iura ad inuicem permutare, ſecundum Fred.in d.tract.q.13. dicit tamen Lap. ibidem in addi. quòd ſi aliqui ſunt canonici, auctoritate apoſtolica, licet vltra numerum, & expectant præbendas vacaturas, poſſunt inuicem permutare canonicatus inter ſe, & etiam cum alijs, & alia beneficia cum auctoritate diœceſani: ſecus ſi expectarent canonicatus, & præbendas, quia canonicatus qui eſt ſub expectatione præbendæ, permutari non poteſt, quando eſt canonicatus vltra numerum: vt no. Ro.conſi. 458.

Permutari non poſſunt beneficia, vbi eſt certus numerus canonicorum, puta vigenarius, & reſtrictus ad duodecim, & ordinatum eſt, quòd in locum cedentis vel decedentis nullus ſubſtituatur, donec ſit redactus ad numerum duodecimum, tunc enim ſi duo de numero vigeſimo vellent permutare, non poſſunt, quia beneficia non poſſunt vacare, donec numerus ſit redactus ad 12. not. Fred. in d. tract. q.33. ſi tamen illa, quæ ad ordinationem & ſtatutum fecerunt, permutarent,

vale-

valerent ſecundum Io. And. ſed Frede. contrà: licet Lap. aliter diſtinguat in addi. in d. trac. q. 35.

Permutare non poſſunt Rectores eccleſiarum ipſas eccleſias, quæ ſunt de menſa monaſterij ſine conſenſu monaſterij. not. Frede. in d. tracta. q. 13.

Permutari nõ poſſunt canonici ſine auctoritate & conſenſu ſuperioris, ita nec præbendæ, nec domus aſsignari ratione prębendæ, etiam in eadem eccleſia, ſecundum Io. And. & Lap. in fi. dicti tracta. in addi. Rom. autem dicit, quòd Canonici poſſunt ſine auctoritate ſuperioris permutare pręben. ſuas, quas habent indiſtinctas ab earum fundatione, ſed ex diuiſione bonorum per capitulum facta, temporaliter aſsignatas. no. Rom. conſi. 458. 4. col. aliàs 450.

Permutatio de neceſsitate requirit permutatorem eſſe Dominum rei permutatæ, vel pro Domino haberi, vt eſt habens ius in beneficio ſeu iure, qui licet non ſit propriè Dominus beneficij: tamen pro Domino habetur: vt eſt caſus in c. cùm venerabilis. de excep. & de re. permu. c. 1. in fi. lib. 6.

13 † Perſona, ſi hoc verbum profertur in materia reſtringibili, non comprehendit collegium nec vniuerſitatem: quia collegium & vniuerſitas non eſt perſona vera, ſed ficta: vt in l. mortuo. ff. de fideiuſſo. & ita tenet Ioan. Mo. & Ioan. And. in nouella. de præben. cum illis. in fine. lib. 6. & idem tenet Bar. & Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & per tex. in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. &c.

Perſonatus & perſonæ eccleſiæ quid ſint, & in quo differunt, vide ſub ver. dignitas. §.

14 † Pertinere, hoc verbum latiſsimum eſt, & comprehendit tam petitorium, quàm poſſeſſorium. no. Ro. con ſi. 396. idem no. Innocen. de cau. poſ. cum eccleſia. & quãdoq; comprehendit Dominum, quandoq; poſſeſſorem. not. Domi. Anto. de electio. querelam. ver. no. tertio. quod in iſto libello. & dicitur etiam ad aliquem pertinere & ſpectare pleno iure, eo ipſo quod eſt ei, quo ad ſpiritualia tantùm ſubiecta: vt no. in d. c. querelam. ver. no. 7. loquitur tex. contrarium. videtur tex. tenere iuncta glo. 1. in c. conqueſtus. de fo. compe. & quod ibi not. Do. Anto. vide tex. de ver. ſig. l. verbum illud pertinere.

q 2 & de

& de fi.inſtru.c.inter dilectos. & de re iudi. c. Abbate ſanè.lib.6.& de elect.c.fi. eo. li. & de relig. domi. conſtitutus, &c.

Pignori poſſum habere, & pro hypotheca rem meam, quando non eſt mea pleno iure, ſed reuocabiliter mea: vt not.per Cyn. & Bald. in l. plenè. C. de iure Domi. &c.

Placet, quid importat hoc verbum, Placet, ſiue placebit, vide ſub verbo, arbitrium. §.1.

Plebanus an dicatur Prælatus, vide ſub verbo, prælatus, &c.

Plena quę probatio dicatur, vide ſub ver.probatio. §. probatio indubitata: & quando dicatur plenè loqui de cauſa, vide tex. de teſti.ſignificauerunt.in fi. tex. de in integ. audit. & vide ſuper ver. liberum.

15 † Pluralis numerus in gratijs beneficialibus reſtringitur ad duo.de præb.is cui.li.6. & quandoq; ad vnũ tantùm.& quandoq; ſuper beneficijs diſpenſatur, ſecundũ Arch.in c.2.de filijs presby.li.6.in ver.plura: prædicta intellige niſi verba pluralis numeri erunt geminata: vt verba plurima, ſecundũ Io.An.ibi in nouel.idem in ver. quicunq; : talia enim verba geminata omnem numerũ includunt: vt not. Bal. in l. Baſilica. ff. ad Trebel. & ſub talibus verbis geminatis veniunt beneficia curata: quæ aliter non venirent. not.Rom. conſi. ſecundum Io. An. de præb.in nouel. in c.quamuis. lib. 6. ſuper verbo, reſtringitur.in nouell.& ſuper ver. in beneficijs.

Pluralis ſermo an reſoluatur in plures ſingularitates, vide Bal.ff.de condi.& demon.l. falſa. §. fin. ad Trebel.& l.hæredes mei.§ cùm ita.& l.ſi quis ſeruus.§.ſi plurium.& de nego. ge. l.3.§. negocia. & per Barto. in leg. penul.C.de pupil.& alijs ſubſti.gloſſ. in c. vt priuilegia. de priuilegi.in gloſſ. fina. & in Clem.1. de renunciatio. ſuper ver.alios. de reſcript. c.2. in 1. glo. & per Archid. in 1.diſt.omnes. & per Anto. in procemio Clem. & vide Rom.conſi.79.

* ADDITIO.

Pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates, quãdo illa pluralitas reſpicit diuerſos effectus. leg. falſa. §. fina.

ſina.ff.de condi. & demon. Alexan. in leg. hæredes mei. §.cum ita,in 3. colum. ver. vnde dico.ff. ad Trebel. & an & quando pluralitas reſoluatur in ſuas ſingularitates, vide latius per Iacobi.de Sanct.Ge.in l.ſi ſeruus.§.ſi plurium,in 2.colum. ff. ſi quis cau. H. F.

16 †Poſſeſsio in iuribus incorporalibus non eſt vera poſſeſsio,ſed intellectualis,interpretatiua, impropria, quam iura appellant quaſi poſſeſsionem,quod no.propter ſtatuta de poſſeſsionibus loquentia. not. Domi. Ant.de cau.poſ.c.ſi.3. colum. in princip. & vide ſub ver. permutatio.& ſub ver. procurator. & ſub verbo, ſubrogatio.

ADDITIO.

Practicam tradendæ poſſeſsionis,vide omnino per Do.Feli.in c.cum aliquibus.de re iudi.in ver.inquãtum Abbas impugnat.

Poſſeſsio in iuribus corporalib⁹ acquiritur ex vno actu affirmatiuo, eius contra quem poſſeſsio quæritur, quem actum veriſimiliter quis alteri non exercet, niſi ius habenti, ſed ille actus conſiſtit in agere, vt cenſum ſoluere, vel ad ſynodum ire in ſignum ſubiectionis, & pati: potiores tamen ſunt actus, qui ſonant in agere, quàm in pati.not. Domi.Anto.de cau.poſ. c. ſi. in 1. col. Concludo tamen an ſufficit vnus actus vel plures,& requiritur,quòd exiguntur tot & tales, & talium iurium exercitia, quæ concludunt vtentem vti iure ſuo: vt no. Do.Ant.eo.c.16. col. & vide infrà §. poſſeſsio, ſeu quaſi, iurium incorporalium, vt acquiritur.

Poſſeſsio poteſt acquiri in prçſtationibus perſonalibus propter rem à perſona debitam, & pro tali quaſi poſſeſsione poteſt agi recuperandæ: vt not. Do. An. de cau.poſ. c.ſi.2. col.

Poſſeſsio licet adaptabilis ſit ad iura incorporalia: tamen proprietas non, quia tale ius non eſt plena proprietas,ſed à proprietate ſeparatum. Hinc eſt quòd pro talibus iuribus non datur rei vendicatio, ſed confeſſoria quaſi in rem actio, pro talibus tamen iuribus prout applicantur, ad rem corporalem datur quædam

 ven-

vendicatio lata ratione iuris, quæ appellatur vtilis rei vendicatio:& in totum non ſapit naturam confeſſoriæ, quæ eſt in rem actio, cùm detur ad ius corporale, ſecundum Inn. cuius dictum ſaluari poteſt intelligendo de illa lata, quæ pro iuribus etiam ab homine competit adiecta cauſa vendicationis ratione talis iuris. no. Do. An. de cau. poſ. c. fi. 3. col.

ADDITIO.

An apprehenſa poſſeſsione vnius rei videantur apprehenſæ aliæ eiuſdem materiæ, vide per Do. Fel. in c. cum aliquibus. vlt. col. remiſsiuè tamen.

Poſsideri non poteſt actio niſi per illum cui competit: vt not. Old. conſi. 251. & Inn. de reſti. ſpo. in literis. & Domi. An. de præſcrip. audit. 6. col. ver. oppo. quòd non poſsit.

Poſſeſsio in iurib⁹ incorporalibus habet vſum ipſius iuris pro ſubiecto: ſicut in re corporali habet ipſum ius pro ſubiecto, & talis vſus habetur pro traditione, & ideò ſi vſus eſt diſcontinuus, appellatur diſcontinua, & hoc in realibus. In ſeruitutibus autem & iuribus perſonę debitis ſubiectum quaſi poſſeſsionis eſt habitus vſus cauſatus. not. Domi. Ant. de cau. poſ. c. fi. 3. col. Concludc in realibus, quòd ipſum ius non quaſi poſsidetur immediatè, ſed actus qui exercetur ratione ipſius vſus, ſed attenta cauſa mediatè ipſum ius dicitur quaſi poſſideri, ſiue ſit penes quaſi poſsidentem, ſiue non ſit: quia actus ille exercetur ratione ipſius iuris exercentis, vel qui apprehenditur. nót. Domi. An. de reſtitu. ſpolia. cap. 1. & cap. in literis. 14. colum. ver. venio ad primum.

Poſsideri an poſsit obligatio perſonalis ad vnam præſtationem. dic quòd poſsit quaſi poſsideri per tertium, quia apta eſt pati miſsionem. Item per ipſum cui competit, poteſt dici poſsideri, & ſic Poſsideri latiſsimè ſumitur pro habere vel tenere, ſed ſi ſumitur ſtrictè pro vera poſſeſsione vel quaſi, non videtur, quòd talis obligatio non ſit quaſi poſsidibilis, quia vltra ſubſtantiam obligationis nullus eſt vſus, quia poſſeſsio appellari poſsit, & quem pro ſubiecto habet, dicit tamen Bar.

quòd

quòd vbi eſt veritas debiti, videtur quis eſſe in quaſi poſſeſsione propter ſpem vſus exigendi debitum. not. Do. An. de cau. poſ. c. fi. 6. col. & ſecundum præmiſſa intellige, quòd idem Do. An. not. de reſti. ſpo. in literis. 19. col. ver. quæritur de tertio. & de cenſi. pueni t. 5. col. in prin. Old. dicit ſecundum Inn. quo pacto ex conſequenti obligatio poſsit poſsideri per illum, cui verè competit, nō per alium: vt no. Rom. conſi. 248. in fi.

ADDITIO.

Poſſeſſorio iudicio ad reſtitutionem ſ. rei, poteſt agi etiam ſuper re ſpirituali coram Iudice laico: vt vult gl. in c. cùm dilectus. de electione. Et an hoc ſit verum, vide Do. Abb. no. in c. fi. de iudi. Et plenius in c. literis. de iuramen. calum. Et quod agi poſsit poſſeſſorio iudicio in quaſi ſpiritualibus & beneficialibus coram Iudice laico. vide per Do. Gui. Papæ in quæſtionibus ſuis, ſcilicet quæſtione prima.

Poſsideri an poſsit obligatio perſonalis ad plures præſtationes, Legiſtæ tenent quòd non. Inno. tenendo contrarium dicit, quòd quædam ſunt præſtationes perſonales, quæ annectuntur alteri iuri reali: vt eſt præſtatio cenſus ratione iuris emphiteutici, & in his eſt dare quaſi poſſeſsionem ratione iuris realis, cui annectuntur, quod eſt poſsibile: aut non annectuntur alteri iuri reali, ſed tranſeunt in aliquod realiter diſtinctum & ſeparatum ab ipſa obligatione perſonali: vt eſt ius decimæ, vt eſt præſtatio ratione pedagij, vel ratione collectæ, & in his etiam eſt dare quaſi poſſeſsionem, quia poſſeſsio reperit ſubiectum, cui applicatur, ſ. vſum illius iuris ſeparati, vel ipſius iuris obligationis perſonalis, nec eſt vis, an detur concurſus veritatis illius iuris, quòd poſsidet vel non. Sed quædam ſunt præſtationes perſonales, quæ non annectuntur alteri iuri reali, nec tranſeunt in aliquod ius diſtinctum ab obligatione perſonali, & in his non eſt dare quaſi poſſeſsionem, ſed benè creatur quidam vſus ad aptam poſſeſsionem, ad præſumendum obligationis cauſam. no. do. Ant. de cau. poſ. c. fi. li. 6. & 7. col. licet Bar. dicat contra-

rium in l.3.ff. quo. bo. ſed aliter dixiſſe videtur in leg. 3. C.vnde vi.& videArchi.& deciſionem Rotæ in antiquis, quæ aliter ſentit, quòd poſsideri poſsint iura incorporalia,quæ dantur in perſonam vel in rem, quando talia iura habent in ſe Dominium vel eius partem,vt ius ſeruitutis, ius libertatis in libertatem, ius aſſcriptum in aſſcriptitium, ius Monachatus in Monachum, ius Clericatus in Clericum, ius ciuitatis in ciuem, ius patriæ poteſtatis in filium, ius fraternitatis & ſororitatis in fratrem & ſororem, quia omnium prædictorum iuriũ eſt dare latam proprietatem de iure quæſitam, & vbi eſt dare proprietatem, ibi eſt dare poſſeſsionem. not. Domi.Anto.de cauſ. poſſeſs. cap. fina. 8. colum. ver. 2. dicebam.

Poſsideri an poſsint iura,quæ debentur à re rei, vt ſunt ſeruitutes viæ,itinerum,actus,aquæductus,& ſimiles,dic quòd ſi habent cauſam continuam,vel quaſi, datur ſolus vſus quidam, qui producit effectum poſſeſsionis & præſcriptionis.not.Do.Ant.de cau.poſ.c.fi.9. col. ver.dicebam, tertio,&c.

Poſsideri an poſsint incorporalia, quæ debentur à iure perſonæ,dic quòd ſi cadant in plenam proprietatẽ, ſicut ius eſt Domin⁹ Dominij, in hoc quaſi eſt nulla poſſeſsio iuris, quia ex toto Dominio ius confunditur in Domino ex vera poſſeſsione rei: ſi autem reſpectu rei illius,quod eſt vſufructus vel vſus, datur quaſi poſſeſsio ipſius iuris, non ſolùm contra Dominum, ſed etiã contra quemlibet extraneum,licet Bart.dixit & malè,quod datur ſolum contra Dominum.no.Do.Ant. de cau. poſ. c. fi. 8. & 9. col.

Poſsideri ſeu quaſi põt per canonicũ ius eligẽdi, qa ius eligẽdi non confert̃ in iure canonicali, ſed eſt qd extrinſecũ, & pars per ſe à iure canonicali: cũ multi ſunt canonici,nõ habentes ius eligendi,niſi eis aſsignetur locus in capitulo.not.Do.Ant.de cau.poſ. c. fi. 5. col.

Poſſeſsio præbendæ vel eccleſiæ dicitur eſſe beneficiati in ſuo nomine reſpectu tituli, ſed non reſpectu eccleſiæ vel præbendæ poſſeſſæ.no. Ro.conſi.400.

Poſſeſsio circa ius tituli in beneficio an ſit vera poſſeſsio rei,vel quaſi poſſeſsio reſpectu iuris, dicunt quidam, quòd Clerici ad inſtar vſufructuarij habẽt poſſeſſionem

ſionem naturalem in vera vel quaſi poſſeſsione reſpectu iuris tituli, ſed dic ſecundum Innc. quòd clericus in beneficio eſt ſimplex detentor corporis eccleſiæ vel rerum ſuarum, & habet ſolam quaſi poſſeſsionem iuris adminiſtrandi, veram autem poſſeſsionem rerum eccleſiæ habet epiſcopus vel vniuerſalis eccleſia, & particularis, & hoc in clericis ſecularibus.

Priores & alij canonici regulares ſi ſint manuales, nullam habent quaſi poſſeſsionem, ſed tenent vt vicarij vel cuſtodes, ſed perpetui clerici de capitulo vel conuentu, illi habēt quaſi poſſeſsionem iuris adminiſtrandi, & nomine proprio poſſunt agere, vt reſtituantur. not. d. Ant. de cauſ. poſ. c. fin. 11. & 12. col. ver. mihi videtur: alibi Inno. dicit, & hoc approbat, quòd clericus habet naturalem poſſeſsionem rerum eccleſiæ nomine proprio ſuo, & ciuilem nomine eccleſiæ, & hanc opin. reprobat do. Ant. & tenet primam in c. in literis, de reſt. ſpol. 24. col. ver. venio ad vltimum. & in c. cùm ſuper, de cauſ. poſſ. in 3. col. & vide in 6. §. poſſeſsio. ſeu quaſi iuris & tituli, & §. ſequenti.

Poſſeſsio ſeu quaſi rerum eccleſiæ ſeu iuris adminiſtrandi eas, non habent illi qui etiam ad firmam conducunt, quibus datur vniuerſalis adminiſtratio redituū, & facultas colligēdi ſpirituales & temporales reditus, ſed habent nudam facultatem adminiſtrandi & nomine alieno, ſiue ſint clerici, ſiue laici, ideò non quaſi poſſident, ſed aliter tenent, & ideò ſi tali facultate priuentur, non poſſunt agere poſſeſſorio nomine proprio. not. do. Anto. de cauſ. poſſ. c. fin. 13. col. ver. ex hoc verbo dicitur.

Poſſeſsionem ſeu quaſi rerum, præbendarum, vel iuris adminiſtrandi, nō habet laicus, cui pro eius ſuſtētatione eſt conceſſa præbenda, nec habet ius adminiſtrandi appropriatum, quia tale ius ſpirituale non cadit in laicum, ſed tanquam procurator in re ſua adminiſtrat: ſic non quaſi poſsidet, nec eiectus poſſet agere poſſeſſorio. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 13. col. ver. ex his deciſio ſurgit.

Poſſeſsio ſeu quaſi ſeruitutis, quæ alieno nomine poſsidetur, non acquiritur, nec creatur ex eo ſolo, ꝙ quis comprehendat fundum dominantem, ſed ſi exi-

ſtens in quaſi poſſeſsione ſeruitutis vẽdat fundum dominantem, & illum traderet animo conferendi etiam quaſi poſſeſsionem ſeruitutis, illam confert. Aliud eſt ergo in quaſi poſſeſsione nouiter creanda, in qua requiritur patientia Aduerſarÿ ſeruitutis, & aliud in iam formata transferenda. not. Anto. de cauſ. poſſ. c. fin. 13. col. ver. venio ad ſecundum.

Poſſeſsio ſeu quaſi ſubiectionis, & iuriſdictionis in caſtrum ciuitati ſubiectũ, vel in capella eccleſiæ ſubiecta, acquiritur eo ipſo, quòd ingrediatur quis ipſam ciuitatem vel eccleſiam abſq; aliquo alio particulari exercitio iuriſdictionis, quod eſt verum, quando ille, qui primò dictam ciuitatem vel eccleſiam habebat, erat in quaſi poſſeſsione ſubiectionis & iuriſdictionis prædictæ, ſecus ſi quaſi poſſeſsio nondum eſſet in aliquo firmata, quia tunc per ſolum ingreſſum ciuitatis vel villæ non acquiritur poſſeſsio ſubiectionis caſtri, vel capellæ. not. do. Anto. de cauſ. poſſ. c. fin. 13. col. verſic. per hoc concluditur.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris decimalis acquiritur eo ipſo, quòd quis inducitur in fundum decimalem ab eo qui habuit dictam quaſi poſſeſsionẽ, quam vult transferre in illum, quem inducit: ſecus ſi inducens non ſit in quaſi poſſeſsione iuris decimæ, quia tunc ſola traditione fundi nec creatur, nec acquiritur poſſeſsio, niſi ſit vnita cum traditione fundi, & aliquam partem decimæ reciperet animo acquirendi quaſi poſſeſsionem: aliud eſt ergo in quaſi poſſeſsione nouiter creanda. no. do. Anto. de cauſ. poſſ. c. fin. 10. col. ver. ex his apparet. & not. etiam per eundem de reſt. ſpol. c. in literis. 22. col. ver. per hoc determinantur.

Poſſeſsio omnium locorum ciuitatis vel caſtri acquiritur apprehenſione vnius loci ciuitatis eiuſdem, vel caſtri, quando apprehenditur animo acquirendi poſſeſsionem in totius iuris, ſecus in quaſi poſſeſsione iuris & iuriſdictionis, quę in ciuitate & caſtro nõ acquiritur, niſi intercedat aliquod exercitiũ particulare iuriſdictionis ſciente & patiente illo cuius iuriſdictioni præiudicat, ſecundum Bart. dic quòd ſolo ingreſſu ciuitatis vel caſtri cum apparatu iuriſdictionali acquiritur quaſi poſſeſsio totius iuriſdictionis & iuris, quia qui

qui præeminentiam illam oſtendit, aliquid tangit iuriſdictionis actu, & quia talis actus annectitur iuriſdictioni: Aduerte tamen quòd ſi agitur de acquirenda quaſi poſſeſsione iuris totius prouinciæ, oportet quòd ingrediatur principalem ciuitatem in apparatu iuriſdictionali, tunc ſi agatur de quaſi poſſeſsione iuris de nouo creandi, non acquiritur ſolo ingreſſu: ſi de creata transferenda, illa transfertur. not. do. Ant. de cau. poſſ. in c. fin. 7. col. ver. ex his inducitur.

ADDITIO.

Vide poſtillam ſuprà poſitam poſt poſtillam, poſſeſsio licet.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis acquiritur eo ipſo, quòd iudex ponitur in poſſeſsione tribunalis, quia eo quod in apparatu ad tribunal ſedet, aliquid tangit de iuriſdictione. not. do. Ant. de cauſ. c. fin. 16. col. ver. ſi ex his prædictis puto.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris adminiſtrandi in eccleſia acquiritur eo ipſo, quod aliquis inducitur in poſſeſsionem corporis eccleſiæ, animo acquirendi quaſi poſſeſſionem iuris adminiſtrandi, quia actus ingrediendi eccleſiam eſt cohærens adminiſtrationi eccleſiæ, ideò ſtatim, cum auctoritate ſuperioris inducitur vel ingreditur, incipit aliquid tangere de iure adminiſtrandi, quia actus ingrediendi eccleſiam eſt cohærens adminiſtrationi eccleſiæ in qua conſiſtit. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 16. col. ver. ex his deciditur.

Poſſeſsio iuris eligendi non acquiritur ex eo ſolo, quòd quis inducatur in poſſeſsionem loci in capitulo vel in choro, quia per ingreſſum nihil tangitur de iure eligendi, ſed benè fateor, quòd ex hoc eſt in quaſi poſſeſsione capituli, per quod habet licẽtiam propria auctoritate comprehendendi quaſi poſſeſsionem iuris: vt not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 16. col. de reſtit. ſpol. in literis. 23. colum. ver. ex his infertur. & huic concordat quod not. in §. poſſeſsio iuris prælaturæ.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris paſſagium colligendi non acquiritur ex eo ſolo, quòd quis ponit in poſſeſsione loci, vbi paſſagiũ colligitur: quia ex hoc nõ tangit aliqd de

de parte iuris colligendi paſſagium. no. do. Ant. de cau. poſſ. c. fin. 16. col. ver. ex his patet.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris canonicalis vel prælaturæ non acquiritur ex eo ſolo, quòd canonicus vel prælatus ſit inductus in poſſeſsionem fundorum, & poſſeſſionem eccleſiæ, ſecundum Inno. tu dic, quòd ſi conſuetudo eſt ibi, quòd ſi talis inductio habeatur pro ſigno poſſeſsionis traditæ, transfertur quaſi poſſeſsio iuris vniuerſalis: ſed ceſſante cõſuetudine acquirit ſolũ quaſi poſſeſsio iuris adminiſtrãdi tẽporalia, nõ ſpiritualia, quia eo ipſo quod fundũ ingredit ſuperiore patiẽte vel conſentiente, tangitur aliquid de adminiſtratione temporalium: & ſic ratione cõtiguitatis eiuſdẽ adminiſtrationis, & ſpeciei extenditur illa quaſi poſſeſsio ad omnia loca quaſi temporalis adminiſtrationis, dum tamẽ acquirenti conſtet, ſed ad ſpiritualia non extenditur, quia ſunt alterius ſpeciei, & ſuperioris gradus, de quo nihil per ingreſſum fundorum eccleſię vel beneficij acquiritur poſſeſsio naturalis & ciuilis ipſorum fundorum. not. do. Ant. in c. fin. de cauſ. poſſ. 17. col. ver. ex his deciditur. Alij dicunt, quòd licet per ingreſſum fundorum eccleſiæ vel beneficij acquiratur poſſeſsio naturalis & ciuilis ipſorum fundorũ, naturalis nomine proprio, & ciuilis nomine eccleſiæ, ſecundum Innoc. quod tamen non approbat cùm acquiritur quaſi poſſeſsio iuris canonicalis, vel prælaturæ, niſi illo iure vtatur, vel interueniat conſtitutio. not. per eum, de reſt. ſpol. in literis. 24. col. ver. ex hoc deciditur: licet contrarium tenet, vt ipſe not. in d. c. in literis. 23. colum. ver. 5. & tertio principaliter.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſpatronatus acquiritur per apprehenſionem eccleſiæ, quod eſt verum, quò ad ius adminiſtrandi & honorificentiæ, quia per apprehenſionem tangitur aliquid de adminiſtratione & honorificentia, ſecus quò ad ius præſentandi, niſi aliter ſit de iure vſus, vel niſi quia quaſi poſſeſsio iuris præſentandi iam creatur in patronum alteri donãtem, quia tunc illa quaſi poſſeſsio transfertur in donatarium in poſſeſsionem eccleſiæ inductũ ante illam quaſi poſſeſsionem transferendi ſciente & patiente ſuperiore. not. dom. Ant. de cau. poſſ. c. fin. 24. col. ver. ex his deciditur.

* SINGVLARE.

Per poſſeſsionem antiquam nobiles laici probant ſe habere ius patronatus eccleſiarum, licet non habeāt titulum. Ita ſingul. dixit Bald. in l. cùm ſuper. C. de rei vend. refert & ſequitur And. ſicu. in repe. Rub. de cauſ. poſſ. & proprie. H. F.

Poſſeſsio iuriſpatronatus ad præſentationem, vt validetur, requiritur quòd ſit penes præſentantem in limitibus actus, præſentatio ſequens non validat pręſentationem præambula: ergo poſſeſsio præcedens vel actum pręſentationis ſequens non validat pręſentationem etiam illam quæ in limitibus præſentationis acquiritur ad vltimum, verum eſt in poſſeſſore tantùm: ſed in vero patrono tantùm ſufficit ad validitatē præſentationis ipſam acquirere quaſi poſſeſsionē in actu præſentandi. not. do. Ant. de iurepatro. conſultationibus. in 8. not.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris ſubiectionis acquiritur eò ipſo, quòd aliquis inducitur in poſſeſsionem eccleſiæ vt ſubiectæ, vel poſſeſsionem eius, quia ingrediendo aliquid tangit de iure ſubiectionis. not. Anto. de cauſ. poſſ. c. fina. 18. col. ver. ex his deciditur.

ADDITIO.

Et ideò poteſt agi poſſeſſorio pro iuribus incorporalibus, vt ſi ſubiecti non admittant dominum, videntur ſpoliare eum, quaſi poſſeſsionem ſubiectionis: agitur ergo contra ipſos poſſeſſorio, hoc colligitur ex c. fi. de iud. quod nota pro ijs quæ not. in c. olim. 3. de reſtitut. ſpol. & in c. querelam, de elect. & in l. ſi certis annis, de pact.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris vaſallitici in vaſallum acquiritur domino, eo ipſo quòd fundus traditur feudatario, & ipſe ingreditur animo transferendi ius vaſalliticum in dominum, quia ex eo aliquid tangitur de iure vaſallitico & ſubiectionis, eo quod aliquid recipit à domino, vt ſubiectus, & ſubiectio cohęret traditioni feudi. no. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fi. 18. col. ver. ex his deciditur.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris poſſeſsionis acquiritur & proba-

probatur ex præſtatione cenſus ſaltem reſpectu illius cenſus: ſed quò ad ſeparata, non arguit ſubiectionem, quia actus ſolutionis cenſus eſt æquiuocus: aliquando enim eſt ſignum ſubiectionis, aliquando protectionis ſignum, aliquando exceptionis: nō arguit ergo ſubiectionem, vel eius quaſi poſſeſsionem, niſi ad limites determinatæ præſtationis cenſus, & eodem modo iſtæ traditiones brabiorum vel cæterorum quæ fiunt in ciuitatibus in feſtiuitatibus principalibus, non ſunt deſtinatæ in ſignum ſubiectionis, in feſtiuitatibus arguūt ſubiectionem, ſed non determinatam, quia vagæ ſunt, cùm præſtentur aliquādo ratione recommendationis, aliquando ratione totalis ſubiectionis, & protectionis, aliquando ratione totalis ſubiectionis, niſi aliud in traditione appareat. no. d. Ant. de cauſ. poſ. c. fin. 11. col. ver. nunc autem reſtat. & vide ſuprà poſſeſſio in iuribus incorporalibus acquiritur.

Poſſeſsio iuris prælaturæ, vel iuris canonicalis acquiritur eo ipſo quòd quis inſtallatur in ſede principali prælaturæ, vel iuris canonicalis, vel quando ponitur ad ſedendum in choro, quod eſt verum in generali conſuetudine ſic diſponente, ſecus de iure ſcripto, ſecundum Innoc. & ſi conſuetudo negaretur, debet probari. not. do. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 24. col. ver. quæritur de tertio principaliter. Et idem tenet concluſio 275. quæ incipit, petenti. vbi not. ſed tu dic quòd etiam de iure per actum inſtallationis in loco principalis ſedis acquiritur quaſi poſſeſsio totius iuris prælaturæ, & iuris canonicalis, dum tamen aſſerit, hic inſtantia inſtallantis & inſtallati, & facultas tradendę poſſeſsionis dependet ab inſtallante. Et ratio eſt, quia eo ipſo quòd inſtallatur in choro, qui eſt locus principalis ſedis prælati & canonici, tangitur aliqua pars iuris adminiſtrandi in ſuperioribus: cautiùs tamen eſt violenti concedere quaſi poſſeſsionem, vt probet conſuetudinem: ſed ſi inſtallatio canonici non fieret in loco principali, ſed in aliquo loco capituli, tunc quia hi actus ſunt determinati ad alios particulares actus iuris canonicalis, vt ad ius eligendi, & ſimilia, quæ ſunt ſubiecta quædam, & per inferius ad ius canonicale, & non acquiritur poſſeſsio iuris canonicalis, niſi conſuetudo aliud determinet, & in hoc procedit opin. Inno. & do. Ant. de cauſ. poſſ.

poſſ c.fin.19.colum.ver.ex his ſecundò infertur.& vide omninò ſuprà §. poſſeſsio iuris eligendi.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris prælaturæ, vel iuris canonicalis vniuerſalis acquiritur eo ipſo,quòd aliqua pars iurium tangitur,vt qui eligitur ordinarius,actum particularem facit, ſi hoc agit vt ius vniuerſale quærat, & aduerſarius hoc ſciat. not. do.Anto.de cauſ.poſſ.c.fin. 20.col.ver.ſed hic eſt dubium. vide pleniùs in § poſſeſſio ſeu quaſi iuris, ſi non poteſt acquiri in aliquo loco ad hoc deputato,propter violentiam fortè aliquorum an poſsit accipi,& acquiri in aliquo loco ad hoc nõ deputato.Inno. variat,& Hoſt.tenet quòd ſic: ſi ſolus non deputatus pertineat ad dignitatem vel beneficium de cuius poſſeſsione agitur, aliàs ſecus, niſi conſuetudo aliter ſe habeat. not.do.Ant. de cauſ.poſſ.c.fi.2.col. ver. ſed ſic eſt dubium,& de reſtit.ſpol.in literis.30.col. ver. per hoc dicit Specu.

Poſſeſsio rei corporalis acquiritur per traditionem clauium ipſius rei, & per traditionem inſtrumenti de ipſa re confecti.not.do.Ant.de cauſ.poſſ.c.fi.22.col.ver. venio ad tertium.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium, vt eſt ius adminiſtrandi eccleſiæ, acquiritur in totum ex traditione clauium ipſius, ſed ſi eſſent claues non eccleſiæ, ſed alicuius poſſeſsionis eccleſię,tũc acquireretur quaſi poſſeſsio adminiſtrationis temporalium tantùm, & non ſpiritualium, niſi ex conſuetudine talis actus eſſet deſtinatus in ſignum traditionis totalis poſſeſsionis. not. do. Anto.de cauſ.poſſ. c.fin. 20. col.ver.ex hoc pati, &c.

ADDITIO.

Quot ſunt remedia ſeu auxilia prodita contra eum, qui non admittit actorem in poſſeſsionem ſecundum mandatum iudicis, vide per glo. in c.tuæ fraternitatis. ſuper verbo, inducendus.vt lit. non conteſta.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris adminiſtrandi eccleſiæ, an acquiratur per inueſtituram,quæ quandoq; fit per traditionem clauium,baculi vel annulli inueſtientis vel inueſtiti, vel tertij nomine eccleſiæ. dic quando ipſa inue-

inueſtitura nõ præcedit translationẽ ipſius iuris, non transfertur quaſi poſſeſsio, ſed creatur ius, quia ſumitur tunc pro collatione & prouiſione, ſed & ſi ſequitur totalem translationẽ iuris, & talis actus fiat in re præſenti, non transfertur quaſi poſſeſsio, ſed benè datur licentia ingrediendi, habet tamen hoc generalis conſuetudo tale eſſe ſignum poſſeſsionis transferendi; ex vi conſuetudinis transfertur quaſi poſſeſsio, ſi eſt vacans, ſiue fiat in præſenti, ſiue in re non præſenti. not. dom. Anto. de cauſ. poſſ. c. fina. 20. colum. ver. venio ad tertium.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris adminiſtrandi acquiritur eo ipſo quòd quis in eccleſia inueſtitur per actum pulſationis campanarum, vel per traditionem pannorũ, vel alterius actus ſimilis, quia per tales actus tangitur pars adminiſtrationis, quod nõ eſt, quãdo inueſtitura fit per traditionem baculi, vel per impoſitionem birreti, vel annulli non pertinentis ad eccleſiam. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fi. ver. venio ad tertium contrarium circa principium dicunt dom. de Ro. conſi. 225. Et idem dom. Ant. de reſt. ſpo. in literis. 24. col. ver. quæritur ſecundo principaliter.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris incorporalis transfertur & acquiritur per hæc verba, do, & aſsigno tibi tale ius in re vel præbenda, ſecundum Inno. & procedit quando illa quaſi poſſeſsio iuris conſecutiuè, & acceſſoriè venit ad translationem veræ poſſeſsionis ipſius rei, & quando in re præſenti quis dicat, do & aſsigno tibi talem rem cum omnibus iuribus, ſed principaliter ex verbis prædictis non transfertur quaſi poſſeſsio iuris præbendalis, quia in quaſi poſſeſsione talis iuris non cadit traditio neq; aſsignatio, ſed habet ex vi pacti, niſi talis aſsignatio fieret per iudicem. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 23. col. ver. nunc venio ad actus, & ſecundum præmiſſa intellige quod idem do. Ant. not. de reſt. ſpol. in literis. 20. col. ver. venio ad ſecundum.

Poſſeſsio vera rei ratione iuris, quod quis habet in re, acquiritur per conſtitutum à poſsidẽte factum. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 23. col. ver. ſed eſt dubium, & de acquir. poſſ. l. interdum. §. fin.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium transfertur

fertur & acquiritur per conſtitutum factum ab illo qui quaſi poſsidet, ſecus ſi fiat ab illo qui non poſsidet, nec quaſi poſsidet, quia tũc agitur de poſſeſsione nondum formata, & nouiter creata, ſed ad creandam & transferendam. not. do. Ant. de cauſ. poſ. c. fi. 24. col. ver. ſed eſt dubium, & melius de reſt. ſpol. cùm veniſſent. 4. & 5. col.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris ſubiectionis, quod habet prælatus in rectorem, nõ transfertur in alterum, hoc quòd rector cõſtituat ſe alterius nomine poſsidere, & alium in dominum recognoſcat, quia rector nõ poſsidet. not. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 24. col. vbi ex ſubiectione eccleſiæ, quam habebat epiſcopus, transfertur in alium, ſi epiſcopus conſtituat ſe alterius nomine quaſi poſsidere. Idem in patrono exiſtente in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis, & ſic de ſingulis. Quæ vera intellige, quia quando quaſi poſſeſsio alteri proportionatur, aliàs ſecus. Quid enim ſi clericus nomine laici conſtituat ſe quaſi poſsidere titulum beneficij, vel ius eligendi, pater nomine extranei conſtituat eſſe ſe in quaſi poſſeſſione filiationis, vel mariti loco tertij in quaſi poſſeſsione iuris naturalis, non transfertur quaſi poſſeſsio ex incapacitate debentis ſuſcipere. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 25. col. ver. eſt alius.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris eligendi acquiritur & transfertur in alium, eo ipſo quòd canonicus exiſtẽs in quaſi poſſeſsione plena iuris canonicalis, retinet ius præſentandi, & trãsfert ius eligẽdi vel transferri poteſt. & idem ſi exiſtens in plena quaſi poſſeſsione ſubiectionis & iuris epiſcopalis partem certam ſubiectionis & iuris detineat, & quaſi poſſeſsionem alterius partis transferat, ad hoc operatur ſola intentio partis abſq; alio exercitio ipſius iuris. not. do. Ant. de cauſ. poſ. c. fin. 16. col. ver. & ſic eſt alius.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium corporalium ad hoc vt acquiratur capacitas illius iuris & quaſi poſſeſsionis ex parte alterius volentis acquirere quaſi poſſeſsionem naturalem, & hæreticus nõ poteſt acquirere poſſeſsionem eccleſiarum & iurium ſpiritualium: laicus ſimiliter non poteſt acquirere poſſeſsionem iuris ſpiritualis, nec iuriſdictionem in clericum, nec poteſtatem audiendi confeſsionem. not. do. Ant. de cauſ. poſ. c. fin. 20.

col.ver.nunc.& 25.ver.ex his deciditur. Item nō poteſt laicus quaſi poſſeſsionem cenſus acquirere in re ſacra vel dotali eccleſiæ: vt not.Ant.ibidem col. 48.verſic.reſtat vltimò iudicem.

ADDITIO.

Poſſeſſorio iudicio poteſt agi pro penſione nouiter ſubtracta annuatim ſolita præſtari, licet nihil de proprietate doceatur.text.eſt in c. querelam,de elect.circa princ.quod intellige quando penſio fuit petita, & debitor recuſauit ſoluere non ꝓpter impotentiam, ſed propter voluntatem:vt not. Innoc.in c. ſuborta de re iud. no.Abb.in d.c.querelā.2.col.& no.ipſe in c. ſicut nobis. de re iud. Item ad obtinendū in poſſeſſorio iudicio ſuꝑ pręſtatione ſenſus vel penſionis,nō eſt neceſſe allegare cauſam, quare debeatur, ſed ſatis eſt dicere, quòd erat in poſſeſsione percipiendi: vt nouiter fuit ſibi ſubtracta:vt eſt text.in d.c. querelam. & idem not. Inno. in c. peruenit.de cenſi.& Bart.in l.fin. ff.quo. bo. licet enim non ſit dare poſſeſsionem vel quaſi, ex annua præſtatione perſonali,tamen imprimitur quidam ſtatus,per quem poteſt peti reſtitutio,hoc tenet Abb. in d.c. querelam. & allegat glo.notabilem,in c. nullus.2. q.2.vide Abba.in c.bonæ.de appel.5.col.qui hoc concludit,licet per alia verba.

Poſſeſsio ſeu quaſi ſummæ plenitudinis poteſtatis Papæ,non poteſt acquiri per inferiorem,quia illam Papa habet à Deo, & nullus inferior eſt capax illius. Item nec poteſt inferior acquirere libertatem nōn recognoſcendi imperium in ſuperiorem, vel Papam in loco imperij: & ſi acquirit nōn poteſt eſſe iuſta.not. do.Ant.de cauſ.poſ.ca.fin.25. col. ver. ex nunc. ſecundo. Prædicta intellige, niſi Papa vel Imperator concedat alicui facultatem , aliquid agendi ex plenitudine poteſtatis, quia tunc illam facultatem exercendo acquiritur quaſi poſſeſsio,quia vtitur iure ſuo:vt no.d.An.12.col. in c.fi.

Poſſeſsio ſeu quaſi iure excommunicādi poteſt acquiri, nedum per prælatum, ſed etiam per inferiorem clericum, dum tamē habeat iuriſdictionem vel ſaltem habeat poteſtatē præeminētialem in aliquos ſubditos. no.do. Ant.de cau. poſ.c.fi.26.col. ver.ex his deciditur.

Poſ.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium corporalium non poteſt acquiri, niſi animus, & corpus volẽtis acquirere intercedat, & ſic eſt neceſſe ingredientẽ habere animũ quærendi, & aliquid corporaliter exercere, vel actum tractet proportionalem exercitio iuris, & quodlibet ius habet ſuos effectus, & actus extrinſecos ſignificantes ipſum ius. not. dom. Anto. de reſtitut. ſpol. in literis. 18. col. ver. nunc extrinſeca.

Poſſeſsio ſeu quaſi vt acquiratur in corporalibus exigitur vſus proportionabilis iuri cui intenditur quaſi poſſeſsio: vt ſi vult aliquis quærere quaſi poſſeſsionem iuris eligendi, eligat: ſi iuris præſentandi, præſentet, iuriſdictionem exercẽdi exerceat, & ſic de ſingulis: nam ſi vſus eſſet vagans æquiuocus ad plura iura, non argueretur ad quaſi poſſeſsionem alterius, non ergo ſufficeret ad concludendam poſſeſsionem iuris, quod interfuerit electioni, quia potuit intereſſe vt conſultor, teſtis, & aduocatus, & vt notarius. nota. domin. Anto. in præallegat. cap. 18. colum. verſic. ſecundò exigitur.

Poſſeſsio quam quis habet in ancillam, vt differat à mercenaria debet probari & concludi ex actibus tantùm proportionabilibus ancillæ, & oportet quòd non ſolùm actus impetrantes excludantur, ſed promiſcui etiam vel æquiuoci. Quod intellige per Ioan. Andr. niſi per coniecturam decerni poteſt, in qua parte exercetur. not. dom. Anton. de cauſ. poſſeſ. cap. final. 30. colum.

Poſſeſsio liberi hominis iure improbata, niſi ex cauſa decreta, & à iure permiſſa, & dicta poſſeſsio habet annexam cauſam proprietatis in aliquo. not. dom. Anto. de cauſ. poſſeſ. c. fin. 21. colum. ver. quinta opinio.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris maritalis iuſtè haberi non poteſt ad partem poſſeſſorij, niſi de matrimonio conſtet, ſaltem apparenter, non enim exigitur vera exiſtentia vinculi matrimonialis, ſed ſola apparentia ex rebus rudibus & principalibus, ſcilicet conſenſus & legitimi, hoc eſt inter perſonas habiles ad matrimonium: licet nõ ſit iuris propter quod impedimentum, & quòd matrimonium ſit in facie eccleſiæ contractum,

vel ab eccleſia approbatum , aliàs licet concludatur poſſeſsio, non ſufficit ad poſſeſſorium recuperandæ, quia euidenter iniuſta, & ab eccleſia reprobata: ex hoc apparet vnus caſus, in quo ad habitum quaſi poſſeſsionis exigitur vt quis pro iure ſuo vtatur, & quòd verè vel apparenter ſibi adſit de proprietate illius iuris, in quo attendatur quaſi poſſeſsio, & habet cauſam proprietatis annexam: vt not. do. Anto. de cau. poſ c. fin. 31. col. ver. 5. opin. Et vide ſub verbo, poſſeſſorium. § poſſeſſorio recuperandæ agẽti in cauſa matrimoniali, cum pluribus §§. ſequentibus.

Poſſeſsio & quaſi iuris & tituli beneficij vt quæratur, exigitur auctoritas ordinarij inducentis in poſſeſsionem, quando agitur de quaſi poſſeſsione prælaturæ vel alterius beneficij à canonicatu, vbi autẽ agitur de quaſi poſſeſsione iuris canonicalis, ſufficit alterum de tribus probari. Primò quòd exercuit actus, qui ſolis canonicis proportionantur, vt intereſſe electionibus communibus tractantibus prębendam recipere, ſtallum habere in choro, lectionem Euangelij & Epiſtolæ in hebdomada ſua legere, cameram habere ſolitam canonicis aſſignari. Secundò ꝙ exercuit actus promiſcuos proportionales tantũ canonicis. Tertiò quòd probet qualiter habetur, tenetur, & reputatur pro canonico, hoc ſufficit quò ad tradendam quaſi poſſeſsionem, ſaltem pro qua datur poſſeſſorium in odium violenti, ſecundum Ioan. And. tu dic quòd ſi agatur ſolùm de fine quærendi, & habendi quaſi poſſeſsionem iuris tituli, illa non poteſt acquiri, nec haberi, niſi detur patientia illius, à quo pendet illud ius transferre, vt collatorum vel inſtitutorum, quia cùm in talibus iuribus non cadit traditio actualis, oportet quòd quandoq; poſſeſsio habeatur ex parte illius, à quo pendet ius transferre. Not. ergo quòd in iure canonicali ſufficeret patientia canonicorum, cùm ab eis non dependeat illud ius transferre, niſi fortè ad capitulum ſpectaret collatio, & hæc vera, quando agitur de acquirenda quaſi poſſeſsione totalis iuris canonicalis, & de iure eligendi vel vocem dandi in capitulo, bene ſufficeret patientia canonicorum, è quorum poteſtate pendet illud ius transferre. ſit ergo cautus articulans, vt ſi intendit concludere quaſi poſſeſsio-

ſeſsionem reſpectu tituli, non concludit patientiam illius, ad quem ſpectat illud ius transferre. Ex his patet, quòd ad habendam quaſi poſſeſsionem iuris & tituli beneficij exigitur, quòd vtens vtatur, & pro iure ſuo, ita quòd ius ſit ad cauſam proprietatis annexum. not. do. Anto. de cauſ. poſ. c. fina. 22. col. ver. ſed dubium eſt. & de reſtit. ſpol. in literis. 11. colum. ver. ad huius euidentiam.

Poſſeſsio ſeu quaſi eccleſiæ & tituli in eccleſia non poteſt acquiri ſine ſcientia & patientia illius poſſeſſoris ſine patientia cuſtodis, quando ab aliquo non poſſidetur, eſt enim neceſſaria ſcientia & patientia confirmatoris & inueſtitorum, ſine quorum auctoritate non poſsit iuſtè poſsideri. not. do. Ant. de cau. poſ. c. fin. 14. col. ver. venio ad tertium.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium corporalium omnium, præterquam iur. maritalis, & tituli beneficij regulariter nullam habent mixturam cum proprietate, nec habent cauſam proprietatis annexam, quo ad finem poſſeſsionis habendæ, & quærendæ non exigitur vtentem vti, & pro iure ſuo, ita quòd ei adhæſit verè vel præſumptiuè, ſiue apparenter, nec etiam quòd vtatur vt pro iure ſuo, quòd ipſe putet adeſſe, ſed ſufficit quòd ſi vtatur quaſi pro iure ſuo: vt not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 21. col. ver. oppo. quanto. & 18. col. ver. nunc extrinſeca. & eod. tit. c. 1 fallit ſecundum Innoc. in quaſi poſſeſsione iuris perſonalis & actionis, quia nunquam poteſt quis poſsidere actionem niſi ille cui de iure competit, qui aliter agit non poſsidet: vt not. do. Ant. in d. c. in literis. 19. col. ver. requiritur tertiò.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium non creatur abſq; patientia eius, contra quem agitur ipſa quaſi poſſeſsio, & hic vbi agitur de creata in alium trāsferenda, illa transfertur abſq; patientia prædicta, vnde habens ſeruitutem viæ in fundū alterius, ſi fundū ſuum, cui ſeruitus debetur, alienat, transfert quaſi poſſeſsionem ſeruitutis in emptorem, licet do. ſeruitutem non patiat, quia illa quaſi poſſeſsio erat formata, ſed ſi ego nomine meo quæram ſeruitutem viæ per fundum Titij, quaſi poſſeſsionem, non acquiro, niſi Titius patiatur, & hæc verba in iuribus, in quibus datur quaſi poſ-

ſeſsio quæ erat formata, ſed in illa tamen ſufficit ſolus vſus ex parte querelæ intendentis abſq; patientia eius, contra quem quæri intenditur. not. do. Ant. in c. fin. de cauſ. poſ. 36. col. ver. nunc videndum reſtat.

Poſſeſsio rerũ incorporaliũ in domino nõ præſumit precaria, ſecus ſi in quaſi poſſeſsione omniũ iuriũ corporaliũ etiã ſi illa quaſi poſſeſsio nõ ſit contra ius, quia ſemper in dubio præſumitur precaria. quod eſt verũ ſi poſſeſsio eſt recẽs: ſecus ſi ſit antiqua, relinquit arbitrio iudicis. no. do. Ant. de cauſ. poſ. c. fin. 26. co. ver. etiã dixi.

Poſſeſsio ſeu quaſi, quando eſt precaria, dicitur poſsidens poſsidere nomine alieno, non proprio, quia non poſsidet vt pro iure ſuo. not. do. Ant. de cau. poſ. c. fin. 37. col. ver. ſecundò dixi. habeat tamẽ ipſe precario tenens poſſeſsionem: vt not. Bart. ff. de acqui. poſ. l. interdum, in princ.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium corporalium non acquiritur ex patientia gratioſa, niſi ab vtraq; parte agatur, vt ille poſsideat cui patientia præſtatur, & talis poſſeſsio dicitur precaria, quę durat quãdiu gratia durat: & ideò ſi canonici de gratia admittant aliquem ad eligendum, & coelegit, vel in alio actu vocem ſuam det, ille non acquirit poſſeſsionem, niſi vtraq; parte agatur, vt habeat, & tunc acquiritur quaſi poſſeſsio, quæ durat vt precaria, quamdiu gratia durat. not. dom. Ant. de cauſ. poſ. c. fin. 37. col. ver. ſecundò dixi.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium vt acquiratur, ita quòd nõ ſit precaria, requiritur quòd ille contra quem acquiritur, patiatur vtentem vti & pro iure ſuo. Qualiter autem conſtet, quòd ille patiat, ſecundũ Inno. ꝙ hoc conſtare poteſt ex vnico actu ſi ſit talis, ꝙ veriſimiliter etiã vocẽ permitteret, niſi ius habenti, vt eſt actus eligendi, vel vocẽ in capitulo dandi, vel aquam in fundum ducendi, ideò ſufficit acquiri quòd vno die duxerit me ſciente, & videar pati ꝙ illo iure vtatur vt pro iure ſuo: Si aũt actus eſt talis qui per modũ facultatis, & amicitiæ veriſimiliter bis aut ter permitteretur etiã ius non habenti, ſed multoties contumacia non pateretur, vt iret per fundum alienum & ſimilia, tunc ex duobus vel tribus actibus non acquiritur quaſi poſſeſsio, ſed iura dicũt ꝙ acquiritur, ſi triginta vicibus ierit, vel

vel etiã ius non habenti, vt ſi vnus in domo militis reci peretur, tunc ex multiplicatione talium actuũ nõ præſumitur ꝙ pars patiatur vtentẽ vti & pro iure ſuo, niſi ex alijs circũſtantijs aliud includeretur, vt ſi eſt talis qui ex debito hoc cõſueuerat, vt quia ex cauſa dominij, vel prælationis fuit in domo hoſpitatus, vel in domo exempti, & ſic etiam quandoq; conſtat quem pati vtentẽ pro iure ſuo, puta ſi ille, in cuius præiudicium vtitur quis, contradicebat, & vtens vſus fuit. Item conſtare poteſt per expreſſa verba vtentis, quibus exprimitur ſe vti iure ſeruitutis, ita ꝙ non ex gratia, ſed ex debito vti intendit, & is contra quem vtitur, nec verbo nec facto contrà dicit. Ex quibus concluditur, ꝙ ex actibus & verbis, & modo, & ex alijs circumſtãtijs arbitrat bonus iudex, & transfundit onus probandi in alterũ, & poteſt per multa exempla declarari, de cau. poſ. c. ſi. 26. col. ver. nũc videndum reſtat cum tribus alijs columnis ſequentibus. vide omninò Inno. in c. diligẽti, de præſcrip. Bar. etiam ponit exemplum de poſſeſsione iuris eligẽdi, ad quam quærendam ſufficit vnus actus electionis: vt ipſe not. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuꝗ; priua.

ADDITIO.

Poſſeſſorium an & quando poteſt concurrere cũ interdicto retinendę, & an poſsint ſimiliter poſſeſſorium & petitorium intentari ſeu cumulari, vide plenè per Abb. in c. cũ dilectus, de cau. poſ. & propriet. & per Bar. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acqui. poſ.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium corporalium acquiritur vtenti ex alterius patientia inuoluntaria, ſi habet in ſe voluntatẽ periculoſam, puſillanimã, & quando transfertur quaſi poſſeſsio in vtentem, quæ erat formata in meticuloſa: ſi non erat formata, creatur de nouo in vtentem, quando actus eſt talis, qui non competit, niſi ius habenti, licet fortè hæc quaſi poſſeſsio non proficeret quò ad omnia remedia poſſeſſoria. Si autem patientia eſt in totum inuoluntaria, vt quando contra quem intenditur quaſi poſſeſsio, contradicit, & facit quicquid poteſt, ne alter illam acquirat, vel fortè non audiens non acquirit, cùm appareat poſſeſsionem non habere animo differendi. Per quod concludi videtur

in corporalibus violentam poſſeſsionem haberi non poſſe, quia in ea creanda exigitur pati in illa parte. Innoc. dixit contrarium. Sed pro concordia dic quòd violenter patiens non credit vtentem vti, & pro iure ſuo non acquirit, niſi quaſi poſſeſsionem, ſi autem credat eum vti, & pro iure ſuo, tunc ſi infertur violentia ſubditis poſsidentis, non acquiritur quaſi poſſeſsio. Idem ſi violentia infertur ipſi poſsidenti, ſuſpiciatur ſe poſſe repelli ex quo quantum ad ſe contradicit vel proteſtatur, vel officium ſuperioris implorat, ſed ſi nõ proteſtaretur, poſſeſsionem perdit, & idem ſi ageretur de poſſeſsione creanda, quia illa creatur, & per hunc modum poteſt haberi violenta quaſi poſſeſsio, quod autem dictum eſt proteſtantem non perdere quaſi poſſeſsionem, intelligi debet, niſi aliquis actus exterior intercedat ad demonſtrandum priuationem, vt ſi veniens ad eligendũ eĳciatur extra capitulum: Nam quantumcunq; contradiceret & proteſtaretur, perdit quaſi poſſeſsionem. Sed ſi electus quaſi non poſsidet ex tali præciſa violentia, non creatur quaſi poſſeſsio, quia hic deficeret pati, ſed ex violentia cauſatiua creari poſsit, vt prædicta omnia per exempla. not. dom. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 40. col. ver. 3. dicebam. & aliquid tangit de reſtit. ſpol. in literis. 29. col. ver. ex parte eius.

Poſſeſsio ſeu quaſi, licet non poſsit acquiri in temporalibus ex patientia violenta præciſa, verum eſt reſpectu iuris, ſed ſi reſpectu rei, in qua ratione iuris eſt dare naturalem poſſeſsionem, vt patet in vſufructu, & vſu, benè poteſt acquiri poſſeſsio naturalis illius rei per viam præciſam, ſed per hoc non dicitur quis habere quaſi poſſeſsionem iuris vſusfructus. not. do. Anto. de reſti. ſpol. in literis. 19. col. ver. ex parte eius. & vide infrà §. poſſeſsio iuris vſusfructus.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis in caſtro expellentis poſſeſſorem violenter de caſtro an valeat? dicit Bar. quòd non, ſi iuriſdictio competebat perſonæ in caſtro, ſi remittitur ad ſuperiorem, tunc autem in dubio tenet text. & gl. in cle. 1. de for. compe. & not. do. Ant. de cauſ. poſ. c. fi. 62. col. verſi. ex his apparet.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium, non poteſt acquiri ſine patientia eius, de cuius præiudicio agitur;

tur: an autem exigitur patientia proprietarij, vel ſufficit patientia poſſeſſoris? Dic quòd ſi quis eſt poſſeſſor iuris, cuius quaſi poſſeſsio agitur per alium quæri, ſufficit illius patientia ad quaſi poſſeſsionem transferendam, vt ſi exiſtens in quaſi poſſeſsione eligendi, vel præſentandi, patiatur alium eligere vel præſentare, vel exiſtens in quaſi poſſeſsione iuris ſubiectionis patitur aliū illo iure vti. Si autem quis non eſt in quaſi poſſeſsione ipſius rei, in qua intenditur quęri ius, & ipſius iuris quaſi poſſeſsio, tunc ſi ille qui rem poſsidet iuſto titulo, & bona fide, ita quod habet publicianam, ſufficit illius patientia, aliàs ſecus. Et ſi de plurium præiudicio agitur, omnium patientia exigitur. no. Do. An. de cau. poſ. c. ſi. 43. col. ver. venio ad tertium.

Poſſeſsio iuris eligendi licet acquiratur ex eo, quòd aliquis ex patientibus canonicis eligat, tamen ex hoc non acquiritur vniuerſalis quaſi peſſeſsio totius iuris canonicalis, cùm illam dare pendeat ab inſtituente, niſi canonici ſoli haberent ius inſtituendi. no. Do. Ant. de reſtitu. ſpolia. in literis. 21. colum. ver. dicebam ſecundò.

ADDITIO.

Poſſeſsio colorata quomodo & quando ſit exprimenda in reſcripto, vide per Do. Feli. in c. in noſtra. in 36. corrolario. de reſcript. Et an poſſeſsio beneficij poſsit capi ſine ſpeciali mandato, vide per eundem in c. nonnulli. §. 1. 9. col. verſi. fallit primò. eo ti.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium non acquiritur abſq; patientia illorum, de quorum pręiudicio agitur, ſi eorum iura ſunt ſeparata, ita quòd vni tantùm ſit præiudicium, & alterius ſaluum manet, tunc ſufficit ſcientia & patientia eius cui præiudicatur, licet aliter ignoret: vt ſi plebanus intendit quærere quaſi poſſeſsionem plebaniæ in plebem alterius diœceſis ſub illo diœceſano, ſufficit ſcientia plebani, etiam ſi Epiſcopus ignoret: quia ipſius epiſcopi non tangitur præiudicium, ſed plebani, vt ſi quis intrat eccleſiam animo quærendi poſſeſsionem eccleſiæ vel tituli, etiam electoribus ignorantibus: ſufficit tamen poſſeſſorem eccleſiæ ſcire, de cuius præiudicio tantùm agitur, & per multa alia exempla.

no.Do.Ant.de cau.poſ.c.fi. 22. col. ver. ex hoc concluditur. & ver. ſeq.

Poſſeſsio vel quaſi ſubiectionis non poteſt alteri acquiri in pręiudicium Domini ex patientia, quam ſubiectus alteri præſtet, ſi Dominus proteſtetur, quod non intendit, quod ſibi præiudicetur, licet ſubiecti paterētur, ſecundum Io.And. Idem ſi non proteſtetur, tamen ignorat: quia ſubiecti Domino præiudicare non poſſunt eo ignorante, ſecundum Inn. hoc limita in Domino habente quaſi poſſeſsionem iuris tantùm. vbi autem ius eſt tale, quod per id habetur vera poſſeſsio rei, & quaſi poſſeſſio iuris vſufructus, tunc media via eligitur, vt inſpiciatur animus ſubiecti, poſsidendi, vt ſi patiatur ab alio apprehendi, & non gerat ſe in aliquo pro ſubiecto primi, perdit primus ius, etiam illam ignorans quaſi poſſeſsionem. Idem in eo qui habet poſſeſsionem iuris tantùm, ſi alius exercitium habet creare nouam ſpeciem poteſtatis, per quam non derogatur iuri alterius, acquiritur quaſi poſſeſsio ex ſola patientia ſubiecti, inquantum nō præiudicat ſuperiori in aliquo. no.Do.An. de cauſa poſ. c.fin.45. colum. ver. ex his patet.

ADDITIO.

Adde practicam pronunciandi ſuper poſſeſſorio ſubiectionis, quam vide per Doct. & ſignanter per Abba. in c.ſuborta. de re iudi.

Poſſeſsio iuris vſufructus acquiritur ex eo, quòd quis ingreditur vel inducitur in poſſeſsionem fundi, in quo vult acquirere poſſeſsionem vſusfructus, licet de illo fundo nihil percipiat, ſecundum Inn. & no.Do.Ant. de reſtitutione ſpo. in literis 22. col. ver. per hoc determinatur. & vide §. poſſeſsio ſeu quaſi.

Poſſeſsio ſeu quaſi vſufructus amittitur eo ipſo, quòd ſubiectus vſufructuarij alteri obedientiam præſtat, & non gerit ſe in aliquo pro ſubiecto ipſius vſufructuarij. not.Dom.Ant.de cau.poſ.c. fin.45. col.ver. ex his patet.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis non poteſt acquiri contra ciuitatem, quam Tyrannus occupat, licet Tyrannus patiatur, qa non pendet à Tyranno, qui ius non habet

habet ex patientia transferre poſſeſsionem, ſecundum Bar. quod intellige quando Tyrannus eſſet in poſſeſsione, quæ nō eſt formata quaſi poſſeſsione iuriſdictionis: ſed ſi haberet quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis formatam ex patientia Imperatoris, vel alterius ſuperioris, à quo pendet transferre poſſeſsionem, tunc illam formatam poſſet ex ſui puſillanimitate perdere, & per patientiam in alium transferre. not. Do. Ant. de cauſa poſ. c. ſi. 45. col. ver. per hoc infertur.

Poſſeſsionem ſeu quaſi iuriſdictionis, nullus poteſt contra aliquam ciuitatem acquirere, vacante Imperio, cùm ibi non ſit perſona, quæ quaſi poſsideat adminiſtrationem Imperij, à qua habetur patientia, ſecundum Bar. quod eſt falſum, quia vacante Imperio ſuccedit Papa in adminiſtratione. Ideò ex patientia Papæ quæri poſsit, quia vacante dignitate, ſufficit patientia cuſtodis adminiſtrantis. no. Do. Anto. de cau. poſ. c. ſi. 47. col. ver. tertiò dicat.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris conferendi beneficium, nō poteſt per alium acquiri vacante ſede epiſcopali, cùm capitulum ſuccedat in poteſtate conferendi: quo caſu patientia capituli poſſet quis conferendo quaſi poſſeſſionem acquirere. no. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 47. col. ver. per quem deciditur.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris improbati non poteſt acquiri: vt ſi quis diceret, ſe eſſe in quaſi poſſeſsione iuris concubinatus, quia tale ius eſt à canone reprobatum. Idem ſi quis vellet acquirere poſſeſsionem meretricalis iuris. not. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 18. colum. ver. reſtat vltimò.

Poſſeſsio ſeu quaſi iurium incorporalium totaliter acquirit, quando qs exercet actus proportionales iuri totali, & cuilibet eius parti, ideò ſi quis vtitur iure hauſtus aquæ ad fontem animo acquirendi viam & hauſtum, acquiritur quaſi poſſeſsio viæ & hauſtus, & qui vtitur iure canonicali, quo ad actū cantandi, eligendi, & vocem in capitulo dandi, & iure patronus quo ad actū præſentandi, ac poſſeſsionis & honorificentiæ, abſq; dubio quaſi poſſeſsionem totius iuris canonicalis, vel iuriſpatronatus acquirit. no. Do. An. de cau. poſ. c. ſi. 48. col. ver. refert vltimò videre.

Poſſeſ-

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris incorporalis an acquiratur reſpectu totius iuris per exercitium partis eiuſdem? Dic quod aut conſtat de intentione exercentis, quod voluit poſſeſsionem acquirere ſolum reſpectu partis exercitij: aut conſtat, quòd voluit totius iuris quærere poſſeſsionem, aut dubitatur. primo caſu non acquiritur quaſi poſſeſsio vltra, quam exercens intendit: ſecundo caſu diſtingue: aut agitur de quaſi poſſeſsione creanda, aut iam creata acquirenda. Si de nouiter creanda, & tũc per exercitiũ in certa ſpecie iuris acquiritur quaſi poſſeſsio in alia ſpecie eiuſdem iuris comprehenſa ſub eodem genere, ſi illa ſpecies eſt æqualis vel inferioris gradus: niſi poſſeſsio ſit illicita, & contra ius non iuſtificata aliquo titulo, quo caſu tanquam odioſa reſtringitur ad limites vſus, & non extenditur ad aliam ſpeciem, etiam minorem Licet autem quaſi poſſeſsio iuſta in vna ſpecie extenditur ad aliam ſpeciem æqualem, vel minoris gradus, tamen nunquam extenditur ad ſpeciem maioris gradus: quia in diſproportionalibus de ſimili non fit tranſitus, niſi intentio illius, contra quem quæritur, aliud operetur: vel niſi quælibet ſpecies maior vel minor ſit vnita conuentione vel contractu vel actu procedendi: quo caſu per exercitium partis tota quaſi poſſeſſio quæritur etiam ad maiorem ſpeciem: ſi autem agitur de quaſi poſſeſsione iam creata quærenda: & tunc ſi iuſta eſt, poſſeſſor voluntariè patitur, & aliter totũ quærit, quod abſq; dubio per exercitium partis totum ſub eodem genere clauſum acquirit, quia quaſi poſſeſsio tunc eſt vnita. Sed ſi poſſeſsionem volenti acquirere ius reſiſtit, non tamen iuſtificatur ex ſola patientia poſſeſſoris, tunc tantum, quantum exercuit poſsidet, & non plus: & idem ſi patientia eſt meticuloſa: ſecundo quando dubitatur de intentione, ſtatur dicto vtentis. no. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 48. col. ver. reſtat vltimò, cum tribus ſequentibus col. & aliquid tangit. de reſtitu. ſpo. in literis. 11. colum. verſi. dicebam ſecundò. & 25. colum. ver. omnibus caſibus.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis vniuerſalis iuris ciuitatis acquiritur eo ipſo, quod per ſolitas partes ciuitatis mittuntur Banna, quòd quicunq; ſic fecerit, talẽ pœnam incurret, dato quòd nullus incurrit, vel punitus

tus fuerit ex eo, quòd actus Banni eſt vniuerſalis ad totum populum, & totus populus patitur punientē exercere iuriſdictionem. no. Do. Anto. de cau. poſ. c. fi. 48. colum. ver. reſtat vltimò.

Poſſeſsio rei corporalis ex vſu partis acquiritur ex qualibet parte, quæ non ſit omnino ſeparata, ideò attingens vnam partem fundi cum intentione acquirendi poſſeſsionem fundi totius, quæritur: ſed ingreſſu partis non acquiritur poſſeſsio alterius fundi ſub diuerſo limite conſtituti. not. Domi. Ant. de cau. poſ. cap. fina. 48. colum. verſi. reſtat vltimò videri. vide Rom. conſilio 278.

Poſſeſsio rei corporalis ſemel habita, ſicut tota retinetur per vſum partis, ita & quaſi poſſeſsio iuris corporalis: ideò exiſtens in quaſi poſſeſsione vſusfructus, per ſolum vſum retinet vſumfructum, & eius quaſi poſſeſsionem. Et habens ſeruitutem actus vtendi via, retinet quaſi poſſeſsionem actus, quia vnica eſt poſſeſsio, & contigua & tangendo partem, totum artificialiter iunctum tetigiſſe videtur: vt not. Do. Ant. de cau. poſ. c. fi. 48. col. puto dicendum.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis non acquiritur per exercitium partis ipſius iuris, quando iniuſtè exercens actum ciuilis iuriſdictionis non acquirit poſſeſsionem criminalis nec ſpiritualis, nec meri nec mixti Imperij: & ſimiliter exercens actum iuriſdictionis voluntariæ non acquirit quaſi poſſeſsionē contentioſæ iuriſdictionis, quia eſt altioris, & maioris gradus. no. Do. Anto. de cau. poſ. c. fi. 5. col. ver. hæc verba. & vide infrà §. ſeq. & poſſeſsio, &c.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis vniuerſalis acquiritur per exercitiū partis ipſius, ſi ius iuriſdictioni vnitum ſit conuentione vel contractu aut actu producēdi vel procedendi, vt quia prælato ſit collata dignitas habens iuriſdictionem ciuilem, criminalem, & ſpirituałē, voluntariam & contentioſam, & merum & mixtū Imperium alicuius ciuitatis, altero illam non poſsidente, quàm donante vel conferēte. His enim caſibus per exercitium partis iuriſdictio tota quæritur: quia omnes partes & ſpecies vnitæ videntur. no. Do. Antō. de cau. poſ. c. fi. 51. col. ver. hæc vera, niſi ius altero poſsidente, quàm donan-

donante vel conferente, his caſibus per exercitium partis, ſi ex ſola patiẽtia poſſeſſoris iuſtificatur poſſeſsio alterius volentis illam acquirere, tunc exercendo partem cum intentione quærendi totam, quaſi poſſeſsionẽ totius acquirit, ſi non iuſtificatur ex ſola patientia poſſeſſoris, tunc quantum exercet, acquirit, & non plus, ideò ſi poſſeſsio eſt meticuloſa: vt not. 3. col. verſi. quando agitur de creanda. & aliquid tangit de reſti. ſpo. in literis. vigeſima prima col. ver. ſecundò dicebam.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris canonicalis vniuerſalis acquiritur per exercitium partis ipſius partis, ſi præceſſit collatio canonicatus: ideò ſi canonicus exercet actũ eligendi, vel recipit donum, vel præbendam alijs dare conſuetum: vel aliquem alium actum iuris canonicalis exercet animo totum ius quærendi, totum quærit, quia actus ſunt partes ſubiectiuæ iuris canonicalis, & non habentur vt ſpecies ſeparatæ, ſed cenſentur vnitæ vi præcedentis collationis iuris canonicalis, ſiue canonicatus. not. Ant. de cau. poſ. c. fi. lib. 6. col. ver. hæc vera. & ver. ex his apparet. vbi autem collatio non præcederet, & aliquis in capitulo exerceat actum dandi voces in contractu, per hoc non acquirit quaſi poſſeſsionem iuris, vel vocem dandi in electione, & idem ſi eſſet in quaſi poſſeſsione iuris canonicalis, per exercitium aliorum actuum, quàm electionis: tunc enim actus eligendi non ſunt omninò pars ſubiectiua iuris canonicalis, cùm etiam multi ſunt canonici, qui non habent ius eligendi, ſecus ſi aliquis interfuit etiam poſtulationi, quia per hoc acquirit quaſi poſſeſsionem iuris eligendi, nec econtra cùm hæ ſunt partes coæquæ & ſubiectiuæ eiuſdem generis & finis, ſ. prouiſionis: vt no. eo. c. fi. col. ver. per hoc determinantur. & ver. item ex his apparet. Quod autem dictum eſt quaſi poſſeſsionem iuris eligendi non acquiri per exercitium alterius, partis ipſius non præcedente collatione, locum habet, cùm agitur de poſſeſsione creata in alium transferenda, quo caſu ſi ex patientia poſſeſſoris iuſtificatur poſſeſsio volentis acquirere, exercendo partem, quærit totum: quia poſſeſsio tunc eſt vnica: ideò ſi canonicis ſic exiſtentibus in plena quaſi poſſeſsione iuris canonicalis aliquis poſtulauit eiſdem canonicis patientibus, acquirit tibi

etiam

etiam quaſi poſſeſsionem iuris eligendi, cùm patientia canonicorum iuſtificetur poſſeſsio alterius volentis: vt not. 52. col. ver. quando agitur de creanda. & ver. per hoc dicit Archidiaconus. Si autem, quod dictum eſt, quaſi poſſeſsionem iuris eligendi non acquirit per exercitium alterius iuris canonicalis, contradicere videtur, quod not. eodem c. pen. col. ver. per hoc dicit, quòd ſi quis. vbi concluditur, quòd ingrediens domum conſuetam conferri canonico, vel aliam rem iuris canonicalis, ſcientibus & patientibus illis, ad quos ſpectet transferre ius canonicale, acquirit quaſi poſſeſsionem iuris canonicalis: poteſt videri quod ibi non loquitur de exercitio iuriſdictionis incorporalis: ſed de ingreſſu incorporalis circa aliam, quàm quis quærit, vel dic quod ibi debet intelligi de acquiſitione quaſi poſſeſsionis iuris canonicalis, quò ad aliam præter quam ad ius eligendi: quia illud non ſemper canonicis competit, vt dictū eſt.

ADDITIO.

Et quid operetur diutina poſſeſsio beneficij, vide per Do. Feli. in cap. ſicut. de re iudi. poſt medium. 16. colum. vbi declaratur regula cancellariæ de triennali poſſeſsione.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris decimandi per rectorem: in parochia ſua vniuerſaliter acquiritur per vſum partis ipſius iuris. ideò ſi Rector recipit decimam reſpectu vini, acquirit quaſi poſſeſsionem, etiam quò ad grana & alia decimalia: quia poſſeſsio eſt iuſta, & quia iſtæ ſunt ſubiectiuæ partes iuris decimalis, & comprehenſæ ſub eodem genere. no. Do. Ant. de cau. poſs. in d. c. fi. 51. col. ver. ex his apparet: ſecus ſi quis vellet quaſi poſſeſsionem iuris decimalis acquirere in parochia aliena: quia tunc recipiendo decimam reſpectu vnius, non acquirit quaſi poſſeſsionem reſpectu alterius ſpeciei, quia talis poſſeſsio non eſt iuſta, & ius reſiſtit, vel non iuſtificatur ſola patientia poſſeſsio: vt no. in d. c. 52. col. ver. per hoc dicit Archidiaconus.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris decimalis, non acquiritur ex hoc, quòd quis intret vel inducatur in fundum decima-

cimalem, niſi aliquid nomine decimæ inde percipiat. no.Do.Ant.de reſti.ſpo.in literis. 22. colu. ver. ſi apprehenditur.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſpatronatus vniuerſaliter non acquiritur per exercitiũ partis: ideò licet quiſquam patronus defendit bona eccleſię, ne ab eccleſia alienentur, per hoc non concluditur eſſe in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi, altero poſsidente: niſi fortè ex voluntate patroni poſsidentis aliquem actum ipſius iuris exerceat, vt totum quærat, vel aliquis actus pręceſsit ad transferendum ius totale, not. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 53. col. ver. ex his apparet. An autem ex eo quòd quis probat, ſe eſſe quaſi in poſſeſsione iuris præſentandi, concludatur quaſi poſſeſsio totius iuriſpatronatus. vide Anto. de electio. querelam. ver. not. ſecundò quòd verbum eligendi, &c.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris epiſcopalis, vel alteri⁹ prælaturæ ſiue dignitatis acquiritur vniuerſaliter per exercitium partis, quando præceſsit collatio ipſius iuris, altero non poſsidente, & exercetur actus in loco ſuæ diœceſis, vel etiam vbi eſt fundus de diœceſi, exercuit actum criſmandi, acquirit quaſi poſſeſsionem totius iuris epiſcopalis. not. Do. Anto. de cau. poſ. c. ſi. 51. col. ver. hæc vera niſi ius: vt 52. col. ver. quando agitur de creanda, ſecus ſi actus exerceatur in diœceſi aliena: vt colligitur ex nota. 2. col. ver. per hoc dicit Archi.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris corporalis concernentis vnam rem totam, & totam ipſam rem acquirit vniuerſaliter reſpectu totius rei ex ſolo vſu partis ipſius rei: & vnam rem appello, habito reſpectu ad comprehenſibilitatem ipſius iuris, vt in iure epiſcopali vnam parochiã vel in iure iuriſdictionis vnam ciuitatem vel caſtrum. Si autem ius non concernit totã rem, ſed poteſt reſtringi ad aliquam eius partem, vt ſeruitus viæ, tunc ſi vſus eſt indeterminatus in re tota, ex vſu partis rei acquiritur quaſi poſſeſsio iuris eundi per totam rem, licet ius habens compelli non poteſt ciuiliter: ſi vſus eſt determinatus ad certam partem rei, tunc quaſi poſſeſsio reſtringitur ſolùm ad illam partem, qua eſt vſus. vbi autẽ vſus concernit reſpublicas, & agitur de quærenda quaſi poſſeſsione ipſius iuris in pluribus rebus: tunc ſi res

ſint

ſint omnes ſeparatæ, quia nec reſpectu rei nec iuris inter eas eſt coniunctio aliqua, nec quæritur quaſi poſſeſſio iuris rei, in qua dicitur exercitium iuris, niſi fortè aliæ res ſeparatæ accederent, vt ſubiectæ & acceſſoriæ, ſed ſi res non omnino ſeparatę, ſed coniunctæ ſolùm reſpectu contiguitatis iuris, vt ſunt contiguæ habitu & actu per iſta, & multa exempla. no. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 54. col. ver. nunc alter.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis acquiritur vniuerſaliter contra omnes de populo per vnicum actum in illo populo exercitum. no. Ro. conſi. 416. circa medium. & vide infrà §. poſſeſsio officij, &c.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis in ciuitate vel caſtro acquiritur in tota ciuitate vel caſtro, eo ipſo quod in aliqua parte ciuitatis vel caſtri exercetur iuriſdictio, ſcientibus & patientibus illis de ciuitate & caſtro, niſi fortè iuriſdictiones eſſent diuiſæ per Quarteria, quia tunc licet exercitium in vna parte Quarterij ſufficeret ad quaſi quærendam in toto quarterio: tamen non ſufficeret reſpectu alterius Quarterij. no. Do. Anto. de cau. poſ. c. ſi. 54. col. ver. nunc vltimò reſtat.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis acquiſita in vna ciuitate vel caſtro, nõ extendit effectum ſuum ad aliam ciuitatem vel caſtrum: niſi fortè ciuitas haberet caſtra ſubiecta, in quibus conſueuit Dominus principalis ciuitatis iuriſdictionem exercere, niſi eſſent alia acceſſoria, tunc etiam acquirens quaſi poſſeſsionē iuriſdictionis in ciuitate vel caſtro, cenſetur eſſe in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis in caſtro & villa eiſdem ciuitati & caſtro ſubiectis, & alijs rebus acceſſorijs. not. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 53. col. ver. ſi agitur, de præben.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis, licet acquiratur tota per exercitium partis, ex eo, quòd omnes partes iuriſdictionis ſint contiguæ, & comprehendantur ſub hoc toto, quod eſt iuriſdictio, etiam ſi quis tangit partem, totum tetigiſſe videtur, tamen exercens iuriſdictionem in vno homine vnius populi, non acquirit quaſi poſſeſsionem in alios homines eiuſdem, quia licet omnes de populo ſint contigui ſub hoc toto, quod eſt iuriſdictio, de qua agitur quæri: vnde non dicitur contiguitas ſaltem actu reſpectu illius iuris, quod

agitur quæri, & hoc quando agitur in populo non ſuperior habens iuriſdictionem in omnes alios, ſecus verò ſi ſibi eſſet Dominus, habens exercitium iuriſdictionis in toto populo, & alter exercet iuriſdictionem in aliquo de populo illo, Domino ſciente, & alter exercet, vt quaſi poſſeſsioné acquirat in toto populo, & acquiritur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis in omnes de populo, quia quaſi iuriſdictio tam erat vnita & contigua actu de populo: ideò tangens partem, totum tetigiſſe videtur, nec tunc extenditur iuriſdictio in vna parte, aliàs perſona, quæ plures comprehendit: & ideò ſi quis comes habeat comitatum, & iuriſdictionem in comitatu, & alius tanquam comes exercet iuriſdictionem in illo, patiente aliquo de comitatu, acquirit quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis. not. Domi. Anto. de cau. poſ. c. fi. antepe. col. vt not. Roma. conſi. 416.

Poſſeſsio, ſeu quaſi iuriſdictionis exiſtens in vniuerſitate, & vniuerſitas non compatiatur, quòd exercens cenſeatur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſsionem in ſingulis, quia alia eſt vniuerſitas à ſingulis. not. Domi. Anto. de cauſa poſ. cap. fina. penul. col. ver. ſed per hoc dicit Inno.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis epiſcopalis, quam habet epiſcopus in certo, acquiritur alteri in toto populo, eo ipſo, quòd rem exercet tanquam Epiſcopus in vno populo, ſciente & patiente Epiſcopo proprio. not. Domi. Anto. de cau. poſ. cap. fina. penulti. col. ver. idem puto.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris decimalis acquiſita in vna parochia non operatur iuriſdictionem quaſi poſſeſsionis in alia, niſi ſit illi ſubiecta vel acceſſoria. not. Domi. Anto. de cau. poſ. c. fi. 52. col. ver. ſi agitur de acquirenda. Exercens autem ius decimale reſpectu vnius fundi decimalis, ſcientibus & patiẽtibus omnibus de parochia; ſi fundus eſt communis, omni communi acquirit quaſi poſſeſsionem iuris decimalis, etiam quo ad omnes alios fundos: vt not. 54. colum. ver. tunc vltimo. Sed ſi fundus eſt vnius tantùm, non acquiritur quaſi poſſeſsio iuris decimalis, quò ad fundos aliorum, quorum etiam pati non interceſſerit. Et hoc verum quando

nullus erat in quaſi poſſeſsione iuris illius, aliter exercens ius decimale in vno fundo, ſciente & patiente poſſeſſore illius iuris, acquirit quaſi poſſeſsionem, etiã quo ad fundos aliorum, quia eorum patientia non requiritur: vt patet ex notatis per Anto. in penul. col. ver. per hoc dico, quòd ſi aliquis.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris eligendi, vel præſentandi acquiſita per exercitium ipſius iuris, in certa eccleſia non operatur acquiſitionem quaſi poſſeſsionis in alia eccleſia, niſi eſſet illi, in qua factum exercitium eſt, ſubiecta vel acceſſoria: vt not. Do. Anto. de cau. poſ. c. ſi. 53. col. ver. ſi agitur de acquirenda.

Poſſeſsio iuris eligendi non acquiritur, ſi quis eligat, vel aliud faciat poſſeſſoribus contradicentibus, quia non admittunt poſſeſsionem, niſi eis ſcientibus, & de recuperatione deſperantibus. not. Domi. Anto. de reſtitu. ſpoliat. in literis. 28. colum. ver. quæritur tertiò.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris eligendi an acquiratur ſola patientia exercitij actus eligendi in eccleſia, an exigatur patientia in confirmatione, vel in actu, quem electus agit, vel prælatus. Tu dic, quòd ſi conſtat de voluntate habentium ius eligendi, quòd permitterent alium vt ius habentem eligere: hæc ſola patientia ſufficit, idem ſi tacitè, quia ſecum eligunt, & non proteſtantur, nec aliquid opponunt. Idem ſi proteſtantur, tamen illi eis inuitis, vel de capitulo conſtat, eligunt. Si tamen illi, ad quos pertinet ius eligendi, incontinenti poſt electionem illius deijcientis contradicerent, iudicis officium implorando, vel alium contra electionem faciendo, poſſunt incontinenti recuperare quaſi poſſeſsionem. vbi autem actus electionis fieret per aliquẽ tali modo, quod non eſſet de patientia, & voluntate habentium ius eligendi, vt quia ſi eligit illis ſcientibus, & tunc cùm habeant poteſtatem contradicendi, vſq; ad actum confirmationis, electionis, vel per aliũ, per quem electus ſe gerit pro prælato, non intelliguntur actum electionis pati illi, vt ius habenti, ſed quia credunt, quòd nihil agant & expectãt hoc detegere ſuo tempore,

& idem de iure præſentandi, & ſimilibus. not. Do. Ant. in c.fi.vlt.col. Et ſecundum præmiſſa intellige quod cõcludit ſufficere, quod habentes ius eligendi patiantur eligere, dato quod electio non habuit effectum ſuum. Et dicit ibi in volenti quærere quaſi poſſeſsionem iuris confirmandi: quia ſufficit habentem ius confirmandi pati confirmationem.

Poſſeſsio quæ erat penes prælatum, eo defuncto non extinguitur,ſed remanet penes eccleſiam: & idem videtur in poſſeſsione cuiuslibet beneficij, & ideò nouus prælatus, vel Clericus ſuperueniens etiam adeptã poſſeſsionem prçlaturæ vel beneficij poteſt nomine eccleſiæ non ſuo,intentare iudicium poſſeſſorium,annua penſione prædeceſſoribus ſuis ſoluta,& tunc ſubtracta, quod limita, niſi illud ius percipiendi penſionem quaſi poſsideat.no.Ro.conſi.4. & idem Dom. Ant.de cau.poſ. cùm ſuper.3. col. in fi.

Poſſeſsio tunc acquiritur per aſpectũ, quando tradens rem,eſt in aſpectu rei quam poſsidet:ſecus ſi res eſt vacans.no.Bart.in l.præſenti.ff de acqui poſ.& no. glo. in cle.1.ver.porrò. de hære. ſuper ver. iuramentum. hoc intellige quãdo rei vacantis quis vult poſſeſsionem acquirere ſine traditione alterius ad hoc poteſtatem habentis,ſed ſi executor habens poteſtatem à iudice mittendi in poſſeſsione tradat per aſpectum rem, quam ingredi non poteſt, tunc acquiritur poſſeſsio per aſpectum: ſecus ſi ingredi poteſt: vt no. ibi per Bar. & ita limita, quod not. ibi Spec. in ti. de primo & ſecundo decreto.§.iam de effectu.in prin.& quod not.Io. An. de reſti.ſpo. cùm veniſſent. ver. vnum tamen omitto.fi.col. vel dic. quod Bar. loquitur in prætorio pignore, quod ſolo aſpectu conſtituitur, quando non patet ingreſſus, quaſi hoc operetur fauor iudicis, quia non minor eſt fauor & autoritas executoris Papæ, quàm inferioris Iudicis, & opinio Bar. eſt valde æqua, & optimè pro Rota. & probatur in l.quamuis. ff. de bo. auc. iudi poſſi. de dam. infec. l. ſi finita. §. illud. & §. penul. In quibus patet, quod tenuta, quæ eſt magis meri facti quàm poſſeſsio: vt not. Barto. in d. leg.1. in princip. acquiritur per aſpectum in certa traditione executoris non haben-

habentis liberum arbitrium, ergo per eãdem rationem acquiritur etiam poſſeſsio. & hoc voluit Barto. in d. leg. 1 in princip. 3. q. quam format de detentione. vbi quærit an detentio ita acquiritur ex traditione facta per aſpectum, quaſi non dubitauerit, quòd poſſeſsio acquiratur, ſed de detentione dubitat, vt quia magis eſt facti: adde limitando Bart. quòd tunc demum iuſſus mitti in poſſeſsionem per executorem acquirit poſſeſsionem per aſpectum, tamen petit per annum, quod poſſeſsionem intrare non potuit, & ita limitat Ang. in l. cũ vnus. & l. fi. ff. de bo. aut. iudi. poſ. & eſt caſus in c. cùm contingat, de dol. & contu.

Poſſeſsio non acquiritur per amicũ nomine meo intrantem & poſsidentem, niſi ratam habeo. & ita intelligitur reg. iuris poſsidet, &c. no. conſi. 290.

Poſſeſsio ſemel habita præſumitur vſq; ad mortem continuari, niſi contrarium probetur. no. Ro. conſi. 124. & hoc verum eſt vſq; ad decem vel viginti annos quo inducitur obliuio: vt probat glo. in l. 1. C. de ſer. fugi. quã Bar. & Bal. & Cy. ac omnes Docto. approbant.

* SINGVLARE.

Vbi quis poſsidet, præſumitur poſsidere ex titulo præcedenti. & ab eodem glo. eſt ſingu. in l. quædam. ff. de rei vendica. de qua fecit feſtum ibi Ang. ſequitur illam glo. Bar. in l. non ſolùm. ff. de vſuca. Refert & ſequitur And. Sicul. in repet. Rubr. de cau. poſſe. & proprie. Et an, qui olim poſſedit, præſumatur hodie poſsidere, vide Iacob. de San. Geor. in l. ſi minorem. in col. fina. ver. notetis pulchram glo. C. de in inte. reſti. mino. H. F.

Poſsidere præſumitur qui detinet. not. Rom. conſi. 160. in fi.

Poſsidentis cõditio melior eſt in pari cauſa, de præben. c. ſi à ſede. libro 6.

Poſſeſsio recedens non facit præſumi in beneficialibus bonam fidem & iuſtum titulum. not. Rom. conſi. 4. & Inno. in c. 2. in fi. de reſti. in integ.

Poſſeſsio beneficialis dicitur colorata, ſi póſsidens docet de inſtitutione per epiſcopũ facta, licet nõ doceat

de præſentatione facta, ob quam fuit facta inſtitutio. no. Ro.conſi. 139.

ADDITIO.

Et poſſeſsio colorata quo modo, & quando ſit exprimenda in reſcripto, vide per Do. Feli. in c. in noſtra. in 36.correlario,de reſcrip.Et an poſſeſsio beneficij poſſit capi ſine ſpeciali mandato,vide per eundem in c.non nulli.§.1. 9. colum.verſi.fallit primò.

Poſſeſsio contra reſeruationem Papalem obtenta, eſt meri facti, & caret omni effectu & adminiculo iuris, ſine quo in beneficialibus poſſeſsio non procedit, & eſt inualida.not.Ro.conſi.16.

Poſſeſsionem beneficij poteſt propria auctoritate ingredi,quicunq; habet canonicum titulum,ſecundum Hoſti.& Ioan.An.de cauſa poſ.c. fina.25. colum.& de reſti.ſpo.in literis.21.colum. ver. venio ad vltimum. in fi. colum.

Poſſeſsionem beneficij violenter ingrediens priuatur omni iure,quod habet in eo etiam,ſi is,quem violẽter expulit,occuparet iniuſtè.not.Rom.conſi.16.& conſil.391.ſecus ſi ingrediens poſſeſsionem, nullam violentiam committit, licet propria auctoritate ingrediatur: vt not. Roma. conſi. 25.

Poſſeſsio beneficij amittitur eo ipſo, quòd quis renunciat beneficio ſuo no.Ro. conſi. 24. quod eſt verum in poſſeſsione iuris, ſecus in ea quæ eſt facti, & idem in eo, qui renunciat liti & cauſæ, & iuri ſuo, quod retinet poſſeſsionem facto, & non licet illi, in cuius fauorem renunciauerit, apprehendere poſſeſsionem propria auctoritate,& ſi renuncians illa poſſeſsione, quæ eſt facti,ſpolietur,reſtituitur.not.Roma.conſi.57.

Poſſeſsionẽ beneficij ſi quis amittat eo ipſo, quod cum illo beneficium permutat, ideò non agit interdicto vnde vi, ex illo canone reintegranda. not. Roma. conſi. 62.

Poſſeſsio in beneficialibus haberi poteſt abſq; canonica inſtitutione,& ſic defectus ꝓprietatis tituli nõ impedit

pedit poſſeſsionem, nec effectum à ſola poſſeſsione determinat.not.Do.Ant.de reſti. ſpo. in literis. 3. col. ver. quod no.contra, licet autem ad poſſeſsionem habendã non requiritur canonica inſtitutio, requiritur tamen colorata,ſiue titulus putatiuus:vt nota. Rom. conſi. 14. & 3:1. Do.Anto.in d. c. literis. 22. col. ver. ad huius euidentiam.

Poſſeſsio an perdatur eoipſo, quòd poſſeſſor permittat alium de facto tenere per annum,negligendo petere. vide Io. And. de elect.querelam. ſuper ver. de nouo.& vide quod not.de reſtitu. ſpolia. olim. per Domi. Anto. &c.

Poſſeſsio ſeu quaſi eiſdem modis, quibus acquiritur,eiſdem contrarijs perditur, vnde poſſeſsio acquiſita per inſtallationem, perditur per diſtallationem, quod eſt verum, quando diſtallatur per habentem ad hoc poteſtatem. Si autem alius, ad quem non pertinet, diſtallaret, non faceret diſtallatum perdere generalem poſſeſsionem dignitatis,ſed illius loci tantùm, vnde diſtallatus fuit, ſecus ſi eſſet ſpoliatus auctoritate ſuperioris, iuris ordine ſeruato,ſecundum Inn.de reſti. ſpo. in literis.16 colum. ver. venio ad quartum.

Poſſeſsio acquiſita ſine auctoritate ſuperioris, eiſdem modis,quibus acquiritur,eiſdem contrarijs perditur.not. Do. Anto. de reſti. ſpolia. in literis. 26. colum. ver.venio ad quartum.

* ADDITIO.

Poſſeſsio iuſtior dicitur illa, quæ eſt iuncta cum Dominio:vt not. Barba. in conſil. 98. in penult. colum. ver.2.hæc concluſio.in quarto volum. & de probatione poſſeſsionis, vide plene per Domi. Phil. Decium, in conſilio 56. in primo volum. & in conſil.252. in 2. volum. H. F.

Poſſeſsio ciuilis & naturalis transfertur in alium per conſtitutum, ſi conſtituens vtranq; habeat. Sed ſi alteram tantùm,illam transfert,quam habet. not. Bar. ff.de acqui.poſ. leg. interdum. §. fina. & C.de pignor. l. creditores.ver. quæro quid ſi. ver. item quæro quid ſi inſtrumẽto,ſi nullam habuit,ſed ſimpliciter detinebat,

omnem poſſeſsionem transfert in eum, ſi erat vacans à nemine poſſeſſa. Si verò alter ciuiliter vel naturaliter poſsidebat, illam transfert, quæ vacans reperitur: ſi nulla vacat, nullam transfert. no. Bar. eo. ti. l. Quod meo. in princ. Et dicta poſſeſsio, quæ acquiritur in conſtituto, eſt vera & non ficta: ſicut ibidem no. Bar. & idem dicit Do. Anto. de reſti. ſpo. cùm veniſſent. 3. col. in fi. & vide ſuprà §. poſſeſsio, ſeu quaſi omnium.

ADDITIO.

An autem per conſtitutum transferatur Dominium, vide per Do. Alex. in conſi. 82. in 1. col. in 1. volu. Et an transferatur poſſeſsio, vide per eundem in conſi. 110. in 2. col. in 1. volu. & in conſi. 83. in 4. colum. in 2. volu.

Poſsidere dicitur, qui vi, clam vel precario rogat rem ab alio, quã abſtulit, vel poſſeſſore abſente & ignorante intrauit, vel ab eo precario rogat. no. Do. Anto. de præſcrip. veniens. 6. col. in prin.

Poſſeſsionem ciuilem & naturalem transfert in emptorem vel alium, à quo precario rogat, & immediatè per talem rogationem transfertur naturalis in rogantem, quæ eſt noua poſſeſsio à prima, quæ erat naturalis, ſimiliter iſta eſt naturalis precaria. no. Bar. de acqui. poſ. l. interdum, in prin.

Poſſeſsionem precario rogans ab alio, ſeu conſtituens ſe alterius nomine poſsidere, nullo modo poſsidet, ſed ſi in eodem inſtrumento eadem hora confecto vtrumq; ponitur, ſcilicet precarij rogatio, & ſimplex conſtitutio, vel conductio, nullam poſſeſsionem retinet, nec habet, qui precario rogat. Si verò inſtrumento ſic contineatur, conſtituens ſe dicti emptoris vel creditoris nomine precario poſsidere, talia verba ex mente contrahentium important precarium tantùm, nec ſic emptor vel creditor poſsidebat ciuiliter, venditor & debitor naturaliter. Præcaria tamen, ſi verba magis apta ad precariam ſunt, quia dicit conſtitui dictus venditor à dicto emptore vel creditore precario nomine poſsidere. no. Bar. ff. de acqui. poſ. l. in terdum. in prin.

Poſſeſsionem precario rogans ab vno, ſi poſtea eandem

eandem rem precario rogat vel conducit ab alio, priuat primum ſua poſſeſsione, & ſecundum facit poſſeſſorem, ſecus ſi quis primò conſtituit ſe ſimpliciter alterius nomine poſsidere: deinde ab alio precario rogat, vel eius nomine precario poſsidere conſtituit: quia tũc primum poſſeſsione ſua non priuat: Ratio differentiæ eſt, quia primo caſu precario rogans, naturaliter poſſidebat, ſecundo caſu ſimpliciter conſtituens nullam poſſeſsionem habet. not. Bart. de acquiren. poſſeſ. l. interdum. §. fin. & l. qui pigno. de vſucap. l. Celſus. ver. ſed pone.

Poſſeſsionem precario rogans ab alio, ſi non reſtituit rem ei, à quo rogauit, dicitur eum ſpoliare poſſeſſione. not. ff. de vi & vi armata.

Poſſeſsionem nullam retinet, qui rem quam poſsidet ab alio conducit. not. Bart. ff. de acquiren. poſſ. l. interdum, in princ. ff. de vſucap. l. Celſus. ver. ſed pone.

Poſſeſsionem ciuilem tantùm habens, ſi rem quam poſsidet, in emphyteuſim dat, & ſi nomine emphyteutæ poſsidere conſtituit, trãsfert in eum ciuilem, quam videtur eum voluiſſe habere, donec acquirat naturalem, quæ ſibi competitura eſt pro ſuo iure emphyteutico. not. Bart. de acquiren. poſ. l. interdum. §. fin.

Poſsidere dicitur creditor ciuiliter & naturaliter rem ſibi pignoratam, quam debitor ipſius creditoris nomine conſtituit ſe poſsidere. Sed ſi precario nomine rogauit à creditore, tunc creditor ciuiliter poſsidet, debitor naturaliter & precario. not. Bart. ff. de acquir. poſſ. l. interdum, in princ. & vſucap. l. Celſus ver. ſed pone. Si autem non conſtituit nec rogauit, ſed tradidit realiter, tunc creditor poſsidetur: vt l. cùm qui & ſortis. §. pignus. ff. de pigno. & facit fructus ſuos: vt l. pignus, in princ. eo. tit. & agit furti & contra debitorem: vt eo. tit. l. ſi pignori. §. ſi agit etiam quod metus cauſa: vt l. ſi pignore. §. 1. agit etiam interdicto vnde vi. contra debitorem ſpoliantem: vt not. glo. in ea. l. ſi pignori. §. 1. poſt diſtrictam: vt not. Bart. de precario. l. 1. idem eadem ratione ageret vi bo. rap. pro re mobili. Aduertendum tamen, quòd poſſeſsio quam habet creditor, debet eſſe ad commodum debitoris, quò ad dominium & vſucapiendi conditionem, & illo reſpectu dicitur debitor

poſsidere, & non creditor: vt l. ſciendum. §. creditor. ff. qui ſatiſdare cogan. & ibi not. in glo. 3. Et propterea debitor rem pignoratam vendendo & tradendo, vel emptoriè nomine conſtituendo transfert in eum dominium & vſucapiendi conditionem: vt l. Celſus. ver. ſed pone. de vſucap, ſecundū Bal. & ſi creditor emptorem non admitteret, videtur debitorem ſpoliare, per l. colonus. ff. de vi & vi arma. Sed liberato pignore debitor recipit omnem poſſeſsionem, quandò liberatur per ſolutionem, vel aliter ex voluntate creditoris: ſecus ſi per aliam iuris ſubtilitatem. not. Bart. ff. de acquir. poſ. qui pignori. & de precario. l. ſi debitor. & hoc intelligo, quando liberatur debitor rem detinēs, ſecus putarem ſi res eſſet penes creditorē, quia licet precarium extinguatur per ſolutionē, non reſoluitur poſſeſsio exiſtens penes creditorem, quæ eſt facti, ideò à iure reſolui non poteſt. Sed quæritur contrarium factum. & vide in §. prox. ſequen.

ADDITIO.

Quis dicatur eſſe in poſſeſsione, vt poſsit aliū eijcere, ædificia conſtructa diruere, vide per dom. Alex. in conſil. 36. in 3. & 4. colum. in 1. volum.

Poſsidere dicitur creditor rem, quam debitor eius nomine conſtituit poſsidere, & propterea licet debitor eam vendat, & emptoris nomine poſsidere conſtituat, non transfert in emptorem poſſeſsionem, quanquam transferat vſucapiendi conditionem. not. dom. Ant. de reſtit. ſpol. cùm veniſſent. penult. col.

* ADDITIO.

Poſſeſsio poteſt acquiri ſub conditione: vt not. Iac. de ſanct. Georg. in l. certū eſt ad fin. ff. ſi cert. petat. allegat text. quem dicit not. in l. qui abſentis. §. 1. ff. de acqu. poſ H. F.

Poſſeſsio quam tenet dominus per colonum, an amittatur ſi colonus admittat emptorem, qui à domino emit, vide Bar. ff. de vi & vi ar. l. colonus. & l. qui fundū.

Poſſeſsio & quaſi iuris matrimonialis ſolo animo non perditur, vel ſi perdatur ſolo animo, recuperatur

eo quòd petitur:nam in matrimonialibus poſſeſsio eſt coniuncta proprietati, non abdicabilis nuda voluntate: ſapit ergo poſſeſsio naturam proprietatis. not. do. Ant. de reſti. ſpo. in literis. quid ſit iur.

Poſſeſsio ciuilis vel naturalis non acquiritur per immiſsionem ex primo decreto factã in perſonali: ſed miſſus in reali hypothecaria poſſeſſor efficitur. not. Bar. in l. 3. §. fi. ff. de acquir. poſ. & in hypothecaria procedit, & poſſeſſor efficitur quando creditor fuit miſſus in poſſeſsionẽ rei obligatæ, quam non poſsidebat, alioquin ex immiſsione ex primo decreto poſſeſsionẽ perderet, & ſolam detentionem quæreret. not. Bart. in l. à diuo Pio. & l. ſi quis. hoc tamen non firmat: ſed vide per eum in l. finita. §. nihil. de dam. infect. verſic. pone ipſe autem. eo. tit. & quod eſt verum in perſonali, procedit etiam ſi miſsio fiat per executorem rei iudicatæ. not. Bart in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iud. contrarium ſentit, & melius, in l. is cui. §. ſeruandorum. ff. vt in poſ. leg. vbi diſtinguit inter creditorem, & miſſum in poſſeſsionem, quia debitor non defendit, quæ miſsio appellatur ex edicto prætorum, & in rem miſsio, quia debitor non ſoluit, quę appellatur ex reſcripto Imperatoris, & hoc facit miſsio in poſſeſsionem: vt eſt tex. in d. §. ſeruandum, in fi. & in §. quæri poterit, in ea. l. quia ergo miſsio facta per executorem rei iudicatę ſic, quia debitor non ſoluit miſſum poſſeſſorem, faciat ad hoc q̃d idem Bart. not. in l. ſi pecuniæ. §. ſi eodem tit. & melius in l. poſtquam. §. Imperator. ff. vt leg. & fideicom. nomine. ibi eſt bonus tex. ſed licet miſſus in perſonali nullam acquirat poſſeſsionem, acquirit tamen detentionem cuſtodiæ cauſa. not. Bart. in l. 3. §. ex contrario, in fine. ff. de acquirend. poſſeſ. l. fina. §. inter. ff. de dam. infect. & ibi gloſ. & propterea non lucratur fructus: vt notat Bartol. in dict. §. nihil. Innocen. tamen dicit, quòd nec detentionem acquirit, ſed eſt cuſtos, non detentor: ideò non poteſt rei vendicatione conueniri: vt nota. per eum in cap. quoniam frequenter. §. final. vt lite non conteſtat. in gloſ. ſuper verbo, non poſſeſsionem. & idem tenet Specul. vt not. dom. Anton. in dict. cap. quoniam frequenter. §. pen. ver. nunquid aũt contra detentionem, in fi. 3. col. & tenet quòd

miſſus

miſſus ex primo decreto tantùm, habet nudam detentionem, & nihil plus acquirit. ſed text. videtur dicere, quòd habeat ſolam cuſtodiam, in l. is cui, in princ. ff. vt in poſ. leg.

* SINGVLARE.

Poſsidere hodie an præſumatur, qui olim poſſedit, vide Iacob. de ſanct. Georg. in l. ſi minorem. in 2. col. ver. notetis. C. de in integ. reſt. & ibi ſubdit no. ꝙ qui olim fuit dominus, hodie præſumitur dominus, & hoc ſi allegat dominium de præſenti per glo. quam allegat ad hoc pro ſingulari, in l. certum, in princ. in verſic. ſed & ſi confeſſus. ff. de confeſſ. quod not. quia præſumptiones iuris non proſunt, niſi ei, qui eas allegat: vt in l. ſi adulterium, aliàs ſtuprum. §. idem Pollioni. ff. de adulterijs. H. F.

17 T Poſsidens per ſeipſum retinet nō ſolùm ciuilem, ſed etiam naturalem poſſeſsionem, licet abſens ſit à re poſſeſſa, dum tamen non diſtet ab ea vltra decem miliaria: vt notat glo. quam Bart. approbat in l. 1. in princ. ff. de acquiren. poſ. & Cy. in l. 1. C. eo. tit. ſed ſi vltra decem miliaria, tunc naturalem perderet: ſic debet intelligi §. qui ad nundinas, in l. clàm poſsidere. ff. eod. tit.

Poſsidens per colonum, retinet ciuilem & naturalem poſſeſsionem, etiam abſente colono à re poſſeſſa. l. ſi colonus. ff de acquirenda poſſeſsione, in textu & glo. & per Bartolum, & quod dicitur de colono, idem in procuratore, & quolibet alio nomine alterius detinente. no. Bart. in l. 1. §. non autem alij. ff. de vi & vi armata. & vide tex. in l. 3. §. quod ſeruus. & in l. fi. eod. tit.

Poſsidens per colonum vel alium non perdit poſſeſsionem, licet colonus poſſeſsionem perdat, & alius occupat: idem ſi colonus non animo deſerendi exeat: vt notat Bart. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acqui. poſ. ſed licet ex deſertione coloni dominus non perdit ciuilem, perdit tamen naturalem. not. Bart. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. eod. tit. Vbi autem & colonus ſponte tradit, dominus perdit vtramq;. not. Barto. in d. §. quibus. & do. Ant. de reſtitut. ſpol. olim cauſa. ver. oppo. quod & ſi traditio. per duas col. quod intellige ſi verè tradit: ſecus ſi fictè. not. Bart. in l. quamuis. §. 1. eod. tit. de vi & vi armat.

armat. l.1.in fin. vbi autem dicit dominus, nullam perdit, ſed ſi domino ſpontè tradat vel pro alio poſsidere conſtituit, vtramque perdit: vt not. Bart. in l.1. quod in eo in princ. ff. de acquir. poſ. & in l.1. in prin. §. non autē. ff. de vi & vi armat. Vbi verò nec domino, nec colono dicatur, ſed colonus ligatur in fundo vel domo detinetur vel ab alio iuſſus ſiue imperatus metu receſsit, aut poſtquam alter fundum ingreſſus, metu non audet colonus ad fundum redire, dominus perdit vtramque, vt patet in text. & in glo. per Bart. ff. de vi & vi armat. l.1. §. non autem alij. vſque ad §. vlt. Idem ſi colonus dominum deiecit vel emptorem, quem Dominus iuſsit in poſſeſsionem ire, colonus ſciens non admiſit: vt l. colonus, & l. cùm fundum. eo. tit. vbi eſt caſus. dominus autem poſsidēs per alium, nunquam perdit poſſeſsionem ſolo animo conſtituendo in mente ſe nō velle poſſidere: vt not. glo. in d.l. peregrè. §. quibus. & ibi videtur text. & idem Bart. in l. quod meo. in prin. 3. oppo. quam facit & §. quibus. & not. glo. in l. 3. §. in amittenda. eod. titul.

ADDITIO.

Adde quòd non tantùm per colonum retinet dominus poſſeſsionem, ſed etiam per hæredē coloni, quamuis colonus non ſit, dominus retinet poſſeſsionem, vt eſt text. in l. cùm in plures §. hæredem ff. loca.

Poſſeſsio danda pro executione ſententiæ, dari debet corporaliter & actualiter, de re iud. l. cum aliquibus. & 3. q. 1. §. ſed notandum. per hoc videtur, quòd non ſufficit per executionem transferre naturalem poſſeſsionē: vt d. §. ſed notandum, quæ naturalis transfertur per conſtitutum ex corpore conſtituentis, & appellatur vera poſſeſsio: vt not. in l. quod meo. in princ. ff. de acquir. poſ. item pro executione ſufficit poſſeſsionem dare per aſpectum: vt not. do. Ant. in d. c. cum aliquibus. ergo pari ratione non ſufficit dare per conſtitutum, niſi dicetur quòd in aſpectu interuenit actus naturalis, ſcilicet viſus, qui eſt vnus ex quinque ſenſibus corporis: ſecus in conſtituto transfertur poſſeſsio, & certo actu naturali, & corporali conſtituētis, per quem ipſe conſtituens primò acquiſiuit ſibi poſſeſsionem: vt not.

not.Inno.& do.Ant in d c.cùm veniſſent. de reſt.ſpol. & Bart.in l. quod meo. in princ.& vide ſuprà §. poſſeſſio ſeu quaſi omnium.

Poſſeſsio quam quis perdit ex eo quòd quis ſuſpicatur ſe ab alio in rem poſſeſſam ingreſſum poſſe repelli, acquiritur ingreſsio per ignorantem, & hoc operatur corpus & animus ipſius ingredientis, qui fuit ab initio in poſſeſsione quærenda: vt not.per glo.in l.fin.& in l. ſi velit.ff de acqui poſ.

Poſſeſsio acquiritur alteri per alterum, non ſolùm ex iuramento præcedente, ſed etiam ex ratihabitione ſecuta.not.Ioan.And de præbend.accedens.

18 † Poſſeſsionis duæ ſunt ſpecies duntaxat, per ſe loquendo, ſcilicet ciuilis & naturalis, quæ naturalis quandoq; appellatur corporalis.not.Bart.de acqui.poſ.l.1.in princ.& l.clàm poſsidere.§.fin.& do.Ant. de reſtit.ſpol. cauſam.ver.oppo.quòd ſi traditio.& vide do.Abba. mo.in 5.col.ver.nuncetiam.

19 † Poſſeſsio quando dicatur pacifica, & quãdo non, vide glo.Lap.de elect commiſſa.lib.6.& do.Ant.in cle. gratiæ, in fin.reſcrip.& Pau.ibidem, qui dicit, quòd pacifica eſt, quando ſine controuerſia iuris vel facti iudicialis vel extraiudicialis quis poſsidet.Inno.dicit quòd eſt illa poſſeſsio pacifica, quæ non turbatur de facto, licet turbatur de iure: vt ipſe not.de appellatione.conſtitutus.2 in glo.2.& idem ſentit Archi.& Ioan. Andr. de præb.licet epiſcopus.ſuper ver.pacificam.vide de rei vend.l.ordinarij §.deinde quæro.& vide do.Ant.in c. de multa, de præben.3.col.

Poſſeſsio officij vel dignitatis non probatur per exercitium actus non pertinẽtis ad officium vel dignitatem aliquo iure: vt no.Io.And.in c.vt noſtrum.de offic.Archidiaconi.

Poſſeſsio an perdatur ſi ſequeſtratur penes alium, vide ſub verbo, ſequeſtrum.§.ſequeſtrũ poſſeſsionis.

* ADDITIO.

Poſſeſsio non videtur prohibita per prohibitionem dominij: vt not.dom Iaſon in l.1.§.ſi vir vxori, in 3.col. ver.confirmatur.ff.de acqui.poſ.H.F.

Poſ-

Poſſeſsio quando dicitur turbata, vide ſub verbo, actor.§ actor ſi egit.

Poſſeſsio an perdatur per negligentiam nõ venientis ad locum poſſeſsionis,& quanto tempore negligentia requiratur, vide C.de ſer.fu.l.1.in gl.ma.in fin. & ibi per Bar.& plenius per eundem in l. fin.de eo.§.ſi fortè. ff.de acqui. poſ.

Poſſeſſor beneficij quantumcunq; notoriè iniuſtè poſsidet, non debet amoueri ſine iuris ordine de poſſeſsione.not.Rom.conſil.14.& conſil.16. vide quod no. Pet. Mo.de offic.ord.lib.6. verſic quæro an in traditione, vbi poni intellectum.c.licet epiſcopus,de præbend. lib.6.& vide ſub ver. poſſeſſorium per totum.

ADDITIO.

Adde quòd clericus dignus priuatione beneficij facit fructus ſuos, quam diu in beneficio toleratur, vt quæritur per do.Fel.in c.de quarta.de præſcript. colum.11. in prin.in verſic.faciunt ad quæſtionem.

Poſſeſſor etiam violentus exiſtens in quaſi poſſeſsione eligendi, conferendi, vel præſentandi, ſi elegit, confert, vel præſentat, electio, collatio, vel præſentatio valet, ſi de eius violentia vel mala fide non conſtat, vel aliàs proteſtatur, quod per eum factum eſt. not. Rom. conſil.368.

* SINGVLARE.

Poſſeſſor malæfidei etiam cum titulo tenetur ad fructus percipiendos in re minoris. glo. eſt notabilis in l. patri.§.prædium. ff.de min. & an præſumatur bona fides propter longam poſſeſsionem, vide Iacob.Geor.in l.1.in ver.notabilis ex hac.C.de ſer fug. H. F.

Poſſeſſor bonæfidei cui ius cõmune reſiſtit, an eligere, conferre, vel præſentare poſsit, vide Ro. conſil.268.

Poſſeſſor caſtri vel villæ ratione cuius quis habet ius præſentandi ad eccleſiam, poteſt præſentare, licet ante nunquam præſentauerat, quia caſtrum videtur ſemper dictum ius præſentandi retinuiſſe & poſſediſſe, non obſtante quòd ſuper caſtro fuerit guerra vel lis mota, niſi fuiſſet mota lis ſuper ipſo iure vel poſſeſsione præſentandi. not. Rom.conſil. 141. & Ant. in c. in literis, in fin.de iure patronatus.

Poſſeſ-

Poſſeſſor beneficij poteſt compelli per ſuũ iudicem ordinarium oſtendere titulum beneficij ſuper collatione vel inſtitutione beneficij, ſi in eum conſenſit, aliàs iudex non ſuus non poſſet compellere titulum ſuum oſtendere, ſi in eum totaliter beneficiatus non conſenſit, vt quia eum ad oculum admiſit. & hoc verum quando vitium eſt tale, in quo collator potuit diſpenſare, aliàs non proficeret patientia collatorum, & quolibet caſu admittitur collator, ſi vult probare defectum tituli, ſed ſi collator non conſenſit in eũ, tunc poteſt ipſum compellere, vt oſtendat titulum, niſi eſſet talis præſumptio, qui in collatorem transfunderet onus probandi. not. dom. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 13. col. ver. ſi ergo quæritur.

Poſſeſſor beneficij cuius commune reſiſtit, vt quia ſunt duo incõpatibilia, poteſt compelli ad inſtantiam Aduerſarij, oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis, quod eſt verum, ſi petens docet aliquid de ſuo intereſſe, vt quia dicit ad ſe ſpectare beneficia. not. do. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 13. col. ver. ſi quæritur an ad inſtantiam.

Poſſeſſor poteſt illum qui rem ab alio poſſeſſam ingreditur & occupat, repellere propria auctoritate, ſiue ingreſſus & occupatio vi fiat ſiue clàm, etiam ſiue poſſeſſor priuetur ciuili, ſiue non: vt not. Bart. in l. 1. §. hoc Interdictum. ff. vti poſsi. & l. 1. C. vnde vi. & Inno. de reſtit. ſpol. olim cauſam. & ibi videtur caſus in priuata poſſeſsione rei immobilis, ſecundum Inno. ff. de furtis. l. ſi quis in ſeruitute rei mobilis. glo. etiam & Bart. expreſsè idem dicunt in priuata poſſeſsione rei immobilis, vt eſt fundus. ff. de vi & vi arma. in l. cùm fundum. in hoc caſu eſt differentia, an poſſeſſor priuetur ciuili vel non, quia ſi priuetur, debet ſtatim, cùm ſciuit priuationem, repellere, & iniuriam propulſare, non ex interuallo, vt dictum eſt in c. cauſam, de reſtit. ſpol. & ff. de vi & vi arma. l. 3. §. cùm igitur. ſed vbi non priuatur, poteſt ſemper repellere, donec ingreſſus naturalem occupat, quia illam occupando ſemper turbat dominum in ciuili: vt not. glo. in l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. C. de acqui. poſ. ideò dicitur iniuria incontinenti propulſari, tamen ingreſſus tenendo naturalem ſemper ſtat in actu turbandi poſſeſſorem in ciuili: vt not. Bart.

Bart. in d.§. hoc Interdictum. niſi tanto tempore poſſeſſor neglexerit recuperare naturalem, quod præſumeretur nõ perdidiſſe ciuilem: vt not. Bar. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. de acquir. poſſeſ. vide dom. Ant. qui prædicta declarat & limitat. de reſtit. ſpol. olim cauſam. in 5. oppoſitione. Adde quòd ſi poſsidens etiam ciuiliter & naturaliter non poteſt propria auctoritate expellere detinentem bona, licet iniuſtè, dum tamen detineat iniuſtè à ſe poſsidente: vt not. Bart. in l. 1. §. neceſſariò. ff. ſi mu. not. ven. in poſ. miſ. fuerit. Aduerte quod dicit quòd ibi non poteſt detinentem propria auctoritate expellere, quia cauſam habuit à muliere miſſa in poſſeſsionem auctoritate prætoris, non potuiſſet per hæredem propria auctoritate expelli, & quod ibi dictum eſt, quem poſſe recuperare poſſeſsionem auctoritate propria, intellige non ſolùm per ſe, ſed etiam per alios amicos ſuos: vt not. glo. in d. l. cùm igitur. & l. ſed & partus. §. quæritur. ff. quòd met. cauſa. ſed Ioan. And. dicit, quòd tunc licet propria auctoritate expellere ingredientem alienam poſſeſsionem, quando expellens retinuit ciuilem: vt ipſe not. in addit. Specul. in tit. de peti. & poſ. §. 1. in fin.

ADDITIO.

20 † Poſſeſſoris appellatione comprehenditur etiam habens ciuilem poſſeſsionem, quod facit ad ſtatutum quo cauetur, quòd qui dederit damnum in poſſeſsione alterius, ſoluat pro banno tantùm: vt not. Bald. in l. ſciendum. §. item qui. ff. qui ſatiſda. cog. & adde quòd appellatione poſſeſsionis propriè venit ciuilis: vt not. Barb. in conſil. 122. in vlt. col. verſic. quartò principaliter, in quarto volum. H. F.

Poſſeſſor rei poteſt acquirere vero domino eiuſdem rei dominium, & non domino publicianam, dummodò non ſit contra poſſeſſorem ſuper eadem re lis mota, quo caſu lite pendẽte poteſt acquirere dominium, ſed non publicianam: vt not. dom. Ant. in c. fin. vt lite pendente.

21 † Poſſeſſorium ſolùm non intelligitur intentare, ſed etiam petitorium, qui in libello narrat ſe canonicè inſtitutum. no. glo. de ſi. presbyt. in c. conſtitutus. quod

intellige quando id nō ſolùm in narratione,ſed in concluſione libelli deduxit,aliàs ſecus, quia verba narrationis libelli declarãtur, & reſtringuntur ſecundum vim concluſionis. not.do.Ant.de for.compet.c.ex parte.ver.not.quintò.& vide ſub ver.probato.& ver. fructus.§.fructus,&c.

Poſſeſſorium nō ſolùm intentare videtur,ſed etiam petitorium,qui etiam ſuper ſpoliatione petit ſibi iuſtitiam exhiberi.not.glo.de ord.cog.in c.cùm dilectus, in glo.hic parati. & idem ſentit glo. in c. fina. eo. tit. quod intellige quãdo id fuit deductum in narratione & concluſione libelli: ſecus ſi concluſio libelli ad ſolum poſſeſſorium ſit reſtricta,licet in narratione fuit etiam petitorium expreſſum, niſi poſt concluſionē ad poſſeſſorium reſtrictum addatur clauſula,ſuper quibus omnibus peto mihi iuſticiam adminiſtrari,quia tunc virtute clauſulæ,vt non ſit fruſtranea, intelligitur etiam petitorium deductum, ſecundum Cal. vt not. dom. Ant. de ordi. cog. dilectus,ad fin.3.col.

Poſſeſſorium non ſolùm intelligitur intentare,ſed etiam petitorium,qui deducit ius in re.not.de reſtit. in integ.c.2.in glo.vltima,in fine. idem in eo qui petit ſuũ titulum confirmari,vel aduerſæ parti perpetuum ſilentium imponi,vt de conceſ. præbend.in c. poſt electionem,in glo.ſuper verbo,confirmari.Idem in eo,qui dicit rem ad ſe pleno iure pertinere. not.Inno.de electione. querelam. in princ. ſecus fortè, ſi diceret ſolùm ad ſe ſpectare, cùm etiam ratione poſſeſsionis dicatur res ſpectare ad aliquem,vt patet in c.licet cauſam,de prob. Sed ſi diceret rem ad ſe ſpectare vel pertinere de iure, tunc dicitur poſſeſſorium & petitorium intentare.no. Bald.C.ſi à non compet. iud. l. ſi de proprietate. verſic. quæro quid. & ver.ſequenti.

Poſſeſſorium cum petitorio intentatum habet hoc priuilegium, quòd quælibet pars poteſt petitorium vtriuſq; partis ſuſpendere: quod eſt verum in cauſis beneficialibus, ſed etiam in cauſa prophana. Si non fuit ſuſpenſum in cauſa principali, non poteſt in cauſa appellationis ſuſpendere, niſi à ſe intentatum. not. Romanus conſilio 201. vide omninò dominum Anton. qui aliter loquitur de cauſ. poſſ. paſtoralis.§. ſi verò,in pri-

prima oppo. & de reſtit. ſpol. ex literis. penultima & vltima colum. item etiam in cauſa beneficiali tunc demum poteſt quis ſuſpēdere petitorium vtriuſq;, quando agitur contra ſpoliantem vel mandantem, & hoc in eorum odium, ſecus ſi agitur contra tertium, vt ipſe tertius compareat ratione ſui intereſſe: vt notat Romanus conſilio 154. & dom. Anto. de reſtit. ſpoliato. in literis. 8. colum. ver. oppo. quòd agenti. & vide Rom. conſilio. 363. & in cle. 1. de cauſ. poſſ. & vide infrà §. poſſeſſorium cum petitorio. & §. poſſeſſorium deducens.

Poſſeſſorium quando intentatur ſimul cum petitorio, non poteſt pars aduerſa petitorium ſuſpendere, ſi ante ſuſpenſionem, quo agitur prouidendo de illo, actori Papa appoſuit manum in beneficio deducens. not, Romanus conſilio 235. & conſil. 16.

Poſſeſſorio agere volens, ſi ſuſpendit petitorium vtriuſq; partis, licet proteſtatur quod non intendit ab illa proteſtatione recedere, niſi hoc exprimat: tamen poſtea offerendo libellum, in vtroque videtur à dicta ſuſpenſione recedere. notat Roma. conſil. 250.

Poſſeſſorium ſi ſimul eſt cum petitorio intentatum, & poſtea poſſeſſorium ſuſpenſum, intelligitur iuriſdictio iudicis ſuſpenſa circa omnia petitorium concernentia: ideò coram eo non valent probationes poſtea receptæ. notat Roman. conſilio 393. idem notat Anton. de cauſ. poſſeſ. & proprie. in cap. paſtoralis. 14. colum. verſic. ex his deciditur. vide §. poſſeſſorium quando intentatur.

* ADDITIO.

Poſſeſſorium quod proponitur vbicunq; habet cauſam dominij, id eſt, quando eſt poſſeſſorium, quod non poteſt iuſtificari niſi ex probatione dominij, tunc nunquam concurrit cum petitorio, quia obſtat regula quòd abſolutoria lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio: vt not. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 7. col. ver. item vnum volo. ff. de acquir. poſ. & adde q; cum opi. Bar. tranſit Bal. in l. edita. C. de

eden. & idem tenet do. Iaſon in d. §. nihil commune, in 34. col. in ver. ſecundò not. & ſing. concluſio. H F.

Poſſeſſorio & petitorio ſimul intentato, & poſtea petitorio ſuſpenſo, ſi feratur ſententia in poſſeſſorio, & appellatur ab ea, & committatur, an primus iudex poſſet in petitorio procedere, vel ſecundo, vide ſub verbo, iudex qui pronunciauit. not. Rom. conſil. 131.

Poſſeſſorium cum petitorio ad iudicium deductum habet hoc priuilegium, quòd petitorium ſuſpendi poteſt non ſolùm in prima, ſed etiam in ſecunda & tertia inſtantijs: & quòd fortiùs eſt, poteſt actor qui ſemel petitorium ſuſpendit, & poſtea illud reintentat iteratò & ſæpius eum ſuſpendere, quia tale priuilegium ſuſpendendi conceſſum eſt in odium ſpoliantis, quod intellige ſi ante ſecundam ſuſpenſionem foret ſuper petitorio pronunciatum: intellige ſi fuit pronunciatum pro eo qui in primo ſuſpendit petitorium, & demũ reſumpſit, & ſucceſsiuè pro eo ſententia lata: nam forſan ſecus eſſet ſi fuiſſet pronunciatum contra ſuſpendẽtem ſuſpendere volentem ſpoliatum, quoniam etiam ſententia lata non obſtante poſsit iterùm vel de nouo ſuſpendere: vt not. videtur decidere Rom. conſil. 382 quia tunc ſi amplius ſuſpendi non poteſt no. Ro. & quod dictum eſt de ſuſpenſione in ſecunda inſtantia, procedit quando vtrunq; eſt deuolutum ad curiam, ſecus ſi alterum duntaxat deuolutum ſit: vt not. Roma. conſil. 205.

Poſſeſſorium intentans cũ petitorio, ſi ſuſpenſo petitorio obtineat in prima inſtantia ſententiam in poſſeſſorio, & Aduerſarius appellet, poterit eo inuito in ſecunda inſtantia ad petitorium redire, in ea procedere. not. Rom conſil. 417.

Petitorium ſi ſimul cum petitorio fuit ante ferias inchoatum, an poſtea tempore feriarum poſsit petitorium ſuſpendi. vide ſub ver. feriæ. & no Rom. conſ. 140.

23 † Poſſeſſorium recuperandæ principaliter intentatum, vel etiam cum petitorio eo tamẽ poſtea ſuſpenſo, poterit repelli per receptionem Papalis reſeruationis, quæ non tantùm afficit titulum, ſed etiam poſſeſſionem: & ſic per dictam reſeruationem notoriè conſtat de non iure agentis ſine alia diſcuſsione, vbi

enim

enim obiectio de non iure agentis aliquã diſcuſsionem requirit, tunc petentem reſtitutionem impediret: vt not. Rom. conſil. 16. & quod dictum eſt de Papali reſeruatione, intelligas de ſpeciali vel generali circa cauſas, ſecus ſi generalis circa dubia: vt not. eadem concluſione, in fine.

ADDITIO.

Poſſeſſorio recuperandæ poteſt ſpoliatus agere contra iudicem extraiudicialiter ſpoliantem, vt ſi allegatur non iudex, vel nullitas proceſſus ex ordine non ſeruato: vt l. meminerint C. vnde vi. & l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, & c. cùm cauſam, de officio delegati. Sentit Bartol. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquiren. poſſeſ. Qui iudex, ſi merè extraiudicialiter proceſsit, & legitimitatem ſui facti allegat, ei incumbit probatio: vt notatur in cap. conquerente. de reſtitutione ſpoliatorum. Sed ſi iudicialiter iudex proceſsit, licet allegetur ſententia iniuſta, non competit contra eum actio, nec interdictum poſſeſſorium, cùm ſententia faciat ius inter partes: & ſic intelligitur cap. præſentium. 7. q. 1. aliàs in d. c. conquerente. col.

Poſſeſſorium recuperandæ intentans, ſuccumbit, ſi opponitur & probatur eius ſpontanea renunciatio, vel enumeratio beneficij, vel pactũ de non petendo, vel de non agendo, vel eius violẽta poſſeſsio, vel propria confeſsio, vel admiſſa probatio, per quam conſtat de non iure agentis, & ad idem quando ius commune eſt contra agentem. no. Rom. conſil. 393. adde conſil. Rom. 402. quæ ſucceſsiuè allegatur. vide etiam quò ad ſucceſsionem. no. Rom. conſil. 393. in fin. quò ad renuncia. Rom. conſil. 62. quòd incipit, item permutãt, & quod dictum eſt de renunciatione, procedit, licet nõ apparet quod fuerit per ſuperiorem admiſſa: vt not. Rom. conſil. 328. & intellige de renuncia. facta ante ſpoliationem, quia facta poſt non obſtaret: ſed benè obſtaret pactum ſiue iuramentum de non agendo, vel de non petendo reſtitutionem, etiam ante ſpoliationẽ factam: vt not. Rom. conſil. 401. Aduerte tamen, quòd non poteſt dici conſtare de non iure petitorio ad poſſeſſorium excludendum, niſi poſtquam in poſſeſſorio ſit concluſum in

cauſa, niſi diceretur per confeſsionem, quia tūc etiam ante concluſionem poteſt conſtare de non iure: vt not. dom. Ant. de cauſ. poſſ. paſtoralis, in princ. in 4. char. ver. ex his deciditur. vide Rom. conſil. 313.

Poſſeſſorio recuperandæ agens contra ſpoliantem, ſi pro eadem re conueniatur ſuper petitorio per tertium, non poteſt illum tertium repellere per exceptionem dicendo eum non audiendum, donec ipſe ſpoliatus ad poſſeſsionem fuerit reſtitutus. not. Rom. conſil. 435. ver. oppo. quod agenti.

Poſſeſſorio agenti an poſsit opponi exceptio ſpoliationis factæ per tertium, vel etiam per ipſum actorem, vide ſub verbo, exceptio. §. exceptio ſpoliationis. & infrà §. poſſeſſorio recuperandæ agenti.

Poſſeſſorio recuperandæ agens ſuccumbit, ſi reus reprobat, quòd tertius poſsidebat tempore, quo actor poſſeſsionem intrauit. not. Rom. conſil. 437. & do. Anto. de reſtit. ſpol. in c. ſolicitè. ver. oppo. cum glo. idem ſi reus probet, ſe tunc póſſediſſe, quia qui poſſeſsionem continuat, non ſpoliat, & hoc eſt verum etiam in petitorio, ſi ſit præſumptio de re communi contra reum. not. Rom. conſil. 259.

Poſſeſſorio recuperandæ agens neceſſe habet probare in beneficialibus titulum vel colorem tituli, quòd tamen magis de ſtylo, quàm de iure ſcripto receptum eſt. not. Rom. conſil. 393. & hoc procedit quando poſſeſſorium principaliter intentatur, ſecus ſi incidenter, vt quando petitur reſtitutio per viam attentati, quo caſu ſufficit probare poſſeſsionem ſingularem non coloratam. Si tamen clarè & notoriè conſtaret de non iure petentis, non debet audiri etiam per viam attentatorum. not. Rom. conſil. 14. in fin. concluſione 55. & idem not. do. Ant. in c. cùm dilectus. de cauſ. poſſ. 3. col. Quod eſt verum in beneficialibus, ne detur ad illa vitioſus ingreſſus: ſed in non beneficialibus defectus proprietatis etiam notorius non obſtat petenti ſe ad poſſeſsionem reſtitui per viam attentati: vt not. Lap. de do. in c. ad decimas, de reſtit. ſpol. lib. 6. & ad probandum colorem tituli ſufficit confeſsio aduerſarij. vt not. Roman. conſil. 421. Item ſufficit inſtrumentum inductionis ſuę in poſſeſsionem: vt not. Rom. conſil. 408. Quod intelli-

ge de inductione quæ fit auctoritate ſuperioris, licet collatio vel prouiſio vel electio per eum facta non fuerit canonica: vt not. Rom. conſil. 421. vide etiam concluſionem 257. quod autem dictum eſt de colore probando, intellige quando agitur Interdicto vnde vi. Secus ſi condictione ex canone reintegranda: vt not. do. Anto. de reſtit. ſpol. ſæpe. vbi aliud eſt remedium, col. antepe. & vide §. proximum. de §. poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus.

ADDITIO.

Poſſeſsionem iuriſdictionis habens in loco, vel eius prælatura cum poſſeſsione, licitè poteſt ad remouendum obſtaculum ſibi paratũ irruere, tàm in perſonam impedientem, quàm in oſtia & muros loci ita rumpendo, vt liberè valeat vti iure ſuo, quod probatur per ca. olim. 2. de reſtit. ſpol. & c. dilecto. de ſenten. excom. lib. 6. hoc concluſit Inno. not. & poſt eum Hoſt. & Io. And. in c. 1. de immu. eccle.

Poſſeſſorio agens ad aliquid in ſpem, ſi nondum eſt adeptus poſſeſsionem prælaturę vel beneficij, cuius nomine agit, tenetur probare de titulo ſuo, non tamen requiritur exacta probatio. Secus ſi de titulo principaliter ageretur. idem ſi poſſeſsionem eſt adeptus, ſed poſſeſsio eſt recens, quia ex recenti poſſeſsione non præſumitur bona fides, nec iuſtus titulus, & idem ſi longo tempore poſſedit, ſed eſt aliqua præſumptio contra eum, vt quia parit litem ſuper beneficio: alioquin ſufficit poſſeſsio longa, & communis reputatio. not. Rom. conſil. 4. & vide infrà, poſſeſſorio iudicio.

Poſſeſſorio recuperandæ agens pro præbenda, quia ſe aſſerit ſpoliatum, non obtinet, niſi probet ſtallum in choro, & locum in capitulo ſibi aſsignatum, vel ei poſſeſsionem traditam per funes campanarum, vel coram altari, vel quia mandatum ſit colonis vel reddituarijs, quòd de fructibus vel redditibus præbendæ reſpondeant, niſi probetur eos paruiſſe, & aliquid ſoluiſſe, vel ſe in poſſeſsionem fundi & manſi ad præbendam ſpectantis inductum fuiſſe; vel non eſſet conſuetudo

eccleſiæ, quòd dictis primis modis poſſeſsio acquiratur, vel niſi aliquis locus eſſet præbendario illius præbendæ deputatus: nam per illius loci inſtallationem ſiue inductionem benè acquiritur poſſeſsio, ſecundum Inno. not. Rom. conſil. 275. in prin. & recitat do. Ant de reſt. ſpol. c. in literis. 24. col. verſi. quando & tertio principaliter. contrarium tamen tenet idem do. Ant. ſcilicet quòd per actum inſtallationis acquiritur quaſi poſſeſsio iuris prælaturæ.

Poſſeſſorio recuperandæ agens ad præbendam, qua ſe aſſerit ſpoliatum, licet non probet ſe apprehendiſſe poſſeſsionem vnius, quò ad hoc vt aduerſarius cõdemnetur ad reſtitutionem etiam omnium aliorum, ſecus ſi ageretur vel tractetur de poſſeſsione adipiſcenda. not. Rom. conſil. 277. verſic. ex quibus.

* ADDITIO.

An contra agentem poſſeſſorio recuperandæ habeat obſtare exceptio dominij. Vide plenè per Iac. de ſanct. Georg. in l. ſi de vi. in 5. col. cum duabus ſeq. ff. de iud. vbi ponit regulam, quam limitat pluribus modis. & de intellectu glo. in d. l. ſi de vi. in glo. magna, ad finem. vltra Bart. vide do. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 10. col. ver. ſucceſsiuè per iſta. ff. de acquiren. poſſ. & adde quòd in Interdicto retinendæ ille vincit, qui de antiquiori poſſeſsione probat: vt not. Bart. in l. ſi duo, in princ. in 2. col. ff. vti poſ. & Bal. in l. ordinarij. C. de rei ven col. 4. ver. ſed iuxta prædicta. H. F.

Poſſeſſorio recuperandæ agens ad præbendam, qua ſe aſſerit ſpoliatum, non habet neceſſe probare, quòd fundus cuius poſſeſsionem apprehendit, tanquam de re præbendæ ſpectat, & pertineat ad ipſam præbendam, quia hoc magis petitorium quàm poſſeſſorium tangit: vt not. Roman. conſil. 265. verſic. ſed ex prædictis.

Poſſeſſorio recuperandæ agens in beneficialibus, licet habeat neceſſe probare titulum vel colorem tituli, ſufficit ad obtentum poſſeſſoris Aduerſarium confiteri actorem ius habere in beneficio, licet talis confeſsio non probet titulum adiudicandi beneficium. not.

not. Do. Anto.de cau.poſ.c.fi.26.col.ver. quid autem to leretur.& ita intelligitur quod not.Ioan.And. de eo qui mit in poſſeſ.c.1.lib. 6.§. varij in nouel.

Poſſeſſorium quando intentatur per actorem, qui vult recedere,poteſt reus ipſum actoré arreſtare, quod de curia non recedat, donec reſpondeat articulis per ipſum reum productis, etiam petitorium ſapientibus ne probationum copia pereat & anguſtetur. not. Rom. conſi.394.& idem tenet Domi. Anto.de cau.poſ.c. paſtoralis.12. colum. verſi. ſed eſt dubium.

Poſſeſſorio adipiſcendæ agens non auditur ſine titulo. not.Roma.conſi.33. in fi.

ADDITIO.

Poſſeſsio poteſt acquiri etiam ſine actu corporali per conſuetudinem, quæ poteſt inducere actum, per quem artificioſè transferatur poſſeſsio ſine apprehenſione corporali.c.ex literis,de conſue.& ibi Abbas.

Poſſeſſorium recuperandæ datur ſpoliatio communione hominum, vt reintegretur ad ſtatum perſonæ & vſus. not.Domi. Anto. de cauſ. poſ. cap. fin. 7. colum.

Poſſeſſorium & ius agendi datur pro reſeruatione vſus,& conſuetæ præſtationis. not. Domi. Anto. in cap. fina.de cau.poſ.11.colum.vide Bar. qui huic contradicere videtur in l.2.ff. quo bo. Sed aliter dicere videtur in l. 3.§.vnde vi.ff.de vi & vi ar.vide Inn.& Do.Ant.in c.querelam. de elect. vbi dicit Do. Anto. quod agens tali poſſeſſorio non tenetur caſum actiuæ præſtationis ſpecificare & probare, ſed ſufficit dicere illam præſtationem ſine vſu perſonæ ſolui conſuetam: vt not.Dom.Anto.in d.c.querelam.ver.no.ſecundò in hoc libello. Quot autem vicibus debeat eſſe conſueta præſtari, non declarat,ſed tex.dicit, quòd debent eſſe multæ. & Do. Ant. in d.c.querelam. dicit ad finem,quòd agens poſſeſſorio,debet oſtendere penſionem diutius ſolutam, & vide ſub ver.libellus procedit in quo petit aliquis, quòd priuilegium poſſeſſorium non eſt propriè poſſeſſorium, ſed ſtatus quidam,in quo de iure canonico quis eſt interrogandus,& iſte ſtatus non eſt recens, ſed longo tempore

continuatus, releuans ab onere probandi cauſam. not. Do. Anto. in d. c. querelam. ver. no. ibi practicam. & ver. 3. videtur quòd non poterit, vide conſi. Rom. in antiquis, quæ aliter ſentit.

Poſſeſſorio recuperandę nomine proprio non poſſunt agere, qui eccleſias ad firmam conducunt, ſiue ſint Clerici ſiue Laici. no. Do. Ant. de cau. poſ. c. fi. 13. col. ver. ex his ergò deciditur.

Poſſeſſorio recuperandę non agit nomine proprio Laicus electus de præbenda ſibi pro eius ſuſtentatione conceſſa. not. Do. Ant. de cau. poſ. c. fina. 13. col. ver. ex his ſurgit deciſio.

Poſſeſſorio recuperandæ agi poteſt contra illũ, qui auctoritate propria ſine executore ingreditur poſſeſsionem pro executione ſententiæ, non tamen priuatur ingrediens ſuo iure, ſi violentiam non commiſit. not. Ro. conſi. 417. ver. ſed pone, aliàs 418.

Poſſeſſorio recuperandæ agere, an competat creditori miſſo in poſſeſsionem auctoritate iudicis ex contumacia debitoria, videtur quòd ſic per l. fi. C. de præto. pig. Sed illa l. loquitur quando agitur poſſeſſorio, aliàs petitorio per hypothecariam: & ita intelligit Cyn. illam l. & benè, quia cùm illa Lex ſit ſituata in ti. de præto. pig. id debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam, quod agatur iure pignoris per hypothecariam: & iſta Lex fuit facta ad declarationem iuris antiqui, & ſic pro pignore conuentionali datur hypothecaria ad poſſeſsionem qualitercunq; admiſſam recuperandam, ita & in precario.

Poſſeſſorium recuperandæ datur deiecto de ciuili & naturali poſſeſsione: detentori autem deiecto non datur, niſi pro rebus principaliter detentis competat aliquod remedium deiecto, vide Domi. Anto. de reſti. ſpo. in literis. 2. colum. verſi. no. primò. dic quòd etiam detentori deiecto datur remedium canonis reintegranda pro rebus principaliter detentis: vt not. Do. Ant. de reſti ſpo. c. ſæpe. col. antepe. ver. no. ergo limitationem. Quod autem dictum eſt deiecto de naturali competere poſſeſſorium recuperandæ, hoc intellige contra tertium deijcientem, non contra ciuiliter poſsidentem, contra quem, licet deijciat, nõ competit deiecto poſſeſſoriũ

recupe-

recuperandæ.no. Bar. in l. 1. in prin. ver. quæro quæ eſt poſſeſsio corporalis. ff. de acqui. poſ. ratio eſt, quia ciuiliter poſsidēs deijciendo naturaliter poſsidentem, non dicitur eum ſpoliare, ſed ſe in poſſeſsione ciuili defendere. not. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de pet. & poſ. §. fina. in fin. & facit quod not. per gl. & per Bart. in l. clàm poſsidere. §. fina. ff. de acquir. poſ.

Poſſeſſorio recuperandæ aget etiam prædo, quandocunque conſtat deiectū eſſe prædonem, ad quod detegendum non admittitur quis ante reſtitutionem, ſed ſi detectio eſſet, repelleretur: & idem ſi euidenter apparet poſſeſsionem eſſe iniuſtam. not. do. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. col. 7. ver. oppo. ſecundò. & 11. col. ver. ad huius euidentiam. & Innoc. in c. conſtitutus, de fil. presbyt. & not. Rom. conſil. 376. nam ad huius probationem poſſeſſorij, ſufficit poſsidentem etiam in iuribus poſsidere etiam incorporalibus pro iure ſuo, licet non credat, ſed ſciat ſe ius non habere: vt not. Anto. in 7. col. ver. oppo. quinto. in d. c. in literis.

Poſſeſſorio recuperandæ agi poteſt contra ſpoliantem, etiam ſi ipſe prius per actorem eadem re fuerit ſpoliatus, nec poteſt actor repelli exceptione primæ ſpoliationis, niſi ſecunda ſpoliatio fuerit immediatè, & non interuallo facta poſt primam. not. do. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 6. col. ver. oppo. tertiò. & vide ſub verbo, ſpoliatus. §. ſpoliatio vlt. & vide ſuprà §. poſſeſſorio agenti an poſsit.

Poſſeſſorio retinendæ non poteſt prædo agere contra illum quem ſpoliauit, ſed contra tertium ſic: & idem in clandeſtino vel precario poſſeſſore, qui non poteſt interdicto retinendæ agere contra illum, à quo clandeſtino vel precario poſsidet; Sed contra tertium ſic. not. dom. Anto. de reſtit. ſpol. in literis. 13. colum. ver. oppo. vltimò.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti non poteſt opponi exceptio proprietatis, dolo facis, quæ potis quod reſtituturus es: quod eſt verū ex vera violentia, ſecus ſi ex quaſi violentia, de qua loquitur in l. quærebatur. quando autem dicta exceptio admittitur, non ſufficit opponentem excludere proprietatem ab agente, niſi etiam ipſam fundat in ſe excipiente, & non in tertio, licet

autem

autem exceptio prædicta non poſsit opponi à ſpoliante, poteſt tamen à tertio, quando ius tertij eſt ſeparatũ à iure ſpoliantis: ſecus ſi ita connexum ſit, quòd nõ poſſit opponi, quin auferatur commodũ ſpolianti: idem contra mulierem poſſeſſorio repetentem virum, non poteſt tertia mulier opponere de proprietate matrimonij cum marito, etiam ſi incontinenti ſe offeret probaturam, quia per hoc iuuaret maritum ſpoliantem. not. Do. Ant. de reſti. ſpo in literis. 8. col. verſ. oppo. quod agenti. & verſi. ſequen.

Poſſeſſorio recuperandæ, adipiſcendæ agenti poteſt opponi exceptio proprietatis. l. dolo facit, de reg. iur. etiam ſi ſtatim offeratur probatio. not. Do. Ant. de reſti ſpo. in literis. 7. col. ver. oppo. quod agenti poſſeſſorio obſtet: ſecus ſi probatio non offeratur ſtatim, & hoc verum eſt in temporalibus, vel alijs beneficialibus: vt not. 15. col. ver. oppono quod agenti.

ADDITIO.

Adde bonam glo. de poſſeſsione perdenda, vel retinenda, in cap. olim cauſam. ſuper ver. præiudicium. de reſti. ſpolia.

Poſſeſſorio retinendæ agenti non poteſt opponi exceptio proprietatis. l. dolo fecit: quia non adaptatur, cũ agens retinendæ nihil petat, ꝙ reſtituturus ſit: niſi fortè aget pro turbatione ciuili ex retẽtione naturali, quo caſu, quia non poteſt deficere moleſtatio, niſi naturalis reſtituatur. Et ſi aliquid petit ſubiacens, reſtitutioni obſtat, exceptio dolo facit, dummodò opponens ſe incontinenti offerat probaturum. & aduerte, quia non ſufficit opponentem excludere proprietatem ab agente, niſi illam excludat in ſe excipiente: ita quod non eſt in tertio, habet ergo locum dicta exceptio dolo facit, quando quis eſt reſtitutus excipienti, non tertio. not. Do. Anto. de reſti. ſpo. in literis. 7. col. verſi. oppo. quod agenti. & quod dictum eſt agenti non poſſe opponi de proprietate: limita niſi vterque litigantium ſe poſsidere contendat: quia tunc proficit oblatio & probatio Dominij, vtroque æqualiter poſſeſsionem ꝓbante: vt not. do. Ant. in dicto cap. in literis. 15. col. verſi. oppono quod agenti.

Poſ-

Poſſeſſorio recuperandi in beneficiali agenti incũbit onus iuſtificandi titulum ſuum ſecundum ſtylũ curiæ: ſed ſatis iuſtificatur ſi oſtendatur patientia illius vel illorum, ad quem, vel ad quos ſpectat ius beneficiale transferre, non apparente aliter de vltimo ingreſſu, vel de titulo defuncti, quia ex eo quod patitur, eſt præſumptio, quòd eorum autoritate fuerit ingreſſus, ſaltẽ quò ad finem iuſtificandi poſſeſsionem pro facultate agendi poſſeſſorio in odium violenti, & ſic ſeruatur ſtylus curiæ, & dictum Ioan. An. de reputatione illorum, ad quos ſpectat, ſed de ingreſſu conſtat; in quo nulla ſuperiorum autoritas interceſsit, & conſtat etiam de titulo de facto, dato quòd detur ſcientia eius, à quo pendet transferre, & conſequenter ex eius patiẽtia detur quaſi poſſeſsio, illa eſt euidenter iniuſta, & non parit effectum poſſeſſorij. Idem ſi notoriè nõ conſtat de tituli defectu, patet tamen ingreſſus de propria autoritate, nec aliter conſtat de titulo, licet appareat de ſcientia illorum, ad quos ſpectat, quia licet poſſeſsionem habeat, intruſus dicitur eſſe, Sed ſi conſtat de iuſto & canonico titulo: tunc licet propria autoritate ingrediatur, non eſt intruſus, ſed iuſtus poſſeſſor: ſi autem vltra poſſeſſorium iudicium actor intendit finem reſtitutionis irreuocabilis, vel intendit vt ſibi poſſeſsio confirmetur, tunc oportet, quòd de illo titulo plenè doceat not. Do. Ant. de cau. poſ. c. fi. 14. col. ver. ſi autem vltrà. alibi dicit, quòd ad partum poſſeſſorij non ſufficit agentem probare, ſe non ingreſſum patiente ſuperiore, niſi aliquem actum expreſſum ſuperior fecerit, per quem approbaſſet, vt eum admittendo ad oſtium, vel niſi antiquiſsima ſit poſſeſsio, quia ex hoc ſolo coloratur, aliàs intruſus dicitur, tenetur actor colorare poſſeſsionem, nedum ex officio iudicis, ſed etiam ad inſtantiam partis, niſi agat per viam attentati, quo caſu nullum colorem probare teneretur, & tamen hoc caſu ſi liqueret de non iure peten. non debet ei poſſeſsio reſtitui, licet Iudex ex officio propter contemptum poſsit in pœnam attentantis ab eo poſſeſsionem auocare, vt de illa per habentem poteſtatem prouideatur tertio: vt no. Do. An. in c. in literis. de reſti. ſpo. 11. col. ver. ad huius euidentiam.

24 † Poſſeſſorio retinendæ agens in beneficialibus pro

turba-

turbatione, neceſſe habet titulum ſuum iuſtificare, ſicut quando agit recipiendæ, prout ſuprà dictum eſt: vt not. do. Ant. de cau. poſ.c. ſi.14.col.ver. ſi autem vltrà, & de reſt.ſpo.in literis.11.col.ver.ad huius euidentiam.

Poſſeſſorio recuperandę agens, repellitur ſi non opponitur exceptio proprietatis notoria notorietate iuris: vt in c. ad decimas. de reſtit.ſpol.lib.6.quod ſingulariter limita, niſi poſſeſsio actoris eſſet iuſtificata ex longa patientia aduerſarij, quia talis patientia eſt apta ad partem poſſeſſorij contra notorium: vt not. do. Ant. de cauſ.poſ.cum eccleſia. 19. col. verſic.oppo.quod hæc reſtitutio. hanc autem limitationem non probat ille tex. nec ibi dicit quod poſſeſsio longa fuit, ſed potius breuis, ibi propter temporis breuitatem, &c. dictam limitationem intelligit do. Anto.quando agitur poſſeſſorio in his quæ ſunt modici præiudicij: vt ipſe no. in d.c.cum eccleſia, penult. & vlt. colum.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat proprietatis exceptio concludens ad petitorium & poſſeſſorium ſimul, vel ad ſolam poſſeſsionem. Idem ſi concludit inhabilitatem perſonæ ad agendum vel defectum capacitatis perſonæ, reſpectu capacitatis poſſeſsionis, ſecus ſi opponitur & concludit ad ſolum petitorium. Fallit in caſu c. literas, de conſang. & affir. vbi exceptio conſanguinitatis in gradu prohibito obſtat agenti poſſeſſorio in matrimoniali, duobus concurrentibus, quod iuretur de malicia, & probationes incontinenti offerantur paratæ, & tunc admittitur exceptio, non vt ex toto impediat reſtitutionem, ſed quò ad copulam tantùm. Idem fallit quando offertur exceptio proprietatis notoria auctoritate iuris, & notorietate, confeſsionis & probationis, etiam ſi exigatur informatio de notorio, dumtamen opponens incontinenti offerat facere conſtare de notorio, niſi aliquid allegetur, per quod notorietas obfuſcetur. Et hoc indiſtinctè procedit quando exceptio proprietatis notoriæ fundat intentum excipientis in proprietate. Vbi autem excipiens nō fundat ſic ſuum intentum, excludat tamen agenti poſſeſſorio in beneficialibus, ſecus eſt. Et quòd quod dictum eſt notorium probationis obſtare, intellige quando eſt in cauſa concluſum, ita quod nihil amplius opponi poteſt, licet

tet nō ſit concluſum, tamen contra probationes factas nihil eſt oppoſitum. Exceptio autem proprietatis notoriæ notorietate præſumptionis ad ſolum petitorium concludens nunquam obſtat agenti poſſeſſorio. not. do. Ant. de reſtitut. ſpol. in literis. 15. col. ver. oppo. quòd agenti. Et quod dictum eſt de exceptione notoria, procedit etiam ſi agatur ad poſſeſsionem per viam attentati. Exceptio autem manifeſta non operatur id quod notoria. no. idem do. Ant. de cohab. cler. veſtra. 52. colum. ver. circa me. & vide ſuprà §. poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali, cum tribus ſequentibus.

ADDITIO.

Poſſeſsio iuris eligendi non acquiritur, niſi interuenientibus tribus: Primò quòd quis eligat. Secundò patientia eorum qui erant in poſſeſsione eligendi. Tertiò confirmatio electionis per ſuperiorem facta. Concluſio eſt Innoc. & Abba. in c. cùm veniſſent. de in integ. reſtitut.

Poſſeſsio eligendi qualiter perdatur, vide pulchrè per Inno. in d. c. cùm veniſſent. de in integ. reſtit. & per eundem, in c. querelam. de elect.

Poſſeſsio recuperandæ agenti, & petitorium ſimul cum poſſeſſorio ducenti poteſt opponi proprietatis exceptio, per text. de cauſ. poſ. cum eccleſia ſutrina. & ibi not. in glo. 2.

Poſſeſsio recuperandæ agenti poteſt opponi renunciationis iudicialis exceptio, quia illa eſt notoria. quod eſt verum in beneficialibus, non autem in alijs iuribus, quia tunc non fundat intentum opponentis in proprietate, niſi tali modo fieret quòd titulum transferret: vt quando renunciat, & cedit aduerſario omnia iura. not. do. Ant. in c. literis. de reſtit. ſpol. 17. col. ver. ex hoc infertur.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio iuriſiurandi, & pacti iudicialis, quia notoria eſt. not. dom. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. 17. col. ver. ex his infertur. Fallit quando agitur poſſeſſorio in cauſa matrimoniali. not. dom. Anto. eo. tit. c. literas. ver. quæris gloſſ.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio rei iudicatæ pro opponente, quod eſt verũ in beneficialibus indiſtinctè: in alio autem à beneficialibus, ſi iudicatum ſit declaratoriè pro opponente, non ſic: qa actor non probat, quia tunc non eſt notorium de iure opponentis, & hæc vera quando agitur de ſpoliatione ante ſententiam etiam lite pendente facta. not. Do. Ant. de reſti. ſpo. in literis. 17. col. ver. ex his infertur. & c. cũ dilectus in alle. ſed ſi agatur de ſpoliatione facta poſt ſententiam, tunc non poteſt opponi de ſententia ſuper petitorio lata: prædicta procedunt quando intentatum eſſet petitorium, & poſſeſſorium diuerſo tempore, ſed ſi eodem tempore, tunc ſententia in petitorio lata declaratoriè, ſemper abſorbet vires poſſeſſorij, & ſola verbalis pronunciatio fertur in poſſeſſorio propter expenſas: vt no. Do. An. de cau. poſ. cùm dilectus. 2. col. ver. puto de iure. & quod dictum eſt, ſententiam in petitorio latam obſtare agenti in poſſeſſorio, limita niſi ſententia ſit talis, quæ non tranſit in rem iudicatam, & conſequẽter nec in notorium, quo ad plenũ iudicium, licet quo ad ſemiplenum iudicium: ſic no. Do. Ant. de reſti. ſpo. in literis. ver. quærit glo.

Poſſeſſorio agenti in beneficialibus, nomine eccleſiæ ſuæ, non poteſt opponi exceptio non canonicæ inſtitutionis, quando agens eſt confirmatus, & de confirmatione conſtat. not. Do. An. de reſti. ſpo. in literis. 6. col. ver. venio ad vltimum, in fi. primi effectus.

Poſſeſſorio iudicio poteſt prælatus, & quilibet beneficiatus nomine eccleſiæ, non ſuo, agere pro rebus eccleſiæ, quas habuit & tenuit prędeceſſor: licet ipſe agens non tenuit: quia per mortem prædeceſſoris poſſeſsio non extinguitur, ſed remanet penes eccleſiam. Ideò pro ſolita penſione ſubtracta poteſt agere poſſeſſorio, niſi alius aliquod ius percipiendi penſionem quaſi poſsideret. not. Ro. conſi. 4. & ideò no. Do. An. de cau. poſ. c. cum ſuper. 3. col. in fi. & vide infrà §. ſeq.

Poſſeſſorio vel petitorio agere non poteſt prælatus vel Clericus nomine ſuo pro particularibus rebus eccleſiæ, etiam ſi eas quandoq; tenuit & habuit, ſed poſtea fuit ſpoliatus, quia nõ dicitur eas poſsidere, ſed ad prælaturam, & quaſi poſſeſsionem iuris adminiſtrandi prælaturam,

latuſam, rectoriam, & poſſeſsionem iuris ſeu beneficium benè poteſt agere nomine proprio: niſi eſſet prælatus vel prior regularis vel manualis, quia ille nō ſuo ſed ſuperioris ſui nomine debet petere ſe reſtitui ad quaſi poſſeſsionem, vel iuris miniſtrandi, in quo erat ex nutu Abbatis, ſed ſecus ſi non fuit manualis, ſed perpetui electi à capitulo vel conuentu, quia illi poſſunt ſuo nomine petere ſe reſtitui ad dictam quaſi poſſeſsionem iuris adminiſtrandi. not. Do. Anto. de cau poſ. c. fi. 11. & 12. col. in caſibus autem, in quibus dictum eſt prælatum, & clericum poſſe nomine eccleſiæ agere, hoc verum intellige, quando eſt confirmatus vel prouiſus per ſuperiorem, quia prouiſio habet vim confirmationis, idem in eo, cui per ipſum facta eſt collatio vel inſtitutio, quia & illa tantum operatur, quantum confirmatio ſeu prouiſio, quando ad epiſcopum pertinet confirmare vel inſtituere, & prædicta ſunt vera ſaluis priuilegiis & conſuetudinibus quarundam eccleſiarum, ſpiritualibus per ſedem apoſtolicam approbatis. not. Domi. Anto. de reſti. ſpo. in literis. 27. colum. ver. venio ad vltimum. vide Rom. conſi. 77.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio inficiens ius poſsidendi, & habendi puta, ſi agenti ad decimas obiicitur, quod eſt Laicus, qui non poteſt decimas poſsidere. not. Ioan. An. de reſtitu. ſpolia. ad decimas. in gloſ. lib. 6. & Anto. de reſtitu. ſpolia. Item cùm quis. penulti. col. quod limita ſecundum Io. Cald. reſpectu quaſi poſſeſsionis fructuum decimarum; quorum eſt capax, poteſt agere poſſeſſorio vtili. Limita prædicta vera in decimis poſt Lateran. concilium poſſeſsis. Sed in poſſeſsis ante, poteſt agi poſſeſſorio directo, cùm illa poſsint poſsideri ex toleratione eccleſiæ & Papæ. not. Do. Anto. de reſti. ſpolia. ex parte 5. colum. & aduerte.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali poteſt opponi conſanguinitatis exceptio duobus concurrentibus, quod opponens iuret de malitia, & probationes incontinenti offerat paratas: non tamen exigitur, quòd eas habeat in facto paratas, ſed ſufficit, quòd longas dilationes petat, & tunc admittitur exceptio, non vt ex toto reſtitutionem impediat, ſed

quò ad copulam duntaxat. not Dom. Anto. de reſti. ſpò. ver. no. exceptionem. Sed nec quo ad copulam impeditur reſtitutio, quando allegatur exceptio conſanguinitatis in gradu diſpenſandi. no Do. Anto. ſecundum glò. eo. titu. ex tranſmiſſa.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali non obſtat exceptio pacti nec iuramenti, nec ſententiæ, ſed exceptio confeſsionis: ſic licet ſecundum gl. nec confeſsio obſtet. not Do. Ant. de reſtitu. ſpolia. in literis. verſi. quæritglo. & eod. titu. ex conqueſtione. 16. colum. verſi ad glo. an agenti. & ſuprà ex parte rei in 16. col. in principio. ver. puto, qui tenet quòd ſententia obſtet, ſicut & confeſsio. vide ſuprà §. poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat.

Poſſeſſorio agens in cauſa matrimoniali habet neceſſe probare aliquid de titulo, quia hoc poſſeſſorium eſt mixtum, habens cauſam proprietatis annexam, non tamen exiguntur ita ſubtiles & p nderoſæ probationes, ſicut ſi petitorio ageretur. not. Do. Ant. de reſti. ſpolia ex parte. penul. colum. ver. ex his deciditur dubium. ſufficit ergo, quòd probet titulum ſuo aſpectu, quò ad principia extrinſeca validè, quicquid ſit de defectu intrinſeco. Vnde ſufficit quòd probet diſpenſationem & copulam, inquantum intendit reſtitui plenè etiam quò ad copulam. not. Do. Ant. de reſti. ſpo. ex transmiſſa in 1. no. eo. ti. ex parte 40 colum. ver. quandoq; ius commune. nec ergò ſufficit probare traditionem & ſponſalia ſine copula. no. Do. Ant. in d. c. ex parte pe. colum ſi dubitatur, an interuenit, ſtatur verbo dicentis interueniſſe, ſecundum Inno. vt no. in d. c. ex parte. 14. colum. ver. quando probatur ſponſalia. Aduerte tamen, quòd ſemper ante omnia oportet clandeſtina abeſſe, licet ergò probaretur matrimonium vel ſponſalia, vel traditio cum copula, vel fuiſſent clandeſtina ſponſalia, non daretur poſſeſſorium. not. Do. Ant. de cau. poſ. c. ſi. 21. col. ver. quintò opponitur. & vide ſub ver. poſſeſsio, ſeu quaſi iuris matrimonialis.

Poſſeſſorium recuperandæ ſicut datur contra ſpoliantem, & contra mandantē, & ratū habentem, vel eius hæredē, ita & contra ſingularem ſucceſſorē in viciū, ſiue

habeat

habeat cauſam à detentore, ſiue non, vt quia auctoritate propria occupauit, nō tamen daret eadē ſpecies actionis, quia non interdicitur vnde vi. vel condictio ex decreto, ſæpe contra ſcienter in viciū ſuccedentem datur condictio ex can. reintegranda. not. Domi. Anto. de iudi. quia 5. ver. nota ſecundò. & ver. primò oppo. & quia ad prædicta appellabatur ſucceſſor in vicio, non ſolùm qui ſciens rem alienam occupat, ſed etiam qui oblatam ignorat: ſciebat enim cauſam ad ſe non pertinere: vt no. in ver. venio ad quartam. vide etiam quod ipſe not. de reſti. ſpol. antepenul. col. ver. no. ergo limitationem. vbi etiam dicit, quòd remedium canonis reintegranda, locum habet contra ſuccedentem in vicium.

Poſſeſſorium deducens contra ſcienter in vicium ſpolij ſuccedentem, an poſsit ſuſpendere petitorium? videtur quòd ſic: vt not. Do. Anto. in cap. paſtoralis. in prin. de cau. poſ. in contrarium videtur, quia priuilegium ſuſpendendi inductum eſt in odium ſpoliantis: vt in cle. 1. de cau. poſ. Et ergò contra alium non competit: quia contra tertium non competit. ita dicit Ro. conſil. 144. pro hoc facit, quia talis ſuſpenſio eſt contra ius commune, quia vult actorem compelli actionem quam deduxerat perſiſtere. C. de le. contra aut. offerat. ergo non debet extendi ad caſum non expreſſum, etiam ſi eſſet eadem ratio, per ea quæ not. Io: An. in regula quæ à iure, lib. 6. Item non eſt eadem ratio, quia magis delinquit ſpolians, quàm in vicium ſuccedens, quod patet. quia ſpolians tenetur criminaliter: vt ff. ad legem Iuliam. de vi. l. ſi quis fundum ad ſe. quod non eſt de ſuccedente in vicium, quia decretalis ſæpe eſt contra eum: vt in cap. frequens. de reſtitu. ſpoliat. lib. 6. vbi patet, quòd priuilegium conceſſum ſpoliato, vt poſsit excipiendo de ſpoliatione ſuſpendere petitionem actoris ciuiliter agentis, donec ad reſtitutionem rei ſpoliatæ fuerit reſtitutus, etiam non habet locum contra tertium, ad quem res ſpoliata peruenit, quod intelligit Ioan. And. etiam ſi ſcienter ſuccesſit in vicium, concludens quòd duntaxat locum habeat contra illum, qui petit Interdictum vnde vi pro re immobili, vel actio. vi bon. rap. pro re mobili, non habet locum, contra quem competit remedium dictæ decre.

ſæpe, vel conditio canonis reintegranda, & ita rectè intelligendo vult Ioan.An. in nouella. ſuper ver. deſtitutum.not.oppo.quòd Dom. An. in d. c. paſtoralis vbi etiam dicit ſatis interdici poſſe tertiò, quando arguitur dolus, vel delictum eius, quia illud intellige de delicto perpetrato cum ſpoliante, quia fortè ille tertius auxilium vel conſilium dedit ſpolianti, ad finem habendi poſtea rem ſpoliatam, quo caſu licet propriè & ſtrictè non fuerit ſpoliator: translatè ſpoliator dici poteſt, quia agentes & conſentientes, &c. & iſta fuit ratio ibi, qua Do. Anto.mouetur, ſecundum quam debet dictum ſuum intelligi. non ob.ca. paſtoralis. quia loquitur etiam de poſſeſſorio adipiſcendæ, in quo nulla arguitur violentia, & tamen quia ageret tali poſſeſſorio, poteſt petitorium ſuſpendere, per quod videtur, quòd ſuſpenſio non fundetur in odium violentiæ, nec in dolo conuenti: Sed in ſimplici priuilegio poſſeſſorij, quia reſpondeo, quòd inquantum illud c. intelligitur de accumulatione poſſeſſoria ſuſpenſiua, reprobatur talis intellectus per multos propter poſſeſſorium adipiſcendæ, de quo ibi loquitur. ideò ibi intelligunt illum tex. propriè de accumulatione, quando agitur poſſeſſorio per vnum iudicium alteri accumulatur & adiungitur, non autem ſuſpenditur, & ſic intelligendo non obſtat: ſed etiam ſecundum alios de accumulatione ſuſpenſiua nõ obſtat, quia intelligitur, quando agitur poſſeſſorio adipiſcendæ, contra illum, cuius dolus arguitur, & ita intelligit Dom.Ant.ibi quod, intellige de dolo præparato, vt iam dixi, & vide omninò infrà §. proximo.

Poſſeſſorio recuperandæ agens conditione ex canone reintegranda, etiam in beneficialibus non tenetur probare aliquem colorem tituli: & talis conditio datur non ſolùm poſſeſſori, ſed etiam detẽtori, qui poſſeſsionem vel detentionem amiſit iniuſtè, & ſine cauſa, nec requiritur, quòd fuerit ſpoliatus, nec quò ad poſſeſsionem, ſi poſſeſsio vicioſè aduenerit, nec refert an ſit mediatus vel immediatus poſſeſſor: vt not. Do. Ant. in c.ſæpe.de reſti.ſpo.in ver. aliud eſt remedium conditionis. col. antepenultima. & dicta conditio habet omnia remedia ſuſpenſiua, quæ habet ſtrictum interdictum vnde vi: & ita parit exceptionem ſpoliationis priuile-

uilegiatam:ſicut & dictum interdictū, nec contra agentem tali conditione poteſt opponi exceptio proprietatis, ſicut nec contra agentem interdicto, ſecundum Inno. & Cald. vt not. Do. Anto. in d. c. cùm ſuper. in col. fi. aduertat tamen deducens dictam conditionem ex canone, vt non narret ſe ſpoliatum, vt narratur in interdicto vnde vi, quia ſic narrando ſe excluderet à remedio dicti canonis, prout ſpiritualiter prouidet nō ſpoliatis, ſed aliter iniuſtè & ſine cauſa poſſeſsionem amittentibus, ſecundum Lap. vt not. Do. Ant. in d. c. ſæpe. ver. aduerte ad vnum. penul. col. hoc verum ſi actor dicat ſe ſimpliciter ſpoliatum: ſi autem etiam narret alia verba, in quibus includi poſſet non ſolùm interdictum vnde vi, ſed etiam remedium canonis, licet ſpolium non probaret: vt not. Lap. alleg. 72. ſed quod dictum eſt, conditionem habere prædicta remedia ſuſpenſiua, quæ habet interdictum vnde vi, contradicere videtur his, quæ dixi in proximo præcedenti §. Item contradicit his, quę dicit Do. Ant. in c. literis. de reſti. ſpo. 8. col. ver. oppo. quod agenti. vbi concludit ſuſpenſionem petitorij, non habere locum contra tertium, ad quem res ſine dolo peruenit, & videtur ad hoc caſus in c. frequens. de reſtitu. ſpolia. lib. 6.

ADDITIO.

Adde quando habeat locum remedium capi. reintegranda, & an infamet, & an competat pro rebus prophanis, & quæ debent probari in eo: & an detur malæ fidei poſſeſſori, vide per Alex. in conſi. 6. in 1. & 4. col. in 3. volu. & in conſil. 1. & vltima col. in 4. volu. vbi ponit an obſtet exceptio præſcriptionis agenti dicto remedio. & in conſil. 43. in eo. 4. volu. & in conſi. 10. in 1. & 2. col. in eo. 4. volu.

Poſſeſſorio & petitorio per actorem deducto ſuper incorporalibus, poteſt reus & poſſeſſor petitorium deducere per viam exceptionis ad defenſionem & tuitionem ſui iuris & poſſeſsionis, dicendo ius illud incorporale non competere aduerſario: quia ſic negando videtur negatoriam deduxiſſe, & in vim huius exceptionis ſine alia expreſſa petitione poteſt Iudex reum ab im-

petitione actoris abſoluere, & eidem actori ſuper illo iure perpetuum ſilentium imponere: vt eſt caſus in c. cum eccleſia Sutrina. ver. verum. de cau. poſ. & ibi not. glo. ſuper ver. vtraq; pars. & idem ibi dicit Dom. Anto. & idem vult deciſio Roma. conſil. 116. ſecus ſi agatur ſuper rebus corporalibus, quia tunc reus etiam poſſeſſor non poteſt aliquod petitorium deducere, ſecundum glo. prædictam, & ſecundum hoc puto contrarium, nam reus conuentus interdicto, vnde vi. & rei vendicatione ad poſſeſsionem recuperandam, quod in libello fieri poſſet: vt not. Io. An. in d. cap. querelam. de elect. poteſt reus excipiendo ad defenſionem ſui iuris & poſſeſsionis dicere ſe Dominum, & actori nō competere rei vendicationem. & probato per eum Domino cùm conſtet de iure ſuo, & non iure actoris, imponetur etiam actori perpetuũ ſilentium ſuper petitorio, per d. c. cum eccleſia Sutrina. & licet pro actore feratur ſententia in poſſeſſorio, illa erit verbalis & ſine effectu, quia ſententia in petitorio abſorbet ius in poſſeſſorio: vt in c. cum dilectus. & in c. cùm ſuper, de cau. poſ.

25 † Poſitio negatiua admittitur maximè, quando eſt probabilis. not. Do. Ant. de reſti. ſpo. in literis. 2. colum. ver. no. quartò.

Poſitioni non tenetur quis cum iuramento reſpondere, niſi ponens etiam per iuramentum dat poſitionem. not. Rom. conſi. 31.

* SINGVLARE.

Poſitioni ſine tempore ſi quis non reſpondeat, non habetur pro confeſſo: vt puta ſi feciſti poſitionem ſeu articulum, quòd mutuaſti mihi decem, Iudex monuit, quòd reſpondeam, ego nolui reſpondere, non debeo haberi pro confeſſo, iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in L. 1. in vlt. col. ver. pone feci tibi. C. ſi plures vna ſenten. quod dictum bene no. ad defendendum multos contumaces. H. F.

Poſitio data in prima inſtantia per iuramentũ procuratoris, per Dominũ poteſt in ſecunda inſtantia mutari, & meliorari ſine expreſſa reuocatione erroris, ſed principalis poſitionem ab eo datam per iuramentum variare non poteſt. not. Rom. conſi. 69.

Poſitio

Poſitio ſi eſt negatiua, non poteſt negans ex illa poſitione ſe iuuare, neq; ponens ex negatione: vt not. Io. An. de confeſ. cap. 1. lib 6. ſuper ver. confeſsionem, in nouella. quod limita niſi ponens poſitionem reuocet, & negationi aduerſarij adhæreat: vel econuerſo: vt no. Bar. in l. poſt legatum, in prin. ff. de his qui. vt indi.

Poſitio habetur pro confeſſata, ſi præſens coram iudice iuſſus, vt reſpondeat, ſine rationabili cauſa reſpondere recuſat. Idem ſi abſens ſit, & ei per nuncium mittatur poſitionum copia, iubeturq; vt intra certum terminum veniat ad reſpondendum, cum comminatione, quòd ſi non reſponderit, habeatur pro confeſſo: vt not. Do. Anto. de iuramen. calum. Spec. autem dicit, quòd non requiritur, quòd copia mittatur, ſed ſecundũ eum ſufficit, quòd abſens iubeatur per nuncium cum comminatione prædicta reſpondere, requiritur tamen quòd Iudex nunciet eum haberi pro confeſſo: vt ipſe no. in ti. de poſit. §. nemo. ver. verum. Sed Ioan. But. nõ requirit comminationem: & ſecundum eum ſufficit, quòd abſenti mittitur copia ad domum, & iubeatur reſpondere: vt ipſe not. in l. 2. §. quod obſeruari, de iuramen. calum. Et vide l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. Sed Dom. de San. Gemi. dicit veriorem eſſe opinionem glo. quòd quis non habeatur pro confeſſo, niſi in iudicio præſens viſus à iudice reſpondere recuſat, in c. 2. de confeſ. lib. 6. & dicit Ioan. de Imo. quòd iſta opinio ſeruatur in practica.

Poſitioni iuris communis non eſt reſpondendum, niſi ſit ius commune extrauagans, ſed poſitioni conſuetudinis, vel ſtatuti, debet reſponderi. not. Bar. in l. non fatetur, ad finem, de confeſsionibus.

ADDITIO.

Adde an poſitioni extrauagantis ſit reſpondendũ, vide per Do Feli in c. 1. de re iudica.

26 † Poſtulatio ſi cum alia poſtulatione concurrat, & in alterum ex poſtulatis conueniant duæ partes ius habentium, & poſtulatio fiat ex cauſa, puta ꝓpter neceſsitatẽ vel vtilitatem eccleſiæ, ius acquiritur poſtulantibus, non poſtulato, niſi ſuperiori ſit poſtulatio præſen-

tata,& tunc ex eo non aget poſtulatus, niſi fortè in modum denunciationis admittitur propter vtilitatem eccleſiæ. Si vero neuter habeat duas partes, aut nihil habeat, nec fit ex cauſa, tunc non iuri, ſed gratiæ innititur. vbi autem duo eliguntur, ſtatur maiori & ſaniori: vbi verò vnus eligitur, alter poſtulatur, tunc ſi duæ partes conueniunt in poſtulatum, præfertur poſtulatus, aliàs præfertur electus. Et hæc vera, ſi perſonæ ſint idoneæ: & forma generalis concilij obſeruatur. not. Ioan. And. de elect. ſcriptum. ſuper glo. dicit Papa. Fit tamen poſtulato iniuria, ſi eius poſtulatio legitimè facta, & ſuperiori præſentata reijcitur: vt not. glo. penul. de poſtula. dicit Fran. de Zaba quòd inferior à Papa non poteſt poſtulationem reijcere ſine cauſa. Et licet poſtulatus non poſſit petere beneficium tanquam de iure debitum, poteſt tamen officium iudicis implorare, tanquam de beneficio quaſi debito, & ſi non admittitur, poteſt appellare, quia poſtulatio legitima non eſt mera gratia: vt ipſe no. in clemen. auditor, de reſcript. q. 11.

Poſtulandi qui ſunt, vide Io. An. qui eos enumerat in c. fi. de poſtu.

Poteſt, an hoc verbum neceſsitatem importet, vide Bart. in l. Gallus, in princi. ff. de libe. & poſtu. & in l. ſæpe. de offi præſi. & Io. And. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & an extendatur ad futura, vide Bar. in l. ſi ita. de auro & argen. lega.

Poteſtas, vide ſub verbo, iudex.

27 † Præbenda dicitur à verbo, Præbeo, præbes, largo ſumpto vocabulo, quia aliquid præbet. no. Rom. conſi. 44. Sed ſtrictè dicitur à precio, quod quis recipit à labore, non à præbeo, præbes. Vnde ver. non à præbeo præbes iuris præbenda vocatur: Sed magis à precio, cuius amore datur. not. Rom. conſi. 445. & vide ſub ver. gratia. § gratiam habens. Ad collationem canonicatus præbendam poteſt quis habere, licet non ſit canonicus. no. Ro. conſi. 330. Item in eadem eccleſia poſſunt eſſe plures præbendæ, quàm ſit canonicorum numerus. de præben. cùm in eccleſia. lib. 6. in tex. & glo.

Præbendæ appellatione comprehenditur etiam ſacerdo-

cerdotalis de propria ſignificatione. not. Ioan. And. de præbend. ei cui. lib. 6. ſuper ver. quòd poſsit. in nouel. & licet præbenda ſacerdotalis non poſſet conferri non exiſtenti in ætate legitima ad diaconatus ordinem. no. Ioan And contra Archid. in d. c. & cui ſuper. ver. ſacerdotalis, in nouel. quando autem dicatur præbenda ſacerdotalis. vide Io. An in d. c. & cui ſuper. 2. gl. in nouel.

ADDITIO.

Adde quando præbenda veniat appellatione beneficij. per do. Fel. in c. poſtulaſti. 13. colum. ver. circa glo. 2. de reſcript.

Præbenda ſi confertur, an intelligatur etiam canonica norma collata, &c. vide ſub ver. collatio. §. collatione præbendæ.

Præbenda differt à canonia, quia canonia ſtrictè loquendo eſt quoddam ius ſpirituale, quod creatur ex electione & receptione in fratrem. Ius præbendale eſt, quod procedit ex inſtitutione & officio, quia propter officium datur beneficium, ſed ſumendo largè præbendam nihil habet commune cum officio, hinc eſt quòd laico poteſt conferri: vt not. do Ant. de conſtit. cum M. in vlt. char. ver. ſecundò quæro quæ eſt differentia.

Præbendæ ſi ſunt diſtinctæ, qualiter poſſunt impetrari à Papa, & qualiter per ordinarium poſſunt conferri, vide gl. in c. ſi. de conceſ. præb. lib. 6. ſuper ver. diſtinctio. & vide ſub ver. gratia. §. gratia impetrata à Papa.

ADDITIO.

Adde quomodo concludetur præbenda, & quotuplex ſit, & quomodo deficiat, per do. Fel. in c. cũ M. Ferrarien in 9. col. in med.

28 †Præceptum, vide ſub ver. confeſsio facta etiam iudici competenti. & ſub ver. lex. §. lex quando loquitur.

Præceptum an habeat vim ſententiæ, vide glo. quæ incipit, ſed pone. in c. dudum. de elect. & in c. ex parte. 1. de verborum ſigni. in glo. fin. & 2. q. 1. in ſumma. & 11. q. 3. in ſumma. & quod not. Bart. in l. non fatetur. ver. ſed an in iſto caſu. ff. de confeſ & in l. 1. C. de excep. rei iud.

Præcipere an dicatur dominus quando ſubditum rogat, vide ſub ver. dominus. §. dominus rogando.

* ADDITIO.

Præceptum regis iuſtum metum facit, ſecundum glo. in c. conuenior. 23. q. 8. & hoc ſaltem habet locum, quando ſolitus ſit ſæuire contra eos, qui eius votis volunt occurrere: vt not. Io And. in c. fi. qui cle vel vouen. & ſequitur Panor. ibi poſt alios. & hoc idem eſt in officiali, qui ſolitus ſit ſæuire contra nõ obedientes: vt no. Bart in l. de pupillo § ſi quis ipſi prætori. colum. 2. ver. quinto quæro. ff. de ope. noui nuncia. H F.

Præceptum an extendat ſe vltra tempus iuriſdictionis præcipiẽtis, vide ſub ver. iudicis §. iudicũ præcepta.

29 ¶ Prælatus non ſuccedit, vt hæres, quia licet in beneficialibus ſit ſucceſsio, non tamen hæreditaria, quia non ſuccedit in locum ſine titulo primi defuncti, ſed ex vno nouo ſiue iure. no. Rom. conſil. 233.

Prælatus tamen dicitur ſucceſſor prælati defuncti, ſed canonicus non dicitur ſucceſſor alterius canonici defuncti. not gloſſ de electio. quod factum. ſuper ver. ſucceſſor. § ſucceſſor in beneficio. & vide ſub ver. diſpenſatio, epiſcopus, iudex, locatio, præſumptio, procurator, ratificatio, ſucceſſor, teſtis, & ſub ver. renunc.

Prælatus ſuccedit in iure litis, & cauſæ per prædeceſſorem ſuũ inchoatæ: ideò poteſt etiam proſequi, etiam ſi prædeceſſor ſub nomine proprio eam mouit. not. Rom. conſil. 376.

Prælatus præſumitur ea quæ fecit, feciſſe cum conſenſu capituli. not. glo. in c. noſcitur de his quæ fiunt à prælatis, quod eſt verum ſecundum Compoſtel. quando negatur conſenſum capituli interueniſſe, niſi in his in quibus ſufficit, vt in alienatione temporali: in his autem in quib9 requiritur expreſſus conſenſus, ſi actus eſt talis, qui habet in ſe poſſeſsionem vel quaſi, & ille qui allegat conſenſum capituli, eſt etiam in poſſeſsione, præſumitur pro eo ſi eſt reus, idem ſi eſt actor, & poſſeſsio eſt antiqua, ſecus ſi eſt recens: ſi autem actus non habet in ſe poſſeſsionem, non præſumitur, niſi ſit actus multum antiquus, vel niſi ſententia lata ſit: vt not. do. Anto. in d. c. ea noſcitur. vide Bartol. in l. actor. ff. rem rat. hab. & quod not. infrà ſuper ver: præſumptio. §. præſumitur ſolennitas.

Præ-

Prælatus an poſsit eſſe in iudicio ſine conſenſu capituli,& conuentus,& econuerſo,an capitulũ vel conuentus ſine conſenſu prælati. dic vt extrà de iud. cauſam. ſcias tamen quòd conuentus ſine conſenſu prælati ex malitia poteſt conueniri: vt ibi per Ant.

ADDITIO.

Adde an prælatus ſine conſenſu capituli poſsit agere & conueniri,per do.Fel.in c. edoceri. 1.colum.& per totum.c.de reſcript.

Prælatus etiam in caſibus in quibus non poteſt agere ſine conſenſu capituli,poteſt tamen pro capitulo impetrare,& econtrà, poterit conuentus impetrare pro prælato,licet non poſsit agere ſine conſenſu ſui. not.d. c.cauſam.de iud.

Prælatus poteſt auctorizare alienationem rei etiam ad menſam ſuam pertinentis.not.Ant.de iud. cùm veniſſent. §.inferior autem. quod procedit quãdo donat menſæ capituli eccleſiæ ſuæ,quia tunc non videtur alienari,quod in dominio eccleſiæ retinetur,licet tutiùs ſit,quòd auctoritate ſuperioris faciat: ita dicit glo. in Clem. 2. de rebus eccleſ. non alienan. ſuper ver. eccleſiam.

Prælatus ſicut non poteſt rem eccleſiæ immobilem, vel quæ pro immobili reputatur, vt ſunt decimæ ſine auctoritate ſuperioris alienare,ita nec ſuper ea tranſigere,nec amicabilem compoſitionem facere, ſed temporalem ad eius vitam ſic. text.de deci.ex multiplici.& de tranſactio.c.2. de cætero.& c.veniens. eodem modo non poteſt de tali re compromiſſum facere ad perpetuum præiudicium eccleſiæ. not do.Ant.de arbit. cum tempore,in fin. & non valet compromiſſum per prælatum factum ſupra rẽ quam nõ poteſt alienare, quia per illud contingere poſſet alienationem fieri:vt not.dom. Ant.in d.c.cum tempore.

Prælatus poteſt deponi ex notabili negligentia,quia in eo eſt graue delictum.not.do.Anto.de iud. at ſi clerici,in princ.ver.per hoc patet.

* ADDITIO.

Prælatus mortem ſubire debet non ſolùm vbi fides

fides vel ſalus eccleſiæ impugnatur: verùmetiam vbi res vel claues eccleſiæ auferuntur: vt per Ioan. de Turrecremata, in c. conuenior. 23. q. 8. H. F.

ADDITIO.

An prælatus teneatur de culpa, reatu vel negligentia, vide per dominum Fel. in c. illa præpoſitorum, de accuſa.

Prælati delictum vel negligentia an noceat eccleſię, vide plenè per Ant. in c. de dolo & contu. & in c. verum. de for. comp.

Prælatus tenetur ex delicto officialis delinquentis in officio ſibi commiſſo, niſi quàm cito ſciuerit, purgauerit eius delictum. not. Rom. conſil. 278.

Prælati non ſunt domini rerum eccleſiarum ſuarũ, ſed procuratores & adminiſtratores. not. do. Anto. de iud. cùm veniſſent. ver. oppo. ſecundò. Prælati licet ſint vſufructuarij in vita, tamen non ſunt vſurarij in morte. not. Rom. conſil. 233. ver. ſed iuxta. tu dic, quòd prę-latus & clericus in bonis eccleſiæ non habent propriũ vſumfructum, ſed ſolum habẽt ius adminiſtrandi tàm in diſtribuendo in neceſsitatibus ſuis, quàm eccleſiæ quàm pauperum: & ſic neceſſaria ſibi retinẽt, & ſuperflua pauperibus erogare debent, & hoc in clericis ſecularibus. Regulares autem & religioſi ſi ſunt manuales, & ad nutũ reuocabiles, nedum ſunt vſufructuarij, nec vſurarij: ſed nec habent ius adminiſtrãdi nomine proprio, ſed nomine ſuorum ſuperiorum. Si autem non ſunt manuales, ſed perpetui, & electi à capitulo vel conuentu, benè habent ius adminiſtrãdi nomine proprio. not. do. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 11. & 12. colum. vide omninò Io. Cal. & Fran. de Zaba. in c. fin. de pecu. cler.

30 † Prælati appellatione propriè & ſtrictè loquendo comprehenditur archiepiſcopus, & Epiſcopus & Abbas. Item Archidiaconus, qui per electionem aſſumitur, non qui per epiſcopum inſtituitur. Item in plebano, qui aſſumitur per electionem: ſed latè intelligendo prælatus dicitur quilibet, qui habet curam animarum, vel habens curam ſiue adminiſtrationem. Item Vicarius epiſcopi, & quilibet ſponſus eccleſiæ. Qui autem dicantur prælati in eccleſijs regularibus, vide Anto. de iud.

iud.decernimus. ver.oppo.quòd ibi aliȷ. & vide glo. in clem 1.de elect.ſuper ver.prelatum.Adde quòd propriè dicitur prælatus omnis ille, qui in eccleſia habet officium cum iuriſdictione.not.do.Anto.eod.titul. in fin. Item mendicantes qui ſunt ad nutum reuocabiles deputati, & aliȷs prælatis eccleſiȷs præſint, cenſentur prælati & in dignitate poſiti, donec fuerint reuocati: ideò cauſæ poſſunt eis à ſede apoſtolica delegari. not. Fred. de Senis in tractatu permu.q.16.

ADDITIO.

Quæ veniant appellatione prælaturæ, vide aliquid per do.Fel.in c. in ſuper. poſt præſen.de teſtib.

* ADDITIO.

Prælatorum appellatione qui veniant, tradit And. Barba.in conſil.40.incipien. & quidem viſo, in 6. colu. ver.& certum eſt, in primo vol.Et quis præferatur prelatus regularis vel ſecularis, & de materia prælationis, vide elegãs conſilium Philip.Deciȷ,conſil. 161. incipien. pro domino, in primo volum. & an præſumendum ſit contra prælatum retinentem familiares inhoneſtos & criminoſos: dic quòd ſic, quia ex ſociȷs cognoſcitur vita hominis: vt not. Fel.in c.nulli, in 1. nota.de accu. H. F.

Prælatus licet ſit abſens à ſua diœceſi, poteſt tamen beneficia conferre.text.de præben.c. ſtatutum.lib.6.

Prælatus nõ transfertur inuitus, niſi neceſsitas, vel vtilitas eccleſiæ hoc expoſcat. Ideò dixit Innoc. quòd tunc prælatus cogitur cedere, quando aliàs periculum deſtructionis eccleſiæ imminet, vel magnum ſcandalum, dum tamen bonum cambium alterius prælature, vel dignitatis ſibi aſsignetur: vt not. Innoc. in c. niſi cùm pridem.ſuper ver. malicia.de renuncia.idem not. Fred. in tractatu permu.q.24.

Prædicta intellige de æquitate, ſed de iure poteſt Papa inuitum transferre: vt not. ſub verbo, Papa.§.Papa licet.

Prelatus licet aliquibus annis receperit penſionem locationis factæ per eius prædeceſſorem, non propterea intelligitur dictam locationem ratificare, niſi pro tempore, quo penſionem receperit, ideò illo tempore lapſo

lapſo poteſt rem locatam petere, licet tempus locationis non ſit tranſactum. not. Rom. conſil. 233.

Prælatus non tenetur ratificare acta per prædeceſſorem ſuum, vide Rom. conſil. 233.

Prælatus etiã clericus an poſsit agere petitorio vel poſſeſſorio pro prælatura vel beneficio, vel rebus eccleſiæ nomine proprio, vel nomine eccleſiæ, vide ſub ver. poſſeſſorium. ver. poſſeſſorio vel petitorio, etiam vide do. Ant. de reſt. ſpol. cũm olim.

Prælatus etiam clericus an dicatur poſsidere vel quaſi poſsidere, an ſolũm detinere res eccleſię, & ius adminiſtrandi, vide ſub ver. poſſeſſorio. §. poſſeſsio circa ius tituli.

Prælatus ſententialiter depoſitus, ſi quid agit appellatione pendente, valent geſta per eum, licet poſtea appellatio deſeratur. not. glo. de appel. ſæpe, ſuper ver. rata.

Prælatus an ſine conuẽtu vel capitulo poſsit renunciare iuri ex præſcriptione quæſito, vide ſub ver. renunciatio. §. renunciari prælatus.

Prælatus ſine capitulo accipiens pecuniam in depoſito, vel mutuo, non obligat eccleſiam, niſi probetur in vtilitatem eccleſiæ verſam, fallit ſi recipit pecuniam iuxta ſententiam communi prouidẽtia, vel ordinatione capituli conſtitutam: Si autem prælatus cum capitulo recipiat, tunc ſi recipit in certã cauſam ſiue determinatum vſum, non obligatur eccleſia, niſi probetur in illã cauſam verſum, quia tunc eo quòd peruenit ad capitulum, ſatis probatur verſum: ita not. do. Ant. in d. c. 1. de poſtul. præla. 7. col. & de fideiuſ. quòd in quibuſdam, & quod dicitur de prælato recipienti ſine conſenſu capituli, idem intelligas de prælato vel rectore eccleſiæ non habente capitulum: vt ibi not. do. Ant.

Prælatus ſi vendit rem eccleſiæ obligatã ob certam neceſsitatis cauſam, licet aliæ ſolennitates interuenerint, nõ valet alienatio, niſi probetur precium in illam cauſam verſum, ſecundum Innoc. in c. 1. de depoſi. & not. do. Ant. ibidem 7. ver. fallit quartò. Et idem videtur ſi vendat non exprimendo certam cauſam: vt not. do. Ant. in d. c. 1. ver. ſecundò probatur. 9. col. & idem ſentire videtur in eo. c. ad fin. prædicta limita, niſi emptor

ptor ſteterit in longa rei emptæ poſſeſsione, quia ex tali longa poſſeſsione præſumitur omnia ſolennia interueniſſe, vt patet ex notatis per eundem Ant. in c. ea noſcitur. de his quæ fiunt à prælat. qualiter autem probetur verſum, vide Ant. in d. c. 1. de depoſi. & Bart. in l. ciuitas. ff. ſi certum peta.

Prælati confeſsio non nocet ſucceſſori, nec eccleſiæ: vt not. Io. And. in c. fi. de ſolutio. Item confeſsio prælati etiam cum capitulo in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, non præiudicat eccleſiæ: ideò licet prælatus poſsit moderare, & iuxta meritum ſeruitij donare alicui benè merito, vt patet de teſta. ad hoc c. relatũ. §. licet. ſed vltrà meritum non poteſt: vt not. Io. And. in addit. de quibus tamẽ benemeritis non ſtatur confeſſioni ſuæ, ſed oportet illa materialiter probare. not. do. Ant. in c. 1. ad finem, de depo. & Io. And. in addit. Specu. ſuper Rub. de rebus eccle. non alie. & not. per glo. Bart. & Bald. in l. ſi donatio. C. de col.

Prædicta limita niſi donatarius longo tempore ſtetiſſet in poſſeſsione rei donatæ, quo caſu prǫſumeretur omnia ſolennia & neceſſaria interueniſſe: vt not. ſuprà. §. prox. Adde quòd ſi prælatus cum capitulo confiteretur ſe pecuniam pro vtilitate eccleſię recepiſſe mutuo, per talem confeſsionem de recepto probatur pręcedẽs numeratio: vt l. publica, in fin. ff. depoſit. ſtatur enim confeſsioni prælati & capituli, in his quæ regulariter nõ ſunt prohibita, ſicut eſt pecuniã mutuo recipere, ſecus in his quę ſunt regulariter ꝓhibita, vt in alienatiõe rei eccleſiæ: vt not. do. Cyn. & Bart. in aut. hoc ius C. de ſacroſanct. eccle. & Iac. de bel. Bal in aut. de nõ alie. Aut permu. re. §. ſi verò. & id dicit Antõ. in c. 1. de depoſi. & vide §. prælatus etiam ſine conſenſu. §. prælatus licet non poſsit, & §. prælatus no.

Prælati confeſsio facta ſine capitulo, præiudicat eccleſiæ in his in quibus habet prælatus diuerſam adminiſtrationem à capitulo, niſi ſint ardua. in his autem in quibus non eſt diuerſa adminiſtratio, non præiudicat ſine conſenſu capituli. not. dom. Ant. in c. vlt. in fin. de reſcript.

ADDI-

ADDITIO.

Adde do. Abb. in c. fin de præſcript. in 10. col. prope princ. verſic. quinto & vltimo.

Prælatus cum capitulo poteſt rem eccleſiæ pro vtilitate eccleſiæ pignori obligare, nedum generaliter, ſed etiam ſpecialiter vt eſt text in aut. hoc ius. C. de ſacroſanct. eccle. ſed ſi non ſit pro vtilitate eccleſiæ, non valet pignoris obligatio: & ita debet intelligi c. Abbatibus. 12. q. 2. de reb. eccle. non alie. nonnulli. Et eſt aduertendum, quòd quando fit pro vtilitate eccleſiæ, valet etiam ſine auctoritate ſuperioris: vt notat Ioan. And. ſecundum Egidium, in d. c. nonnulli. & idem dicit Ant. ſecundum Hoſtien. in eodem c. ſubdit tamen, quòd id fortè non eſt verum, quia talis obligatio non eſt prohibita eccleſiæ: ſed hoc dictum ſecundum Ant. ſaluari poteſt, quando obligatio pignoris fieret acceſſoriè ad contractum, in quo requiritur auctoritas ſuperioris, etiam quando venduntur res immobiles eccleſiæ vel emptori obligantur alia bona eccleſiæ in caſu emptionis, ſecus quando in contractu principali ſuperioris auctoritas non requiritur, vt quando pecunia per eccleſiam mutuo recipitur, & pro ea reſtituēda bona eccleſiæ obligantur, & ſic acceſſorium regulatur ſecundum naturam principalis, & hoc modo opiniones concordãtur.

* SINGVLARE.

Prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ in obtinendo, non autem in obtento. gloſſ. notabilis in §. fin. 16. q. 6. quod etiam firmat Inno. in c. fraternitatem. de donat. & Bald. in l. bonorum. C. qui admit. & in c. potuit de loca. & teneas menti vnum ſingulare verbum, quòd licet epiſcopus vel alius citra Papam non poſsit alterare relicta ad pium vſum: vt in cle. quia contingit, in prin. de relig. do. attamen epiſcopus voluntatem teſtatoris nondum executam poteſt alterare: ſecus in iam executa, quia facilius tolluntur fienda, quàm facta: vt in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in c. quemadmodum de iure. ita ſing. dixit Io. de Immol. in l. 1. in 84. col. ff. de com. inſti. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Fel. in c. ſuper his, in 2. col. ver. item ſi aliquis, de accu. H F.

Præla-

Prælatus licet non poſſit rem eccleſiæ perpetuò alienare ſine ſolennitate, poteſt tamen ad tempus: vt not. in glo. c. ſecundo. de his quæ fi. à præla. & Io. c. dudum, ſuper verbo, perpetuus, de reb. eccl. nõ alie. lib. 6. quod limita quando alienatur res modica, ſecus ſi magna: vt not. Inno. Hoſt. Io. And. & Ant. in d. c. 2. & idem dicit Io. And. in addit. Specul. ſuper Rub. de reb. eccle. non alie. in fin. &c. & vide infrà §. prox.

Prælatus etiam ſine conſenſu capituli poteſt bona eccleſiæ ad tempus concedere, quando hoc facit cauſa pietatis & remunerationis recepti beneficij, ſecus ſi cauſa locationis: vt not. Lap. in c. 1. de re. ecc. non alien. lib. 6. Item poteſt ſine capitulo quinquageſimã, vel centeſimam partem donare loco religioſo: ita tamen quod ex tali donatione grauiter non lædatur eccleſia, ſecundum formam c. apoſtolicæ. de dona. & vide ſuprà §. prælati confeſſio. & ſuprà §. prox.

Prælatus an poſſit eſſe iudex in cauſa ſpectante ad eccleſiam vel menſam ſuam vel de iniuria ſibi illata, vide ſub ver. iudex. §. iudex poteſt eſſe quilibet.

Prælatus non poteſt donare bona eccleſiæ, etiã mobilia, niſi in aliquibus caſibus, videlicet quãdo dat pauperi vel loco pio ſiue in pium vſum, vel etiam diuiti iuxta merita ſeruitij, quibus caſibus poteſt prælatus in vita & morte donare: modicè tamen & moderatè, non vltrà, vt patet de teſta. ad hoc, & c. relatum. 2. §. licet. Si tamen conſuetudo eſſet, quòd etiam diuiti nullis meritis præcedentibus donare poſſet, valeret donatio iure conſuetudinis, moderatè tamen, vt in c. cæterùm. de dona. & ibi no. Io. And. idem not. glo. in c. 2. eo. tit. prædicta intellige, niſi res, quæ donatur, eſſet facta prælati, ſicut ſunt fructus, quia eo ipſo quòd ſunt recepti & reconditi ſunt, aliàs fiunt prælati: vt not. glo. in c. præſenti. de offic. ord. lib. 6. Nam tales fructus poteſt prælatus tanquam res ſuas donare cui vult: vt not. Anto. in d. c. cæterùm. vide ſuprà §. prælati confeſſio non nocet.

Prælatus epiſcopus in alienatione rei eccleſiaſticæ non poteſt auctoritatem præſtare ſine conſenſu capituli eccleſiæ cathedralis, ſecundum Innoc. c. 1. de his quæ fiunt à præla. quod eſt verum ſecundum Io. And. etiam ſi eccleſia inferior ſit collegiata, ſed Fran. de Zab. tenet

ibi contrarium: dicit enim in c. nouit.eo.tit. in 10. q. quod licet non ſit neceſſarius conſenſus capituli, debet tamē eius conſilium requiri quod not. proxi. opi. Inno. facit in c.1. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. & vide de his quæ fiunt à prælatis c apoſtolicæ.

Prælatus an poſsit renunciare iuri dignitatis ſuę, vide ſub ver. renunciatio. §. renunciare an poſsit pręlat⁹.

Præpoſitus, an dignitas ſit eſſe præpoſitum, vide ſub verbo, dignitas. §. dignitas eſt eſſe Archi.

Præpoſitura habet ordinem presbyteratus annexum, ideò oportet quòd prępoſitus fiat presbyter, aliàs priuatur præpoſitura: vt in c.1. de æta. & quali. quod intellige quando præpoſitus eſt principalis in eccleſia: vt ſupra alios eiuſdem eccleſiæ habeat curam, & cui alij de eccleſia vacante præſtare debent obedientiam & reuerentiam, vt patet in c. quamuis. de ver. ſig. & de his quæ fiunt à ma. parte cap. c. ex ore. & ibi not. Io. Andr. ſuper ver. debetur, &c.

31 †Prærogatiua dicitur non ſolùm quæ per priuilegium, ſed etiam per ius ſcriptum, & in corpore iuris redactum conceditur, vt eſt caſus in l. aſsiduis. C. qui po. in pig. hab. & prærogatiua propriè dicitur illa, quæ contra regulas iuris communiter conceditur, & propriè loquēdo appellatur ius ſingulare: ac de prærogatiua, quæ per priuilegium à principe datur, loquitur text. de priuil. ſi Papa, in princ. lib. 6. & vide Bart. in extrauagan. ad reprimendum.

32 †Presbyteri appellatione an comprehendatur clericus, vel econtrà, vide Ant. de cohab. cle. c. veſtra. ver. not. quod materia. & vide ſub ver. clericus. §. pecuniæ. §. ſacerdos.

* ADDITIO.

Presbyteri & Diaconi non tenentur ire ad iudicem pro examine, cùm ſint in ſuperiori loco, & ſint perſonę egregiæ: vt not. Spec. in tit. de teſte. §. ſequitur. ver. quid de presbytero. & Alex. in l. ad perſonas egregias. ver. quæro vtrùm. ff. de iureiur. H. F.

Presbyter quanquam ſit pollutus & criminoſus, licet tamen cuilibet ab eo audire diuina, q̃a licet ſeipſum polluat miniſtrando, tamen non polluit ſacramenta, quæ

quæ alijs miniſtrat:& hæc vera in presbytero non præciſo ab eccleſia ſententia iuris vel hominis. Si autem ſit præciſus,non licet audire ab eo diuina.not. do.Ant. de cohab.cleri.veſtra.in tertio oppo. de quo pleniùs dic: vt not. per eum in 5. oppo. vbi diſtinguit quatuor caſus. Primò quid in criminoſo occulto, & tolerato non ſuſpenſo ab homine,nec à iure. Secundò quid in notorio ſuſpenſo. Tertiò quid in occulto ſuſpenſo vel præciſo. Quartò quid in notorio ſuſpenſo, qui poteſt dici toleratus ab eccleſia,licet toleratur à prælatis, & in caſu,in quo licet tali abſtinere,an liceat alium propria au ctoritate audire, & ibi vide,&c.

ADDITIO.

Adde quòd presbyter græcè,idem eſt quòd ſenior latinè,& hoc propter reuerentiam:vt c.cleros. 21.d.

* SINGVLARE.

Presbyter parochialis ſi dat licentiam parochialis eligendi ſibi confeſſorem,ille debet eligere presbyterũ habentem eccleſiam curatam,aliàs confeſsio pœnitentialis non valeret:ſecus autem ſi ipſe proprius ſacerdos committeret vni, vt audiat confeſsionem ſui parochiani.nam tunc benè valeret etiam ſi ille ſacerdos, cui eſt facta commiſsio, non haberet eccleſiam curatam.glo. allegat ad hoc pro ſingulari Iac.de ſanct.Georg. in l.1.in vlt.col. ver.vlterius quæro.ff.de iud. H. F.

33 † Præſcriptio non incipit, nec incepta currit contra eccleſiam vacantem,quia caret legitimo defenſore, & ideò capitulum vacante eccleſia non poteſt contra eccleſiam ſiue epiſcopum futurum præſcribere. not. Rom.conſil.312.& vide ſub verbo,articulis.§.vide infrà laic⁹.præſcribi poſſunt iuriſdictionalia.no.Ro.con.312.

ADDITIO.

Adde Abb.in c.1.de præſcri.vbi tractat,an currat pręſcriptio eccleſia vacante, vel contra epiſcopum negligentem petere, & an imperio vacante, vel Imperatore in remotis agente,contra eius iura poſsit præſcriptio cauſari, vide in d.c.1.de præſcript.per Abba.

Præſcribi an poſsit ius patronatus,vide ſub verbo,

 patro-

patronus. §. patronatus ius præſcribi an poſſunt decimæ, vide ſub verbo, decima. §. decima.

Præſcribi nõ poteſt quòd alienat prælatus ſine conſenſu capituli etiam in caſu licitæ alienationis. not. gl. de re. ecc. nõ alie. in cle. 2. ſuper verb. conſentiente.

Præſcribere poteſt conſilium, cùm quis tenetur cũ conſilio alterius facere. no. gl. in d. cle. 2. de re. eccle. non alie. ſuper verbo, conſentiente.

Præſcribi non poteſt quod epiſcopus ſine conſenſu capituli poſsit vnam eccleſiam alteri donare vel vnire. not. gl. in d cle. 2. de reb. eccle. in ver. conſentiente.

Præſcribere poteſt inferior ab epiſcopo ius interponendi auctoritatem in permutationibus & vnionibus ad dignitatem vel iuriſdictionem epiſcopalem pertinentibus, non autem poteſt præſcribere ea, quæ pertinent ad ordinem epiſcopalem. not. Fre. de Senis, in tractatu permu. q. 13.

Præſcribi nõ poteſt exemptio viſitationis & correctionis per decanum & capitulum contra epiſcopum, etiamſi dicant, ſe in poſſeſsione huius exemptionis ſtetiſſe tanto tempóre, cuius contrarij non ſit memoria, ſed alius prælatus benè poſſet in eos præſcribere talem iuriſdictionem. prædicta not. Rom. conſil. 239. concludе quòd exemptio, obedientia & libertas non poſſunt præſcribi extinctiuè ſed translatiuè, ſed hoc eſt dicere quòd prædicta nõ poteſt quis in ſeipſo præſcribere, ſed benè poteſt præſcribere contra vnum, vt ſubſit alteri, & ita debet intelligi tex. de præſcriptionibus, cùm ex officij. de priuil. cùm olim propter quæſtionem, & eod. tit. cùm perſonæ. lib. 6. & ita not. Old. conſil. 165. & 241. & Io. Calde. de præſcript. cum non liceat. & Ant. eo. tit. auditis 7. col. ver. oppo. quòd non poſsit, vide infrà §. præſcribi non poteſt libertas.

Præſcribi poteſt facultas eligendi per conuerſos laicos, qui licet ſint laïci poſſeſsione & habitu, illud præſcribere non poſſunt. not. de elect. ex eo. lib 6. in gl. fin.

Præſcribens contra priuilegium non dicitur in mala fide, nec titulo carere, quando præſcribit illud, quod ceſſante priuilegio pertinebat ad eum de iure communi. not. per Innocen. & Anto. de confirma. vti. cum dilecta.

Præ-

Præſcribi poteſt collatio cuiuslibet beneficij etiam curati per inferiorem epiſcopo: quod intellige de collation" ſimplici, per quam ius confertur, nõ de auctorizabili, per quam cura datur, quia illa debet recipi ab epiſcopo,& eſt præſcriptibilis. not. Hoſt. Io. And. & Ant. in c. cùm olim, de præſcript.

Præſcribi poteſt iuriſdictio excommunicandi, imò omnia etiam quæ ſunt meri imperij, per inferiores pręſcribi poſſunt, ſecundum canones, dummodò vtens intendat vti iure ſuo. An autem per vnum actum quæratur poſſesſio iuriſdictionis. vide Rom. con. 416. ſed quia vt ponebatur. vide infrà §. præſcribi an poſsit merum.

Præſcriptio inchoata contra priuatum, cui eccleſia ſuccesſit, non perficitur contra eccleſiam, niſi tempus quòd reſtat ad præſcribendum contra priuatum fluat & computetur ſecundum ratum temporis ſtatuti ad præſcribendum contra eccleſiam, vnde ſi contra priuatum erat præſcriptio continuata vſque ad quinq; annos, qui ſunt medietas temporis ad præſcribendum contra priuatum, pro reliqua medietate complenda, requiritur lapſus 20. annorum contra eccleſiam, contra quam non præſcribitur, niſi ſpacio 40. anno. not. Cy. Bar. Bal. in aut. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccl. & Ioan. And. de iurepatro. c. 1. lib. 6. in nouel. ſuper ver. ad præſentandum.

Præſcriptio ſi eſt contra præſentem inchoata per quinquennium, & ſic pro medietate, & poſtea ſe abſentat, requiritur fluxus 10. anno. ad complendam præſcriptionem, quia decennium eſt medietas temporis ad præſcriprionem contra abſentem. not. Bald. in aut. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle.

Præſcriptio an interrumpatur per obiectum exceptionis, vide gl. de ord. cog. cùm dilectus. ſuper verſic. cùm in modum, & qualiter per alium modum interrumpatur, vide Bar. ff. de eo per quem fac. erit. l. fin. in princ. & ff. pro emp. l. 2. §. fin. & pleniùs per Ant. in c. illud. de præſcript. & an interrupta contra vnum contra alium proſit, vide per Bart. in l. cùm quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſolut. ver. vide inf. §. præſcriptio interrumpitur ſi fit.

ADDITIO.

Adde do. Fel. in c. illud, de præſcript. an exceptionis obiectus interrumpat præſcriptionem, in ver. tertia concluſio.

Pręſcriptio interrumpitur poſt litis conteſt. factam coram arbitro, non per factam coram arbitratore. not. do. Ant. de iureiuran. quinta ua. ver. ii. differentia.

* SINGVLARE.

Præſcriptio omnis interrumpitur per ſolam citationem de æquitate canonica, quia cùm conſtituatur in mala fide, ſuccedit regula, quòd nullus malęfidei poſſeſſor præſcribit. ca. fi. de præſcrip. c. malæfidei poſſeſſor. de regu. iur. lib. 6. Iſtud eſt ſingulare verbum Bald. in repet. l. 2. in 2. col. ver. vlteriùs quæritur. C. de ſerui. & aqu. H. F.

Præſcriptio contra ius ſcriptum non perficitur, niſi ſpacio 40. annorum: ſed ſi eſt præter ius, completur decennio. not. Rom. conſil. 32. in princ. Sed Inno. dicit etiam, quòd conſuetudo, quæ non eſt contra ius, requirit præſcriptionem 40. anno. vt no. ea. conclu. 5. colum. dic quòd licet non ſit contra ius, ſi tamen detrahat in totum, vel in parte iuri eccleſiæ vel eccleſiaſticæ perſonæ, requiritur ſpacium 40. annorum: vt no. ea. conclu. 5. & 6. col.

Præſcribi non poteſt contra priuilegium per non vſum, quia priuilegium eſt ad vſum merè voluntariũ: vt not. Io. And. de priuil. vt priuilegia ſuper glo. penult. ad fin. & eodem modo non præſcribitur per nõ vſum contra cõſuetudinem quæ aliquid faciendi tribuit poteſtatem: vt not. per eundem in c. fin. in prin. de conſu. lib. 6. in nouel. In contrarium videtur quòd priuilegiũ tollatur ſpacio 40. annorum per non vſum. & eſt caſus in l. 1. ff. de iud. dic quòd not. Cyn. C. de excu. tu. l. voluntatem. 7. q. vel melius. dic ſecundum gl. in d. l. quod ideò ibi tollatur priuilegium, & ei pręſcribitur per non vſum, quia reſpiciebat vniuerſorum præiudicium, ſecus ſi eſſet duntaxat præiudicium aliquorum, vel nullius.

Præſcribi non poteſt contra ea, quæ per modum facul-

cultatum competunt. not. Bal. in l. per viam publicam. ff. de via public. Iuri autem offerēdi benè præſcribitur, quando illud ius eſt ſequela actionis competituræ vel exceptionis etiam competentis. not. Bart. in l. pignori. ff. de vſucap. vide ibi Ang. qui ibi aliter loquitur.

ADDITIO.

Adde tamen quòd facultati reemendi poteſt præſcribi, vt habetur per do. Iaſo. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtitut. ſub cond. fac.

Præſcribi non poteſt libertas ex hoc ſolo, quod ille, cui ſeruitium debetur, illum non petierit. not. Bart. in l. filias. C. de deçur. lib. 10. & de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. lib. 11. vide infrà §. præſcribi non poteſt exemptio.

Præſcriptio contra ruſticam ſeruitutem ex ſolo vſu non perficitur, ſed contra vrbanam requiritur factum præſcribentis. ff. de ſer. vrba. prædio. l. hæc autem iura. & rationem differentiæ. not. ibi Bart. vide infrà §. præſcribi an poſſit libertas.

Præſcriptio in quo differat à conſuetudine, vide ſuper verbo, conſuetudo. §. conſuetudo differt.

Præſcriptio conſuetudinis optandi beneficia eccleſiaſtica quanto tempore inducatur, vide ſuper verbo, conſuetudo.

Præſcriptione an quæratur dominium vtile tantùm vel etiam directū, vide ſub ver. dominium directum.

Præſcriptio procedens ex ſola & mera negligentia non petentis, an locum habeat de iure canonico, etiam ſi poſſeſſor ſit in mala fide. Vide Innoc. de immunitate eccleſiæ. c. quia pleriq;. & Anto. de iurepatronat. c. cura. & Bald. C. de ſeruitu. l. 1. & in titul. ſi de feudo controuerſia fuerit inter dominum & agna. c. ſi quis per triginta. ver. quærit hic gloſſ. & l. omnes populi. vbi dicit contra Bartol. qui videtur ſibi ipſi contrarius in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. in quæſtione, an ſtatutum poſſit diſponere contra ius diuinum. & pleniùs per Anton. in cap. final. de præſcript. vnde conclude contra Innocent. & Bartol. quod etiam vbi nulla poſſeſsio agitur ex parte præſcribentis, ſicut quando contra actionem perſonalem præſcribitur, non procedat præſcriptio

in foro canonico, ratione pacti, ſi debitor ſciuerit ſe debitorem: ſecus ſi ignorauerit, niſi actio eſſet temporalis & origine, & non ſui, quo caſu finita tempore poteſt opponi præſcripto in vtroq; foro, licet debitor ſciuerit ſe debitorem, & propterea ſecundum Io. And. in c. fin. de except. lib. 6. in nouella, non valeant ſtatuta, ex quibus inducitur præſcriptio quinquennij, contra creditores. & vide omninò infrà §. præſcribi an poſsit libertas contra iura realia.

Præſcribitur iuri adeundi hæreditatem ſpacio 30. anno. Aduerte tamen quòd licet filius ſit excluſus à iure adeundi vt filius, per lapſum 30. anno. tamen intra alios 30. annos poterit adire vt legitimus: vt not. Bald. C. de iure delibe. l. licet. & recitat ibi Bald. ſic conſuluiſſe, ex hoc ſequitur, quòd licet filius lapſo primo anno decedens intra ſecundũ, non tranſmittit ius deliberandi vt filius, de iure tamẽ tranſmittit ius deliberandi vt legitimus, ſecundũ Bart. ibidẽ quod eſt notabiliſsimũ.

Præſcriptio non poteſt incipere contra hæreditatem iacentem. no. Bald. de iure delib. licet in fin. Aduerte tamen, quòd vbi eſt ſeruus hæres, ibi non iacet hæreditas, licet ſe non immiſceat, quia exiſtentia ſui hæredis continuat dominium. not. per glo. & Bald. l. cùm hæreditas. C. de po.

Præſcribi nõ poteſt vllo tempore ius implendi conditionem præſentatiuam: vt not. Bart. in l. pignori. ff. de vſucap.

Pręſcribere non poteſt hæres rem, in qua defunctus habuit malam fidem: vt not. glo. in l. nihil. C. pro hære. & l. cùm hæres. ff. de diuer. & tempo. præſcript. & quod not. glo. 2. q. 1. in primis. Idem ſi defunctus non habuit malam fidem, ſed nec habuit bonam: vt not. gloſſ. in l. poteſt pluribus. de vſucap. Dyn. autem dicit, quòd licet hoc ſit de iure ciuili: de æquitate tamen canonica præſcribit, ſi habet bonam fidem, & vult à ſe inchoare præſcriptionem: vt ipſe no. in regula, poſſeſſor. lib. 6. ſed Anto. dicit, quòd etiam de æquitate canonica non poteſt in præſcriptione 10. vel 20. annorũ. ſed in præſcriptione 30. annorum ſic. & ita dicit intelligendum Dyn. in c. ſi diligenti. de præſcript. & vide quod not. per eum in c. cura. de iurepat. idem not. Bald. in l. nihil. C. pro

hære.

hære. opinio Ant. non videtur vera, quæ allegat quòd Iudex tenetur exonerare conſcientiam defuncti, loquitur in hærede qui non præſcribit, ſecus ſi præſcriptionem cum bona fide compleuit: quia tunc rem præſcriptam etiam de iure canonico retinere poteſt, nec eam tenetur reſtituere ex ſuperueniente ſcientia rei alienæ: ſicut nec alius qui præſcripſiſſet, teneretur: vt not. in c. fi. de præſcrip. per An. aliàs fruſtra eſſent præſcriptiones inductæ. Item Ant. loquitur in foro conſcientiæ, ſecus in foro iudiciali, & vltra rationem quam Anto. ponit, conuincitur Dy. alia ratione, quia illa æquitas canonica, de qua Dy. loquitur, non reperitur ſpecialiter ſcripta in iure in perſona hæredis ſuccedentis, ei qui habuit malam fidem, ſtandum eſt ergo rigori iuris ciuilis ſcripto. Et æquitas canonica intelligitur in poſsidente bona fide, qui non ſuccedit habenti malam fidem. Ioan. An. voluit ius ciuile & canonicum concordare diſtinguendo inter pręſcriptionem, in qua ſufficit bona fides, & illam, in qua requiritur titulus: vt in primo procedat ius canonicum, in ſecundo ius ciuile. ita not. per eum in regula, cùm quis. in gl. & ſuper ea. in nouel. Sed diſtinctio illa tolli videtur ex ratione proximè dicta, &c.

ADDITIO.

Et an hæres poſsit præſcribere rem, de qua defunctus leuiter habuit malam fidem, vide Alex. in conſil. 110. in 4. col. in 1. vol. & in conſi. 84. in 2. & pęn. col. in eo. 1. vol. & in conſi. 39. in 2. volu.

Præſcriptio de iure canonico procedit ex ſola bona fide ſine titulo, etiam in rebus corporalibus. not. Ioan. And. in c. 1. de reſcrip. lib. 6. in glo. magna, quòd ſaluari poteſt in præſcriptione 40. annorum, de qua loquitur illud c. 1. quia loquitur de rebus eccleſiæ, quæ minori tempore non præſcribuntur, licet Innocen. in c. ſi diligenti. eo. ti. dicat quòd etiam in quadragenaria præſcriptione requiritur titulus cùm ſuccedat loco præſcriptionis 10. vel 20. annorum. ſed Inno. non vidit textum dicti c. 1. vbi hoc declaratur, quòd in præſcriptione 40. annorum regulariter non requiritur titulus, niſi quando ius commune, vel præſcriptio eſt cōtra præſcribentem,

tem,& pro aduerſario in d.c.1.& ita dicit Ioan.in regula, poſſeſſor.lib.6.ſed in præſcriptione 10.vel 20.annorum, quæ procedit in rebus priuatorum, requiritur titulus etiam de iure canonico.not.Ant.de præſcrip. ſi diligenti,& idem voluit Io.An. in c. illud. de præſcrip. ſuper gl. 3.& in regula,qui ad agendum.in mercu. vbi dicit,quòd eccleſia præſcribit ſpacio 10. annorum rem priuati, & ſicut priuatus non præſcriberet ſine titulo: ergò nec eccleſia. pro hoc facit, quòd etiam de iure canonico antiquo requirebatur titulus in præſcriptione: vt dicit tex. in c.ſi diligenti.& ius nouum in d.c.1.lib.6. non corrigit ius antiquum in præſcriptione 40.annorum,de qua loquitur: ergò in alijs præſcriptionibus minoris temporis remanet ius antiquum incorrectum, vide infrà §. præſcribi non poteſt exemptio.

ADDITIO.

Adde an præſcriptio ſit cõtra ius naturale, vel æquitatem,per Do.Feli. in Rubri. de pręſcript.in verſi. dum dicit Abbas.

Pręſcribit ille qui errat in iure, quando pręſcriptio procedit ex ſola bona fide: quia errare in iure eſt eſſe in bona fide. no.Ant.de cenſi.c.peruenit.vlti.col. vide plenius infrà §. pręſcribere volenti.

Præſcribi an poſsit ius exigendi vectigal:ſiue pedagia & gabellas,& alia principi reſeruata, vide ſub verbo,conſuetudo.§.conſuetudo exigi.vide infrà §.pręſcribi an poſsit ius exigendi pedagium.

Præſcribi nõ poſſunt in aliquo tempore illa, quę ſunt debita ab inferiore, in ſignum vniuerſalis ſubiectionis, ſicut eſt, quòd quis pręſtet obedientiam, vel ꝙ viſitetur. not. Anto. de cenſi. peruenit. vlti. char. verſi. venio ad tertium.

Pręſcriptio poteſt inchoari ab impetratione priuilegij:vt ex titulo priuilegij cum bona fide currat præſcriptio,ſed curſus inchoatę præſcriptionis impeditur per priuilegium impetratum ſimpliciter: cum impetrando ſimpliciter videatur fateri, ſe non credere, rem ad ſe pertinere.not.Io.And. de pręſcrip. veniens.in glo. fina. Aduerte tamen , quòd vbi ex tenore priuilegij patet non eſſe conceſſum impetranti id, quod vult pręſcribe-

ſcribere, non poteſt ab impetratione ipſius priuilegij præſcriptio inchoari, propter malam fidem, quia cùm præſcribens innitatur ex titulo priuilegij tenore ipſius inſpecto, ſemper eſt in mala fide: vt not. Io. More. in c. cum perſonæ, de priuileg. lib. 6. & hoc etiam tenet ibi Io. And. in nouella. hoc verum quãdo verba priuilegij ſunt clara, vbi autem ſunt dubia & æquiuoca, poteſt intelle-ctus verborum ad vnam partem præſcribi & interpretari. not. Io. And. de præſcriptio. ſi diligenti. in fine.

Præſcriptio interrumpitur vnico actu contrario, nec requiritur multiplicata interruptio: vt not. Io. And. & Inno. & Ant. in c. auditis. de præſcrip. interruptio tamen, quò ad vnum articulum, non operatur quò ad alios: vt ibi not. Anto. in vlti. col.

Præſcribi an poſsit, quòd beneficia manualia conferantur vt perpetua, vide ſub verbo, religioſus nõ poteſt conſentire.

Præſcriptionis interruptio quæ fit per litis conteſt. maiorem parit effectum de iure canonico, quàm ciuili, quia de iure ciuili perpetuat actionem duntaxat ad 30. annos, ſed iure canonico in perpetuum, quia litis conte. facit malam fidem, quæ perpetuò impedit præſcriptionem. not. Do. Anto. de præſcriptionibus. cap. illud. q. 3. in fin.

Præſcriptio interrumpitur ex ſuperueniente mala fide iure canonico, cui ſtandum eſt, vt in materia peccati, & dicitur ſuperuenire mala fides, quando non credit ſe iuſtè non tenere. Idem ſi dubitauit, licet in hoc, quando dubitat Innocen. & Barto. contradicunt: vt no. Anto. de præſcrip. c. illud. 2. col. in fi.

ADDITIO.

Circa materiam præſcriptionum, in quibus iura ciuilia ſint hodie correcta per iura canonica, vide per Do. Alex. in conſi. 103. 2. & 3. col. in 4. volum.

Præſcriptio contra actionem ciuilem & perpetuã, ſi eſt odioſa currens ex ſola negligentia: vt præſcriptio 30. anno. interrumpitur per ſolam citationem. Et idem in omni præſcriptione, in qua non exigitur titulus.

Aduer-

Aduerte tamen, quòd tunc demum per citationem interrumpitur præſcriptio, quando actor comparuit in termino citationis, vel citatio circumducitur, & conſequenter non interrumpitur: vt not. glo. de præſcript. 30. annorum. ſicut & Bald. in leg. & poſt edictum. §. 1. ff. de iudi.

Præſcriptio autem merè fauorabilis, ſ. triennij in rebus mobilibus non interrumpitur etiam per litis conteſt. niſi in effectu: & hoc verum, niſi interueniat tituli actus, qui aliàs concludat malam fidem, vel ducat tenentem in dubitationem, vt libelli oblatio facta principi.

Præſcriptio autem non iuſta, ſcilicet 10. vel 20. annorum non interrumpitur per citationem ſolam, ſed per lit. conteſt.

Præſcriptio verò contra temporales actiones non interrumpitur, niſi per lit. conteſt. vel per libellũ principi oblatum.

Præſcriptio autem contra actionem criminalem interrumpitur ſola libelli oblatione iudici facta. no. do. Ant. de præſcrip. c. illud. ver. ciuilis aũt. Bald. aliter dicit circa hoc vltimum de criminali. in l. 1. C. quando lit. pen den. datur. & aduerte quia præſcriptio 30. ann. & multòminus 10. vel 20. anno. non interrumpitur ex ſolo libello principi oblato: vt patet ex tex. & glo. in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum.

Præſcriptio interrumpitur ex ſynodali proclamatione, de præſcriptione Sacramentorum: vt ibi no. Anto. Et idem not. in c. illud, eod. tit. Item interrumpitur per debiti agnitionem, vel per ſolutionem principalis debiti, vel vſurarum, vel per dationem fideiuſſoris. Interrumpitur etiam naturaliter ex perditione poſſeſsionis rei, quæ præſcribitur. not. Domi. Anto. in dicto capi. illud.

Præſcriptio ſtatutaria interrumpitur per ſolam citationem, quæ currit ex mera negligentia. not. Anto. de præſcript. cap. illud. pen. colum. Et idem not. Bar. ff. pro emptore. leg. 2. §. fina.

*ADDITIO.

Præſcriptionem non interrumpit citatio, quæ non artat

artat citatum; vt not. Bald. in leg. & poſt edictum. §. 1. verſi. item not. ff. de iudi. & in l. 1. ver. ſed an dicatur. ff. de in ius voca. & Iacobi. de Sanct. Georg. in leg. fin. ver. ſed ponamus. ff. de eo, per quem fact. eſt: vbi quòd ſi actor fecit citari reum, & ipſe actor in termino non comparuit, quòd per talem citationem non interrumpitur præſcriptio. H. F.

Præſcriptio iurium incorporalium qualiter interrumpatur, vide Anto. de præſcri. c. illud. pe. col. verſi. ex his deciditur.

Præſcriptionis interruptio ſi fit naturaliter, prodeſt omnibus, ſed ciuilis interruptio non prodeſt, niſi interrumpenti. not. Anto. de præſcript. illud. vlti. colũ. interruptio autem facta per vnum ex reis debendi, nocet omnibus: vt l. fi. C. de duo. re. vide ſuprà §. præſcriptio an interrumpatur.

Præſcriptio ſicut interrumpitur ex ſuperueniente mala fide, & ſciẽtia rei alienæ, ita etiam interrumpitur, ſi ſuperueniat firma dubitatio, an ſit res ſua vel aliena. Idem ſi aliquid ei oſtenditur vel probatur, ex quo veriſimiliter potuit vel debuit dubitare: licet ipſe dicat nõ dubitaſſe: vbi autem dubitatio eſſet in principio præſcriptionis, tunc præſcriptio impediretur. not. Anto. de præſcrip. c. fina. penulti. & vlti. col.

Præſcribi licet non poſsit res furtiua, vel vi poſſeſſa, etiam per tertium, qui non commiſit furtum vel violentiam. iuſti. de vſucap. §. furtiuæ. & §. quòd autem partus: tamen fructus rei mobilis vel immobilis furtiuæ vel violenter poſſeſſæ poteſt vſucapi per tertium bonæ fidei poſſeſſorem. ff. pro ſuo. l. penult. & ibi not. Bar. Itẽ & ipſa res furtiua, vel vi poſſeſſa, licet non præſcribatur longo tempore præſcribitur, tamen longiſsimo 30. anno. etiam per furem vel violentum. not. Barto. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi fundum. ſed tex. dicit contrarium in l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C. de præſcri. 30. anno. Sed dictum Bar. poteſt ſaluare in præſcriptione, quæ fieret contra alium, quàm ſpoliatum. Sed quicquid ſit de iure ciuili, non poteſt violentus contra aliquem de iure canonico præſcribere contra malam fidẽ, vt in regula, poſſeſſor malæ fidei.

Præſcriptio contra ciuitatem vel rempublicam in

rebus

rebus corporatis in patrimonium fiſci, perficitur ſpacio 40.anno. vt C. de præſcr. 30. anno. l. omnes. fallit in rebus acquiſitis ciuitati per hæreditatem vel legatum, vel donationem, vel emptionem, in quibus requiritur ſpacium 100.annorum.C.de ſacroſan.eccle.l.fi.In rebus corporatis dic aut ſunt delata in fiſcum propter vectigal non ſolutum, & ſufficit quinquennium. l. 2. C. de vectiga. & commiſ. aut ſunt delata propter aliam cauſam, & tunc ſi ſunt nunciata fiſco, ſufficit quadriennium.in l.inter quatuor. C. de diuer. & tempo. præſcript. ſi non ſunt denunciata, tunc aut poſsidentur in titulo, & ſufficiunt 10.an.inter præſentes, & 20. inter abſentes. l.quamuis.eo.tit.aut poſsidentur ſine titulo, & tunc requiruntur 20.l. omnes. eo. tit. & prædicta omnia not. Bart.in d. l.omnibus. In rebus autem caſtrorum vel villarum præſcribitur ſicut in rebus aliorum priuatorũ: vt no.per gl.& Bart.in l.ſi finita.§.fi.ff.de vectig.& Com. ſed Bart.poſtea dicit contrariũ in l.fi.C. de ſacroſan. eccle.& hoc tenet ibi Bal.& pro hoc facit quod no. Ant. in c.fi.de iud.verſi.vlt.oppo.dicit etiam Bal.in d.l.fi. quòd licet in caſibus eiuſdem l. non præſcribať per relinquentem, donantem, vel vendentem, ſiue eius hęredem vniuerſalem minori ſpacio centũ annorum: tamen per aliũ ſingularem ſucceſſorem præſcriberetur ſaltem ſpacio 40.an.per dictã l.omnes. vel etiã ſpacio 10. vel 20. an. per l.fi.de præſcrip.long.tempo.ſecundum Guil.quod dicit eſſe notabile.contrariũ dicit Bal.in d.l.fi.C.de ſacroſan. eccle.dicens in caſibus illius l.idem eſſe in ſingulari ſucceſſore, quod in vniuerſali. Sed aduerte ad id ꝙ dixi nõ præſcribi minori ſpacio quã 40. an. contra res fiſco ſiue reipubli.incorporatas.Azo in contrarium tenet, dicens ſufficere ſpacium 20.anno. per d. l. in omnibus. nec ob. d.l.omnes.quia illa non dicit ꝙ 40. an. requirantur, ſed dicit quòd vltra non durat, & ita etiam intelligit glo. in d.l.fi.C.de ſacroſan.eccle.alioquin ſi d.l.omnes, intelligeretur, quòd in præſcribendo contra rem publicã requireretur ſpaciũ 40. an. ſic etiam oportet eandem legẽ intelligi de præſcrip.contra ius priuatũ, quòd non perficeretur minori ſpacio 40.annorum, quia illa l. pariter loquitur contra ius priuatum, & contra ius publicum, & ita concludit fons legum in ſumma de præſcrip. 30. anno.

anno.in fi. Arch.diſtinguit inter res fiſco, ſcilicet quæſitas & res delatas,& acquirendas.15.q.3.iubemus.

Præſcribi non poteſt exceptio non ſoluendi decimas: vt in tit.de deci.dudum.ſic nec etiam ius percipiẽdi decimas,niſi cum titulo:vt no.eo.tit.c. penul. per gl. quod intellige,niſi eſſet præſcriptio tanti temporis, cuius contrarij memoria non exiſtit. per c.1. de præſcrip. lib.6.vide omnino ſuprà præſcriptio de iure canonico. & ſub verbo,decimas.§.decimas, & ius decimandi.

Præſcriptione an quæratur Domin.ũ,& quale,vide ſub ver.dominium.§.dominiũ dictum. & per Do. Dyn. de præſcrip.ſi diligenti.§. quidam procedit. infrà per vnam colum.

Præſcriptio an extendatur de vna re & perſona ad aliam,vel de vno iure ad aliud, vide Inno. Ioan. And. & Anto.in c.fi.de offi. ordi. & de cau. poſ. & proprie. cap. dilectus.

Præſcribere non poteſt prælatus ſeruilia grauamina,quæ exigit à ſubditis:quia præſumitur potius timore quàm ex debito præſtitiſſe:vt not.Ioan. And.in c.1.de præſcrip. lib. 6. in nouella.

Præſcriptio an concurrat circa idem cum priuilegio,vel conſuetudine,vide ſub ver. priuilegium. §. priuilegium & præſcriptio.

ADDITIO.

Præſcriptio quid ſit, & quæ differẽtia ſit inter præſcriptionem & vſucapionem: & an per eam acquiratur directum vel vtile Dominium,vide plenè per Do.Abba. ſuper Rubri. de præſcrip.

Præſcriptione tanti temporis,cuius in contrarium memoria non exiſtit,non acquiritur ius merè perſonale, ſiue obligatio merè perſonalis ad annuam præſtationem fiendam, ſed benè acquiritur ex vſu & conſuetudine præſtationis eiuſdem temporis. Aduertat ergò libellans,vt non deducat tempus ad præſtationem, tanquã immediatam cauſam productiuã obligationis: ſed tanquam pductiuam cuiuſdam vſus & conſuetudinis: ex qua conſuetudine ius & obligatio prædicta creatur, & con-

& concludit illud ius conſuetudine debitum: aliàs ſuccumberet, & ita conſuetudo tanti temporis eſt illa, quæ dicitur habere vim conſtituti priuilegij. Et hæc ſunt vera, ſiue ius commune reſiſtat, ſiue non, & ſiue duntaxat ſint cõceſſa priuilegio ſiue non. prædicta intellige, quando volens acquirere eſt capax fortè abſq; diſpenſatione apoſtolicæ ſedis nihil acquireret de vſu vel conſuetudine prędicta. conſuetudo autem eſt vſus præſtationis minoris temporis, inquantum agitur ex tali conſuetudine produci naturalem & ciuilem obligationem, hic nihil producit, quia tempus non eſt modus inducendi talem obligationem. vbi autem agitur induci ſola naturalis, iam orta ciuili, tunc ex vnica præſtatione naturalis inducitur, quia ex ſolo conſenſu oritur. Vbi verò agitur induci ſola ciuilis, iam orta naturali, tunc ciuilis inducitur: ſi autem deficit fauore pręſtantis, vnica pręſtatione inducitur, ſi autem deficit propter iuris non aſsiſtentiam, non tamen fundatam ſub fauore præſtantis, tunc regulariter ex præſtatione ciuilis non inducitur: vt in l. ſi certis annis. fallit in legato alimentorum, vbi ex præſtatione trienńali ciuilis inducitur. Idem in legato ad pias cauſas. no. Anto. de cenſi. c. peruenit. 5. 6. & 7. colum.

Præſcriptio iuris incorporalis, & merè realis, ſicut eſt ſeruitus, quæ debetur à re rei, ſi habet cauſam continuatam, perficitur per ſpacium 10. vel 20. annorum de iure ciuili. ſed de iure canonico requiruntur 40. ſi autem habet cauſam diſcontinuam, exigitur tempus tantum, cuius initij non ſit memoria, licet in hoc Barto. contrà. Et illa dicitur habere continuam, in cuius vſu factum hominis non requiritur. illa dicitur habere diſcontinuam, in cuius vſu factum requiritur, vt eſt ſeruitus. ideò ſecundum Bar. ſi eſt ſeruitus aquæ ducendæ, poteſt habere cauſam continuam & diſcontinuam, ſi ex ſe currat diſcontinuam, ſi eſt in trahendo aquam, exigitur factum hominis. not. Anto. de cenſi. peruenit. 11. vel 14. col. Et aduerte quòd præſcriptio ſeruitutis habẽtis cauſam continuã procedit ex naturali & ciuili, quaſi poſſeſsione. præſcriptio autem habens diſcontinuam cauſam, procedit ex ſola ciuili, ſecundum Dy. & Bart. ſed ſecundum Anto. non procedit ex aliqua quaſi poſſeſsio-

feſsione, cùm nulla ſit continua, & præſcriptio requirit continuam poſſeſsionem, vel quaſi: ideò in tali ſeruitute diſcontinua non datur vtile interdictum vti poſsidetis, ſicut datur in ſeruitutibus continuam cauſam habentibus: ſed dantur ſpecialia interdicta fundata ſuper ſolo vſu, per quem defenditur, quid in ſtatu & vſu, in quo eſt, & ille vſus cauſat conſuetudinem quandam, & ex conſuetudine quæritur ius, ita quòd propriè loquendo talis ſeruitus dicitur quæſita ex conſuetudine præſcripta, non ex præſcriptione ſimpliciter. not. Ant. in d. c. peruenit. 3. charta. ver. nunc videndum. Ad conſuetudinem enim inducendam non requiritur continua poſſeſsio, ſed ſufficit quidam vſus etiam interpellatus, & ibi not. licet autem ſeruitus habens cauſam diſcontinuam, non præſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij, &c. tamen ad præſcribendum titulum, ſufficit poſſeſsio ſiue vſus longi temporis: vt ſentit Anto. in d. cap. peruenit. 11. char. ver. venio ad ſecundum principale: nec de hoc mireris, quia ipſe vult, quòd maius tempus requiratur ad præſcribendum, quàm ad pręſumendum: vt ipſe not. 10. char. verſi. circa tempus dubium facit.

Præſcriptio iuris incorporalis merè realis, ſcilicet ſeruitutis debitæ à re rei, non requirit titulum de iure canonico nec ciuili: in alijs autem iuribus & ſeruitutibus de iure canonico non requiritur titulus, vbi præſcribenti nõ obuiat ius commune: ſi obuiet, requiritur titulus vel poſſeſsio tanti temporis, cuius initium memoria non exiſtit, quæ loco tituli non habetur. not. Anto. de cenſi. peruenit. 8. colum. verſi. circa ſecundum. Et quod dicitur titulum requiri, vbi præſcribenti obuiat ius commune, intellige quando obuiat ei, & præſumitur pro aduerſario, ſecus ſi obuiaret præſcribenti, non tamen fundaret intentum aduerſarij præſumendo pro eo, quia tunc præſcribens non habet neceſſe titulum probare: vt not. Ioan. And. de præſcrip. c. 1. lib. 6. in glo. mag. ad fi. requirit tamen bonam fidem, ſi perficitur ſpacio 10. vel 20. anno. ſed ſi perficitur maiori tempore, non requiritur bona fides de iure ciuili, & de iure canonico ſecus. not. Anto. 14. colum. ver. circa quartum. Item requiritur ſcientia & patientia Domini,

mini, contra quem volo ſeruitutem acquirere & creare, & ſi volo acquirere ſeruitutem illam iam alteri quæſitam, requiritur ſcientia & patientia, cuius eſt ſeruitus, vel ſi volo acquirere ſeruitutem iam de facto creatam, per bonę fidei poſſeſſorem, quem puto Dominum, ſufficit illa ſcientia illius Domini putatiui, nec requiritur ſcientia veri Domini, quo tamen caſu requiritur quòd præſcribens, qui illa ſeruitute vtitur, credatur pro ſuo iure vti, & ſic non clam, vi, vel precario, ſed cogitatione illius Domini poſsideat: vt not. in d. c. peruenit. 40. col. & dicta bona fides non præſumitur, ſed etiã aliter probare oportet, quòd niſi poſſeſſor ſit tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, vel niſi ſaltem longo tempore etiam, ſi poſſeſſor contra ius poſſederit, quibus caſibus de iure canonico bona fides præſumitur, ſi allegatur, & quòd ſit longum tempus arbitrio iudicis relinquitur: probatur tamen dicta bona fides per iuramentum partis: quia in credulitate & conſcientia conſiſtit. Item probatur per famam, ſi fama erat ſeruitutem deberi, vel ſi actor ſuus, vel alius fide dignus dixit ei ſeruitutem debitam, vel ſi erant ibi aliqua veſtigia viæ vel itineris, vel alia aliqua veriſimilia, ex quibus poterit moueri ad ſeruitutem credendam: vt not. in dicto c. peruenit. tertia char. ver. circa quartũ.

ADDITIO.

Præſcriptio temporalis inducta ex Teſtamento, currit contra minorem: vt l. 3. ff. de mino. not. Barto. in l. Aemilius. ff. de mino. in præſcriptione conuentionali inita cum defuncto, cum quo incepit præſcriptio, non currit contra minorem, & eius ſucceſſorem: vt in d. l. Aemilius. Abba. in c. conſtitutus, de in integ. reſti.

Præſcriptio eorum quæ priuilegio duntaxat conceſsibilia ſunt, non perficitur, niſi ſpacio tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit. not. Anto. de cenſi. peruenit. 15. col. & 6. char. quinimò nec ex tanto tempore perficitur vt præſcriptio tantùm, ſed vt conſuetudo præſcripta ſit: vt not. in d. cap. peruenit. 6. char. in 3. colum.

Præ-

Præſcribi non dicitur ius eligendi, quantumcunq; tempore quis eligat, quia habet diſcontinuam cauſam, ſed potius loquendo dicitur propriè acquiri ex quodam vſu & conſuetudine præſcripta, in qua ſufficit vſus interpellatus. In præſcriptione autem requiritur poſſeſsio, vel quaſi continua, ſecundum Hoſti. & Dominum Ant. de cenſi. peruenit. decima tertia colum. de hoc vide plenius infrà §. præſcribi an poſsit ius eligendi.

Præſcriptio iuris incorporalis mixti, quod debetur à re perſonæ, ſicut eſt ſeruitus, vſus & vſufructus, præſcribitur ſpacio 10. vel 20. annorum de iure ciuili, de iure canonico exiguntur 40. & eſt propriè præſcriptio non conſuetudo, quia cùm tale ius debeatur perſonæ, acquirit naturalem & ciuilem poſſeſsionem, & licet habeat cauſam diſcontinuam: tamen poſſeſsionem ciuilem, & vſufructuarius quæ ſolo animo retinet, & ex illa procedit præſcriptio. In hac præſcriptione exigitur ſcientia & patientia eius, contra quem præſcribitur, quod eſt verum in vſu vel in vſufructu formando, ſed in formato per illum, qui putatur Dominus, ſufficit ſcientia & patientia illius Domini putatiui. Item exigitur bona fides in præſcriptione 10. vel 20. annorum, de iure ciuili non requiritur bona fides: de iure canonico ſic: quæ bona fides præſumitur ex titulo, vel præſumitur etiam ex antiquitate poſſeſsionis tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, & ex poſſeſsione 40. annorum, vbi ius commune non reſiſtit, ſed ſuprà §. præſcriptio iuris incorporalis merè realis, ſcilicet ſeruitutis, dixi idem etiam eſſe, vbi ius reſiſtit. Item exigitur titulus in præſcribenda ſeruitute vſusfructus: quia eſt pars Dominij, & ſic grauis præiudicij. Sed in vſu vel in alio iure eſt leuis præiudicij, & non requiritur titulus, ſi eſt grauis ſic: de iure ciuili, ſed iure canonico in alijs iuribus ab vſufructu, ſi poſsidenti non obſtat ius commune, non requiritur titulus, ſaluo caſu, quem no. in §. proxi. ſi obuiat eo modo, quo dicitur ſuprà §. præſcriptio iuris incorporalis, merè realis, videlicet ſeruitutis, tunc ſi ex ſolo pati, ex quo datur quaſi poſſeſsio, iuſtificatur quaſi poſ-

ſeſsio, non requiritur titulus in his, quæ ſunt grauis præiudicij. Si autem non iuſtificatur poſſeſsio ex ſolo pati, tunc exigitur titulus vel poſſeſsio tanti temporis, cuius initij non ſit memoria, & illa antiqua poſſeſsio facit præſumi iſtam poſſeſsionem, & ſupplet defectum tituli: vt not. Ant. de cenſi. peruenit. 5. char. ver. venio ad tertium principale. vide omninò infrà §. proxi.

Præſcribi an poſsit obligatio & præſtatio annui cenſus, & quanto tempore? dic quòd ſi prætenditur cenſus deberi ab eccleſia perſonæ prælati, ita quòd magis reſpiciat perſonam prælati, quàm eccleſiam, præſcribitur ſicut ius merè perſonale ſpacio tanti temporis, cuius initij non eſt memoria, &c. vel ſaltem præſcribitur tanquam ius mixtum, debitum ab eccleſia, & ſic à re perſonæ, & tunc ſufficit ſpacium 10. vel 20. anno. de iure ciuili, ſed de iure canonico exigitur 40. Vbi autem prætenditur, cenſus deberi dignitati: tunc quia perſona reputatur in dignitate, cenſetur ius mixtum, in quo de iure canonico requiritur tempus 40. annorum, requiritur etiam titulus, dato quod ius commune non reſiſteret: quia agitur de quærẽdo iure, ex quo ſurgit tranſlatio Dominij ſeu pecuniæ, vel rei, in qua cenſus præſtatur, niſi cenſus eſſet leuis, & vnius denarij, vel alterius modicæ rei, quo caſu titulus non requiritur: vel niſi eſſet pręſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, quia & tunc non requiritur titulus. no. Anto. de cenſi. peruenit. 5. char. ver. ex prędictis plura inferuntur, eo tempore, quo caſu dixi pręſtationem annui cenſus pręſcribi, eodem tempore dico titulum cenſus pręſumi, ſi titulus allegetur, & tunc tempus poteſt deduci, vt cauſa ius producens, & vt cauſa ius probans: vt not. in d. c. peruenit. 12. char. verſi. quid in cenſu. Sed aduerte, quia plus ibi dicitur, quod ad pręſumendum titulum annui cenſus ſufficit tempus decennij, ſi allegatur caſus expreſſus, à iure conceſſus: nec mireris, quia ipſe tenet, quia licet de iure canonico regulariter exigantur 40. anni ad præſcribendum, tamen ſufficit decennium ad titulum pręſumendum, quando poſſeſſori ius nõ repugnat: vt no. in d. c. peruenit. 5. char. ver. circa tempus dubium facit. qualiter aũt in his libellus debeat formari, vide ſub verbo, libellus. §. libellus ꝓcedit.

ADDI-

ADDITIO.

Præſcribere licet non poſsit colonus, quia non poteſt mutare ſibi cauſam poſſeſsionis: vt l. nemo. C. de acqui. poſ. ſi tamen colonus alteri bona fide recipienti vendidit, & tradidit rem, talis emptor preſcribit Spec. tit. de preſ. §. 1. ver. pone colonus. & Bar. in l. cùm ſolus. ff. de vſuca.

Preſcribi an poſsit ius decimarum, & quanto tempore, dic quòd ſi vnus parochianus intendit acquirere ius decimarum in perſonam ſuam in preiudicium alterius parochiani, & tunc ſolo tempore non acquiritur, quia nullum tempus eſt cauſa obligationis perſonalis, & hoc inquantum agitur ad decimas perſonales. Idem ſi agitur ad reales, quia cùm agitur de habendo Dominio rei, in qua præſtatur decima, cenſetur res magni preiudicij: ideò ſolum tempus non ſufficit, ſed cum tempore 40. annorum requiritur etiam titulus, niſi decima eſſet leuiſsima, quo caſu propter leue preiudicium non requiritur titulus, vel niſi eſſet preſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, quia illa ſupplet defectum tituli. Si autem intenditur queri ius decimarum ad preiudicium eccleſie, cui debentur, tunc ſi contenditur de decimis conſiſtentibus in tertia parochia preſcribentis, nec etiam cõtra quam preſcribitur, quia fortè illi eccleſie, contra quam preſcribitur, ſunt debite ex priuilegio vel preſcriptione, tunc preſcribuntur ſpacio 40. annorum, etiam ſine titulo, dummodò adſit bona fides, quia licet preſcribenti reſiſtat ius commune: tamen non fundat intentum eius, contra quem preſcribitur. Et ſi dicis eſt grauis preiudicij, eò quod agitur de acquiſitione Dominij. Reſpondeo quòd non eſt grauis preiudicij, perdere illud, quod ſolo priuilegio, & non de iure communi tenetur: ſi autem preſcribens intendit acquirere decimas in parochia Rectoris, cui deberentur de iure communi ad preiudicium ipſius Rectoris, & eccleſie ſue & preſcribenti reſiſtit ius commune, tunc requiritur titulus, niſi eſſet preſcriptio tanti temporis, cuius initij non ſit memoria. not. An. de cenſi. peruenit. 5. char. ver. ex hoc apparet, quòd de iure decimarum: quod

autem dictum eſt in præſcriptione decimæ leuiſsimæ non requirit titulum.not.Anto.in d.c.peruenit.7.char. ver. ex his apparet, quòd inquirendo de iure eligendi, & ſicut ad præiudicium rectoris & eccleſię, cui debentur, de iure communi non pręſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij nec ex poſſeſsione pręſumitur titulus, niſi ſit tanti temporis, &c. vt not. in d. c. peruenit. 7. char. ver. ex his apparet diſcurrendo.

ADDITIO.

Pręſcriptio non habet locum in re feudali: ſecus in rebus allodialibus: vt not. Iacobinus de Sanct. Geor. in repet. rub. ff. de rei ven. in 5. col. ver. ſed pone quidam. Et an pręſcriptio currat contra eccleſię feudatarium minori ſpacio 40. annorum: & an talis pręſcriptio decurſa contra vaſallum ipſi eccleſię noceat, adeò quòd eccleſia cogatur habere pręſcriptionem in vaſallum, vide pulchrè per Alex. in conſi. 312. incip. viſo themate. in 2. volu. H. F.

Pręſcribi an poſsit iuriſdictio in alterius pręiudicium: dic per omnia idem quòd ſuprà §. proxi. dixi in decimis, quia hoc eſt ius in rem debitam perſonę, & ſic habet continuationem poſſeſsionis animo: licet in facto non ſit continuum, quia factum hominis in exercendo iuriſdictionem exigitur. not. Anto. de cenſi. peruenit. 7. char. ver. ex his apparet quod de iuriſdictione.

Pręſcribi autem an poſsit merum imperium? Bar. dicit, quòd non abſq; patientia Imperatoris, ſine qua nō poteſt dari poſſeſsio: tu dic, quòd ſi ſumitur Imperium pro his, quę ſunt reſeruata in priuilegium principis in ſignum vniuerſalis Dominij, & poteſtatis, quę ſoli conueniunt Imperatori, vel ordini Papali: talia non ſunt quęſibilia. Quędam ſunt Imperij, quia reſeruata principi communiter ad alium, tamen tranſmiſsibilia, & talia ſunt per inferiores conſuetudine quęſibilia. Si tamen hoc concurrat, & habeat cauſam à principe, alias non, ex quo ſunt reſeruata, ſed ſumitur Imperium magis latè, pro his quę exercentur nobili officio Iudicis principaliter ad publicā vtilitatem, tunc aduerte, quod quędam ſunt ordini omninò annexa, & talia non ſunt con-

conſuetudine quęſibilia,ſi non ſunt annexa, tunc quęruntur tempore,quantum autem tempus, & quid exigitur: dic quòd ſi agitur de iam quęſito Imperio extendendo,ſufficit commune tempus,ſ.40. annorum ſecundum canones,& 10. vel 20. ſecundum leges, ſi agitur de Imperio originaliter quęrendo, vel etiam extendendo in perſonam,cui de iure communi non competit, tunc ſi habet titulum, acquiritur communi tempore, ſed ſi non habet titulum, ſed patientiam principis, de qua conſtat,quęri non poteſt, niſi vſu & conſuetudine tanti temporis,cuius initij non exiſtit memoria, licet ex illo pati iuſtificetur poſſeſsio, & hoc ſpeciale habet id, quod eſt ſolo priuilegio principis conceſsibile, ſi autem non habeat patientiam principis, & hoc conſtat, cum conſuetudine non poteſt Imperium quęri, & ſic loquitur Bar. vbi autem de patientia principis dubitatur, tunc Imperium quęri poteſt vſu & conſuetudine tanti temporis, &c. & tam longus vſus pręſumitur iuſtus,ex quo non conſtat de oppoſito. an autem ſufficeret patientia regis vel Baronis habentis merum imperium, contra quem quis vellet pręſcribere: Bar. tangit & non ſoluit: dic quòd non, quia ab eo non pendet ius quod non habet à ſe abdicare, & in alium transferre, ideò ſola eius patientia non iuſtificaret poſſeſsionem. not. Ant. de cenſi. peruênit. 6. char. ver. ex his infertur. quid de his,quę ſunt meri Imperij. de foro competenti, cùm contingat. ver. quęro niſi conſuetudo. vide ſuprà §. pręſcribi poteſt iuriſdictio.

ADDITIO.

Pręſcriptio in quibus non currit, & an in illis caſibus non currat ipſo iure, vel requiratur in integrum reſtitutio,vide pleniſsimè per Abba. in c. ex tranſmiſſa de pręſcri. per totum.

Pręſcribi an poſsit ius exigendi pedagium ſine vectigal,dic q. ſi agitur de pręſcribendo vectigali iam formato,quęritur cõmuni tempore,etiam abſq; titulo habita patientia inferioris,cõtra quem pſcribitur, quia ex eius patientia iuſtificatur poſſeſsio, & agitur de leui

prꝗiudicio, quia leuis prꝗiudicij eſt, perdere competentia de iure ſpeciali tantùm : ſi agitur de vectigali quꝗrendo & creando de nouo, tunc ſi habet titulum à principe, ſufficit commune tempus, ſi verò non habet titulum, tunc ſi non conſtat de patientia principis, non poteſt quꝗri tempore & conſuetudine, quia talis vſus clandeſtinus eſt : ſi non conſtat de eius patientia, tunc quꝗritur continuatione tanti temporis, cuius initij memoria non extat. & ſi dicas, quòd hoc non conſtat de pari, hic non habet paſsionem. Et ſic non poteſt quꝗrere, dic quòd illud procederet, quando fundaret acquiſitionem ex prꝗſcriptione, ſed ſi fundat ex vſu, non exigitur illa patientia, & quia ex illo vſu tam longo inducitur conſuetudo, quæ loco conſtituti iuris eſt : vt not. Anto. de cenſi. peruenit. 5. char. ver. per hoc apparet, quod de pedagio, & eo caſu quo diximus ius pedagij quꝗri tempore, dic quod in eodem tempore prꝗſumitur tempus ipſius iuris, ſi allegetur, & ſic illud tempus poteſt deduci vt cauſa procedens, & vt cauſa probans. & vt not. in d. c. peruenit. 5. charta. ver. ex his apparet quid dicendum. vide ſub ver. conſuetudo. §. conſuetudo exigendi vectigalia.

Prꝗſcriptio exigendi pedagium de aliquibus rebus exigi conſuetum, non concludit, quòd de alijs rebus poſsit aliquod pedagium exigi. not. Barto. in l. ſi publicanus. in ſi. de publica.

Prꝗſcriptio iurium incorporalium in his, quꝗ ſunt grauis prꝗiudicij, non procedit cõmuni tempore abſq; titulo, ſiue reſiſtat ius commune, ſiue non. In his autem quꝗ ſunt leuis prꝗiudicij, procedit prꝗſcriptio cõmuni tempore abſq; titulo, dumtamẽ detur hoc, quòd poſſeſsio ſit iuſta, & iuſtificetur contra prꝗſumptionem aut reſiſtentiam iuris, quia illa eſt cauſa quare exigitur titulus, & dicitur poſſeſsio iuſtificari ex patientia eius, contra quem prꝗſcribitur, quando patientia eſt in tali iure, quod pati operetur, quia ius transferre pendet à poteſtate patientis. Quꝗdam enim ſunt, in quibus ius comune prꝗſumitur contra poſsidentẽ, & poſſeſsionẽ omni reſpectu iuſtificat de iure cõi, ita ꝙ illã nõ permittit, niſi aliquo iure ſpeciali nõ pendente poteſtate eius, contra

contra quem præſcribitur, ſicut eſt poſsidere decimas in parochia aliena,& in his non pręſcribitur omni tem pore abſq; ſpeciali titulo. Quædam ſunt in quibus ius reſiſtit,& poſſeſsionem iuſtificat:ſed aliquo caſu etiam de iure communi permittit,vt in cēſu:& tunc ſi probetur caſus ille,& procedit pręſcriptio etiam de iure com muni tempore abſq; titulo, quia iuſta eſt poſſeſsio, & ſi detur ille caſus,exigitur expreſſus titulus, quia nō pen det iuſtificatio a nuda patientia eius,contra quem pręſcribitur, tunc alius titulus nō exigitur. Quædam ſunt in quibus ius poſſeſſori nō reſiſtit cauſa data,nec etiam iuſtificat,ſed ſolùm ius non præſumitur, vt in ſeruitutibus,in quibus præſumitur res libera,& titulus ſeruitutis non pręſumitur: ſi tamen poſſeſsio detur ſeruitu tis,ius non reſiſtit, nec alter poſſeſsionem iuſtificat, & in his procedit pręſcriptio communi tempore abſque titulo. Quædam ſunt in quibus ius commuue poſsiden ti reſiſtit,& iuſtificat poſſeſsionem ſimpliciter,vel contra illam præſumitur, ſi tamen detur patientia eius contra quem ex ſola patientia poſſeſsio iuſtificatur, vt quòd aliquis interſit electioni cum canonicis habentibus ius eligendi de iure,& in talibus præſumitur communi tempore abſq; titulo, quia hoc eſt leuis præiudicij,& illud pati non præiudicat eccleſiæ: ſed ſolis canonicis, quia reperitur à iure permiſſa hæc participatio iuris eligendi. Ideò autem ſufficit commune tempus ad pręſcribendum in caſibus pręditis,quia licet habeat cauſam diſcontinuam reſpectu exercitij actus natu ralis, tamen quia ius pretenditur debitum à re perſonæ,ciuilis poſſeſsio continuabitur animo perſonæ illam acquirere, & conſequenter ex illa continua ciuili procedit præſcriptio communi tempore,quòd non eſſet ſi ius deberetur à re:quia cùm ibi non debeatur perſonæ,non poteſt reſpectu animi ſui poſſeſsio dici continua. Idem ſi actus naturalis eſt ibi interuallatus, requiritur ad pręſcriptionem tantùm tempus,cuius initij memoria non exiſtit: vt not. Ant. de cenſi. peruenit. 7. charta. ver. ex his apparet quòd inquirendo iuris eligendi.

ADDITIO.

Præſcriptio quæ, qualis, & quanta poteſt contra

Romanam eccleſiam, vel contra Papam cauſari. Et qualiter probatur præſcriptio centum annorum, vel cuius memoria non exiſtit. Et an poſsit præſcribi contra principem, id quod eſt reſeruatum in ſignum ſubiectionis, vide notabiliter per Abba. in c. cum nobis. de præſcript. per totum.

Pręſcribi an poſsit ius eligendi, & quantum tempus, & quid exigatur ad pręſcribendum: dic, quòd ſi agatur quæri ratione perſonæ, nõ eſt quæſibile ſecundum Innoc. Si ratione dignitatis: dic, aut agit quis quærere totum ius eligendi abdicando illud à corpore habentis poteſtatem à iure eligendi, & non poteſt abſq; titulo præſcribi communi tempore, etiam ſi deficiente titulo requiritur tantum tempus, cuius initij, &c. quia hoc non eſt leuis præiudicij in totum abſorbere ius competens de iure communi, & quia in totum transferre non pendet à poteſtate eorum, quibus competebat, & quia notorium reſiſtens abſorbet omnem iuſticiam poſſeſſionis, quæ non eſt tanti temporis, cuius initij non ſit memoria, &c. Si autem agitur quæri ius eligẽdi de alio iure ſpeciali vel conſuetudine quæſitum, poteſt pręſcribi etiam communi tempore abſq; titulo, quia de toto non reſiſtit ius, & quia non reputatur grauis præiudicij abdicare quod competat de iure ſpeciali: ſi agitur quæri ſolùm ius intereſſendi electioni cum alijs, quibus competit, procedit præſcriptio communi tempore abſq; titulo, quia ex ſolo illo pati canonicorum poſſeſsio iuſtificatur, cùm ab eorum poteſtate pendeat ius eligendi participare, quod eſt leuis præiudicij. Et quia per illud pati non eccleſiæ, ſed canonicis duntaxat pręiudicatur: vt not. Ant. de cenſi. peruenit. 7. char. ver. ex his apparet, quia in quærendo ius eligendi tunc etiam præſumitur titulus, ſi allegetur: vt not. in char. 7. ver. ex hoc apparet, quòd iure eligendi, ſed poſtea quaſi ad fi. dicti ver. dicere videtur, quòd licet hoc ius in totum transferre, vel etiam participare perpetuò ad præiudicium ſucceſſoris vel dignitatis non dependet à poteſtate canonicorum, tamen eorum pati ſufficit ad poſſeſſionem temporalem iuſtificãdam, & ex illa poſtea creatur ius perpetuum, ſed dicit quòd nõ contradicit, quia illud quod ibi ad finem dicitur, intelligitur perpetuò

de iure

de iure & præiudicio participationis, non tranſlationis totalis iuris, quia participatio eſt modici præiudicij, etiam ſi in perſona ſucceſſoris vel dignitatis eccleſię, aut per illam participationem nullum fit præiudicium, quia non intereſſet eccleſiæ, quis eligat dummodò electio fiat in tempore de perſona idonea, ſed transferre ius in totum, & abdicare etiam à ſucceſſore vel dignitate, illud eſt grauis præiudicij.

Præſcriptio libertatis contra ſeruitutem alternis temporibus conſtitutam non perficitur niſi ſpacio 20. anno. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. ſi ſit conſtituta. quod eſt verum, quando alternatio eſt annorum vel menſium, vel ſeptimanarum, ſecus ſi eſt vnius diei vel horæ, quia tunc perficitur ſpacio 10. annorum, vt dicta l. ſi ſit conſtituta. & ſi eſt de quinquennio in quinquennium vna die, duntaxat de quinquennio, idem eſt ſi foret alternatis annis menſibus conſtituta. C. de ſerui. l. fin. in princ. Et ratio, quare tunc tempus duplicatur, eſt, quia propter interuallum temporis, in quo quis ſeruitute vti non poteſt, eius negligentia interrumpitur: Et cùm præſcriptio libertatis procedit ex negligentia non minus interuallum, quo quis vti non poteſt, dirimat ſeu interrũmpat negligentiam: ideò exigitur ſuppletio in tempore duplicato. ita dicit Ant. de cenſi. in c. peruenit. 7. char. ver. ex his apparet inquirendo iuris eligendi, ad fin. ver. quęro. quæ ratio non videtur bona, quia idem concludit, vbi eſt alternatio & interuallum dierum & horarum, & tamen ibi non duplicatur tempus. Ideò dic quòd ratio eſt, quam ponit glo. in d. l. ſi ſit, quia vbi eſt minor negligentia eius, contra quem præſcribitur, ideò maius tempus ad præſcribendum exigitur. Eſt tamen aduertendum, quod licet in præſcribenda ſeruitute, habente cauſam, diſcontinuam, requiritur tantum tempus, cuius initij non exiſtit memoria, tamen in præſcribenda libertate contra illam ſeruitutem, licet talis præſcriptio procedat ex negligentia diſcontinua, ſufficit tempus 10. vel 20. annorum: vt dicit Bald. in d. l. fin. C. de ſerui. ſed Anto. dicit, quòd negligentia non vtentis ſemper eſt continua: vt not. per eundem in d. c. peruenit. char. penult. ver. venio ad ſecundum quod in iuribus.

Prę́ſcribere non poteſt ordinarius iuriſdictionem in eccleſiam ſuæ diœceſi exemptam ita quòd Papę ſubiectam, niſi ſpacio centum annorum, quia minori tempore non prę́ſcribitur contra Papam: ſed ſi eſſet exempta ita quod ſubiecta inferiori Papę, puta Archiepiſcopo, tunc quia hoc eſt ius perſonale in re, poteſt præſcribi communi tempore abſq; titulo, & propter iuris con curſum prę́ſumeretur bona fides: nec obſtat quod habet cauſam diſcontinuam, quia eſt ius perſonæ debitũ, & ſicut perſona continuè poſsidet ciuiliter, ideò ſufficit commune tempus. not. Anto. de cenſi. peruenit. 7. char. ver. ex hoc infertur. ad q.

ADDITIO.

Prę́ſcribere nemo poteſt ſupremam poteſtatem Papę, vt non ſit illi ſubiectus. not. Inno. in c. bonę. 2. de poſtula. præla. quia talis eſſet acephalis, quod eſſe non debet. 93. diſtin. nulla ratione.

Prę́ſcribi an poſsit libertas contra actionem vel obligationem perſonalem, & quæ exigantur ad talem prę́ſcriptionem: dic, quòd ſi quę́ritur an ſolo tempore liberatio inducatur, & dic non, quia tempus nõ eſt modus tollendi nec inducendi obligationem: ſed ſi quę́ritur, an tollatur prę́ſcriptione cauſata ex tempore, & tunc ſi eſt debitum vnicę prę́ſtationis, tollitur actio ipſo iure, ſed non obligato, ſpacio 30. annorum: ſi autem debitum eſt omnium & multiplicis prę́ſtationis, tunc pro quolibet anno requiritur vna prę́ſcriptio 20. annorũ, ſiue ſit debitum ex contractu, ſiue ex vltima voluntate, quicquid dicant Bart. & alij: & hęc eſt communis opinio, niſi fortè eſſet prę́ſcriptum per cẽtum annos, quia tunc fortè ſecus, pro quibus hic annus eſſet ſublatus. Et ad libertatem præſcribendam requiritur bona fides de iure canonico ſaluo, quòd ſi actio eſt temporalis ex natura ſui, vt actio de dolo, finitur illo tempore, & ſi eſt perpetua, finitur ſpacio 30. anno. de iure ciuili, vel 40. anno. de iure canonico, in actionibus competentibus eccleſijs, nec tamen inſpicitur bona vel mala fides debitorum, quia tunc propriè non dicitur tolli præſcriptione, ſed ex natura ſibi ab initio data, & ſolo tempore

& vi-

& vita finitur. Ideò aduerte ad ſtatuta quæ poſt certum tempus excludunt creditores ab agendo, quomodo lo quantur, quia ſi pręſcriptionem inducunt, non poterit tolli actio abſq; bona fide debitoris. not. do. Anto. de cenſi. peruenit. 12. char. ver. venio ad tertium, quando tempus. & vide ſuprà §. pręſcriptio procedens ex ſola.

Præſcribi an poſsit libertas contra iura realia? dic, quòd ſi quæritur an ſolo tempore tollantur talia iura, & non tolluntur, quia tempus non eſt modus tollendi: ſed ſi quęritur an pręſcriptione cauſata ſiue non vſu, quia iura non vocant hanc pręſcriptionem, ſed non vſum. Et dic quòd ſic: quantùm autem tempus, & quæ exigantur: dic quòd aut agitur de pręſcribenda libertate ſeruitutis, antequam ſit cõſtituta, ſed erat permiſſa, & tunc quia hic non ordinatur ad tollendum ius reale, quod nondum eſt, ſed obligationem perſonalem ad conſtituendam ſeruitutem, tollitur tempore, quod requiritur ad pręſcriptionem perſonalem, de quo dixi ſuprà §. prox. Si agitur de tollenda ſeruitute iam conſtituta: & tunc ſi habet vſum tempore nõ interuallatum, perditur non per vſum 10. vel 20. anno. Item ſi habet tempus interuallatum, ſed paruum, vt dierum vel horarum: ſi autem habet interuallum menſium vel annorum, exigitur tempus duplicatum: vt ſi ibi interualla non ſufficiebant 10. anni, in hac exigentur 20. & hæc vera de iure ciuili, ſiue ſeruitus habeat cauſam continuam, ſiue diſcontinuam. Sed de iure canonico qualiſcunq; ſit ſeruitus ad prębendam libertatem exiguntur 40. an. titulus autem de iure ciuili non requiritur; ſed de iure canonico ſic: ſi præſcriptio eſt cõtra ius commune: ſimiliter de iure ciuili nõ requiritur bona fides, quando ſeruitus, contra quam præſcribitur, ex ſimplici non vſu perditur nec aliquod factum: vel quaſi poſſeſsio exigitur ex parte pręſcribentis libertatem, vt communiter contingit in ſeruitutibus ruſticorum, ſecus in ſeruitute, in cuius libertate quærenda exigitur factum hominis, vt in ſeruitute ſtillicidij, quia in illa requiritur bona fides, ſed de iure canonico tenetur, q; hæc ſit pręſcriptio, requiritur omni caſu bona fides, q; indubitanter procederet, vbi pręſcriptio eſt contra ius commune, non tamen exigitur patientia & ſcientia

eius;

eius, contra quem præſcribitur, quia nullo iure ciuili vel canonico hoc cauetur, ideò contra non vtentem, etiam ignorãtem ſibi competere ſeruitutem, currit pręſcriptio. Sed ei ſubuenitur per reſtitutionem ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa, &c. ſicut etiam ſubuenitur per reſtitutionem, quando quis non eſt vſus, quia non potuit: vt not. Ant. de cenſi. peruenit. penult. char. ver. venio ad ſecundum quid in iuribus. idem dicit Bartol. de reſtitutione aduerſus præſcriptionem, ratione ignorantiæ. in l. 1. §. quis autem. de iti. actuq; priua. licet aliter loquatur in l. genero. ff. de his qui notantur infam.

Pręſcribi an poſſit libertas contra iura mixta, quæ debẽtur à re perſonę, dic quòd talia iura ſolo tempore non tolluntur. Si quęritur an ex non vſu cum diligentia tollantur, dic quædam ſunt iura debita ab inferiore in ſignum vniuerſalis ſubiectionis: vt quia in hoc quis pręſtat obedientiam, vel quia viſitetur: & talia præſcribuntur. quædam quæ non debentur in ſignum ſuperioritatis, ſed altero iure accidentali, & talia ſunt tempore quæſibilia. Quanto autem tempore quærantur, & quæ exigantur. dic quod ſi agitur de præbenda libertate ſeruitutis vſusfructus, antequam ſit conſtituta, ſed erat promiſſa, & tunc idem quod dixi de perſonali: ſi agitur de pręſcribenda libertate iuris iam conſtituti: & tũc aut illo iure vti eſt in mea facultate quando voluero, quia conſtitutum ſic eſt, & tunc non vtendo, quia non volo, dicor vti, ideò non eſt pręſcriptibilis libertas, ſi non eſt in mea libera voluntate vti, vel non vti: quia ſic non eſt conſtitutum, & tunc de iure ciuili tollitur ex non vſu per decennium, ſi non habet vſum interuallatum: Si autem habet interuallum, tũc ſi interuallum adeſt ex forma iuris, & certum, ſicut in vſufructu anno alternis annis legato: & tunc quia interualla faciunt diuerſa iura, exigitur pro quolibet integra pręſcriptio, ſi autem ex forma conuẽtionis non eſt interuallatum ad aliquod determinatum tempus, vnicum tantùm ius eſt. Ideò exigitur tantùm vna pręſcriptio, vt patet in iure eligendi actiuè & paſſiuè. Et in iure præſentandi, & tunc tempus pręſcriptionis incipit à die quo imminet caſus electionis vel præſentationis

tionis faciendę,& ab illo tempore,ſi non vtitur illo iure vſq; ad decennium, de iure ciuili illud perdet,de iure canonico exiguntur 40. anni: an autem exigatur titulus, & bona fides: dic quod per omnia:vt ſuprà §. prox. dixi in ſeruitute reali: & hæc vera quādo agitur de perdendo iure competenti de iure communi: Si autem de perdendo iure ex priuilegio quæſito, & alia materia per ſe,de qua per Cy. in l. voluntariæ. C. de excu. & ita not Ant. de cenſi. c. peruenit. char. vlt. ver. venio ad tertium, quid in iuribus.

Prǫſcribi an poſsit liberatio ſiue libertas ex titulo inhabili ſiue inualido: dic quòd ſi illa liberatio poteſt aliter induci ſolo curſu temporis, tunc ſi adeſt titulus, inualidus præſcribitur per decurſum dimidietatis illius temporis,quod aliàs ſine titulo exigebatur ad præſcriptionem, & per illum curſum titulus inhabilis confirmatur, vt in filiofamiliàs, qui ſe liberat à patria poteſtate, & fuit legitimè mancipatus, & per decennium geſsit pro ſuo iure, vbi aliàs requirerentur 20. abſque emancipatione, ſi geſsiſſet pro emancipato: ſi verò ſolo curſu temporis non poteſt libertas induci, quia ius commune reſiſtit præſcribenti:& tunc ſi procedit titulus inhabilis ab eo qui poterat contra ius diſpenſare, confirmatur titulus, & præſcriptio procedit per ſequentem patientiam 40. annorum. Vbi autem titulus inhabilis procedit ab alio, tunc nullo tempore confirmatur, nec præſcribitur. notat Ant. de cenſi. peruenit. penult. col. & vide infrà §. prox.

Præſcriptio an poſsit perfici ex titulo inualido ſiue inhabili: dic quòd de iure canonico, quòd ſi titulus eſt inhabilis errore facti, & pro titulo reputatur, talis titulus proficit ad præſcriptionem, & confirmatur ex curſu, & ex poſſeſsione communis tēporis. Si eſt inhabilis errore iuris, tunc in prǫſcriptionib. in quibus exigitur ſola bona fides: vt in his quæ nō ſunt cōtra ius commune, talis titulus proficit ad prǫſcriptionē cōmuni tempore pficiendā, quia dat bonā fidē, ex qua cauſat̄ p̄ſcriptio, qa errās in iure eſt in bona fide: in prǫſcriptionib⁹ aūt, in quib⁹ titulus exigitur, nunq̄ titul⁹ inhabilis confirmat̄, nec ꝓcedit prǫſcriptio, quādo inhabilitas tituli eſt

eſt certa: vbi autem eſt dubia, tunc curſus temporis operari poteſt interpretando & confirmãdo titulum, dummodò ſit tantum tempus, quod conſuetudinem poſsit inducere no. Ant. de cenſi. peruenit. vlt. colum. & vide ſuprà §. prox.

ADDITIO.

Adde ad cognoſcendum quis titulus ſufficiat in prçſcriptione, vide clariſsimè per do. Fel. in c. de quarta. colum. 7. prope fin. in ver. ad cognoſcendum, cum pluribus ſeq. vbi ponit plures doctrinas multipliciter limitatas.

Præſcribere volenti non obſtat error iuris probabilis, & dicit probabilis, quando habet originem ab intricato dubio, de conſuetu. cùm dilectus. & not. Ant. de prçſcriptio. ſi diligenti. Item tolerabilis eſſet in milite quilibet error iuris. l. 1. & quod not. per Cynum & Bal. C. de iuris & fact. igno. Item probabilis & tolerabilis eſt etiam in non milite, quando ius expreſsè non reſiſtit, ſed ſimpliciter non aſsiſtit, quo caſu non impedit prçſcriptionem, nec cauſat malam fidem. Prçſcriptionem autem impediret, & malam fidem cauſaret, quando ius expreſsè reſiſteret & reprobaret. Et hoc caſu loquitur regula, qui contra iura. lib. 6. & l. quemadmodũ. C. de agri. & cenſi lib. 11. Ita not. Ant. in c. cura. de iurepatronatus. Item error iuris nunquam impedit præſcriptionem, quando in præſcribendo ſufficit ſola bona fides abſq; titulo, quòd eſt de iure canonico, quando prçſcriptio non eſt contra ius commune, ſecundum formam c. 1. de prçſcrip. lib. 6. tunc enim titulus, licet de iure inualidus, probat bonam fidem, quia errare in iure eſt eſſe in bona fide: vt not. Ant. in d. c. cura. & hoc firmat in d. c. peruenit, de cenſi. vlt. colum. Sed quid diceres in prçſcriptione contra ius commune, quæ eſt tanti temporis, cuius initij, &c. & in qua exigitur titulus: vt patet in d. c. prçſcrib. Nunquid error iuris in titulo impediat talem præſcriptionem, videtur ꝙ non, quia præſcriptio tanti temporis non ſolùm ſupplet defectum tituli, ſed etiam facit bonam fidem & poſſeſsionem iuſtam prçſumi: vt not. Anto. in d. c. peruenit. 4. char.

char.4 col. ver. ſed diceres. in contrarium facit, quia eo ipſo, quod allegat titulum inualidũ allegat malam fidem, ab initio ergo non procedit præſcriptio, iuxta not. per Ant. in d.c. ſi diligenti, in fin. & quia exigit bona fides ab initio vſq; ad finem continuata: vt not. in d. c. ver. ſed diceres. & hoc videretur verius non obſtante quod poſſeſsio cuius initij, &c. facit bonam fidem præſumi, quia illud verum in dubio, quando non conſtat de iuſticia tituli. Sit ergo cautus, qui tanti temporis poſſeſsiouem allegat, vt non allegat, nec oſtendat titulum ab initio iniuſtum, ſed ſimpliciter dicat ſe præſcripſiſſe, & ex iuſta cauſa: vt not. per Ant. in d.c. peruenit. 9.char. ver. circa tempus dubium facit.

34 †Præſcriptio an & quando procedat ex titulo præſumpto, vel ex bona fide præſumpta per tẽpus lapſum, iuncto vſu vel non vſu præſcribentis, vel eius, contra quem præſcribitur, vide ſub ver. præſumptio. §. præſumi an debeat ius incorporale. §. ſequen.

ADDITIO.

Præſcriptio an per pactum poſsit remitti, vide per Abb. ſuper Rubri. de præſcript.

Præſcribi an poſsit libertas ex titulo præſumpto per temporis lapſum vſu vel non vſu præſcribentis, vel eius, contra quem pręſcribitur: dic, quòd quandoq; deducitur tempus, & non vſus illius temporis, ex quo liberatio non prætenditur, conſiſtit in pati, & tunc ſi deducitur ad probandum liberationem, in lucro odioſo probatur liberatio: vnde ad probandum, quòd vſuras non debeam, ſed dicam quòd licet ſim debitor ſortis, tamen iam eſt decennium, quòd non ſolui vſuras, ex hoc præſumitur liberatio, vel verius non obligatio in vſuris. quid ergo ſi apparet de obligatione vſurarum, nunquid per lapſum decennij, quo vſuras non ſoluit, præſumetur liberatio ab vſuris, ſi ipſam allegat, nihil dicit ibi Anto. ſed ex his in fine quæ dicentur, videtur quòd liberatio præſumatur, licet in fine loquatur de vſu. Si autem agitur de liberatione lucri non odioſi, & tunc ſi liberatio eſt grauis præiudicij, ex lapſu decennij præſumitur liberatio allegata: Secus ſi liberatio eſt

grauis præiudicij, quando vſus ad liberationem inducendam ſonat in facto poſitiuo. Exemplum, canonici probant ſe ſolos elegiſſe 10. annis: & ex hoc volunt allegare, quòd alij extra collegium non debent intereſſe, & allegant renunciationem iuris, & tunc aut hæc libertas eſt contra ius, & non præſumitur titulus, nec liberatio, nec renunciatio: aut non eſt contra ius, & præſumitur, quandoque vſus libertatis eſt mixtus, partim in faciendo, & partim nõ faciendo, vt quia ſolui centum de feudo omni anno decem annis, & ſecundum veritatem debebam ducẽnta, volo deducere hoc tempus ad probandam cauſam, per quam non debebam, niſi centum, allegando cauſam renunciationis, vel ſubtractionis pro reſiduo, tunc lapſu decennij probaretur liberatio, niſi ius commune reſiſteret. not. Ant. de cenſi. peruenit. vlt. col. & ſub ver. priuilegium. §. priuilegium nõ perditur per non vſum.

Præſcribens alienam rem, licet poſt completam præſcriptionem ſuperueniat ſcientia rei alienæ, tamen nõ tenetur etiam de iure canonico rem præſcriptam reſtituere, quò ad forum contentioſum, ſed in foro conſcientiæ ſic: vt not. Ant. in c. vigilanti, de præſcrip.

Præſcribit poſsidens bona fide, licet titulo ſingulari cauſam habuerit à malæfidei poſſeſſore, quoniam ille contra quem præſcribitur, ſciuit rem in alium translatam: ſecus ſi ignorauit, quia tunc mala fides auctoris nocet ſingulari ſucceſſori, quod eſt verum in re mobili, ſed in re immobili procedit præſcriptio, etiam contra ignorantem rem translatam, & prædicta procedũt, quando præſcribens cauſam habet ab immediato bonæ fidei poſſeſſore, & tunc poſsidens præſcribit indiſtinctè: ſiue ſit res mobilis ſiue immobilis, & ſiue ille contra quem præſcribitur fuerat ſciens, ſiue ignorans, & hæc vera tàm de iure canonico, quàm ciuili. not. Ant. de præſcrip. ſi diligenti. 5. col. ver. quæro an mala fides. & vide ſuprà § præſcribi poteſt res.

Præſcribi an poſsit dos vel res dotalis conſtante matrimonio, vel eo ſoluto, vide text. & glo. C. de iure dotium. l. in rebus. & quod ibi not. per Cyn. & Bald. & quod no. Azo in ſumma. C. de iure dot. ver. & huic vtil. ad finem ſummæ.

Præſcriptio procedit ſine poſſeſsione, quando per præſcriptionem non acquiritur res, nec ius in re, ſed duntaxat allegatur præſcriptio ad ius alterius defendendum, vel defenſionem ad ius alterius acquirendũ: vt not. Cal. de præſcrip. cùm non liceat. & Ant. eod. tit. auditis. 6. col. verſi. oppono quòd non poſsit, &c.

* SINGVLARE.

Si iuramentum eſt appoſitum per debitorem, vel per obligantem in ipſa obligatione, tunc nunquam poteſt talis debitor opponere præſcriptionem, ita ſing. dixit Lud. Ro. in repet. l. 1. in 3. char. verſic. & adde duas no. cautelas. ff. de vſu. vbi dicit, quòd ad hoc vt impediatur præſcriptio, cautela eſt, quòd in fi. inſtrumenti apponatur iuramentum, quia tunc eſt ſublata præſcriptio: nam iuramentum perpetuat actionem, allegat tex. quem dicit ſingularem in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. ff. de iureiur. & adde do. Iaſon. in §. ſed aliquando. Inſti. de vſucap. in ſuis addit. ad Chriſtopho. Porcum, in 6. addit. quæ incipit, adde vnum notabile. H. F.

35 †Præſens in loco cenſetur qui ab eodem loco diſceſsit animo, tamen reuertendi & reuerſus. not. Ioan. And. de Mag. ſuper Spec. & Bart. de legat. 3. l. quæſitum, in princ. & ver. præſentiæ ſiue reſidentiæ, non ſic debet à iure intelligi, quòd & ſi quandoq; quis alibi ſe diuertat, tamen præſens eſſe, ſiue reſidere dicatur. not. Ioan. And. de cle. non reſi. ex parte. 2. & ſecundum varios tractatus quis dicatur præſens vel abſens. not. Io. And. de elect. vbi periculum. ſuper ver. præſens, in nouell. no. gloſſ. ff. de procurat. l. præſens. & ideò in materia c. fi. de verb. ſig. lib 6. dicitur quis continuè ſeruire, & præſens eſſe, licet quandoq; abſit: vt not. ibi Ioan. And. in gloſſ. penult. & ſuper ea, in nouella. & etiam Archi. ibidem. & vide optimum tex. qualiter hoc verbum continuè intelligendum ſit. ff. de li. ca. pe. aliàs ſit vt proponis. §. fina. Et vide omninò Bart. in l. interdum. §. quoties. de publica. & Lap. allegat. 17. & vide ſub verbo, abſens.

ADDITIO.

Præſentia alicuius vbicunq; requiritur ad aliquem actum gerendum in fauorem reipublicæ, vel ſecũdum formam mandati, non valet quod geritur in ipſius abſentia: ſecus ſi in fauorem priuatum. not. gloſſ. & Anto. & Abbas, in c. cauſam matrimonij, de offic. deleg. colum. 3.

* SINGVLARE.

Præſentia & interuentus amicorum facit ceſſare præſumptionem metus vel doli. l. tranſactionem. C. de tranſact. idem in decreto iudicis. l. 1. & ibi not. Bartol. C. de prædi. decur. lib. 10. limita quando perſona infert metum, veriſimiliter poteſt inferre etiam præſentibus amicis, ſecundum Angel. in conſilio 215. ſecundum ordinem meorum quod incipit, reperitur in quadam charta ad formam, &c. & fuit conſilium Collegij Peruſini, vt patet ibi ex ſubſcriptione, quod dictum exclamat Iacobinus de ſanct. Geor. in d. l. tranſactionem. & facit quia fortior præſumptio tollit minus fortem. l. diuus. ff. de in integ. re. H. F.

Præſentatio, vide ſub verbo, ius patronatus. & ver. col.

Præſertim, quandoq; exponitur pro Tantùm: vt in c. licet ex ſuſcepto, de foro comp. & quandoq; ponitur pro Maximè, ſuper quo vide quod not. Io. And. in addi. Spec. in titulo de teſt. §. 1. ver. ſed nunquam.

Præſidens an in dignitate dicatur, vide ſub verbo, dignitas, &c.

Præſtimonia an ſint beneficia eccleſiaſtica, vide ſub verb. beneficium.

36 †Præſumat. not. quòd quis dicit præſumere, quando facit auctoritate propria; quod non poteſt ſine alterius mandato. not. dom. Ant. de iud. decernimus, circa finem.

Præſumere quandoq; in malam partem, quandoq; in bonam partem ſonat, vide Archid. in c. ſtatutum. de reſcript. lib. 6. in verbo, præſumat.

Præſumptio cauſæ ſiue iuris aut tituli ſurgens ex diutino vſu, vel diutina præſumptiua præſumptione, de qua dictum eſt in verbo, duobus. §. ſequent. proxim.

an

an ſit præſumptio iuris, vel de iure tantùm: dic, quòd ſi tempus inducitur in cauſa quærens & producens ius, ſicut in perſonalibus tempus, cuius initij memoria, &c. & tunc, quia ibi materia ſe habet non declaratiuè nec probatiuè, ſed inductiuè eſt præſumptio iuris & de iure. Et conſequenter non admittitur probatio in contrarium. Idem in realibus, quando adſunt comites ad præſcriptionem, etiam intra tempus vſus operatur inductiuè, & tingit pedes, ideò non admittitur probatio in contrarium. idem in realibus habentibus cauſam diſcontinuam, quando allegatur vſus vel conſuetudo, vt cauſa producens tanto tempore, cuius, &c. licet ibi non ſunt comites præſcriptionis propter diſcõtinuitatem vſus. Vbi autem tempus deducitur in iudicio, vt cauſam declarans, tunc admittitur probatio in contrarium, quia materia ſe habet ibi ſolùm præſumendo. Sit ergo cautus ille qui agit, quia ſi poteſt agere deducendo tempus vt cauſam inductiuam, eſt melius quàm ſi deducat vt declaratiuam. Aduerte tamen, quòd licet ſtante probatione temporis, non admittitur probatio in contrarium, quòd tamen tempus non ſit: vt no. Ant. de cenſi. peruenit. 10. char. ver. ad tertiam, qualis ſit hęc præſumptio.

* SINGVLARE.

Adde videndum Præpo. Mediolanen. in c. is qui fidem, in pe. colum. ver. colligendo. ergo dicta de ſponſa. vbi ponit regulam, quòd præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, quam reg. limitat ſex nota. modis. vide omninò per eum, & vide Bald. in repe. l. 2. in 10. col. ver. tertiò opponitur. & videtur ff. de iureiuran. vbi ſing. ſi pręſumptio iuris & de iure ſit pro aliquo, an poſsit cogi vt per iuramentum confiteatur veritatem. H. F.

Præſumitur quòd vnica præſtatio ſiue ſolutio ſit facta per errorem, niſi probetur quòd debitum procedat vel aliquid ſoluens ſcienter ſoluerit, ſciens ſe non teneri, quia tunc præſumitur donatio. vbi autẽ plures ſunt præſtationes ſiue ſolutiones annuatim factæ, ibi non præſumitur error propter pluralitatẽ & iterationem: non etiam præſumitur donatio, quia nemo præſumi-

tur ſuum iactare: præſumiur ergo, quòd factę fuerint ex legitima cauſa alia, quàm donatiōis, ſi allegatur. not. Anto. de cenſi. peruenit. 11. char. ver. ſed eſt dubium de iſto libello: hoc intellige, quando pluralitas & iteratiua præſtationum continuata eſt ſaltem decennio: vt not. in 10. char. ver. circa tempus dubium facit.

Præſumi an debeat ius corporale, reale, vel mixtum ex vſu vel præſtatione decimarum in electione de gremio eccleſiæ, & tunc idem per omnia, quod in iuribus merè perſonalibus, quorum ius ſonat in factum poſitum, de quibus ſuprà §. præſumi an debet ius incorporale perſonale. Quandoq; vſus talis iuris cōſiſtit in pati ex parte illius, contra quē tale ius queritur: exemplum in ſeruitutibus, & ſiue tunc habeant cauſam continuā, ſiue diſcontinuā, ex longa poſſeſsione, ſiue vſu, præſumitur titul⁹, & hoc habet lōcū ſecundū Bar. etiam in ſeruitute vſuffructus. Tu aūt concludēdo etiā alia iura ſeruitutū, quorū vſus conſiſtit in pati, diſtingue incidēter excipiendo, & tūc ex poſſeſsione ſiue vſu præſumit̃ titulus, aut titul⁹ deducitur principaliter in fauorē patientis, licet nunq̃ poſsit reſultare ad præiudicium eius. Ex poſſeſsione vel vſu præſumitur titulus, & tendit principaliter ad incommodū: tunc ſi agatur de magno, tunc aduerte, quia aut vſus ſonat in ſolo pati, nec habet annexam aliquā receptionē ex parte patientis, & tunc ex ſolo vſu nō præſumitur titulus, niſi ſit tanti temporis, cuius initij, &c. fallit in tribus caſibus, in quaſi poſſeſſione maritali, & quaſi poſſeſsione beneficiali, in qua continua poſſeſsione per longum tempus etiam ex pati ſumitur titulus, & cauſa eſt, quia cùm in beneficialibus ordinarij teneantur, & quotidiè requirant de titulis, & in matrimonialibus veriſimiliter non patiantur attinentes mulieres, vt teneantur pro concubina, eſt magis præſumptio pro titulo: tertiò fallit, quando poſſidens rem meā me patiente longo tempore ſoluit penſionem publicā, quia per illam præſumitur titulus dominij: quandoq; vſus conſiſtens in pati, & ex parte eius, de cuius præiudicio agitur, habet annexam aliquā receptionem præſtationis, & tunc pręſumit̃ titulus, vt in iure feudi, ſi vaſallus poſsideat rem vt feudalē longo tempore domino patiente; & reſpondeat de feudo præſtando ſer-

do ſeruitia, quæritur ſibi illud ius, & probatur quæſitũ longo tempore. Et ideò, quia non erat ſolũ pati, ſed etiã recipere. Idem in illo qui rem meã me patiente & ſciente tenuit in emphiteuſim, & ſeruitia præſtitit lõgo tempore, licet aliàs non appareat de titulo, ex ſola præſtatione penſionis per longum tempus probatur, & præſumitur titulus. Et ex præmiſsis apparet, quòd in iuribus epiſcopalibus, quia ſi talia annuatim expedirentur, & ageretur illud ius quæri in alterius diœceſis: Nam cùm hoc ſit contra ius, non præſumitur titulus ex vſu decennij, ſed quæritur tantum tempus, cuius, &c. Item in iure viſitandi, & procurationem recipiendi, ſi ageretur illud quæri in alterius diœceſi, quia propter iuris reſiſtentiam ad præſumendum titulum exigeretur tantũ tempus, cuius initij, &c. Secus ſi ageretur de eo quærendo contra tertium in diœceſi tertij, quia tunc cùm ius non reſiſtit, præſumitur titulus ex cõmuni tempore: vt not. Ant. de cenſi. peruenit. 11. char. ver. venio ad ſecundum principale: per præmiſſa ſentit Ant. quia in ſeruitute vſusfructus non præſumitur titulus ex poſſeſsione longi temporis, quia eſt magni præiudicij. not. per eum in d. c. peruenit. 5. char. ver. venio ad tertium principale. ſed Bar. tenet, quòd ex communi tempore præſumitur titulus. in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſufructu.

ADDITIO.

Præſumere quando quis dicatur, vide per do. Fel. in c. Iudæi. in fin. de teſt.

Præſumi an debeat titulus matrimonij ex lõga poſſeſsione ſeu quaſi iuris maritalis, vide ſuprà §. præſumi an debeat ius incorporale reale.

Præſumi an debeat titulus beneficij ex longa poſſeſſione vel quaſi beneficij, vide ſuprà §. præſumi an debeat ius incorporale, & infrà ſub verbo, probatio communis reputationis.

Præſumi an debeat dominiũ ex eo, quod aliquis rem meã me patiente longo tempore tenuit, & penſionẽ publicã ſoluit, vide ſuprà §. præſumi debeat ius incorporale.

Præſumi an debeat quẽ vaſallũ, eo quod rem meã poſſedit in feudalem lõgo tẽpore in ſeruitia, vt in feudo præſtitit, vide ſup. §. pſumi an debeat ius incorporale reale

Præſumi an debeat quem habere titulum in iuribus epiſcopalibus, vel in iure viſitandi, ex eo ꝙ longo tempore illa iura exercuit, & eis vſus fuerit, vide ſuprà §. præſumi an debeat ius incorporale.

Præſumitur diuiſio facta inter ſocios, ex eo quòd longo tempore, ſcilicet decennij, retinuerunt & poſſederunt bona pro diuiſo. not. Ant. de cenſi. peruenit. 10. char. ver. venio ad tertium principale. & not. glo. in l. 2. C. communi diui. &c.

Præſumi an debeat mulierem dediſſe viro ſuo bona ſua in dotem, ex eo quòd longo tempore paſſa ſit virum illa adminiſtrare vt dotalia, & fructus annuatim conuertere in oneribus matrimonij, vide ſuprà §. præſumi an debeat ius incorporale reale.

Præſumi an debeat non debitum vt liberatio ſiue libertas, aut tacita renunciatio iuris ſui, ex vſu vel non vſu longi temporis conſiſtente in pati vel in facto poſitiuo, vide ſub verbo, præſcriptio. §. præſcribi an poſsit liberatio ſiue libertas. 1. & 2.

Præſumitur diuerſa & duplex promiſſa, cùm quis bis promittit dare decem: ſecus cùm quis confitetur ſe bis decem recepiſſe, quia intelligitur de vnica & eadem ſumma, quod eſt verum in confeſsione extraiudiciali: ſecus in iudiciali, in qua idem non eſt, quod in promiſſione. Bar. in l. triticum. de verb. oblig. ſed Ang. ibi dicit idem eſſe in iudicialibus, quod eſt in extraiudicialibus.

Præſumi an debeat vnicus & idem actus, vel præſumi an debeat multiplicitas, quando eadem die per ſcripturam vel teſtes apparet actus, qui per aliquos dicitur actus factus, ſed de qualitate nihil dicitur, vide Inno. & Ant. de fide inſtru. cum tu. vide in §. præſumi an debeat vnicum factum.

Præſumi an debeat beneficium acceptatum per expectãtem cadere ſub gratia illius expectantis, vide ſub ver. acceptatum. §. acceptatio beneficij.

Præſumitur ex qualitate perſonæ aliquid licitè factum, quod eſſet aliàs illicitum. de præb. niſi eſſent viri prouidi & honeſti.

Præſumi an debeat vnicum factum, quando eodem loco & tempore fuerũt duo inſtrumẽta ſup eadem re, & an p̃ſumat̃ error vel falſitas, ſi plures in vnó q̃ in alio conti-

continetur, vide ſuprà §. præſumi an debeat vnica. & vide ſub ver. inſtrumentum. §. inſtrumenta duo.

ADDITIO.

Contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per confeſsionem partis. no. Cy. in aut. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. Idē glo. in corpore vnde ſumitur: vt in aut. de æquali. do. §. Idem Inn. in c. quia pleriq́, de immu. ec. vbi dicit, quòd licet ſententia tranſit in rem iudicatam, tamen ſi pars pro qua lata eſt, fatetur illam iniuſtam, debet ſententia retractari. not. do. Abb. in c. is qui. de ſpon. Et vide glo. in cle. vnica, de proba.

Præſumi an debeat, quod fuit in præterito, eſſe & de præſenti, vel econuerſo, vide Bar. in l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accu. l. pro ſocio. 4. char. in ver. oppo. & C. de prob. l. ſiue poſsideritis vbi clarius loquitur, & probatur in l. Spadonem. §. qui abſolutus. ff. de excuſ. tut. & l. ſi magiſtratus. ff. de magiſ. conue. per Dy. ſemel malus. Concludunt præfati Doctores, quòd in rebus vel qualitatibus, quæ contingenter mutari poſſunt abſq́ facto eius, qui illas habet. vel eo inuito non præſumitur de præterito, & de præſenti, aliàs ſecus. vide infrà §. proxi.

Præſumi an debeat hodie poſsidere, vel Dominus eſſe, qui olim poſſedit, vel Dominus fuit, vide Barto. in l. ſiue poſsideritis. C. de proba. & ibi etiam per Bald. & pleniſsimè per Ant. de reſtitu. ſpolia. cùm ad ſedem. 3. char. ver. ſextò obuiat.

* ADDITIO.

Vide quæ poſui ſuprà in verſi. poſsidere.

Præſumitur debitor per ſolutionem liberatus, ſi habet penes ſe inſtrumentum obligationis inciſum, niſi ſit perſona domeſtica creditoris, quæ potuiſſet inſtrumentum ſurripere: vt no. gl. ff. de pactis. l. poſtquam. & Bar. in l. labeo. eo. ti. & in l. falſo. §. 1. ff. de fur. & Cy. in l. ſi de poſſeſsione. C. de proba.

Præſumi an debeat teſtis per notarium eſſe rogatus, vide Bar. in l. ſciendum. de verb. obli. & Bal. in l. hac conſultiſsima. in prin. C. de teſta. & Anto. poſt Inno. & Ioan. And. in c. 1. de fide inſtru.

Præſumi an debeat quilibet actus iudicialis factus in abſentem vel præſentem, vide Io.An. in addi. Spec. in tit. de empt. & ven. ſuper 2. forma. 8. col.

Præſumitur in dubijs, quòd ſentẽtia eſt lata contra abſentem. notat Innoc. de offi. delega. cùm in iure. & Anto. de proba. quoniam contra falſam. 6. charta. ad finem. licet Specula. dicat contrarium, & malè in titulo de prolat. ſenten. §. vt autem. ver. vt not. ſecundum quoſdam: quia ſententia eſt facti, & facta non præſumitur, niſi probetur. l. deniq; ff. ex quibus cau. ma. vide omninò infrà §. proxi.

Præſumitur pro ſententia, quòd ſit ritè & iuſtè lata, quando eſt lata in præſentem, non reclamantem, ſecus ſi in abſentem. not. Inn. de proba. quoniam contra falſam. de offi. dele. cum in iure. Idem tenet Barto. in l. prima. C. ad Velle. & in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. ſed alibi dicit Bart. quòd etiam, ſi eſt à ſententia appellatum, & appellans dicat ſententiam latam iuris ordine non ſeruato, & conſequenter non ritè prolatam, habet appellans ilico id probare per productionem actorum, & ſic ſentit, quòd præſumatur ritè lata: vt ipſe not. C. de appel. l. hi qui ad ciuilia. cuius contrarium dicunt, & melius Ioan. And. & Ant. vt infrà patebit. Ratio eſt, quia dicta præſumptio ſurgit ex aut. ſententiæ, quæ aut. ceſſat propter appellationem, quæ vires ſententiæ ſuſpendit. Calde. dicit pro ſententia lata in præſentem: & idem dicit de lata in abſentem, ſi ſententia eſt de longinquo, ſecus ſi eſt lata de recenti: vt not. in d. c. quoniam contra. ſed Inno. aliter diſtinguit, an ſententia lata in præſentem vel abſentem, ſcilicet an tranſiuerit in rem iudicatam: & tunc præſumatur pro ea, ſiue ſit lata in præſentem, ſiue abſentem contumacem, ſecus ſi non tranſiuerit in rem iudicatam, & hoc patet in c. bonæ. el 1. de elect. & hanc opinionem ſequitur Compoſt. in c. in præſentia. de renuncia. Idem tenet Rom. conſi. 301. Hoſtien. autem diſtinguit, an ſententia ſit lata de recenti, & non præſumitur pro ea, ſecus ſi de longinquis, & longinquũ appellat, quando biennium eſt lapſum: vt in c. cùm inter. de re iudi. ſed in c. quoniã contra. ſtat cum glo. ibiq; dicit, quòd ſi acta apparent pro eis præſumi, aliàs non; quia non creditur verbo iudicis, fallit in Papa, cui creditur

ditur de actio. & hoc tenet Spec. in tit. de ſen. prola. §. iuxta. ver. ſed pone quòd publicatus: fallit etiam in legato: vt not Spec. in tit. de leg. §. ſequitur. ad fi. Sed Do. Ant. in d. c. quoniam contra, antepenul. char. plenius diſtinguens, quòd ſi in inſtrumento ſententiæ atteſtatur notarius litis conteſtationem interueniſſe, & exprimat locum, tempus & teſtes, vbi exigatur, & dixit ſe fuiſſe rogatum, licet pro tunc, quo actus geſtus fuit, inſtrumentum confecerit, ſed nunc pro alio tempore conficiat, probat illud quod ſic atteſtatur, ſecus ſi prædicta non exprimat, nec ſe rogatum dicat, niſi inſtrumentum eſſet antiquum: quia tunc ſimplex atteſtatio etiam ſine expreſsione prædictorum probaret, conteſtatio ergo notarij non probat acta, niſi in facto de longinquo: vel quando atteſtatur ſe rogatum in præteritum cum expreſsione loci vel temporis. vbi autem notarius in inſtrumento ſententiæ atteſtetur, ſed non cum expreſſione prædicta, an autem tunc ex iuribus illius ſententiæ præſumatur pro actis, nec etiam poſt ſententiam, ſi ab eo eſt appellatum, vel pendet tempus ad appellandum, ſecus ſi pendet cauſa nullitatis vel reſtitutionis contra ſententiam. Si autem ſententia tranſiuit in rem iudicatam: tunc præſumitur iuſtè & ritè lata, ſiue lata ſit in præſentem, ſiue in abſentem contumacem verum vel præſumptum: ſed vbi dictum eſt, quòd pro actis nõ præſumitur, intellige niſi probentur acta deperdita: quo caſu pro eis præſumitur. In ſententijs autem, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, ſicut ſunt ſententiæ vſurarij, ſi eſt appellatum, non præſumitur niſi probetur: vt prædicta omnia concludit Ant. in d. c. quoniam contra. Ioan. And. Sed breuius expedit ſecundum Compoſtel. dicens, quòd vbi ſententia tranſiuit in rem iudicatam: & quia non fuit intra decem dies appellatum, ſed termin⁹ iuris vel hominis appellationis proſequendo lapſus eſt: vel appellans in appellatione ſuccubuit: præſumitur pro ſententia: vt ſit ritè & iuſtè lata, ſiue ſit lata in præſentem, ſiue in abſentẽ contumacem. Sed oportet cõtumacem ꝓbari: vbi aũt pars abſens non fuit contumax, vel à ſententia appellatur, & pendet terminus appellationis proſequendo, non præſumitur pro recti-

rectitudine ſententiæ. & idem dicit Franciſ. de Zab. in d.c.quoniam contra. & Compoſt. in d. c. bonæ. & dicit Io.An.quòd ita ſeruat curia in c. præſentia.de renuncia. & licet Specu.in tit.de ſenten.prola.§ nunc autem. ver. & not.ſecundum quoſdam dixit:quod pro ſententia, à qua non eſt appellatum,præſumatur etiam quo ad citationem, & ſic non eſſet neceſſe contumaciam aliàs probari,ipſe malè dixit & contra glo. penult. in c. tenor. de re iudi.quam ibi approbat Io.And.& Anto. in d.c. quoniam contra.6.char.penulti.col.vbi dicit, quòd citatio non præſumitur,imò qui eam allegat,probare tenetur, ſed ibi dicit contrarium.

ADDITIO.

Iudex procedens ex præſumptione,debet multum temperare ſententiam ſuam, vt modicè vel raró pœnā inferat.arg.c.afferre.de præſumptio. Et l. ſciant cuncti. C.de probat.canonizata.2.q.4.not.Abb. in c. 2. de coha. cleri.& mulie.

Præſumitur etiam pro citatione ad ſententiam audiendam : vt ipſe not.in cle. paſto. §. verum. ver. oppo. quod valeat.ſed verius eſt, quòd citatio & ſententia nō præſumitur:vt c.bonæ.de re iudic. & in dicto c. in præſentia. & dicit de hoc eſſe caſum in dicto c. bonæ. loquitur enim quando pars miſit nuncium ad Iudicem, ex qua miſsione præſumitur citata : vt not. ibi Bald. & Archi.82.diſt.propoſuiſti.& Anto.in c.1.de iud.verſi.oppo. 2.& idem not. Roma. conſilio 318. & vide ſub verbo ſententia.§. ſententia eo ipſo. §.ſententia,à qua non eſt appellatum.

Præſumitur ſententia in ſcriptis lata, ſi dicat in perſona prima,nos talis Iudex pronunciamus, &c. ſecus ſi dicat in tertia perſona:Talis Iudex pronunciauit: vt no. Domi.Anto. de proba. quoniam contra. penulti. char. in prin.2.col.

Præſumi non debet pro actis extraiudicialibus,per iudicem geſtis:vt not.Io.And.de reſti.ſpo.conquerente. quod eſt verum in extraiudicialibus, quæ iudicialiter geri debent. In his autem quæ iudicialiter geri non debent,præſumitur ſecundum qualitatem perſonæ, quan

do

do geruntur per modum poteſtatis.not.Domi.Anto.de proba.quoniam contra. penul. char. ad fi. alibi dicit q̧ de extraiudicialibus præſumitur pro iudice, in his quæ ſpectant ad eius officium,niſi probetur contrarium: vt not.per eum.de offi.deleg.cùm in iure.pe. col. Et idem dicit Io.An.ſuper 1. glo.

Præſumitur pro laudo arbitri & arbitratoris,quòd iuſtè latum ſit,niſi pendeat cauſa reductionis.no. Anto. de probatio. quoniam contra. penultima char. in vlti. colum.& de renuncia.in præſentia.in princ. 8.col. Sed Io.And.in addi.Spe. in tit. de arbi. §. ſequitur. ver. item quid ſi compromiſſum.12.col.tenet quod etiam pendente reductione præſumatur pro laudo,vide ſub verbo,arbitrator.§.arbitratoris laudum quando petitur.

Præſumi non debet pro iuriſdictione iudicis delegati ante ſententiam.not.Inno.de proba. quoniam contra.in glo.idem de eo qui fur.or.ſuſce:c.innotuit. de ele: ſed poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, ſi lata fuit in præſentem,non contradicentem,nec appellantem,præſumitur pro iuriſdictione: vt not.Inno.in d.c.innotuit: de offic.deleg.cùm in iure.vbi ſimpliciter dicit non præſumi:ſed in c. innotuit, diſtinguit, quòd ſi abſens tempore ſententiæ comparuit ante lit. conteſt. deinde poſt lit.conteſta.oppoſuerit de non iuriſdictione, præſumitur pro eo: niſi fortè prima ſententia fuerit per ſecundam confirmata,& quod dictum eſt,præſumi pro iuriſdictione,quando ſententia eſt lata in præſentem, verū eſt,quo ad præiudicium tertij: vt not.Anto. in d. c. cùm in iure. 4. col. in prin. ſi tamen in inſtrumento ſententiæ eſſet inſertus & extenſus totus tenor commiſsionis, & delegationis, tunc videtur ſatis de iuriſdictione conſtare: quia, cùm ſententia ſit de actis, poſſet dici commiſsio in actis regiſtrata, cui regiſtro datur fides ſicut originali,niſi forſan contrarium probetur:vt no.Anto. in d.c.cùm in iure.ſuper 1.gloſ.idem videtur, ſi non totus tenor, ſed tantùm pars inſerta ſit, per quam pateat effectus commiſsionis:vt not.Io.An.de proba.quoniam contra.dicit quòd ſufficit in glo.no. ex quo vbi omninò vide.Inno.autem in d.c.quoniam contra. dicit ſecurius eſſe,quod in actis ſcribatur,quod reſcri.fuit exhibitum Iudici & parti: vt ipſe not. in d. c. cùm in iure, in fin. & dicit

dicit ibi Io. An. ſuper ſi. 1. gl. ſed An. dicit ſufficere, quòd in actis ſcribatur exhibitionem factam parte præſente: & non contradicente, & ita ſeruatur: vt ipſe not. in d. c. cùm in iure. penul col. prædicta intellige, quando tenor commiſsionis fuit in actis regiſtratus, parte præſente, & non contradicente: vt declarat Io. And. ſecundum Hoſt in dict. cap. cùm in iure, vel quando fuit regiſtratus parte abſente ad hoc citata, aliàs regiſtrum tale non probaret. not. Ioan. And. in additio. Specula. in titu. de reſcriptio. præſentatio. §. 1. in fin. & idem not. Anto. in dict. cap. cùm in iure.

ADDITIO.

Præſumitur ſententia in facto alieno, vbi quis debet prius inquirere de veritate: vt in c. ad falſariorum. de fal. c. innotuit. de elect. & l. cùm ita. §. ſpecies. de legat. 1. doct. in d. c. ad falſariorum.

Præſumi an debeat quem eſſe procuratorem ante litis conteſt. vel poſt: dic quòd poteſt ſemper contra eũ opponi, quòd non eſt procurator: vt no. Inno. in c. quoniam contra. de proba. in glo. no. etiam. quòd ſi in ſententia Iudex dicat, cõdemnamus talem procuratorem: vt Inno. in c. cùm in iure. de offi. deleg. in glo. hic videtur: & idem dicit Cy. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. an autem ad probandum mandatũ procurationis ſufficiat, quod in actis ſcriptum eſt, talis exhibuit ſuum mandatum iuriſdictionis. dic vt ſuprà proximo §. dictum eſt circa mandatum iuriſdictionis. Bal. autem dicit, quòd ſemper ante ſententiam poteſt opponi, quòd non ſit procurator, poſt ſentẽtiam verò ſecus. Et idem ſentire videtur Ange. in l. Pompo §. rati. ff. eod. tit. vbi dicit, quòd in executione ſententiæ, & in cauſa appellationis dicta exceptio admittitur: & allegat pro caſu l. inter. §. alieno. de damno infec. ſed ipſe loquitur, quando ante ſententiam fuit procurator admiſſus cum cautione de rato. Et ita declarat ſeipſum in dict. cap. alieno. Sed circa prædicta an & quando contra perſonam procuratoris poſsit opponi, diſtingue: vt not. Bar. in d. §. rati. & in dict. leg. licet de procura. Ad vnum tamen aduerte, quòd vbicunq; dicitur, non poſſe opponi contra

contra perſonam procuratoris,debet intelligi per eum contra quem agitur: ſed per Dominum, cuius nomine agitur,poteſt ſemper opponi: vt not. Barto. in d. §. rati. in dicta l. licet. & Ioan. An. in c. ſuper literis. de reſcriptis. penulti. colum. niſi Dominus ſciuiſſet procuratorem ſuo nomine agere, & non contradixit: quo caſu præſumitur Dominum habuiſſe ratum: vt not. Inno. in d. c. cùm in iure. in gl. hic videtur, & de reſcript. ex parte Decani. Iudex tamen ex officio ſuo poteſt in qualibet parte iudicij compellere procuratorem ad exhibendũ mandatum, ne aliàs iudicium fiat eluſorium, licet ad inſtantiam partis hoc ſemper facere non poſsit: vt not. Io. An. in c. 1. de elect. lib. 6. in gl. ſuper verbo, abſentia. in fi. vide ſub verb. excep. iſta, tu non es procurator. & §. exceptio, tu non habens mandatum. & vide ſub verbo, procuratore. §. procurator, de cuius mandato dubitatur.

Præſumitur, quòd ſententia ſit lata ex cauſa, de qua in actis apparet: quia ſententia refertur ad acta: vt not. Anto. de except. aduerſario. in 1. oppo. Et idem not. Bald. Codi. quomodo & quando Iudex, in fin. & propoſiti, &c.

37 †Primas differt à Patriarcha nomine, ſed non dignitate & honore, patet 89. d. c. 1. & 2. & 8. q. 3. conqueſtus. & de offi. ordi. c. duo ſimul.

Princeps præſumitur ea, quæ faciti, uſtè facere, & ſemper in eo præſumitur iuſta cauſa. not. Anto. de conſti. quæ in eccleſiarum. & Cy. & Bal. C. de preci. Impe. offe. l. reſcripta. & vide ſub verb. Imperator, per totum. & Papa, per totum.

*ADDITIO.

Princeps poteſt contrahere cum ſubditis ſuis: & obligatur ex contractu ſicut priuatus Ia. de San. Geor. in l. eſt receptum. ver. princeps autem. ff. de iuriſdi. om. jud. in 2. lec. H. F.

Princeps poteſt Dominium rei meæ mihi auferre legem condendo, vel iuriſdictionem exercendo: vt not. Bar. in leg. fin. C. ſi contrarius vel vti. pub. vide plenius per eũ in prima conſtitutione. Et idem tenet Bal. ibidẽ vide

vide ſub ver.Papa.§.Papa de plenitudine. ſi tamen princeps tradit rē vnius credens eam alterius eſſe nō transfert Dominium:vt no.In.de poſtu.bonæ.2.in gl.1.gl.ma. in fi. Transfert tamen cauſam præſcribendi: vt ibi not. ſi præſcribens habeat bonam fidem.

* SINGVLARE.

Princeps ſi concedit alicui nobili aliquos reditus, non tranſit huiuſmodi beneficium ad hæredes: niſi in inſtrumento fiat mentio hæredum.tex. eſt,& ibi Iac. de belui.& An.de Iſer.in c.1.§.fi. in ti. quis di. dux. Mar. in vſi. feu. H. F.

Princeps ſupremus poteſt de iure partes compellere, vt in eum, tanquam in arbitrum,compromittat. not. Anto. de iureiuran. cap. quintauallis. ver.10. differentia.

Princeps ſupremus poteſt cognoſcere de cauſa fiſcali,licet ſit propria. no.An.de iudi.cùm veniſſent. ver. oppo.ſecundò melius, dic quòd de cauſa fiſcali cognoſcit procurator fiſci:vt no.per eum.eo.c.pe.col.

* ADDITIO.

Principes facientes inter ſe pacem poſſunt remittere damna ſingularium perſonarum : vt not. Iaco. de Sancto Geor. in leg. conuentionum,in fin. in 1. lect. ff. de pact.

Princeps & quilibet Dominus,cuius dictum habetur pro lege in territorio ſuo debet in cauſis coram eo vertentibus iudicare ſecundum conſcientiam,aliàs peccaret: vt not.Bal. in l. 1. in fin. C. vt quomodo à duabus partibus.

ADDITIO.

Princeps quando præſumatur vti plenitudine poteſtatis,vide per Do.Feli.in c.cùm inter, de excep.col.4. in me. in ver. iſta limitant.

Principaliter,quid hoc verbum operetur, vide ſub ver.lex §.lex dicitur fauorabilis, & ſub ver. priuilegiū. §. priuilegium ſi vno reſpectu.

Prioratus an ſit dignitas,vide ſub verbo, dignitas.

38 † Priuilegium principis contra eum eſt latiſsime interpre-

terpretandum. no.Ro.conſi.107. ſed ſtrictè debet interpretari inquantum tangit præiudicium tertij : non debet tamen ſic interpretari, quòd recedatur à verbis, vel quòd aliquid non conferat. not. Io. And de reſcrip. cauſam de verb. ſig. olim ad ſi imò videtur, quòd etiam verba impropriantur, vt minus tertius lædatur. de offic. delega. ſuper eo. ſed ibi loquitur in literis ad lites : vt ibi not. Innocen. Sed in literis priuilegiorum procedit quod dictum eſt : vt patet ex tex. de verb. ſig cap. ſi. lib. 6. iuncta glo. ſuper ver. ſimilibus. & quod ſuper ea in nouel. Et optimè facit tex. de præben. is cui. lib. 6. & quod ibi not. Do. ſuper glo. ſi. Licet contra hoc faciat quod no. Io. And. in d. c. ſi. ſuper verbo, exiſtunt. in nouella. Sed pro primo dicto facit quod not. idem Io. An. in d. c. quãuis. el 2. de præben. eod. lib. ſuper verbo, decedentium. in glo. ordi.

Priuilegium exorbitans debet ſtrictè intelligi, & non extendi nec interpretari latè. de transla. licet. & no. An. in ver. ad tertium hoc opponitur.

Priuilegium an vitietur ipſo iure per ſurreptionẽ, vide ſub verbo, gratia. §. gratia ſiue ſit.

Priuilegium an perdatur per non vſum. not. Ioan. An. de priuil. vt priuilegia. & idem not. in glo. & per Do. Anto. qui dicit illam glo. ſingularem. In contrarium videtur caſus. ff. de iudi. l. 1. ſed ibi reſpondet glo. & vide Cy. C. de excuſ. tuto. l. voluntariæ. vide infrà §. proxi. Et vide omnino ſub verbo, præſcriptio. §. præſcribi an poſſit liberatio ſiue libertas ex titulo præſumpto.

Priuilegium perditur vnico actu contrario, quando ille actus habuit ſuum effectum. not. Roma. conſilio 380. ſed Ant. dicit, quòd priuilegium exemptionis non tollitur vnico actu contrario: vt in cap. fina. in prima colum. de cauſa poſſeſs. ſed an priuilegium tollatur per contrarium vſum, vide Ioan. Ant. de conſtitutio. cùm acceſsiſſent. & de priuileg. accedentibus. & vide Antonium, qui plenius & clarius loquitur. in dict. cap. cùm acceſsiſſent, & vide Bo. tex. de pact. cap. 1. lib. 6. & quod ibi not. Ioan. Andreæ. ſuper verbo, cùm per. in nouella. Et vide Cyn. in leg. voluntariæ. C. de excu. tuto. & in l. 2. ff. de diuor. & repu. Vnum aduerte, & no. quòd

quicquid ſit de iure quæſito ex priuilegio, tamen ius quæſitum ex præſcriptione non tollitur per vnum vel plures actus contrarios, ſed requiritur lapſus 40. annorum ad præſumendam tacitam renunciationem ex actibus contrarijs: vt not. Inno & Io. An. de priuile. accedentibus. & Ant. de conſtitu. cùm acceſsiſſent. in fi.

Priuilegium cõceſſum perſonæ facilius reuocatur, quàm conceſſum eccleſiæ, vel loco. tex. eſt de reſcript. c. vlt. in lib. 6.

Priuilegium teſtandi conceſſum militi, qui per delictum & ſententiam amiſerit teſtamenti factionem, intelligitur conceſſum iuri militari, etiam in iniuriam filiorum, licet de eis non faciat mentionem. no. Ro. conſi. 331. verſi. pro parte contraria impetrato.

Priuilegium à principe impetratum tacitè de alterius præiudicio, non valet quando priuilegium, aliàs præiudicium eſt de præſenti: ſecus ſi eſt ſuper iure futuri. no. Ro. conſi. 331. verſi. 2.

Priuilegium an tranſeat ad vniuerſales & ſingulares ſucceſſores actiuè & paſsiuè, vide Anto. de iudi. quia quinq;. ver. venio ad tertium. Et vide ſub verbo, ſucceſſor.

Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, an poſſit vti ſuo priuilegio, vide Anto. de iudi. quia 5. verſi. venio ad vltimum.

Priuilegium dicitur, cùm aliquid contra ius reſcribitur, tunc enim reſcriptum inuitat nomen reſcripti, & priuilegium appellatur. not. glo. de conſtitu. c. 1. lib. 6. in verbo, naſcatur.

Priuilegium ſi fuit innouatum propter periculum conſumptionis, ratione vetuſtatis, non ꝓbat, niſi quando obtinuit innouari, intra annum agat, vel innouationem intimet, ſecundum Inno. ſed Hoſti. aliter dicat: vt not. Do. Anto. de confir. vti. cum dilecta.

Priuilegium primum an tollatur per ſecundum contrarium non facta ſpecciali mentione de primo & ſecundo, vide ſub ver. clauſula, vbi ſcripſi bonas remiſſiones.

ADDI-

ADDITIO.

Adde per Do. Feli. in c. pe col. 3. ver. dum Abbas præ cæteris, de præſcript. Et vide Do. Alex. in conſi. 101. in 2. col. in fin. in primo volu. vbi tractat quomodo & quando intelligatur derogatum priuilegio.

Priuilegium contra ius commune an valeat, ſi non habeat clauſulam non obſtante tali iure, vel non obſtantibus iuribus contrarijs. vide per Anto. de conſti. cùm in eccleſiarum. pe. col. & de reſcrip. C. 1. 4. colum. & de cau. poſ. ex parte. & de conſti. c. 1. lib. 6. ver. oppo. 5. cum glo. & per Inno. in d. tribus primis ca. & vide notabile verbum, quod ponit Io. And. in dicto c. 1. de reſcr. ſuper 1. gloſſ. propè fi. vbi dicit, non debere dici ceſſare mentem principis in priuilegio, ex eo, quòd non eſt veriſimile, vno verbo velle iura tollere: quia quò ad priuilegiatos remanent iura ſalua. conclude tria verba ex dictis Domi. Anto. aut ex verbis dubitatur, an princeps voluit ſcribere vel ſtatuere contra ius cõmune, & tunc præſumitur, quòd contra ius commune noluerit, niſi adiecerit clauſulam: non obſtante aliqua lege. ita not. in c. qui in eccleſiàrum, de conſti. & c. 1. de reſcript. aut certum eſt, quòd manifeſtè voluit ſcribere contra ius, & tunc aut illud, quod conceditur contra ius commune, conceditur in forma priuilegij, aut in forma reſcripti, habet tamen cauſam priuilegiatam: primo caſu requiritur clauſula: niſi jus commune haberet clauſulam derogatoriam. ita not. in d. c. 1. de conſti. lib. 6. Idem not. Io. And. in d. c. 1. de excep lib. 6. in nouella: Secundo caſu autem conſtat, quòd reſcriptum de curia emanauerit: vt quia reperitur regiſtratum in regiſtro apoſtolico, & tunc nulla requiritur clauſula, niſi reſcriptum emanauerit ſuper his, ſuper quibus ſcribens non habet liberam omninò poteſtatem. ita vt not. in d. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. vbi tamen pariter loquitur de priuilegio & reſcripto: aut non conſtat, quòd de curia emanauerit, & tunc præſumitur falſum, niſi habeat clauſulã non obſtante, ꝙ expectatur ſecunda iuſſio. ita no. in d. c. 1. de reſcrip. & in d. c. 1. de conſtitu. lib. 6. & licet tale reſcriptum, quod conſtat de curia emanaſſe, firmetur contra vitiũ falſitatis, & ſurreptionis, & contra defectũ inten-

tionis ſiue voluntatis, non tamen firmatur contra vitium falſitatis & ſurreptionis, & contra defectum intentionis ſiue voluntatis: non tamen firmetur contra vitium obreptionis: vt not. ipſe Anto. in d. c. 1. de conſtitu. lib. 6. & in cap. ex parte, dicit, quòd firmetur etiam contra vicium ſurreptionis. Et quòd dictum eſt reſcriptum contra ius commune valere, etiam ſine clauſula non obſtante, intellige, quòd illud ius commune eſt notorium vulgare. Secus ſi eſt ſingulare: maximè cùm de iure non apparet caſus expreſſus, vel ſi apparet, eſt ſingulare, & contra omnes regulas, vel quando de iuris intellectu ſunt opin. vel quando conſtitutio eſt extrauagans, quibus caſibus non valet reſcriptum ſine clauſula non obſtante. ex his caſibus ſaluatur gloſſ. ſingularis in dict. cap. 1. de conſtitu. lib. 6. quæ dicit, quòd reſcripta contra ius commune non valent, niſi mentio fiat de iſto iure, quia indeliberatè talia reſcripta fiunt. ita not. Anto. in dict. cap. 1. lib. 6. Inno. autem tenet, & confirmat, reſcriptum perimens ex toto, ius alterius non valere, niſi adijciatur clauſula, non obſtante aliqua lege: vt in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutioni. & idem dicit Compo. ibidem. Sed Inno. & Ioan And. poſt eum. in cap. 1. in fin. de reſcript. dicunt reſcriptum contra ius commune conceſſum præſumi ſuſpectum: & propterea principem conſulendum, an illud conceſſerit, & ſic ſpectabit ſecunda iuſsio per tex. in Aut. vt nulli iudicum. §. & hoc not. & in l. iubemus. Sed Barto. in leg. fin. ſi cõtra ius vel vti. publi. dicit quòd priuilegium conceſſum contra ius commune, ſi grauiter lædit ius alterius, non valeat, niſi habeat clauſulam non obſtantẽ. vide tex. in cap. fi. de reſcript. lib. 6. & quod ibi not. in glo. penul. & vide omninò ſuper ver. clauſula. §. clauſula generali non obſtante. Et vide omnino Inno. & Anto. in cap. veniens, de præſcrip. ver. oppo. quòd ſecundum priuilegium.

Priuilegium conceſſum ad inſtar alterius priuilegij, non probat, niſi illud ad cuius inſtar ſic producitur, etiam ſi in priuilegio dicatur. Item adijcimus, quia omnia intelliguntur ad inſtar conceſſa: vt not. Inno. in addi. & Io. And. de fide inſtrumentorum. cap. inter dilectos, ſuper verbo; & alia, in contrarium facit tex. &

quod

quod not. Ioan. And. in ſumma. in cap. Abbate. de verb. ſigni. In contrarium etiam facit quod not. Bart. de verbo ſigni. l. admonendi. ff. de iureiuran. & l. eum qui. §. Iulianus. de conſti. pe. Et quod not. Bald. in l. 1. & in fin. C. de Epiſco. & Cleri. & in titulo qualiter olim poterat feu. alie. ver. ad inſtar. & in l. omnia priuilegia. C. de epiſco. & Cleri. &c.

Priuilegiatus an poſsit vti priuilegio contra priuilegiatum: dic quod not. Barto. in aut. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. & Anto. in cap. auditis. de reſtitu. in integ. vſq; ad finem.

ADDITIO.

Adde Domi. Feli. in cap. in præſentia. in 13. colum. ver. glo. fi. ibi, non euaneſcit. de probatio.

Priuilegium ſi eximit eccleſiam. Intelliguntur etiam canonici Clerici conuerſi perpetuò oblati eſſe exẽpti: non autem presbyter, qui eiuſdem eccleſiæ curam habet, nec parochiani intelliguntur exempti. Sic econuerſo exemptis canonicis, ipſi ſoli, non autem eccleſia, nec alij Clerici ſunt exempti, ſic econuerſo exemptis Clericis etiam canonici ſunt exempti, ſed non eccleſia: vt in cap. per exemptionem. de priuile. lib. 6. Item ſi per priuilegium eximitur ciuitas, intelliguntur exempti habitantes in ea: vt patet ex his quæ not. Io. And. de ſenten. excom. ſi ciuitas. lib. 6. & Archid. de reſcript. c. ſtatutum. §. ſed ne. eo. lib. quod not. Bart. in leg. ſi finita. §. ex hoc edicto. in fin. ff. de dam. infect.

Priuilegium per quod Papa eccleſiam aliquam ſub protectione beati Petri recipit, an exemptionem inducat, & per quæ verba exemptio inducatur. vide de priuil. c. ſi Papa. lib. 6.

Priuilegium in quo Papa dicit, eximimus omnes eccleſias veſtras, quæ per vos ſumpſerunt regulam ſancti Auguſtini, quas his diximus vocabulis exprimendas, nullam exemptionem eccleſijs expreſsis inducit, niſi aliàs probetur, quòd per eos regulam Sancti Auguſtini aſſumpſerint, quia verba narratiua in priuilegio poſita non probant aſſumptionem. not. Ioan. And. & Archid. de priuileg. ſi Papa, libro ſexto, per quæ videtur,

tur, quòd idem eſſet, quòd ſi Papa eximeret omnia bona alicuius eccleſiæ ea exprimendo,quia per talem narrationem non probarentur bona exempta eſſe eccleſiæ, ſed oportet hoc aliundè probare.

Priuilegio vniuerſitatis an gaudeant, qui artem vel profeſsionem vniuerſitatis actu non exercent, vide ſub verbo,vniuerſitatis.§.vniuerſitatis priuilegio.

Priuilegia differunt à beneficijs, & latiùs interpretantur beneficia quàm priuilegia. not. Io. An. de priui. c cùm ol:m,ſuper gl.fi.& de ſen.excom.c.ſi ciuitas.lib.6. 3. glo. ad fin. in nouel. & vide quod no. Bar.in l.ſi finita. §. ex hoc edicto. in fin. de dam. infect. & de conſtitutio. prin.l.fin.

Priuilegij appellatione an comprehendantur duntaxat priuilegia extra corpus iuris conceſſa, an etiam illa, quæ in corpore iuris clauduntur, vide ſub verbo, clauſula generalis non obſtante.

Priuilegium impetratum ſuper decimis non ſoluendis eſt ſurreptitium, ſi impetrans tacuit alium eſſe in poſſeſsione percipiendi illas decimas.de priui.c. dudum. quod eſt verum in decimis noualium, de quibus loquitur ille tex. ſecus in decimis antiquis: vt ibi not. Io.And. Et ratio eſt, quia decimæ antiquæ reperiuntur communiter per aliquem poſsideri, & ſic nullus non poteſt dici propriè circumuentus ex taciturnitate poſſeſsionis:quod ſecus eſt in noualibus,quas veriſimiliter credit per neminem poſsideri.

Priuilegium ſuper decimis terrarum, quas impetrans proprijs manibus coleret, non ſoluendis, impetratum ante concilium Lateranen. non valet, & ei derogatum eſt,quò ad decimas poſt dictum concilium acquiſitas, ſed quò ad acquiſitas antè, remanet validum. de deci. c. penulti.

Priuilegium & præſcriptio non concurrunt circa idem.Sed priuilegium & conſuetudo ſic: vt not. Ant.in c.fi.de conſue.char.9.ver.ex his concluditur differentia inter præſcriptionem. Sed Io.And.dicit, quòd priuilegium & præſcriptio non poſſunt ſimul deduci ex parte actoris: ſed ex parte rei ſic: vt ipſe not.de reli.dó.c.conſtitutus. ſub ver. præſcriptione, vide ſub ver.renunciatio, §. renunciare videtur quis.

ADDI-

ADDITIO.

Adde, an & quando quæſibile priuilegio, ſit quæſibile per præſcriptionem vel conſuetudinem, per Domi. Feli. melius quàm alibi. in c. accedentes, de præſcrip. colum. 4. poſt me. in verſi. quæſibile priuilegio.

Priuilegium generaliter conceſſum non derogat pacto. tex. eſt de deci. ex multiplici: vt not. glo. in c. 1. de pact. lib. 6. in gl. fi. ſi etiam in priuilegio poneretur clauſula generalis, non obſtantibus pactis in contrarium factis, non derogat, vt per ſententiam confirmat: vt not. glo. in cle. dudum, de ſepul. ad finem.

* SINGVLARE.

Priuilegium dignitatis durat finita dignitate, ſecundum Bal. in c. ſedes apoſtolica, de reſcrip. qui ad hoc allegat Inno. ibi, pro quo facit glo. in cap. accedens. leg. diſt. quæ ſing. dixit, quòd licet clericus ſit degradatus, non tamen poteſt percuti, & percutiens eum incidit in canonem. H. F.

Priuilegiũ redditur nullũ, & viciatur ex cauſa ſurreptionis, etiam ſi illa ceſſante fuiſſet princeps priuilegium conceſſurus: vt not. Ioan. And. de reſcript. c. ſuper literis. 2. charta, ver. quod in priuilegio. ideò in priuilegio ſurreptionis non habet locum diſtinctio: vt in d. c. ſuper literis.

Priuilegium ſi vno reſpectu eſt odioſum, & alio reſpectu eſt fauorabile, appellatur odioſum. not. Io. And. de verb. ſigni. in c. fi. lib. 6. ſuper 5. glo. Idem not. Barto. in l. 1. ff. de conſtitu. prin. vide ſub verbo, lex. §. lex dicitur fauorabilis.

Priuilegia ſapiunt naturam beneficialium in hoc, quia ſicut literæ beneficiales ex ſurreptione vicientur ipſo iure: ita & priuilegia. not. Anto. in d. c. ſuper literis. 10. colum. & Io. And. in c. ad audientiam. el 2. eod. tit. Et Compoſt. in c. ſuper literis. el 2. & proceſſus per executorem talis priuilegij factus, eſt ipſo iure nullus: ſi vt merus executor proceſſit, ſecus ſi partes iudicis aſſumpſit: ſicut etiam in beneficialibus diſtinguitur: vt not. Anto. in dict. cap. ad audientiam. qualiter autem in

beneficialibus diſtinguatur, vide ſub ver. gratia. §. gratia beneficialis quando.

Priuilegium an comprehendat futura, vide de priuile. quod circa. & de deci. c. ex parte.

Priuilegium non inſertum in corpore iuris, non tollitur, nec ei derogatur per cõtrariam diſpoſitionem, in qua de priuilegio non fiat mentio, quod potuit princeps probabiliter ignorare: vt probatur de conſti. cap. 1. lib. 6. in ratione ſui. & ita not. ibi Ioan. And. in nouel. ſuper ver. ſtatutum. quod eſt verum, ſiue dicta diſpoſitio ſit conſtitutio etiam extrauagans: vt not. Io. An. in d. c. ſuper ver. conſtitutionem. in nouel. ſiue ſit alia quæuis ſcriptura: vt not. Io. And. in c. 1. de reſcript. ſuper glo. 2. Et idem de cap. mo. cap. 1. lib. 6. ſuper ver. conſuetudine. idem no. 17. diſt. in gl. 1. Ad hoc facit tex. de reſcript. cap. veniens & de deci. ex multiplici. & ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. ſi quis à principe. & §. meritò. vide bonum tex. & glo. C. de decu. lib. 10. & quod ibi not. Barto.

ADDITIO.

Adde priuilegium, qualiter & quo tempore perdatur gl. & Io. An. & Abb. in cap. cùm acceſsiſſent. de conſtitu.

Priuilegium per quod Papa recepit aliquos in proprios Romanæ eccleſiæ filios, quid conferat, vide tex. de verbo. ſign. c. 1. lib. 6.

39 † Priuilegiorum tres ſunt ſpecies principales ſecundum theoricam Hoſtien. Quædam ſunt realia, quædam perſonalia, quædam corporalia. Realia ſunt, quæ dantur loco vel dignitati, vel perſonæ, occaſione loci, & iſta ſunt perpetua. Perſonalia ſunt duplicis ſpeciei: Quædam enim ſunt perſonalia ſimpliciter, quæ dantur certis perſonis, expreſsis eorum proprijs nominibus, & iſta extinguuntur cum perſona. Quædam ſunt perſonalia communiter, quæ dantur pluribus perſonis eorũ proprijs nominibus non expreſsis: ſicut eſt priuilegiũ reſtitutionis in integrũ, ꝙ datur minorib⁹, quãdo lęduntur, & priuilegiũ Velleiani, ꝙ datur mulierib⁹, ꝓ alio fideiubentibus, & priuilegiũ Macedoniani, quod datur filijs familiàs pecuniã mutuò recipientibus. Corpora-

poralia etiam ſunt duplicis ſpeciei. Quædam corporalia ſunt regulariter & communiter, quæ dantur alicui vniuerſitati, ſiue corpori vel collegio, ſic quòd quilibet de vniuerſitate, ſiue corpore vel collegio, poteſt illo vti & ſe tueri, ſicut eſt priuilegium conceſſum ordini clericali, quòd clerici non poſſunt ſub iudice laico conueniri: ſicut etiam ſunt priuilegia conceſſa ordinibus minorum, & prędicatorum, & hoſpitalarijs, & templarijs. Quædam ſunt corporalia communiter tantùm, & non ſingulariter, quæ dantur vniuerſitati vel collegio, ſic quod ipſa vniuerſitas, corpus vel collęgium, illo priuilegio vti poteſt, & aliquis ſingularis de illa vniuerſitate, corpore vel collegio, non poteſt illo priuilegio vti, ſicut eſt priuilegium quod datur domino contra libertum ſuũ vt non poſsit conueniri à liberto non petita venia. Illo enim priuilegio poteſt vniuerſitas vti contra ſuum libertum, ſi ab eo conueniatur: Sed ſi vnus de vniuerſitate conueniatur à liberto, non poterit vti dicto priuilegio Ita dixit Hoſt in ſum. de priuil. § quot ſunt ſpecies: quam diſtinctionem approbat Io. And in regula, priuilegium in mercu. in princ. ſolutionis quæſtionis. & aliquid tangit in regula de iudicijs, in fin. ſolutionis quæſtionis.

ADDITIO.

Adde quotuplex ſit priuilegium, per Alex. in conſ. 6. in 1. col. in 1. vol.

Priuilegia apoſtolica qualiter ſcribi debeant, & in qua parte debeant eſſe literæ longæ, & quæ dictiones debeant ſcribi extenſæ, & quæ abbreuiatæ. Et an vltima linea debeat in aliqua ſui parte vacua remanere, vide Archid 25. q. 2. in ſumma. & Spec. in tit. de reſcript. præſenta. § 1. ver. quin ex forma.

Priuilegium conceſſum ex cauſa onerosa de futuro implenda, reuocari non poteſt illa cauſa impleta, quod eſt ſingul. vt not. Bart. poſt Nico. de Mat. in l. cùm mihi. ff. de dolo. & in l. omnes populi. in primis recollectis. de iuſt. & iure.

* ADDITIO.

Priuilegio ſpeciali alteri conceſſo nunquam dero-

gatur per legem generalem, niſi fiat de ipſo métio. text. eſt cum ſua glò. not. in l. decurionibus. C. de ſilentia. li. 12. quem text. ad hoc ponderauit Bald. in l. non plures in vltimis verbis. C. de ſacroſanct. eccle. refert & ſequitur Iac. de ſan. Gem. in l. 2. §. omnes autem. in 2. col. ver. addite. ff. de iud. H. F.

40 † Probatio iuris validi non ſuffragatur, ſi ius inualidum deducatur, de conceſ. præb. ex parte, cum ibi no. & not. L ap. alle. 52. & Bart. in l. 1. in princ. ff. de eden. & eſt tex. ff. de Inſt. act. l. habebat, in prin. & ff. ſi menſ. fal. mo. dix. l. 1. & quod no. Io. And. in d. c. ex parte, ſub verbo, occaſione conſilij. & c. dilectus. eod. tit. ad fin. & de renun. in præſentia. in gl. quam vide ſub verbo, articulus, fama, beneficium, litera, præſumptio, productio.

Probatio indubitata fit quandoq; per iuramétum, non tamen eſt notoria, ſed aliter dicitur quòd indubitatam probationem non facit iuramentum cum vno teſte, & quandoq; dicitur indubitata per famam, & alia adminicula, quando materia eſt talis, in qua non poteſt habere de facili plena probatio. Euidentiſsima aũt probatio dicit̃ notoria, quæ conſtat inſtrumẽto, vel teſtibus iudicialiter productis. Et hæc dicitur etiam euidens probatio, de qua conſtat teſtibus & atteſtationibus publicatis: dicitur etiam euidẽs, de qua conſtat inſpectione literarum, cõtra quas nulla eſt hæſitatio. Vel quando probatio eſt in promptu, & nõ exigit altiorem indaginem, vel quando inſpectio oculorum immediatè perpendit: euidens etiam & plena dicitur probatio iuramenti in materia, in qua non poteſt de facili haberi plena probatio, vt in dependentib⁹ á conſcientia. Et differt euidens à manifeſta, quia euidens propriè dicitur quæ notoria eſt: manifeſta aũt quandoq; dicit̃ quæ iudicijs ſumitur: quandoq; etiam exigitur apertiſsima probatio, & quãdoq; liquida: & dicitur liquida, de qua conſtat probatione inſtrumenti vel teſtiũ. not. Ant. de coha. cle. in c. veſtra. in 2. oppo. Et vide quod no. per eundem in d. c. veſtra, 19. col. ver. aduertendum eſt.

Probatio delicti non fit ex ſola deprehenſione in crimine, niſi quis aliter de delicto conueniatur. not. dom. Ant. de iud. in c. cùm non ab homine, in princ. & dic plenius tàm in clerico, quàm in laico delinquente: vt not.

not. per eundem Anto. eo. c. verſic. venio ad gloſſ.

Probatio facta coram iudice ſeculari, an facit fidem coram eccleſiaſtico, & econtrà, vide ſub verb. iudex. §. iudex eccleſiaſticus.

Probatio alicuius diſpoſitionis, ſiue fiat directè, ſiue per coniecturas, requiritur omni caſu eadem ſolennitas, & idem numerus teſtium. Sed in probanda qualitate ipſius diſpoſitionis ſufficit minor numerus. not. Ro. conſil. 332.

Probatio intẽtionis & animi alicuius, qualiter fiat, vide Rom. conſil. 326. & vide ſub verbo, animus. & vide in §. probatio poteſt fieri.

Probatio licet ſit per legem aliquo caſu prohibita, nõ intelligitur prohibita illa, quæ fit per partis confeſſionem. not. glo. in l. in contractibus, in princ. C. de non nu. pe. & ibi Bal. & per eundem C. de iur. & fact. igno. l. cùm quis. ver. tertium exemplũ: ſed idem ſentit Innoc. de immu. eccle. c. quia pleriq;.

* SINGVLARE.

Probatio quãdo eſt ꝓhibita fieri, niſi per inſtrumentum publicũ, tamen hoc caſu poterit fieri probatio per teſtes quandoq;, & erit plena & valida probatio, nõ obſtante ſtatuto prohibẽte: ita ſing. dixit Cy. in l. optimã. C. de contrah. & con. ſtip. alleg. tex. in l. teſtiũ. C. de teſt. idem dixit Panor. in c. ſicut conſuetudo, de proba. H. F.

Probatio amiſsionis priuilegij vel inſtrumenti qualiter fiat, & quomodo tenor priuilegij vel inſtrumenti probeť per teſtes, vide gl. & doct. de priui. c. cũ olim. el. 1.

Probatio delegationis & ſubdelegationis iudicũ debet fieri per literas, non per teſtes. not. Rom. conſil. 256. Item dixerũt ꝙ intelligitur niſi ſit productũ reſcriptũ, vel litera delegationis. not. Rom. conſil. 428. ver. circa tertiũ. vide Ant. de off. deleg. c. cũ in iure. dicit tamẽ Archid. 96. di. nobiliſsim⁹, ꝙ comiſsiones, quas Papa facit rotæ, viua voce vel per nunciũ poſſunt ꝓbari per teſtes. vide inf. §. ꝓbari poteſt mandatũ. & §. ꝓbatio q̃d quis.

Probari poteſt ſententia & appellatio per teſtes. no. Rom. conſil. 409. vide de teſt. c. Albericus. & Bald. C. de eden. l. is apud quem.

Probari poſſunt acta per teſtes, quãdo ille qui iudicat habuit poteſtatẽ procedẽdi ſine actis, vt arbitrator. no.

Ant.

Ant. de iureiur. in c. quintauallis. ver. venio ad ſextum, in fin. Bart. dicit, quòd acta non poſſunt probari per teſtes, niſi fuerit ſcriptura facta, quæ fortè reperitur, &c. tunc oportet teſtes deponere de actis, de ſcriptura: vt ibi not. C. de arbit. l. ne in arbitris. & C. de fi. inſt. l. emancipatio. quod ibi limitat Bald. verum, quando acta de ſui natura requirunt ſcripturam, ſecus in alijs actis. & hoc tenet Innoc. Hoſt. Io. And. in c. quoniam contra, de probat. vbi ſimpliciter dicunt acta poſſe probari per teſtes.

ADDITIO.

Adde an acta quæ non ſunt ſcripta, poſsint probari per teſtes, per do. Fel. in c. quoniam cont. in vlt. col. verſi. nonò quæro, de proba.

Probatio certæ ſcientiæ principis qualiter fieri debeat, vide ſub ver. gratia. §. gratia non poteſt dici. & vide §. qui proximè ſequitur.

Probatio gratiæ Papalis, licet non poſsit fieri niſi per literas, tamẽ qualitas gratiæ poteſt probari per teſtes, quia quòd gratia non poteſt probari, niſi per ſcripturam, eſt contra ius commune: Ideò non debet extendi etiam per eandem rationem, cùm in probando parem vim obtineant teſtes & inſtrumenta, poterit ergo probari per teſtes, quòd gratia, de qua conſtat, per bullam fuit facta, & conſequenter quod non eſt ſurreptitia: fallit in certa ſciẽtia, per quam quis vellet gratiam ad beneficia factam, extendere ad hoſpitalia, & in certis alijs caſibus expreſsis in iure, in quibus requiritur probatio per ſcripturam: vt not. Rom. conſil. 397. Adde quòd gratia inferioris à Papa vel Imperatore poteſt probari per teſtes. not. Rom. conſil. 497. imò etiam gratia Papæ, dummodò non ſit motu proprio facta, poteſt probari per teſtes: vt in c. ſi motu proprio, à contrario ſenſu. & hoc tenet dom. de ſan. Gemi. in proœmio ſexti. in fin ſuper quò vide omninò, quòd not. ſub verbo, gratia. §. gratia apoſtolica non cenſetur.

Probatio non admittitur contra illud, quòd Papa aſſerit ſcribendo. C. ſi contra ius vel vti. publi. l. fin. & hoc eſt ne Papa redarguatur de mendacio: vt not. Ioan. And. in c. ſi motu proprio, de præben. lib. 6. ſuper gloſſ. fin.

fin. in nouel. prædicta intellige, niſi literæ dicantur falſæ: vt not. glo. de teſt. c. cùm à nobis.

Probari non poteſt literatura per teſtes, vt quod quis ſciat benè agere, conſtruere & cantare. not. Rom. conſil. 441. ibi ſunt opi. pro & contrà. Item probatur literatura per literas, ex quibus apparet aliquem in aliqua ſcientia graduatum. Mores autem alicuius, puta vita, nobilitas, ætas & conuerſatio, debent probari per teſtes. not. Roman. conſil. 270. ſed Hoſt. dicit, & benè in tractatu de inſtitu §. iniuſtam eſſe, quòd ſcientia quælibet poteſt probari per teſtes, in ſcientia eadem peritos.

Probatio quòd quis ſit collector deputatus per Papam, debet fieri per literas, non per teſtes.

Probatio quòd quis ſit ſubcollector ſubſtitutus per collectorem principalem, poteſt fieri per teſtes. no. Rom. conſil. 265. ver. item dixerunt. vide ſuprà §. probatio ſubdelegationis. & infrà §. probari poteſt mandatum.

Probatió in quibus caſibus requirat ſcripturam de neceſsitate, vide Rom. conſil. 397. §. de ſecundo. & de cenſi. c. 1. lib. 6. in glo. ma. & quod ibi not. Lap.

ADDITIO.

Probari qualiter poſſunt ea, quæ conſiſtunt in ſolo animo, vide pulchrè per Alex. in conſil. 19. in 2. col. in 1. vol. & in conſil. 133. in vlt. col. in 1. vol.

Probari non poteſt mandatum delegationis per teſtes, quando fit præſenti, idem ſi fit abſenti, & eſt mandatum ſimplicis cognitionis. Secus ſi eſt mandatum alterius actionis, niſi illud mandatum conſonet officio de quo conſtet. not. Ant. de offic. deleg. c. cùm in iure. 5 col. vide Rom. conſil. 256. qui ſimpliciter & indiſtinctè tenere videtur, quòd non poſsit probari, niſi per literas. vide de priuile. c. cùm olim. el 1. in glo. fi. & Ioan. And. ſuper ea. & vide ſuprà §. probatio delegationis. & §. probatio quòd quis.

Probari poteſt ſtatutum canonicorum & capituli per teſtes, quia ſcriptura non eſt de ſubſtantia legis vel conſtitutionis, niſi fortè ſit ſtatutum de longinqua, licet

tet Io. And. aliter ſentit. no. Rom. conſil. 332. vide plenè per Io. And. in regula, nemo poteſt in mercurialibus. & vide Bald. C. de leg. l. humanum, in fin.

Probatio poteſt fieri per iuramentum partis, de his quæ in animo vel mente ſua conſiſtunt, quia aliàs probari non poteſt: ideò ſi impetrat reſcriptum vel commiſsionem in curia, aſſerens ſe non ſperare conſequi poſſe iuſticiam in partibus, poteſt probare dictam aſſertionem per proprium iuramentum. not. Rom. conſil. 42. vide infrà §. probatio per iuramentum.

Probatio damnorum quæ principaliter petuntur, fit per iuramentũ, ſi per vim vel dolum illata ſunt, taxatione tamen à iudice præmiſſa, ſed ſi dolus vel violentia non interuenit, debet probari per teſtes: damna verò quæ incidenter petuntur, quia poſt lit. conteſt. emergunt, probantur per iuramentum, probato facto, ſiue cauſa, ex qua damnum inſurgit. not. Rom. conſil. 319. deciſione.

Probatio veri intereſſe qualiter fiat, vide Rom. conſil. 321.

Probatio æſtimationis iniure, quando non poteſt aliter fieri, debet iudex certam quantitatem taxare, intra quam vel in qua pars iuret & declaratur æſtimatio. not. Rom. conſil. 152.

Probatio rerum per vim ablatarũ fit per iuramentum ſpoliati, probata violentia per teſtes. not. Roma. conſil. 156. Item in rebus per metum traditis, vel furto ſubtractis, aut inquietatis. not. Inno. Hoſt. & Io. And. in c. quod metus cauſa. licet Ant. aliter dicat ibi.

Probatio de auditu, licet valet in his quæ tranſcendunt metam centum annorum, quò ad plenam probationem: tamen etiam in his quæ ſunt citra dictam metam, valet quò ad præſumptionem. not. Archid. 27. q. 5 hoc videtur. Item quò ad transferendum onus probandi in partem aduerſam. quod eſt verum, quando agitur de facto alterius: ſecus ſi de facto proprio: vt no. Lap. in c. 1. de præſcriptio. lib. 6. & vide infrà §. proxim. & §. probatio de auditu admittitur.

Probatio de auditu probat ſpolium in poſſeſſorio, quod eſt verum de auditu à parte, quæ tenet rem ſpoliatam, de qua agitur, non de auditu ab alio, not. Rom. conſil.

conſil. 142. ſed in factis antiquis ſufficit probatio de auditu etiam alieno: vt not. Ant. de cohab. cler. c. veſtra. 51. col. & pe. char. in fin. de proba. c. cùm cauſam. in 2. nota. & infrà §. probatur antiquum. & ſuprà §. prox. Non tamen eſt ſemper verum, quòd ius antiquum probetur per famam vel per auditum: vt not. Ant. in c. ſi diligenti, de præſcript. in vlt. notabili.

Probatur legitimitas per opinionem & famam viciniæ, ſaltem quò ad hoc vt tranſeat onus probandi in aduerſarium: vt no. Io. And. in regula, infamibus. lib. 6. vide Ant. in c. lator. qui filij ſint legitimi.

Probatur antiquum dominium per famam & communem opinionem apud omnes. not. Bald. C. de epiſc. & cle. l. conuenticulam. pe. col. in fin. Et vide quod ipſe not. de ſent. quæ pro eo quod inter. l. vn. col. 7. ver. & not. de infirmitate. quod not. de regibus & ciuitatibus antiqua dominia habentibus. not. Bald. C. de probat. in proprietatis. & vide ſuprà §. probatio, de auditu. & ſub ver. fama non facit. qualiter autem probetur dominium, vel quaſi dominium non antiquum, vide Bal. in d. l. proprietatis, & eod. tit. l. cùm res. C. de rei ven. l. iudicia. per Bart. in l. 2. ff. de vſucap. & Ant. de teſti c. cum cauſam. el 1. 8. col. vbi dicit quòd ſufficit teſtem dicere, quòd vidit quem tãto tempore poſsidere, quòd præſcripſiſſet. & idem Bald. in d. l. 2. de vſucap. ſed alibi diſtinguit: aut dominium deducitur per viam exceptionis, aut per viam actionis, aut principaliter aut incidenter: vt ipſe not. ff. de condit. inſtit. l. quidem in ſuo & an per confeſsionem partis circa dominium per tertium probetur dominium de præſenti, vide text. de tranſact. c. præterea. el 2. & de excep. c. cum venerabilis. & vtrobiq; per Ant. & quod not. glo. & Bart. in l certum. §. 1. & ff. de conceſ. & per Rom. conſilio 330. deciſione.

Probatio quòd beneficium pertineat ad collationem epiſcopi vel alterius, poteſt fieri per famam & reputationem, & alia adminicula, puta per auditum, & beneficium, de quo agitur, conſueuit conferri per talem litem, per admiſsionem illius, ad cuius collationem ſpectare dicitur, præſertim ſi impetrans habuit ad collationem epiſcopi. not. Rom. conſil. 123.

Proba-

Probatio communis reputationis quando ſuffi-ciat, vide ſub ver. error communis. & plenè per Innoc. de verb. ſignifica. quid per nouale. & c. veniens. & per Spec. in tit. de proba. 2. parte. §. 1. verſic. vltimò quæritur. vſq; ad finem. vide Rom. conſil. 330. & Bal. in l. quidem in ſuo ff. de condit. inſtit. & quod pleniùs ponit Lap. alleg. 89. dic quòd ſufficit ad probandum titulum alienum. vt not. Ant. de præſump. c. illud. pen. col. Sed ipſe loquitur quando titulus alienus deducitur incidenter ad excipiendum, non ad agendum, & hoc meliꝰ declaratur per eum, ſuprà ſub ver. præſumptio. §. præſumi an debeat ius incorporale reale. & vide ſub verb. beneficium. §. beneficium impetrans tanquam vacans per obitum.

Probari non poteſt titulus beneficij per confeſsionem aduerſarij, quò ad effectum adiudicationis beneficij & canonizationis, ſed ad effectum reſtitutionis beneficij, quo agens dicit ſe ſpoliatum, benè probat colorem tituli, quòd ſufficit quando agitur poſſeſſorio. no. Rom. conſil. 393. & vide Ant. de cauſ. poſſ. & proprie. c. fin. 13. col.

Probatio facta ad vnum finem, non probatur ad alium finem, etiam in eodem iudicio. Ideò probatio facta in ſummaria cognitione admittendi, vel non admittendi exceptionem oppoſitam, non prodeſt quò ad condemnationem in cauſa principali fiendam. not. Io. And. de reſtitut. ſpolia. c. ſolicitè. & idem not. Ant. ibidem, in ver. ſecundum vtrumq; in 1. oppo. & vide ſub verb. teſtis. §. teſtis inducti. & infrà §. prox.

Probatio quaſi poſſeſsionis iuris corporalis non releuat ab onere probandi proprietatem ipſius iuris principaliter deductam in iudicium. not. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 2. col. & vide omninò ſub ver. præſumptio. § præſumi an debeat ius incorporale, cum pluribus §§. ſequentibus.

Probare an teneatur quis omnia in articulo vel libello deducta, licet aliàs ſufficeret deduxiſſe & probaſſe alterum, vide Anto. in c. 2. de reſcript. & vide tex. in c. licet cauſam. de probatio. & adde quod habetur in c. exhibita. de iud.

ADDI-

ADDITIO.

Vide do. Fel. eleganter hoc tractantem, in d. c. licet. in 21. col. ver. in glo. in ver. aſtrinxit.

Probatio an & qualis admittatur contra præſumptionem iuris, & de iure, vide ſub ver. præſumptio, in principio.

Probationem non faciunt in cauſa appellationis, ea quæ in principali cauſa producta ſunt, niſi etiam in cauſa appellationis reproducantur. not. Roma. conſil. 326. Idem tamen ſi reputantur, licet de facto non producantur. not. Rom. conſil. 393.

Probationem faciunt & contra tertium appellantem ratione ſui intereſſe, producta in prima inſtantia, & repetita in ſecunda, nec eſt neceſſaria noua productio, ſecus ſi ille tertius non veniat per viam appellationis, ſed principalis commiſsionis, faciendo cauſam committi cōtra illum, qui cum alio litigauit, & ſententiam obtinuit, quæ in rem iudicatam tranſiuit. not. Rom. conſil. 410.

Probationem an faciant coram iudice ſeculari geſta coram eccleſiaſtico, vel contra, vide ſub ver. iudex. §. iudex eccleſiaſticus poteſt adiri.

Probatio probata, & illa quæ eſt in cauſa próducta, idem eſt quod notorium. not. Ant. de cohab. cle. & mulie. c. veſtra. 18. col. in fin. & facit, quia acta dicuntur notoria: vt not. Inno. de verb. ſignifi. c. cùm olim.

Probatio de auditu admittitur in factis antiquis. not. Ant. in d. c. veſtra. 51. col. in prin. & penult. char. in fin. vide ſuprà §. probatio, de auditu licet. & §. probatio, de auditu probat.

Probatio filiationis de concubinatu qualiter fiat, vide Ant. in d. c. veſtra, in penult. col.

ADDITIO.

Adde qualiter probetur filia, per Alex. in conſil. 51. col. 2. in 1. volum. & in conſil. 74. per totum. in 2. volumine.

Probatio ſubiectionis qualiter fiat, vide ſub verbo, epiſcopū. §. epiſcopus fundat. §. epiſcopus probat.

Probationem plenam & ſemiplenam, aut indiciū,

an faciat fuga eius qui aufugit antequam accuſetur, vide Bartol. in l. lege: ff. de Senat. Silan. & de iureiuran. l. admonendi. ſed ſi poſtquam eſt accuſatus aufugit vel ſtat recluſus non eundo per terram: tunc non facit præſumptionem in crimine capitali. no. Bart. in l. 1. ff. de his qui mor. ſi conſci. ſed ſi fugit poſtquam ſit carceratus, punitur de effracto carcere illa pœna, qua puniretur ſi delictum, pro quo carceratus fuit, verè commiſiſſet. & not. Bart. de cuſt. reo. in l. eos. & ibi eſt text. quod procedit duobus concurrentibus, ſcilicet quòd carceres frangat, & quod aufugiat, ſecus ſi à carceribus aufugeret, & eos non frangeret, ſed oſtijs apertis recederet.

Probari an poſsit delictum per inſtrumentum. Oldrad. dicit, quòd ſic: ſumendo delictum prout eſt rude factum: vt ipſe not. in conſil. 97. Et dicit Io. And. quòd non, niſi notarius ſit rogatus per delinquentes, vt conficiat inſtrumẽtum ſuper eo, in quo delictum committitur ſcribendo aut contrahendo vel paciſcendo. Sed circumſtantiæ criminis benè poſſunt probari per inſtrumentum, ipſe notat in regula, ſemel malus, in nouella. libro 6. & in c. de ver. ſig. eo. lib. vbi vide Pe. Mo. Idem tenet Bar. in l. Senatus, in prin. ff. ad Turpil. Idem tenet Bal. addens, quòd licet inſtrumentum plenè non probet delictum, facit tamen adminiculum, in l. ſciant. C. de probat. prædicta vera quando agitur de crimine criminaliter, ſecus ſi ciuiliter. not. Iac. de Are. & Cy. in d. l. ſciant. Idem tenet But. & Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & eſt caſus in c. cùm ad ſedem. de reſt. ſpo. vbi patet quòd delictum ſpoliationis probatur per inſtrumentum, quando agitur ciuiliter Interdicto vnde vi. Et hoc voluit etiam Ioan. And. in dicta regula, ſemel malus, vbi generaliter approbat determinationem. Ia. de Are. licet ſpecialiter non exprimat iſtum caſum, quando ciuiliter agitur, vide Anto. de Maio. & obe. c. cùm in eccleſijs. & ibi Innoc. & Henric. tenent idem quòd Cyn. & idem etiam Archid. 2. q. 6. §. de poſſeſsione. vide pleniùs per eum 2. q. 7. plerique. & vide Cal. ſub verbo, crimen. §. 2. in repertorio.

* ADDITIO.

Probatio per coniecturas ſeu præſumptiones & veroſimilitudines admittitur, quando de aliqua re probatio clara fieri non poteſt: vt not. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò hæredi. ff. de eden. & ſequitur Iac. de ſanct. Geor. in l. ciuile eſt. C. de furt. in fin. H. F.

Probatio an admittatur contra iuramentum præſtitum, ſiue ſit in ſupplementum præſtitum, ſiue non, vide Io. And. & Doct. de temp. ord. c. 1. lib. 6. in gloſſ. ſuper ver. affecta. & ſuper ea.

Probationem faciunt verba aſſertiua Papæ dicentis, verbo vel ſcripto aliqua procuratorem alterius ab eo impetraſſe: talis enim præſumitur procurator, donec contrarium probetur. not. glo. pen. in c. nonnulli. de reſcript. quam ibi tenet Ant. Idem tenet Fred. de Senis, conſil. 97. Idem ſi Papa in literis ſuis dicat renunciationem beneficij in eius manibus factam per talem procuratorem, præſumitur procurator: vt no. per Pau. de Zab. in cle. 1. de prob hoc etiam tenet Lap. de Caſtel. allegatione 7. & probatur ex glô. dictę Clem. 1. de probat. quæ dicit aſſertioni Papæ etiam de facto alieno credi, ſi ſuper illa fundat eius intentionem, licet Lapus in eadem Clem. dicat hoc verum in aſſertione motu proprio facta: ſecus ſi ad inſtantiam ſupplicantis, quam diſtinctionem reprobat Lap. de Caſtel. in dicta allegatione 7. dicit tamen quòd ſaluari poſsit in verbis narratiuis Papæ, ſecus in aſſertiuis. Et aſſertiua dicuntur illa, quæ Papa aſſerit, vt ſuper illis gratiam fundet: Narratiua quæ ob aliud incidenter prolata ſunt: vt not. glo. in c. ſi Papa, de priuile. lib. 6. Et hanc doctrinam inter aſſertiua & narratiua propriè facit Io. And. in d. cap. nonnulli, ſuper glo. penul.

Probatur furor & dementia per verba & geſta non conuenientia homine ſanæ mentis. ff. de tutori. & curato. dan. l. is qui. §. diuus, de cond. inſtit. l. quidam in ſuo. Et probato furore & dementia certo tempore præſumitur talis perſeueraſse, niſi probetur contrarium, vt patet 3. quæſt. 9. iudces, in text. & gloſſ. Et Bartol. licet primò videatur dixiſſe contrarium, in

l. 2. ff. de bon. poſſ. in fan. fur. Idem not. per glo. & Ant. de ſucceſ. ab inteſt. licet Io. And. dicat, Valerium ibi referre, teſtamentum cuiuſdam furioſi fuiſſe per ſenatorem approbatum, quia benè diſpoſuerat, vide Bald. C. qui teſta. fa. poſ. l. furioſum.

Probatio per iuramentum partis, & etiam per vnicum teſtem & famam, debet admitti quando agitur de conſcientia probanda. not. Ant. de cenſi. c. peruenit. 4. col. char. 4. ver. circa quartam. vide ſuprà §. probatio poteſt fieri per iuramentum.

* SINGVLARE.

Probatio per confeſsionem Aduerſarij poteſt fieri poſt lapſas omnes dilationes datas ad probandū. Iſtud eſt ſingulare dictum Innoc. in c. vltra tertiam, de teſt. & ibi eum ſequitur Bal. dicens, quòd in quacunq; parte iudicij. imò etiam poſt ſententiam poſſunt fieri confeſſiones, & allegat gloſſ. 1. in l. Iulianus. ff. de condit. inde. & in d. c. vltra tertiam. refert do. Card. in facto ſe conſuluiſſe, quòd publicatis atteſtationibus poſſunt fieri poſitiones, etiam ſuper articulis, ſuper quibus non poſſunt produci teſtes ad probandum, per c. 1. de confeſ. in 6. & per dictum Inno. ibi, vt refert & ſequitur Fel. in d. c. vltra tertiam, in fin. H.F.

Probatio ſemiplena contra plenam nihil detrahit plenæ & perfectæ probationi, vnde vnus teſtis non detrahit fidei duorum contrarium deponentium. not. Ant. de teſt. c. in veſtra.

Probationis onus cui incumbit quando gratia dicitur ſurrepticia ex veri taciturnitate vel falſi expreſſione, vide ſub verbo, gratia. §. gratia ſi dicitur ſurrepticia.

Probatio capellanatus non poteſt fieri per teſtes, quia de eo ſemper ſolet fieri ſcriptura: vt not. Aegidius de Bella. in conſil. 400. niſi allegaretur & probaretur impedimentum quare illa ſcriptura haberi non poſsit: vt not. idem Aegidius conſil. 479. & tunc debent teſtes de veritate deponere, nec ſufficeret probare communem reputationem, nec quòd eſſet in poſſeſsione capellanatus: vt not. idem Aegid. conſil. 401. & conſil. 480. quod eſt verum in actore petente adiudicatoriam: ſecus

cus verò in reo petente abſolutoriam, quia ibi ſufficeret probare communem reputationem, per quam on⁹ probandi contrarium transferretur in aduerſarium: vt not. in d. conſil. 480. in fin.

Probationem plenam facit ſcriptura de archiuo publico productaq́ intellige: vt not. ſub verbo, ſcriptura. §. ſcriptura de archiuo.

Probatio quod non ſit memoria initij alicuius rei vel facti, qualiter fieri debeat, vide ſub verbo, teſtis. §. ad probandum memoriam.

ADDITIO.

Adde quæ probationes admittantur in facto. Alex. in conſil. 188. in tertia col. in 2. vol. vbi ponit quando dicatur factum de antiquo.

Probatio excommunicationis an fiat per literas ordinarij dicentis, noueritis quod talem excommunicamus, vide ſub ver. literæ. §. literæ ordinariorum.

Probatio minoris vel maioris ætatis, incumbit illi qui ſub ætate intentionem ſuam fundat, ſiue ſit actor, ſiue reus: vt not. Bar. in l. de ætate. ff. de mino. & Ant. in c. in præſentia. de proba.

Probare non aſtringitur quis habilitatem perſonæ vel temporis ætatis, vel aliter, ſi intentionem ſuā fundat ex validitate actus: ſed ſufficit quod ſimpliciter probet actum, niſi inhabilitas aliter probaretur: probato ergo actu præſumitur habilitas perſonæ ad actum ſaltem naturalem: vt not. Anto. de proba. c. in præſentia. char. 7. ver. no. quod fundus. quid autem de habilitate accidentali. vide ff. de proba. l. ab ea parte, & quod no. Inno. de eo qui fur. ordi. rece. c. innotuit.

41 † Proceſſus appellatione continetur datio apoſtolorum, apoſtoli ſunt de proceſſu, not. Rom. conſil. 406. ver. in 2. dubio continetur etiam ſententia appellatione proceſſus: vt no. Ioan. And. de appellatio. c. vt ſuper. lib. 6. in gl. in nouella, & vide ſub verbo, iudex. §. iudex.

Proceſſus an ſit nullus, quando iudex incompetens procedit, licet pars non opponat, vide ſub verbo, iudex. §. iudex aditus licet. & §. iudex ſi datur.

Proceſſus coram iudice habitus, an validetur ſi lite pen-

te pendēte iuriſdictio ſuperuenit: & ſi potuit vno modo procedere vt iudex, alio modo vt non iudex, an acta valeant, vide ſub verbo, iudex. §. iudex ſi ab initio.

Proceſſus habitus coram iudice in certo caſu, quo erat ſibi prohibita iuriſdictio, an valeat, ſi proceſſerit parte non opponente, vide ſub verbo, iudex. §. iudex an in certo.

Proceſſus factus per iudicem recuſatum poſt recuſationem, an ſit nullus, licet ab eo non fuerit appellatum, vide ſub verbo, iuriſdictio. §. iuriſdictio ſicut ſuſpenditur.

Proceſſus habitus per duos ex tribus iudicibus delegatis, tertio abſente & impedito, an valeat, licet ipſis procedentibus, & de impedimento non conſtaret, vide ſub verbo, iudex. §. iudices delegati ſi ſunt plures.

Proceſſus iudicis procedentis ſecundum iuris ordinem, non poterit procedere ordine non ſeruato an valeat, vide ſub verbo, notorium. §. notorium ſi eſt tale. & vide ſub verbo, iudex. §. iudex qui ſecundum naturam.

Proceſſus executoris factus in vim gratiæ ſurrepticiæ, an ſit ipſo iure nullus, vide ſub verbo, gratia. §. gratia beneficialis quando, &c.

42 †Procurator non dicitur nec cenſetur aliquis antequam acceptet mandatum. not. Rom. conſil. 145. & non dicitur acceptare, niſi expreſsè cōſentiat: ita quòd tacitus conſenſus non ſufficit ſecundum leges, ſed ſecundum canones ſic: vt not. Roma. conſil. 202. & vide ſub verbo, Abbas. §. ratificatio. §. teſtis. §. epiſcopus non poteſt eſſe. & ſub verbo, religioſus. §. religioſus non poteſt.

Procurator conſtitutus per eum duntaxat ad cauſas Romanæ curiæ douolutas poteſt comparere in cauſa quæ tempore dictæ conſtitutionis erat de ſpeciali mandato Papæ in curia commiſſa. not. Rom. conſ. 19.

ADDITIO.

Procurator excedens fines mandati domino ſciente, an dominus obligetur, vide per do. Fel. in c. olim. de offic. deleg.

Procurator conſtitutus per appellatum ad cauſas dun-

duntaxat ad Romanam curiam deuolutas, ita demùm poteſt in dicta cauſa dictæ appellationis comparere, ſi ante dictam conſtitutionem fuerit dicta appellatio intimata, vel ſaltem ipſius appellationis cauſa de mandato Papæ in curia commiſſa, niſi in procuratorio diceretur, quòd conſtituit eum procuratorem in omnibus cauſis motis & mouẽdis ad Romanam curiam deuolutis, quia tunc poteſt comparere etiam, ſi poſt conſtitutionem fuerat appellatio commiſſa vel intimata. not. Rom. conſil. 19. & vide ſub verbo, appellatio. §.

Procuratoris mandatum finitur contra eum lata ſententia in prima inſtãtia, & appellatione ab ea interpoſita, niſi in procuratorio eſſet etiam conſtitutus ad appellationem proſequendam, quo caſu ſi mandatum ſine proteſtatione recipit, non ſolùm poteſt, ſed tenetur appellationem proſequi. not. Rom. conſil. 21. & 373. vide infrà §. procurator mandatum ad agendum.

Procurator conſtitutus ad omnes inſtantias cauſæ, ſi prima inſtantia finita dominus alium procuratorem conſtituit ſine proteſtatione, quia citra reuocationem aliorum hoc faciat, non intelligitur reuocatus, etiam ſi in prima inſtantia fuerit lis conteſt. dummodò dicta tacita reuocatio ad noticiam ipſius procuratoris vel iudicis peruenerit. not. Rom. conſil. 21.

Procurator licet poſt litem conteſta. in prima inſtantia non poſsit reuocari inuitus ſine cauſa, valet tamen reuocatio ſi non cantradicit, & tunc ſentẽtia cum eo lata non tenet, quando ad ipſum & iudicem reuocatio peruenerit, ſiue dicta reuocatio fuerit expreſſa, ſiue tacita: puta aliũ conſtituendo, vel cauſæ aſsiſtendo ſine proteſtatione, quod citra reuocationẽ hoc faciat: vt not. Rom. conſil. 21. & vide infrà §. procurator licet efficiatur.

Procurator conſtitutus non intelligitur reuocatus, licet poſt litem conteſta. ab eo ſubſtitutus ad mandatum iuſſus reſpondeat articulis Aduerſarij, quia compulſus reſpondit: ſecus ſi voluntariè reſpondiſſet: vt not. Rom. conſil. 107.

Procurator cõſtitutus à prælato vel alio pro eccleſia vel beneficio ſuo, ſicut reuocat per mortẽ conſtituẽtis

etiam poſt lit.conte.per procuratorem. Ita etiam reuocatur ſi conſtituens renunciet, deponatur vel transferatur, quia eadem eſt ratio. An autem geſta per talem procuratorem reuocatũ ratificari poſsint, vide Roma. conſil.476.

Procurator poteſt conſtitui per clericum eccleſiæ etiam ante lit.conte. ad agendum pro iuribus & rebus eccleſiæ.not.Specu.in tit. de procurato.§.2.ver.quid ſi canonicus. Et idem not.Io.And.& Ant.in d. c. cũ olim. de teſta. & dicit Io. And.in addi. in d. ver. quid ſi canonicus. quod ita determinauerunt Doctores Bononienſes.

Procurator qui vnum ſubſtituit, alium poſtea ſubſtituendo intelligitur primum ſubſtitutum tacitè reuocare, etiam ſi in prima ſubſtitutione dixit, & proteſtatus fuit, quòd per aliquam comparationem quam fecerat, eum reuocare non intendit, quia aliud eſt comparare, aliud ſubſtituere.no.Rom. conſ.121. Et aduerte, ꝙ etiam ſi in proteſtatione dixit, quòd per aliquem actum quem facere reuocaret, non intẽdit niſi de reuocatione expreſſam faceret mentionem, tamen aliũ ſubſtituendo, primus reuocatus eſſet, quia conſtitutio ſecundi appellatur expreſſa reuocatio primi: vt no.gl.quã ſingulariter no.Bar.& Ang.in l.ante lit.con. ff. de procu. Et aduerte, quia illa loquitur in reuocatione, quæ fit per dominium ex eo, quòd ipſe in iudicio comparuit, & per ſe ipſum cauſam egit, qua ratione illa dicitur expreſſa reuocatio. Eadem ratione videtur idem dicendũ de reuocatione, quæ fit quãdo dominus aliũ procuratorem ad eandẽ cauſam cõſtituit, ad quod facit c.non iniuſtè, de procu.in ver.reuoca. In contrariũ tamen facit gl. in d. cle.1.de renun.ſuper ver.quemlibet. Sed primum tenet Ang.in d. l.ante litẽ. Item aduerte ꝙ qualiſcunq; ſit proteſtatio, ſi ex interuallo fiat actus contrarius proteſtationi, videtur à ꝓteſtatione receſſum, niſi ꝓteſtatio expreſſa ſe referat ad futurũ actũ, puta ſi contigerit me in futurum ſic facere, ſecus ſi illud verbũ omittatur, quia tunc intelligitur de actu, qui fieret incontinenti poſt proteſtationem, non de interuallo: vt not.per But.Bar. & Bald. C.de pact.l.pacta nouiſsima. Sed Bart. in l.non ſolùm. §.morte. de no, oper. nun. non videtur facere diffe-

differentiam, an exprimatur verbum in futurum, vel non: ſed ſufficit quòd verba proteſtationis ſint concepta in tempore futuro.

Procurator ſubſtitutus ſi eſt lit. non poteſt reuocari per conſtituentem, niſi eo caſu reuocaret Dominus conſtitutum à ſe. not. Rom. conſi. 146.

Procuratores ſi ſunt plures, & quilibet eorum inſolidum cum poteſtate ſubſtituendi, & vnus ſubſtituat vnum in prima inſtantia, & alter alterum in ſecunda, poterit ſubſtitutus primi conſtituentis procedere in tertia inſtantia, non obſtante ſubſtitutione ſecundi: quia non potuit ſubſtituendo, nec aliter reuocare ſuum collegam, nec eius ſubſtitutum. not. Roma. conſilio 161.

Procurator licet efficiatur Dominus litis, lit. conteſt. & conſequenter non poſsit inuitus reuocari: verũ eſt in illa inſtantia: ſed ea per ſententiam finita, poteſt ſtatim reuocari, ita, quòd non poterit appellare. nec appellationem proſequi. not. Rom. conſi. 21. & vide ſuprà §. procurator licet poſt litem.

Procurator conſtitutus ad certam cauſam, etiam cum poteſtate appellandi, & appellationem proſequendi, intelligitur tacitè reuocatus eo ipſo, quòd lata eſt ſententia contra procuratorem, qui fuerat lit. conteſt. Dominus appellauit & nouos procuratores ad proſecutionem appellationis ſimpliciter conſtituit. not. Roma. conſi. 281.

* SINGVLARE.

Procurator ſi petit dilationem ad ſoluendum præiudicat Domino, adeò quòd Dominus videtur approbare ſententiam, & renunciare appellationi: ita ſing. dixit Aegidius bellemer. in ſuis deciſi. in 29. char. ſub Rubri: de renunciatione. deci. 137. inci. procurator, &c. quod dictum refert & ſequitur pro not. Feli. in c. quod ad cõſultationem. in 6. col. ver. limita etiam tex. de re iudica. quod nota. ad ampliationem. leg. ad ſolutionem. C. e. H. F.

Procuratores ſi quis conſtituit plures ad negocia vel iudicia in eodem procuratorio, & poſtea conſtituat alios ſolùm ad iudicia cum reuocatione omnium alio-

rum ſuorum procuratorum ſub quacunq; conditione per eum conſtitutorum, videtur per talem generalem reuocationem reuocaſſe duntaxat procuratores ad iudicia conſtitutos.not.Ro.conſi.256.

Procurator habens mandatum ſubſtituendi, reuocandi & reaſſumendi, licet ſubſtituendo transferat totaliter poteſtatem ſuam in alium, & expreſſè proteſtetur ſe non velle amplius de cauſa ſe intromittere, tamē re integra poterit onus procurationis reaſſumere, & in cauſa procedere propter formam mandati. not. Roma. conſi. 184.

Procurator habens mandatū ſubſtituendi, & ſubſtitutum reuocandi, ſi ſubſtituerit, & poſtea in cauſa ꝓcedit, videtur ſubſtitutum tacitè reuocaſſe, ſi tamen ſubſtitutus poſt hanc tacitam reuocationem aliquid egit, poteſt ſubſtitutus ratam habere: ſecus ſi ipſum expreſſe reuocaſſet, & inhibuiſſet vt non procederet: vt not. Rom.conſi.184. vide omninò Ange.in l. diſpenſatorem. in fi. ff. de ſolu.

Procuratoris mandatum an poſsit reuocari in præiudicium tertij eo ignorante: dic quòd non in extraiudicialibus, ſi in præiudicium reuocatum ſit.ff.pro ſocio. l.ſed & ſocius.§.1.& no.gl. in l.1. ff. de contrahen. empt. & vide Bar.in l.mandatum.C.mandati. & vide gl. in cle. 1.de renun.quæ al.op.iura.& quod no. Io. And. in. cap. quoniam Abb.de offi.dele. & an in iudicialibus ſufficiat reuocationem peruenire ad noticiam iudicis vel aduerſæ partis, vide de procu.c.in noſtra, & in c.mandato.

Procurator ſi poſtquā eſt reuocatus, aliquid egit, antequam ei reuocatio intimetur, an valeat quod egit, vide tex. & glo. optima iura allegantem in cle. 1. de renunciatio.

ADDITIO.

Procuratorium mandatum non viciatur, licet in eo dicatur, facio te aſinum meum. not. Do. Feli. in cap. ſignificante. 2. colum. de reſcriptio. verſi. Quinta declaratio.

Procurator ſpecialiter conſtitutus ad certam cauſam non cenſetur reuocatus ex eo, ꝙ Dominus poſtea alium

alium generaliter cõſtituat ad omnes cauſas. not. Roma. conſil. 298.

* SINGVLARE.

Adde quòd iſtud dictum pro no. refert & ſequitur Fran. Cre. ſing. 113. inci. tu ſcis, quòd per conſtitutionem & an mandatum generale cum libera tantum operetur, quantum mandatum ſpeciale, vide do. Iaſo. in leg. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. in col. ſi ver. ſecundo no. diligenter. ff. quòd quiſq; iuris. & adde, quòd licet procurator habeat generale mandatum cum libera, tamen non poſſet facere pactum de non petendo gratis: vt no. Ang. in l. nam & nocere. ſed ibi Iacobi. Geor. ff. de pact. & an & quando pactum gratuitum ſit donatio, vide eundem Iacobi. Geor. in leg. contra iuris. §. fi. eod. titu. H. F.

Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi ſi ſubſtituit, & re integra decedit antequã ſubſtitutus onus procurationis acceptet viuente tamen Domino, per hoc non extinguitur mandatum ſubſtituti, quia nomine Domini ſubſtitutus dicatur, & Dominus venit, ſecus ſi procurator nullam habuit ſubſtituendi auctoritaté, ſiue poteſtatem à Domino, ſed à lege, puta quia poſt lit. per eum conteſtatam ſubſtituiſſet, quia tunc ipſo mortuo re integra mãdatum ſubſtituti extinctum eſſet. not. Ro. conſi. 414. aliàs 387.

Procurator habens mandatum ſubſtituendi, ſi alium præſentem & ſubſtituentem ſubſtituat cum clauſula, donec ad ſe duxerit reuocandum, & poſtea ſubſtituens in cauſa procedat, proceſſus valet. not. Roma. conſilio 273.

Procurator ſubſtitutus per conſtitutum habentem ad hoc ſpeciale mandatum, cenſetur à Domino cõſtitutus. not. Rom. conſil. 146. & ſi dicta ſubſtitutio fiat ante litis conte. ſine ſpeciali mandato, non valet. not. Rom. conſi. 323. quod eſt verum in procuratore ad lites conſtituto: ſed procurator negociorum geſtorum habet poteſtatem à lege, etiam ante litis conteſta. non ſolùm vnum, ſed etiam plures ſubſtituendi. not. Roma. conſil. 265. in prin.

Procurator conſtitutus poſt litem per eum conte-
ſtatam

ſtatam poteſt alium ſubſtituere: quia factus eſt Dominus litis. nota. Roma. conſilio 222.

Procurator conſtitutus ad certam cauſam cum poteſtate ſubſtituendi generaliter in omnibus cauſis, in quibus eſt procurator, ſi ſubſtituat, non admittitur ſubſtitutus ad dictam certam cauſam, niſi doceat ſubſtituẽtem acceptaſſe onus procurationis ante ſubſtitutionẽ prædictam. not. Rom. conſi. 165.

Procurator ſubſtitutus per defenſionem poſt ſatisfactionem de iudicato ſoluendo, vel de rato habendo per ipſum defenſorem præſtitam, debet admitti etiã ante lit. conteſt. quia per talem ſatiſdationem fuit factus Dominus: quod eſt verum in cauſis ciuilibus, & in prophanis, ſecus in criminalibus mixtis vel beneficialibus: & in alijs ſpiritualibus, in quibus non habet locum cautio ſiue ſatiſdatio prædicta. not. Roma. conſilio 420. ver. ſed vtrũm. vide Bar. in leg. ſolutionem. ff. de ſolu.

Procurator ſi eſt admiſſus in cauſa criminali, valet proceſſus in eo factus: poteſt tamen impediri fiendus excipiendo, quòd procurator non debet admitti, niſi ſit concluſum in cauſa, quo caſu non poteſt excipi, ſi venit ferenda abſolutoria. not. Rom. conſi. 314.

Procurator admittitur in cauſa inquiſitionis ſuper crimine non impediente ordinis executionem: admittitur etiam defenſor ſine mandato, ſecus ſi crimen impediat ordinis executionem poſt pœnitentiam peractam: & ſecundum Inno. non ſolùm procura. ſed etiam defenſor ſine mandato admittitur in cauſa inquiſitionis ſuper crimine. not. Rom. conſilio 420.

ADDITIO.

Procurator an poteſt conſtitui cum clauſula, prómitto habere ratum quicquid legitimè, vel cum clauſulis, ſaluis exceptionibus meis, vide Doct. & maximè Abba. in c. fi. de dila.

Procurator & etiam defenſor ſine mandato admittũtur in qualibet cauſa ſup crimine ciuiliter mota, & dicitur ciuilis etiam, quando agitur ad priuationem beneficij propter crimen, quia talis priuatio non eſt directa

recta pœna criminis,quod patet,quia etiam non haben ti aliquod beneficium, poteſt pœna criminis imponi, aliàs ſequeretur, quòd carens beneficijs poſſet impunè delinquere. not. Roma. conſilio 420. & eſt text. in cap. tuæ. de procurato. & in cap. ſuper his. de accuſat. vide infrà procurator ex parte rei. & vide ſuprà in ver. ciuilis. §. 2.

Procurator cum mandato in omnibus caſibus, in quibus admitteretur pro actore agendo in eiſdem caſibus, in quibus admittitur defenſor ſine mandato reum defendendo, tenetur tamen defenſor cauere de iudicato ſoluendo, vel de rato habendo. not. Rom. conſilio 414. &c.

Procurator ſine mandato licet ſit coniuncta perſona, non admittitur etiam cum cautione de rato, quando cauſa eſt talis, quæ reſpicit æſtimationem de intereſſe: vt ſunt cauſæ beneficiales, & aliæ ſpirituales. no. Ro. conſi. 420. poteſt tamen coniunctus pro coniuncto coram executore appellato intercedere ad gratiam purificandam. not. Rom. conſi. 290. an autem poſſit beneficium acceptare ſine ſpeciali mandato, vide Io. An. qui dicit, quòd non, in c. ſi abſenti, de præb. lib. 6. ſuper 3. glo. in nouella, &c.

Procurator poteſt in cauſa criminali conſtitui per reum in carceribus conſtitutum: imò etiam ſine mandato poteſt à quolibet defendi, ſecus ſi ſit in libertate. not. Rom. conſi. 201.

Procurator poteſt conſtitui per coniunctam perſonam ad agendum & defendendum pro coniuncto. not. Rom. conſi. 142. quod eſt verum in cauſa prophana, non in cauſa beneficiali, etiam ſi auferat cautionem de rato. no. Rom. conſi. 142.

Procurator ſine mandato non admittitur pro coniuncta perſona in caſibus ſpirituale mandatum requirentibus. not. Bald. in leg. exigendi. C. de procura. niſi illa coniuncta perſona ſit minor vel furioſa: vt not. Bar. in l. pater pro filio. in prin. ff. de mino.

Procurator ſine mandato non admittitur amicus pro amico. licet Cy. dicat contrarium: vt no. Ant. de cõſtitu. c. cum M. 12. col. ver. ſecundum ſentit gl. de reſcrip. c. ex parte Decani. 5. col. ad fi. vbi omninò vide, &c.

Pro-

Procurator etiam ſine mandato poteſt intimare appellato appellationem in cauſa beneficiali interpoſitã: quia ſufficit, qualitercunq; ad eius notitiam peruenerit:licet Archi.dicat contrarium.not.Rom. conſi. 127.

Procurator eſſe poteſt ſine mandato quilibet Clericus pro defenſa vel recuperatione rerum eccleſiæ, & in omni caſu concernente vtilitatem eccleſiæ etiam alijs contradicentibus.not.Rom.conſi.334.vide in §.proxi. ſed cum mandato poteſt Clericus eſſe procurator, etiam pro Laico: vt not. Ant. in c. per venerabilem in 1. nota.qui ſi. ſint legitimi.

Procurator poteſt eſſe canonicus pro canonico, etiam ſine mandato ad petendum abſolutionem ab excommunicationis ſcientia,ſecundum Inn. quod eſt verum,quando petitur abſolutio ſimpliciter: ſecus fortè, ſi ad cautelam.no.Rom.conſi.425. Do. Anto. dicit,quòd canonicus non agit pro canonico ſine mandato : ſed habet mandatum, operatur, quòd canonicus aliàs non eſſet idoneus procurator: vt quia religioſus efficitur habilis propter mandatum:vt ipſe not.in c. cum M.de cõſti.ver.ſecundum ſentit.12.col.

Procurator poteſt conſtitui à prælato, & à capitulo pro omnibus membris & ſubditis ſuis,non pro nõ ſubiectis.no.Ro.conſi. 405.

Procurator non poteſt declarare animum Domini ſui ſine ſpeciali mandato. no. Ang. in l. ſi quis in intentione. ff. de iudi.

Procurator generalis non poteſt agere, ſed requiritur ſpeciale mandatum.no.Bar. ff. de verb. obli. l. ſtipulatus.in prin. not. Ro. conſi. 395.

ADDITIO.

Procurator an debet conſtitui ſpecialiter in cauſa vſurarum: vel an ſufficiat mandatum generale ad cauſas eccleſiaſticas.vide Lap.alleg. 70.

Procurator poteſt conſtitui per moniales habẽtes aliquod officium ſine adminiſtratione in monaſterio, vel extra, ad inſtar aliorum religioſorum:poſſunt etiam conſtituere procuratorem in cauſa electionis, & nomi-

homine ſuo, & etiam nomine monaſterij. not. Roma. conſi. 221.

Procurator ſine ſpeciali mandato, ſicut non poteſt renunciare exceptioni peremptoriæ: ita nec dilatoriæ temporis: vt no. Bar. in l. fi. in prin. ff. de his quæ in frau. cre. & vide omnino infrà §. proxi. & vide Ant. qui in dilatorijs dicit contrarium in c. 1. vt lit. non conteſt. 6. col. ver. venio ad primum.

Procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato iuriſdictionem prorogare: niſi habeat generale mandatũ cum libera. no. Inno. de offi. dele. c. cum olim. el 1. & licet procurator omiſerit opponere exceptionem dilatoriam fori, & Dominus ſciuerit, tamen geſta eius non valent ad effectum iuriſdictionis. no. Ioan. An. in d. c. cum olim. ſuper glo. 3. dicit tamen Bart. quòd procurator habens generale mandatum, poteſt remittere declinatoriam fori: quia talis remiſsio non eſt donatio: ideò venit ſub generali mandato: vt ipſe no. in l. fi. in prin. ff. de his quæ in frau. cred. quod non placet, quòd talis remiſſio non ſit donatio, tamen quia per eam prorogatur iuriſdictio, nõ poteſt procurator illud facere ſine ſpeciali mandato, ſecundum Inn. & Io. And. vbi ſuprà. & vide ſub verbo, iuriſdictio. §. iuriſdictio non poteſt prorogari per ignorantem. & §. iuriſdictionis prorogatio non cadit. Adde quòd licet procurator non poſsit iuriſdictionem prorogare: ſi tamen Iudex pronunciat ſe competentem, cùm non ſit, poteſt procurator omittere appellare à dicta pronunciatione, & valebit omnis proceſſus iudicis. not. Do. Ant. de offi. dele. c. cùm olim. in fin. poteſt etiam procurator renunciare exceptioni dilatoriæ, non peremptoriæ: vt not. Do. Ant. vt lit. non conte. c. 1. ver. venio ad primum. col. 6. & vide ſuprà §. proxi. & infrà §. procurator non poteſt renunciare.

Procurator ſine ſpeciali mandato non acquirit poſſeſsionem Domino, niſi ſequatur Domini ratihabitiò in tempore habili. & not. Ro. conſi. 290. contrariũ tenet Bar. in l. ſi mihi donatum. ff. de dona. vide Inn. de præb. accedens. vbi tenet primam partem. & idem tenet Io. An. ibidem. ſufficit tamen ſecundum Hoſt. ibi quòd habeat mandatum ad capiendum omnia beneficia, licet in ſpecie nullũ beneficiũ exprimat. vide de præb. ſi tibi abſenti, in gl. 3. li. 6. ADDI-

ADDITIO.

Procuratorem licet non cogatur quis conſtituere in cauſa ardua & graui: vt c. querelam de procu. illud tamen non habet locum, quando res celeritatem deſide rat, & periculum eſt in mora: vt habetur in c. cùm dilectus. de dolo & contu.

Procurator ad matrimonium contrahendum non poteſt aliquis eſſe ſine ſpirituali mandato, ſed ad agendum in cauſa matrimoniali ſufficit generale mandatū. not. Ro. conſi. 375. contrarium no. Lap. in cle. 2.

* SINGVLARE.

Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium pro alio, nō poteſt alium ſubſtituere loco ſui, tex. eſt nota. in c. fi. de procur. lib. 6. & quid de nuncio, an poſsit alium nuncium ſubſtituere, dic quòd non: vt no. dicit Bal. in leg. ſi procuratorem. in §. 1. ff. mandati. Iſtud dictum refert & ſequitur pro ſingulari Iaco. de Sanct. Geor. in l. quod quis. in 2. colum. ver. addite quòd procurator. C. de procu. H. F.

Procurator ſine ſpeciali mandato, licet non poſsit impetrare reſcripta ad Iudices extra curiam: poteſt tamen etiam ſine vllo mandato impetrare Iudicem in curia, quia talis impetratio eſt potius quædam diſtributio. not. Rom. conſi. 428. Iſta ratio procederet in reſcripto impetrato ad auditorem Rotæ, non ad alium.

Procurator quando conſtituitur per excommunicatum in cauſa præmiſſa, an requiratur ſpeciale mandatum, vide ſub verbo, excommunicatio. §. excommunicatus in omnibus.

Procurator poteſt eſſe Laicus in cauſa beneficiali, nec requiritur, quòd in tali habeat ſpeciale mandatum, ſed ſufficit generale. not. Rom. conſi. 375. Contrarium tenet Lap. in hoc ſecundo. in cle. non poteſt de procura. cum primo dicto concordat Ant. de iudi. decernimus. verſi. ſi quæritur an poſsit.

Procurator ad agendum & defendendum, & etiam quilibet procurator ſimpliciter conſtitutus, poteſt pro Domino ſuo criminaliter citato, allegare cauſas rationabi-

nabiles abſentiæ & impedimentorū: quia venire non potuit perſonaliter, licet ad excuſandum, ſeu excuſatio nes proponendum non fuerit ſpecialiter conſtitutus. not. Rom. conſi. 314.

Procurator generalis comparens in curia, ſi petit inducias ad conſulendum Dominum abſentem, debet audiri, quando fuit conſtitutus ante cauſam commiſſam, & citationis decretum: quia tunc non præſumitur informatus & inſtructus à Domino. no. Ro. conſi. 395.

Procurator eius, qui fuit in partibus perſonaliter citatus: licet ſit in curia, & habeat ſpeciale mandatum, licet non producit, poteſt contra eius principalem procedi per audientiam contradictoriarum. not. Rom. conſil. 169.

Procurator ſimpliciter conſtitutus ad cauſas intelligitur, ſcilicet ciuiles non criminales: nec etiam ad ciuiles, quæ requirunt ſpeciale mandatum, vt matrimoniales & beneficiales. no. Lap. in cle. non poteſt. de procu.

Procurator generaliter conſtitutus, ad omnes cauſas intelligitur conſtitutus, non ſolùm ad præſentes, ſed etiam ad futuras. no. Rom. conſil. 413. & conſtitutus ad cauſas præſentes, & non futuras, non poteſt interuenire in cauſis etiam ortum habentibus poſt mandatum. not. Rom. conſi. 269.

Procurator rei licet ſit ſpecialiter conſtitutus in cauſa, quam habet cum actore ipſum nominando, tamen intelligitur ſufficiens mandatum habere, etiam quò ad ſurrogatum ad cauſam in locum actoris defuncti. not. Rom. conſi. 376. & vide infrà §. procurator ſi eſt conſtitutus contra certam.

ADDITIO.

Clericus poteſt defendere cauſam ſuam ſine mandato & ſine cautione. 12. quæſtione 2. non liceat. de re. eccle. non alie. ſi quis. & glo. no. in c. ſi coram. de offi dele. & c. cùm olim, de teſti. Item poteſt quemlibet alium cum cautione defendere: vt l. qui proprio. ff. de procura. Io. & Abbas in c. 1. de reſti. ſpo.

Procurator ſi eſt conſtitutus in cauſa beneficiali contra certam perſonā illa defuncta lite pendente, ſi ter

tius comparet reſumens litem pro ſuo intereſſe, non valet proceſſus agitatus inter illum tertium & dictum procuratorem.no.Rom.conſi.171.vide infrà §. procurator ſi eſt conſtitutus contra certam.

Procurator habens mandatum ad agendum ac defendendum, ac crimina & defectus in perſonam & formam apponendum, licet crimina & defectus in procuratorio non ſpecificentur:nihilominus poteſt in ſpecie de quolibet crimine & defectu excipere, ſecus in procuratorio ad appellandum ab alicuius electione, prouiſione vel poſtulatione, requiritur ſpecificatio criminũ, & defectuum. not. Roman. conſi.254. vide omnino Anto. de reſcript. cap. nonnulli. §. ſunt & alij. ver. quæro qua pœna.

Procurator generalis ad lites & negocia non poteſt præſentari ad beneficium, quod eſt de iure patronatus Domini.not.Cal.in cap.fi.de conceſ.præben. an autem poſsit patronus conſtituere procuratorem ad præſentandum ad beneficium vacaturum, vide ſub verbo, patronus non poteſt procurator.

Procurator conſtitutus ſimpliciter ad agendum & defendendum, ſi ſuccumbit, tenetur appellare, ſed non appellationem proſequi, niſi eſſet conſtitutus etiam ad appellationem proſequendam.no.Ro.conſi.117. vel niſi eſſet conſtitutus etiam ad appellandũ, quo caſu tenetur proſequi, & omnia facere, quæ in mandato per eum acceptato continentur. not.Roma.conſi.147. vide ſuprà §. procuratoris mandatum finitur.

Procuratoris mandatum eſt ſtricti iuris: ideò non extenditur, niſi ad perſonas & cauſas in eo expreſſas. no. Ro. conſi. 171. extenditur tamen ad conſecutiua, & incidentia etiam exigentia ſpeciale mandatum. not. Anto. de reſcript. c. nonnulli. §. ſunt & alij. ver. quæro, & vide infrà §. procurator eſt conſtitutus contra certam perſonam.

Procuratoris mandatum quantumcunq; generale, non intelligitur continere niſi licita: ideò vi talis mandati non poteſt procurator in pręiudicium Domini aliquid illicitum attentare. not. Roma.conſi.81.& omninò vide Lap. in c. cum qui, de præben. libro 6.

* ADDI-

* ADDITIO.

Procurator non poteſt declarare verbum ambiguum libelli dati à Domino, ſicut nec poteſt hæres: vt eſt glo. valde nota in l. idem Pomponius ſcribit. §. fin. ff. de rei ven. & no. per glo. paruam. & per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obliga. vt refert & ſequitur Iacob. de Sancto Geor. in l. veteribus. in 1. col. ver. aduerte tamen. ff. de pactis. vide tamen Do. Iaſonem in d. l. inter ſtipulantem. in §. 1. in 4. colum. ver. ſed tu aduerte. & vide eundem Iaco de San. Geor. in l. edita. in 1. col. ver. itẽ procurator. C de eden. vbi, quòd procurator non poteſt declarare libellum obſcurum productum, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum. H. F.

Procuratoris factum vel non factum an noceat Domino, vide plenè per Anto. in cap. 1. vt lit. non conteſta.

Procurator ſi aliquid agit extra illud, quod eſt ſibi commiſſum Domino ſciente, & non contradicente, cũ contradicere deberet, præiudicat Domino. not. Do. Anto. de iudi. cæterum. ver. quid ſi Dominus. in vlt. col. & facit quod not. Inno. de reſcrip. c. ex parte Decani. & de offi. deleg. c. cùm in iure. vide omninò Do. Anto. qui aliter dicit in d. c. ex parte Decani. ver. appo. tertiò. Hoc limita in his, quæ agit procurator coram Iudice competente, aliàs ſecus: nec videtur Dominus ex taciturnitate prorogare iuriſdictionem. not. Io. An. de offi. delega. c. cùm olim. el 1. ſuper glo. 3.

Procurator ſi in contractu per eum facto procuratorio nomine Domini enormiter lædit Dominum, fortè dominus poterit illum contractum petere ratione dictæ læſionis reduci ad arbitrium boni viri. no. Ant. de iureiur. c. quintauallis. ver. venio ad quintum.

Procuratores ſi ſunt plures conſtituti ſimul, ſed non inſolidum, & cum vno ex illis alijs non opponentibus procedatur, valebit proceſſus in cauſa beneficiali, quia Iudex illum, cum quo proceſsit, elegiſſe videtur. no. Rom. conſi. 107.

Procurator à minore conſtitutus, ſi in iudicio comparet, & cum eo proceditur, valet proceſſus. not. Rom. conſi. 175.

Procurator conſtitutus à filiofam. ſine conſenſu patris poteſt emancipato filio agere in iudicio, quia cõſtitutio non fuit nulla: licet pater non conſenſerit. not. Rom. conſi. 175.

Procurator vnus & idem poteſt conſtitui à duobus volentibus inuicem ſua beneficia permutare ad ipſa reſignanda & permutanda. not. Fre. de Sen. in tracta. permuta. q. 2.

Procurator licet non ſit admittendus, quando aduerſarius petit, quòd principalis veniat ad probandum factum, vel ad reſpondendum tanquam legalior, & qui melius nouit veritatem: vt l. ſi actor malit. ff. de procu. & in l. fi. C. eo. tamen ſi principalis eſt indiſcreta perſona, non tenetur venire, ſed poteſt per procuratorem facere, & hoc vult c. paſtoralis. de iudi. quod ſingulariter limitat leges prædictas.

ADDITIO.

Procuratore habente mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia, non poteſt Dominus tanquam iuſtior vocari: cùm ipſe iuret per alium, tanquam per organum. Sed in reſponſione ad alia poterit vocari Dominus, ſi eſt iuſtiori, & ſic procedit. l. fi. C. de procuratoribus. quod not. in c. 1. de iudi. lib. 6. Abb. in c. pertractandis. de iuramen. calum.

Procurator ſi eſt ab initio admiſſus vſq; ad lit. conteſt. an poſsit poſtea repelli, ſi non doceat de mandato ſaltem ex officio iudicis, vide quod not. de elect. cap. 1. lib. 6. in glo. ſuper ver. abſentia. & vide ſuper ver. exceptio iſta.

Procurator non poteſt ex mandato quãtumcunq; latiſsimo aliquid agere: per quod id, quod Dominus ſpecialiter fecit, vel fieri mandauit, impediatur vel reuocetur. ff. manda. l. ſi hominem. & ibi Bart. & idem dicit gl. 26. q. 7. tempora. hoc limita, niſi procurator habeat generale mandatum cum libera: vt not. Innocen. de offic. deleg. c. cùm olim. el 1. in glo. penul.

Procurator nõ poteſt conſtitui per excõmunicatũ ad recipiẽdum abſolutionem ab excõmunicatione, ſed benè poteſt conſtitui ad litẽ agitandam ſuper abſolutione.

ſione petita vel petenda. not. Anto. de iudi. cap. intelleximus. ſed Inno. dicit, quòd ex cauſa poteſt procurator interuenire ad petendum abſolutionem à ſententia excommunicationis: à ſententia autem ſuſpenſionis, vel interdum poteſt etiam ſine cauſa: vt ipſe not. de ſenten. excommunicatio. cap. cùm deſideres. & vide ſub verb. excommunicatio. §. excommunicatus per procuratorem.

Procurator tenetur iurare de calumnia: non ſolùm in animam domini: ſed etiam in animam propriam: vt ipſe non poſsit malignari: nam ſi Dominus iuraſſet, etiam ipſe iurare tenetur. not. Rom. conſi. 40.

Procurator conſtitutus ad cauſam tenetur ſatisfacere notarijs cauſæ de eorum ſalarijs, quando principalis eſt abſens à curia: etiam ſi procurator recipiat onus ad ſuſtinendum duntaxat. not. Rom. conſi. 303.

Procurator agens nomine clientuli ſui ad certam præbendã contra tertium poſſeſſorem, an intelligatur renunciare iuri, quod iure proprio ſibi competebat in ipſa præbenda, vide ſub ver. renunciatio.

Procuratoris mandatum quando requiritur ſpeciale, an ſit neceſſe in illam ſpecialitatem exprimere indiuiduo, puta ad iurandum ſic vel ſic: vt ad petendum reſtitutionem in integrum aduerſus talem ſententiam vel præſcriptionem: an verò ſufficiat, quòd in genere dicatur ad iurandum, & reſtitutionem petendum, vide Bar. ff. de do. l. filius. in princ. & vide gloſſ. in cle. 1. de renuncia. in verbo, procurator.

Procurator poteſt geſta per alium ſuo nomine poſt litem conteſta. ratificare non tacitè. not. Roma. conſilio 326.

Procurator licet ſit admiſſus, & cõtra eum: vt procuratorem ſententia lata: tamen Dominus, cuius nomine cauſam egit, poteſt opponere, quia non fuit procurator. not. Bart. ff. de procur. l. Pompo. §. rati. & eod. titu. licet. & not. Anto. in c. cùm inter. de officio deleg. vide omninò ſub verbo, præſumptio. §. præſumi non debet quem eſſe procuratorem.

Procurator inhabilis ſicut non poteſt pro conſtituente iudicio comparere, & ita nec alium ſubſtituere, licet mandatum ſubſtituendi habeat, quod eſt

Cc 3 verum,

verum, quando cauſa inhabilitatis ita reſpicit actus ſubſtitutionis ſicut agendi, vt in religioſo, qui habet intendere contemplationi, à qua diſtrahitur, ita ſubſtituendo ſicut agendo, licet non tempore, ſecus in excommunicato: qui licet non poſsit in iudicio pro alio agere, poteſt tamen ſubſtituere eum, vt contrahere poſsit. not. Ant. de proba. c. poſt ceſsionem. vlti. col. & licet in actu ſubſtituendi plus poſsit procurator excommunicatus quàm religioſus, tamen in actu iudicialiter comparendi certo caſu plus poteſt religioſus quàm excommunicatus etiam vt procurator conſortis comparere, excommunicatus non: vt ibidem no. Anto.

Procurator habens mandatum ad recipiendum pecuniam mutuò, non poteſt mutuò ſe confiteri recepiſſe. no. Bart. ff. ſi cer. pe. l. 2. in §. fi. C. de noua. l. non abſtulit. & Bal. in l. falſa. C. de fur. & Ang. in l. ſi ita ſtipulatus. & Chryſogo. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teſti. §. 1. verſi. ſed pone Egi. in fi. hoc intellige, quando confeſsio allegatur vt ſpecies cõtractus, quia etiam per confeſsionem abſq; numeratione poteſt mutuum contrahi: ideò cùm mandatum non benè comprehendat illam ſpeciem contrahendi, non poteſt procurator confitendo cõtrahere: ſed ſi confeſsio allegatur vt ſpecies probationis, credo quòd contractus mutui teneat tanquam probatus per confeſsionem, & erat mutuum ex numeratione contractum, quæ numeratio ex confeſsione probatur per tex. ff. depo. l. Publica. in fin. ad hoc facit quod not. Bald. in l. ex cautione. ver. quintò quæro. C. de non nume. pecu. ſed ibi loquitur in Domino: ſecus in procuratore. Et ita diſtinguit Ioan. Andr. in dicto verſic. ſed pone. non ob. quod no. Bar. in leg. debitorem. ff. de non nu. pe. vbi quòd habens mandatum ad recipiendum ſolutionem, non poteſt confiteri ſibi ſolutum eſſe, & tamen confeſsio allegabatur vt ſpecies probationis, quia illud dictum Bar. debet intelligi ſecundum legem, quã allegat: quando conſtat, quòd confitens ſe recepiſſe, nihil recepit: ſed confeſsionem animo dandi fecit, quo caſu, quia in mandato non venit donatio, talis confeſſio non præiudicat Domino, & ita loquitur l. pri. §. ſi mutuò. ff. ſi quid in frau. pa. fac. ſit quam Barto. allegat,

ſed

ſed vbi hoc non conſtat, non præſumitur, quòd animo dandi procurator confeſſus fuerit, valet ergo confeſſio, & præiudicat Domino: aliàs ſequeretur, quòd ſi procurator pecuniam à nullo poſsit recipere, non poſſet bonam fidem cognoſcere, contra l. ſi fideiuſſor. §. quædam, & l. Quintus Mutius. ff. mandati. & eodem modo reſponderi poſſet ad id, quod not. Bar. in l. diuo pio. §. ſed ſi emptor, ad fi. de re iudi. vbi dicit, quòd procurator datus ad vendendum, non poteſt confiteri precium recepiſſe, ſed debet conſtare de reali numeratione: in procuratore tamen Cæſaris non fiſci dixit Bar. contrarium quòd poteſt vendere, & precium recepiſſe confiteri. ff. de iur. fiſc. ſi procurator. §. fi. ſed opi. Barto. approbat indiſtinctè Ant. in c. ſi cautio. ad fin. de fide inſtru. ſed ſecundum contrariam opin. ſufficit confeſsio, quando non apparet, quòd facta ſit animo donandi. tenet Bart. de Salice. in l. 2. in fi. ff. ſi cer. peta.

* SINGVLARE.

Procurator ad exigendum ſi probaret per teſtes ſuum mandatum, tamen debitor non cogeretur ſoluere tali procuratori, niſi oſtendat inſtrumentum de mãdato, etiam ſi probaret per teſtes, quòd habeat mandatum ad recipiendum ſolutionem, iſtud eſt ſingulare dictum Bald. ſemper notandum, in l. falſus, in 10. col. ver. vtrùm autem mandatum. C. de furtis. quod autem dictum refert & ſequitur pro valde not. Iacobi. de Sancto Geor. in d. l. falſus, circa fi. H. F.

Procurator generalis non poteſt remittere exceptionem peremptoriam nec dilatoriam, quia talis remiſsio ſapit donationem: ideò non venit ſub generali mandato, ſed declinatoriam fori remittere poteſt: vt not. Bart. in l. fin. in prin. ff. de his quæ in frau. credi. circa primum. vide quod not. Inn. de offi. deleg. cùm olim. el 1. vbi dicit, quòd licet procurator generalis poſsit renunciare ꝓbationi fiendæ ſuper exceptione peremptoria vel dilatoria, tamen ipſi exceptioni nõ poteſt renunciare, ſi habet mandatum generale cum libera. & vide Anto. in cap. 1. vt lit. non conteſt. quod autem dicit

Barto. procuratorem generalem poſſe renunciare exceptioni fori, non videtur verum: vt not. ſuprà §. procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato iuriſdictionē prorogare. vide Inno. in c. 1. vt lit. non conteſta.

Procuratoris confeſsio vel contumacia aut dolus an noceat Domino, vide plenè per Ant. in c. 1. vt lit. non conteſta. & per Cyn. in l. 1. C. de confeſ. & per Ioan. And. in tit. de confeſsis. §. poſtremo. ver. ſed ſi fit per procuratorem. 2. colum.

ADDITIO.

Procurator, cui data eſt libera poteſtas, ſi fraudem committeret, vel contra bonam æquitatem aliquid faceret, an illud noceat Domino, vide per Do. Iaſo. Inſtit. de actio. §. in bonæ fidei folio. 57. col. 1.

Procurator ſi non eſt certificatus de mandato per inſtrumentum vel per literas, aut per nuncium proprium Domini, non poteſt officium procuratoris exercere, nec ſufficeret eum certificari per extraneū. no. Fran. de Zaba. in cle. non poteſt. in fi. de procur. vide Spe. eo. ti. §. 1. ver. ſed quid ſi procurator. quod not. Io. An. in addi. in cap. is qui. eod. tit. lib. 6. in nouella. & Compoſt. de elect. c. ſtatuimus. in glo. quæritur quis procurator. in fi. vide omnino Do. de San. Gemi. in d. c. is qui. vbi allegat vnam notabilem deciſionem dicentem, quòd geſta per procuratorem non certificatum de mandato valent, ſi in mandato eſt inſerta clauſula de rato.

Procurator faciens actum, ſi non dicit, an ſuo vel procuratorio nomine faciat: vtrùm intelligatur nomine proprio, vel procuratorio feciſſe, vide Ant. de conſti. c. cum M. 6. colum. & per Barto. in l. 1. §. nuncia. ff. de no. ope. nun. & in leg. poſt mortem. §. 1. ff. quando ex facto tu. vel cura.

Procuratores ſi ſunt plures dati ſine clauſula inſolidum, vnus ſolus non admittitur, nec eligi poteſt per Iudicem ad cauſam proſequendam, niſi ſit cauſa ſpiritualis, in qua Iudex poteſt vnum eligere, & valet quod per eū fit. vbi aūt eſt clauſula inſolidum, quilibet admittitur, qui primò litē conteſtatur, ille ſolus proſequitur, nec tunc

tunc admittitur collega, niſi in conſtitutione dictum ſit, quòd non ſit melior conditio occupantis, quo caſu ita demum admittitur collega, ſi ille qui eſt lit. conteſt. noluit, vel non poſsit proſequi, vel alium non ſubſtituit, & vbi in caſibus prædictis collega eſt admiſſus, nõ poteſt qui lit. conteſt. fuit ad proſecutionem reuerti, niſi ille collega nollet, vel non poſſet proſequi, nec poteſt collega dare ſubſtitutum, cùm non ſit dominus litis. vide de procu c ſi duo. lib. 6. & ibi not. vide omninò ad limitationem prædictorum, quod not. Io. And. in c. in nomine domini. de teſt. vbi dicit quòd datis pluribus procuratoribus cum clauſula, quòd non ſit melior conditio prius occupantis, licet lis conteſtetur per vnum, tamen valet, quod ſit per alium, ſi dominus vult, quòd valeat, & alia pars fuit præſens, ſecus ſi fuit abſens. vbi autem alia pars vult quod valeat, & dominus non vult quòd valeat, tunc dominus auditur ex illa parte, quæ reo fauorabilior eſt, propter clauſulam prædictam. vbi autem vtraq; pars conſentit quòd valeat, tunc nullum eſt dubium. idem dicit Bald. quò ad primum dictum, in l. quando. C. de teſt.

ADDITIO.

Procuratores imperij, aduocati, & notarij, pauperum excoriatores ſunt, & canes curiarum, ac ciuium deuoratores appellantur: vt per do. Iaſo. de May. Inſti. de actio §. tripli. fol 66 col. circa finem.

Procuratores ad lites ſi dantur plures, & quilibet eorum, licet non dicantur inſolidum, cenſetur quilibet inſolidum conſtitutus: vt not. Bald. in l. pluribus. ff. de procura.

Procurator non poteſt renunciare appellationi. not. Bald. in l. fin. C. de tempo. app. vide ſuprà procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato iuriſdictione. ſed aduerte, quia text. in d. l. fin. loquitur de appellatione interponenda: ſed tunc conclude, ſi non poteſt renunciare interponendæ, interpoſitæ multò minus.

Procurator non poteſt conſtitui per patrem ad emancipandum filium, ſed ipſemet debet emancipare: filius autem benè poteſt conſtituere procuratorem ad

petendum ſe emancipari: nam & abſens poteſt emancipari, dũ tamẽ poſtea conſentiat emancipationi.C.de eman.libe.l.iubemus.& hoc quod dicitur de conſenſu. facit tex.in aut.qui mo.lib.eff.§.generaliter. ſed glo.in d.l.iube. videtur dicere, quòd ignorans non poteſt emancipari. vide Bart.in l.poſt mortem.§.fi.ff de adop. & l.Gallus.§.forſitan.de libe. & poſthu. & vide Bald.in d.§.forſitan. & ff.de adop.l.neq; abſens. & d.l.poſt mortem.§ fin.

Procurator ex parte rei ſine mandato admittitur inuito actore, ſi vult ſatiſdare de iudicato ſoluendo, vide Bart.ff.de ſolu.l ſolutionem, & de procur. l.ſeruum quoq;.§.publicè. & de procura. ſine mandato ex parte actoris. vide Bart.in l.non ſolùm.§.fin.eod. tit. & vide ſuprà §.procurator & etiam defenſor.

Procuratoris mandatũ an & quando finitur morte mandantis, vide ſub verb.mandatum.

Procurator de cuius mandato dubitatur, admittitur ante lit.conteſt.cum cautione de rato, & per talem cautionem perſona ſua legitimatur: hoc eſt verum in iudicijs non quò ad merita: ideò poſt lit.conteſt. poterit contra eum opponi ad merita quòd non ſit procurator, & ſic legitimatio illa operabitur vt admittatur ad diſcutiendum præiudicium vſq; ad merita, & vt ſi ſententia contra eum feratur ſibi præiudicet, non ad præiudicium domini, nec etiã valebit ad præiudicium illius qui ſuccubuit domino ratum non habente, eo ratum habente ſic: ſecundum Bart.ſed tu conclude ſecundum do. Ant. quòd ſi ex ſententia ferenda contra procuratorem, non eſt plenè cautum litigãti, poterit eum compellere ad futura: ſecus ſi eſt plenè cautum, vt quia tale ſuum intereſſe poteſt conſequi à domino. ita not. do.Ant.de conſtit.c. cum M.vbi dicit But. 11.colum.ſed Bart. aliter loquitur in l.Pompo.§.rati.ff.de procur.& vide ſub ver.exceptio iſta.

ADDITIO.

Procurator fiſci fidem de precio rei venditæ ad minorem & eccleſiam habere non poteſt: vt per dom. Iaſon. Inſtit. de actio.§. ex maleficijs. fol. 58.colum.1.circa me.

SIN-

* SINGVLARE.

Procurator de cuius mandato dubitatur, non debet admitti cum cautione de rato, quando dominus eſt præſens in ciuitate vel prope, ita quòd de facili poſsit haberi eius præſentia: vt not. Ange. & Paul. de Caſt. in l. mutus. §. is qui, per illum tex. ff. de procu. quem tex. dicit eſſe ſingularem Iacobinus de ſancto Geor. in l. 1. in §. not. C. eo. H. F.

Procurator ſine mandato admittitur cum cautione de rato, pro conſorte eiuſdem litis, dum tamen ſit aliàs habilis ad procurandum, cùm natura cauſæ patiatur procuratorem admitti, & tunc demũ dicuntur conſortes litis, quando inter eos eſt communitas actionis & obligationis, vt duo cohæredes, & quando eſt communitas litis, vt quia ambo agunt in eodem libello: ſecus autem ſi in diuerſis libellis ſeparatim ei reſponderent: vt not. Ant. de conſti. cum M. ver. ſed aduertamus, 13. colum.

Procurator ſi eſt conſtitutus contra certam perſonam in aliqua cauſa, & generaliter in omni alia cauſa, illa generalitas reſtringitur & intelligitur de cauſis con tra illam perſonam motis, non aliter vel mouendis: vt not. in l. qui habet. §. fi. de tute. tex. l. quod dicit, in prin. quæ immediatè ſequitur, pro quo facit quòd noua perſona nunquã ſubintelligitur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, de verb. oblig. & facit quod dicitur de impetrante beneficium tanquam vacans per reſignationem Titij, ſiue aliàs quouis modo ex perſona illius Titij: vt not. Lap. in c. ſuſceptum, in princ. de reſcript. lib. 6. & vide ſuprà §. procuratoris mandatum eſt ſtricti iuris. & §. procuratoris rei, licet ſit cum §. ſe. prædicta intellige, niſi lis quæ moueretur contra nouam perſonam, eſſet neceſſaria tanquam præambulum & antecedens ad litem mouendam contra perſonam in inſtrumẽto mandati ſpecialiter nominatam: vt not. Bart. in l. legatum. ff. de procur.

Procurator expreſsè conſtitutus ad aliqua ſpeciale mandatum exigentia, & generaliter ad quçuis alia quæ requirunt ſpeciale mandatum, dicitur ſufficiens procurator etiam quò ad maiora non expreſſa, & hoc operatur illa dictio Quæuis: vt no. Anto. in Cle. 1. de re iud.

iud. quod no. quia ſecundum eum limitat cle. non poteſt de procura.

Procuratoris mandatum ad agendum vel defendendum finitur finita lite per ſententiam, ſi fuerit ſpecialiter conſtitutus ad illam cauſam, ſecus ſi fuit conſtitutus ad lites & cauſas præſentes & futuras, & mandatum acceptauit ſimpliciter: vt not. Bart. de ſolu. l. hoc iure. ff. de procura. l. ſi procurator meus.

Procuratores ſi ſint plures conſtituti inſolidum cum clauſula, quòd non ſit melior conditio occupantis: vt not. lit. conteſt. non poteſt alius ad cauſam venire, niſi prius litem conteſtans fuerit mortuus, vel abſens, vel impeditus, vel noluit cauſam proſequi: vt in c. ſi duo. de procu. lib. 6. vel non proceſſerit in cauſa parte aduerſa præſente, & non contradicente: vt not Ioan. And. in c. in nomine domini. de teſt. ſed do. Ant. in hoc vltimò ſentit ibi contrarium prædicto c. ſi duo. de procur. ſed pro Io. And. facit tex. quem ipſe allegat ff. eod. tit. l. filiofam. §. veterani.

ADDITIO.

Procuratores duo inſolidum ad petendum conſtituti, an alter ab altero exigere poſsit: & an alter ſoluens alteri conſequatur liberationem, vide per dom. Frede. de Senis, in conſil. 134. & 180.

Procurator ſi non docet de mandato, tenetur parti, contra quam agit, vel cõtra quam defendit ad intereſſe: vt no. Bart. in l. Pompo. §. rati. de procura. & in l. licet. C. eod. titul. & ff. ſi cer. peta. l. ciuitas.

Procurator conſtitutus ad agendum, videtur tacitè conſtitutus etiam ad defendendum, & ſi conſtitutus ſit ad agendum duntaxat, non dicitur idoneus procurator, & poterit compelli per conuentum: vt not. Bart. in l. ſeruum quoq. §. vt prætor. ff. de procũra. ſed talis exceptio debet opponi ante lit. conteſta. poſtea non poteſt opponi: vt notat Barto. in l. Pomponius. §. rati. in fin. eod. titul.

ADDITIO.

Procurator an teneatur finito officio, vide per do. Abba. in conſil. 16. in 1. colum.

Pro-

Procuraror non poteſt conſtitui per dominum ad manumittendum ſeruum: vt not. Bart. in l. poſt mortem. §. fi. ff. de adop. & in l. Gallus. §. forſitan. de libe. & poſthu. & idem not. Ant. in c. per venerabilem, qui filij ſint legit. 23. col.

Procurator an poſsit conſtitui ad legitimandum filium, tàm ex parte ipſius filij, quàm ex parte patris, vide ſub ver. filius. §. filij legitimatio.

Procuratores duo ſi ſunt, quorum vnus in vno inſtrumento, alter in alio inſtrumento eadem die confectis conſtituti ſunt, ſi non apparet, quòd ex illis inſtrumẽtis præceſſerit, inuicem ſe impediunt, & nullus poteſt dici eſſe procurator: vt not. Old. conſil. 1. quod limita, niſi in altero duntaxat ex inſtrumentis prædictis eſſet clauſula reſeruatiua citra reuocationem aliorum procuratorum, quia tunc illud inſtrumentum, quòd habeat dictam clauſulam, cenſetur vltimum, & valet vtrumque, & cenſetur quilibet habere mandatum inſolidum: vt not. Io. And. in addit. Spec. in tit. de procura. §. ratione autem formæ. ver. item quod licet.

43 † Producens inſtrumentum non poteſt reuocare productionem. not. do. Ant. de fi. inſtrumen. c. imputari. & vide ſub ver. inſtrumentum.

* ADDITIO.

Productio inſtrumentorum & probatio debet fieri iudici, & non notario: vt no. And. Barba. in conſil. 40. incip. & quidem viſo. in 5. col. ver. item quia non erat. in 1. vol. H. F.

Producens inſtrumentũ cum proteſtatione quod producit in ea parte, quæ facit pro ſe, & non vltrà, iuuatur ex proteſtatione, vt habeatur pro non producto in his, quæ faciunt contra eum. quod eſt verum in inſtrumento confecto de actu alterius: ſecus ſi fit de actu ipſius producentis. not. Rom conſil. 172. Idem not. Ant. de excep. c. cum venerabilis. 7. col. in prin. ver. nunquid autem. vbi dicit quòd tunc iuuat proteſtatio, quando inſtrumentum eſt confectum ad petitionem producentis.

Producens falſum inſtrumentum ſcienter non ſolùm

lùm pœna falſi punitur, ſed etiam cauſam perdit. nōt. Ant.de excep.c.cùm venerabilis.5.col. ver. oppo. quòd contra. & de reſcrip.c.cùm olim,ad fin.& quod dictum eſt quòd cauſam perdit,eſt verum in priuato agēte pro re ſua, ſecus in prælato agente pro re eccleſiæ, niſi totum capitulum conſentiret productioni:vt not. Ant. eo.c.13.col. in fin.

* SINGVLARE.

Productio copiæ ſeu exempli facta in termino ſufficit, licet in illo tempore non ſit productum originale, vt puta ſtatuto termino parti ad producenda inſtrumenta, ſi in termino ſibi ſtatuto non producit originale,ſed ſolùm producit exemplum ipſorum inſtrumentorum, elapſo verò termino poſtea producit originalia,talis productio ſufficit, & illa productio originaliū trahitur ad diem productionis exemplorum.Ita ſingulariter dixit Bald. in c.1. in prin.de fide inſtru. quod dictum pro valde no.refert,& ſequitur Feli.in c. licet cauſam.in 13.col. ver. limita quintò. de proba. H. F.

Producens inſtrumentum non poteſt de falſitate impugnare, niſi aduerſarius illud de falſitate impugnet,& ſibi viam aperiat. Fallit in fauore eccleſiæ,ſi velit id impugnare tanquam nō ſolenne, vel dicere quòd non probat id,ad quod illud produci poteſt. not. Ant. de excep.cum venerabilis.5.col.ver.oppo.quòd contra hoc vltimum de non ſolenni intellige, quando producens inſtrumentum nō dedit expreſſum articulum de contentis in inſtrumento, ſed ſimpliciter producit inſtrumentum, ex qua productione inſurgit tacita confeſsio,ſed ſi expreſsè dicit,confiteor contenta in inſtrumento eſſe vera, & ex probatione det articulum de contentis in inſtrumento, tunc inſtrumentum reprobatur de falſo per aduerſarium,non nocet producenti tacita confeſsio cohærēs productioni inſtrumenti, nec etiam expreſſa ſub commemoratione inſtrumenti facta, ſecus ſi confeſsio vel articulus fieret de contentis in inſtrumento,nulla facta mentione de inſtrumento: vbi verò inſtrumentum reprobatur non vt falſum,ſed vt non ſolenne, tunc producenti inſtrumentum nocet confeſsio,ſiue ſit tacita ſiue expreſſa,quando ſcienter

ter

ter produxit: ſed ſi per errorem etiam iuris, non nocet tacita confeſsio, ſed expreſſa, ſic etiam ſi ad inſtrumentum ſe referat, vt ſub eius commemoratione fiat, niſi contra ipſam expreſſam confeſsionem lata ſit ſententia. In caſibus autem, in quibus dixi confeſsionem nocere producenti, aduerſario inſtrumentum reprobante, multo magis nocebit ſi non reprobat. no. Ant de excep. cum venerabilis. 6. col. ver. ad ſecundum. & vide ſub verb. error. §. error confeſsionis. & vide Bart. in l. poſt legatum. ff. de his quibus vt indig.

Producta in cauſa principali an probent in cauſa appellationis, & contra tertium appellantem ratione ſui intereſſe, vide ſub verbo, probatio. §. probationem non faciunt, & §. ſequent.

Producens inſtrumentum, an videatur tacitè confiteri etiam illa, quæ in inſtrumento narratiuè, non diſpoſitiuè continentur, vide ſub ver. error. §. error confeſsionis, & in deci. Rom. conſil. 283.

ADDITIO.

Vide nŏta. per do. Abba. in c. cũ ſuper. de offi. dele. & do. Feli. in c cum venerabilis. de excep. col. 6. in fin. verſic. prima concluſio.

* ADDITIO.

Producens inſtrumentum in iudicio, videtur confiteri omnia in illo inſtrumento eſſe vera: vt not. Iacob. de ſan. Geor. poſt Ang. & Bal. in l. 1. §. editiones, in pen. col. ver. in ea glo. ibi iuuatur. ff. de eden. & quid ſi quis producat inſtrumẽtum cum proteſtatione, quòd producit in ea parte, quæ facit pro ſe, & contra partẽ aduerſam, & non aliter, an iſta proteſtatio habebit prodeſſe producenti, vide remiſ per eundem Iacobin. de ſanct. Geor. in d. §. editiones. & an valeat iſta productio, ego produco inſtrumenta in hoc ſacculo cum proteſtatione, quòd non intendo producere, niſi inſtrumenta facientia ad cauſam, vide eundem Iacob. de ſanct Geor. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. in 2. col. ver. an autem. ff. de teſt. H. F.

Prohibitio, vide ſub ver. lex, &c.

44 †Proprietas non eſt adaptabilis ad iura incorporalia, licet ad ipſa iura ſit aptabilis poſſeſsio ſeu quaſi. no. Ant. de cauſ. poſſ & proprie. c. fin. 3. col. & vide ſub ver. dominium, per totum.

45 †Prorogatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ, quod eſt verum in qualitatibus dependentibus à poteſtate prorogantium, non in dependentibus à facto tertij not. Ant. de appell. c. præterea. el 2. & vide ſub ver. iuriſdictio.

Prorogatio termini differt à noua aſsignatione. not. Bar. de dam. infect. l. 4. in prin. & prædicta l. in rebus. §. 1. & plenè no. Rom. conſil. 331. ad fin.

ADDITIO.

Prorogatio debet fieri ante finitum tempus: vt per do. Fel. cautam quæ. col. vlt. in fin. de fide inſtru.

46 †Proteſtatio quæ alteri fit, vt ei aliquid intimetur, an debeat fieri cum inſtrumento publico perlecto vel tradito ei cui ſit intimatio, vide text. in cle. c causam. de ele. & Bart. ff. depo. l. ſi quis inficiatus. & ſi cert. pet. quod te. & de no. oper. nuncia. l. 1. §. 1. & pleniſsimè per eum in l. non ſolùm. §. morte. eod. tit. & vide omninò text. & glo. C. de rei ven. l. fundum. & vide ſub ver. producens § producens inſtrumētum cum proteſtatione.

Proteſtatio contraria facto ſtatim ſecuto facit actū contrarium non valere, ſecus ſi fiat actus ex interuallo, quia tunc videtur à proteſtatione receſſum: vt not. Bar. in l. qui in aliena. §. Celſus ff. de acquir. hæred. quod eſt verum niſi quando proteſtatio expreſsè ſe refert ad futurum actum, puta ſi contingeret me in futurum tale quid facere, ſecus ſi illud verbum in futurum omittetur. vt not. per But. Bart. & Bald. in l. pacta nouiſsima. C. de pact. ſed Bart. aliter videtur velle, quòd licet verbum in futurum non exprimatur in proteſtatione: ſi tamen ipſa proteſtatio concipiatur per verba ſonantia futurum tempus, puta ſi contingeret me tale quid facere, &c. & tunc talis proteſtatio operatur etiam quò ad actum ex interuallo factum: vt ipſe not. in l. non ſolùm. & morte. de. no. ope nunc. & idem videtur velle dom. Ant. in d. c. cum M. de conſtit. & vide per eundem, de lit.

de lit. conteſt. c. 1. penult. char. in fin. vide ſuprà, in ver. procurator. §. procurator qui vnum, circa fin. &c.

Proteſtationem ſufficit ſemel facere, nec tenetur quis proteſtationem ſiue interpellationem iterare: vt not. Bart. in l. Titia Seio. §. vſuras. & l. mora. in prin. de vſur. per quod infert, quòd vbi inſtantia cauſæ certo tempore limitatur, niſi per actorem non ſteterit, ſufficit vt dicatur per actorem nõ ſtetiſſe, quòd actor ſemel requirat iudicem, vt ferat ſententiam. Bald. tamen dicit, quòd hoc caſu non ſufficit vna requiſitio ſine proteſtatione: vt ipſe not. in d. §. vſuras: & hoc maximè firmat inſtantia appellationis. aut. item ſi in appellatione. C. de tempo. appel.

ADDITIO.

Vide per dom. Fel. in c. cum M. Ferrarien. col. 25. in princ. de conſtit.

Proteſtatio neceſſaria eſt, quòd fiat tempore impedimenti, ſi quis vult per impedimentũ ſe excuſare: vnde quæ dicit quòd propter tempeſtatem maris fuit impeditus venire, neceſſe habet probare quòd ibat ad mare volens transfretare, ſed nõ potuit impeditus ex tempeſtate, non enim ſufficeret impedimẽtum maris fuiſſe, niſi quis oſtenderet diligentiam ſuam, quia fortè & ſi impedimentum non fuiſſet, ire tamen neglexiſſet: vt not. Bart. in l. 1. § quod diximus. ff. ſi quis cau.

Probatio contraria facto ſimul cum eo geſto, ſi ordinatur ad detrahendum totale factum, prout ſonat in facto, quia proteſtatur quòd factum habeatur pro facto: talis proteſtatio non iuuat, idem ſi ordinatur ad tollendum totalem ſenſum facti, prout ſonat in iure, quando factum dependet à libera voluntate proteſtantis, & ſenſus facti dependet à iure. Et dicitur pendere à iure, quando quis procedit ſumendo vel fingendo ſeu diſponendo: tunc ſi proteſtatio eſt iuſta cauſa veſtita, vt ſi putator vel alius dans operam rei licitæ adhibita diligentia quæ exigitur, proteſtatur, tunc iuuat proteſtatio, ſi non eſt iuſta cauſa veſtita, vt interficiens hominem proteſtatur, quòd non dolo facit, non iuuat proteſtatio: ſi verò factum & ſenſus dependent à voluntate proteſtantis & alterius, vt contrahere, profiteri, & ſimi-

ſimilia: tunc ſi factum geritur cum parte conſentiente proteſtationi, vel ſaltem non contradicēte, iuuat proteſtatio: idem ſi proteſtatio non fit cum parte principali, dum tamen ſit iuſta cauſa veſtita, non iuuat proteſtatio, niſi vbi factum eſt dubium, ſicut eſt aſſumptio habitus: vbi autem proteſtatio ordinatur ad trahendum partem ſubſtantialem facti: tunc ſi factum dependet à voluntate proteſtantis tantùm, iuuat proteſtatio, vt ſi lego vſumfructum detracto vſu: quia vſus eſt pars ſubſtantialis fructus, non valet legatum, & valet proteſtatio, quia legatum dependet à voluntate proteſtantis, & alterius: tunc ſi factum geritur cum parte principali, à cuius voluntate etiam factum eſt, vt ſenſus facti dependet, & pars proteſtationi conſentit, iuuat proteſtatio, & factum non valet, vt ſi contraho matrimonium ſub proteſtatione, vt prolem euites. Secus ſi pars tacet, & non conſentit, quia proteſtatio non valet, & factum, id eſt, matrimonium præualet: ſi autem factum non geritur cum principali parte, ſed cum alio eius nomine recipiente, tūc etiam dato conſenſu eius pro quo geritur, nō iuuat proteſtatio, & valet factum: vt ſi ingredior monaſterium, & proteſtor quòd mihi liceat habere proprium, non valet proteſtatio, quia ibi non eſt pars principalis conſentiens, cum qua vinculū profeſsionis contrahitur, quod principaliter cōtrahitur cū Deo, licet in conſequentiā obligetur Abbati recipiēti vel ſuperiori: vbi autem proteſtatio ordinatur in detractionem alicuius conſecutiui ad factum, & illud conſecutiuum dependet à poteſtate ſolius ꝓteſtantis iuuat proteſtatio: ſec⁹ ſi depēdeat à poteſtate alterius, niſi ille alter tacitè vel expreſsè conſentiat, qui dicitᷓ conſentire eo ꝙ non contradicit, quo caſu proteſtatio iuuat, vt patet in conſtituto in ſacris, qui non artantur ad votum continentię, licet tacitè obligetur non accipere vxorem de nouo ſi in ipſa ſuſceptione ordinis ſacri proteſtetur, quòd nō vult continere, ordinante tacente, proteſtatio iuuat, quia continentia non eſt pars ſubſtantialis ordinis, ſed conſecutiua in orientali. Si verò conſecutiuum dependet à poteſtate proteſtantis vel alterius partis: ſcilicet iuris tantùm, quod eſt quando ius procedit in conſecutiuo diſponendo, fingendo, vel de iure præſumendo, tunc

tunc proteſtatio non iuuat: vt ſi quis recipitur in canonicum, conſecutiuum iuris eſt, vt canonicus habeat præbendam: proteſtatio ergo ordinata ad tollendum conſecutiuum iuris, vt quod præbendam non habeat cùm ſe facultas obtulerit, non iuuat proteſtantẽ, quia ab eius voluntate non dependet, ſcilicet iure hoc conſecutiuum impedire, & prædicta vera in actibus extraiudicialibus. In iudicialibus verò proteſtatio tendens ad detrahendum iuris conſecutiuum ad factum, non iuuat proteſtantem: ſed facit ipſum in contrarium repelli, niſi proteſtationi renunciet: vt not. Anto. de conſtit. c. cum M. 22. col. ver. venio ad quintum paſſum. Vbi autem proteſtatio ordinatur ad detrahendum partem ſenſus facti, vt quia factum eſt talis naturæ, quod poteſt multipliciter intelligi, tunc ſi factum & ſenſus facti dependent à poteſtate proteſtantis, iuuat proteſtatio: Nam facere ſumptus propter funus, vel in alimentis poteſt intelligi dupliciter, quòd cauſa pietatis faciat, vel quod faciat animo adeundi hæreditatem, ſi eſt hæres inſtitutus, ſi proteſtatur quòd faciat animo repetendi, & non adeundi, iuuat proteſtatio, ſi fiat parte præſente, & tacente vel cõſentiente, vel etiam contradicente, vt ſi proteſtetur quis parte præſente, quòd reſpondeat animo litem non conteſtandi, iuuat proteſtatio, quia hoc reſpondere eſt dupliciter intelligibile, vnum eſt iudicis informatiuum, aliud eſt litis conteſtationis inductiuum: Hæc proteſtatio impellens factum ad alterum ex intellectibus, iuuat proteſtantem. no. An. in d. c. cũ M. ver. venio ad quintum paſſum, inſi.

Proteſtatio præcedens factum, & facto contraria, ſi ordinatur ad tollẽdum factum, prout ſonat in facto, non iuuat: vt ſi mando tibi, vt vulneres talem, & proteſtor quòd non occides eum, non iuuat proteſtatio, ſi ex vulnere homicidium ſequitur: vbi autem proteſtatio ordinatur in detractionem totalis ſenſus facti, tunc ſi tale factum & ſenſus facti dependet à poteſtate proteſtantis, proteſtatio iuuat ſi dependet à poteſtate eius & alterius, & geritur factũ cum principali, tunc ſi factũ habet in ſe intellectũ dubium, iuuat ꝓteſtatio: vt ſi quis ꝓteſtetur ꝙ talẽ fœminã, quam in domo tenere diſponet, vult eam tenere in concubinã, hoc factum eſt

dubium, cùm poſsit ſonare in matrimonium & concu binatum, & idem in ingreſſu religionis, quando fit per ſuſceptionem habitus, quia iſtud factum eſt dubium. Sed ſi factum eſt certum, tunc proteſtatio non iuuat, niſi is cui fit proteſtatio, expreſsè conſentiat, nec ſufficit tacitus conſenſus: vt ſi quis proteſtetur ſe non velle aurum & argentum in horreó ſuo recipere, nec de eis ſe velle teneri, tandem poſtea recipit: iſta proteſtatio non iuuat, dato quòd fuit facta parti, à qua poſtea recipit, quia videtur recipiendo à proteſtatione recedere, & hoc verum, niſi proteſtatio eſſet iuſta cauſa veſtita, quo caſu per contrarium factum etiam ex interuallo non tolleretur proteſtatio, niſi ceſſaret cauſa legitima, dato quòd expreſsè non conſenſerit proteſtationi, niſi factum adeò eſſet notabile, quòd abſorberet omnem prę ſumptionem cauſæ, vnde ſi inſtante metu quis proteſtetur, quòd per quemcunque actum vel verba quæ proferat etiam apta ad matrimonium contrahẽdum, proteſtatur quòd non intendit conſentire, quia hoc facit inſtante metu, dato quòd pars, cum qua poſtea contrahitur, ignorauerit, valet proteſtatio, & non matrimonium, niſi interueniat copula, quia copula eſt tãtæ prę ſumptionis, quòd abſorbet omnem metum producen tis, niſi probetur inſtans metus. Si autem factum & ſen ſus facti dependent à pòteſtate eius & alterius, & geritur actus cum non parte principali, cum qua vinculum vnitur, ſed cũ tertio, tunc ſi ꝓteſtatio eſt iuſta cauſa veſtita, iuuat, aliàs nõ, vt patet in ingreſſu religionis, quia non geritur principaliter cum parte recipiente ingreſſum, ſed cum Deo, non iuuat proteſtatio etiam cũ conſenſu recipientis facta, niſi metus interuenerit in ipſo ingreſſu. Vbi verò proteſtatio procedens tendit ad detractionem alicuius conſecutiui ad factum, tunc ſi cõn ſecutiuũ non dependet à poteſtate proteſtantis, ſed iuris, non iuuat proteſtatio: Nam recipere in canonicũ, dependet à poteſtate recipientis, ſi procedat proteſtatio quod recipit, ſed non animo, vt habeat præbẽdam, non iuuat proteſtatio, quia fit ſuper non dependentibus à poteſtate proteſtantis. Si conſecutiuum depẽdet à poteſtate eius & alterius, iuuat proteſtatio, ſi conſentiat is, cui præiudicatur, aliter nõ, puta caupo, eo quòd tenet

tenet cauponam, obligatur ad recipiendum hoſpites, niſi ſubſit cauſa,& ex receptione tenetur de omnibus illis illatis,facta eſt proteſtatio per cauponē, quòd non intendit teneri de ibi impoſitis,hæc proteſtatio non dependet à poteſtate ſua,quia ex diſpoſitione iuriseſt obligatus de receptis,tum quia pars poteſt ſibi præiudicare renunciando iuri ſuo, ſi proteſtationi tacendo conſentit,ſibi præiudicat,& oportet quòd expreſsè conſentiat, aliàs tacendo habetur pro contradicente. Vbi autem proteſtatio tendit ad detrahendum particularem ſenſum facti, vt quia factum eſt multipliciter intelligibile,tamen ſi regularis ſenſus facti nō dependet à proteſtantis proteſtato, tunc non iuuat proteſtatio, ſi dependet à poteſtate eius vel alterius, tunc ſi proteſtatio conſonat iuri communi,vel ſaltem non contradicit,iuuat proteſtatio,ſi actus fiat incontinenti poſt proteſtationem, ſecus ſi ex interuallo, vnde ſi proteſtor quòd non litem animo conteſtandi reſpondeo, ſed animo iudicem informandi,& ſtatim poſt reſpondeo,iuuat proteſtatio,etiam ſi pars aduerſa non conſentiat, ſed ſi ex interuallo reſpondeo,præſumor obligatus,& proteſtationis actū feciſſe in ſenſum,in quo potentiùs ſonat, prout ab alijs eſt intelligibile. Si verò id quod eſt proteſtatum,eſt contra ius cōmune,tunc dato, quòd dependeat à poteſtate alterius, proteſtatio non iuuat, niſi illi expreſsè detur conſenſus:vt not.Ant.de conſtit.c.cum M. ver.venio ad ſecundum articulum. 27.col.

ADDITIO.

Quomodo, & in quo loco ſit facienda proteſtatio, vide quatuor pulchras declarationes in c. cum M.Ferrarien.col.20. in med.

Proteſtatio ſubſequens factum cōtraria facto,prout ſonat in facto, nil operatur: ſed ſi contrariatur facto prout ſonat in ſenſum iuris, tunc ſi factum & ſenſus facti dependent à poteſtate proteſtantis, iuuat proteſtatio: vnde ſi lego,poſtea in ſolenni voluntate proteſtor, quòd non feci animo legandi, iuuat proteſtatio, ſi ſenſus facti non dependet ab eius poteſtate,ſed de iure. Si vulnero hominem, & poſtea proteſtor, quòd non feci dolo,nec animo delinquendi, non iuuat proteſtatio,ſi

dependet à poteſtate eius, & alterius, non iuuat proteſtatio, niſi pars aduerſa expreſsè conſentiat. vbi autem proteſtatio ordinatur ad detrahẽdum partem ſubſtantialem facti, tunc in dependentibus à poteſtate proteſtantis, iuuat proteſtatio, ſi pars eſt diuidua: ſecus ſi indiuidua. Vnde ſi lego vſumfructum, poſtea detraho fructum, non iuuat proteſtatio, quia fructus ſeparabilis eſt ab vſu. ſed ſi lego vſumfructũ, poſtea detraho vſum, non iuuat proteſtatio, quia proteſtatio ſeparabilis eſt à fructu, ſi non dependet à poteſtate eius & alterius, niſi ille alter expreſsè conſentiat. Vbi verò proteſtatio ordinatur ad detractionem alicuius conſecutiui ad factum, tunc quod ſuprà per totam. vbi autem proteſtatio ordinatur ad detractionem alicuius ſenſus facti, tũc in dependentibus à propria voluntate, iuuat proteſtatio. Si verò dependet à voluntate eius & alterius, non iuuat, niſi intercedat expreſſus cõſenſus alterius. Idem & fortiùs, ſi à neutrius poteſtate dependet: vt not. Anto. de conſtit. c. cum M. 30. col. ver. venio ad vltimum articulum.

Proteſtatio quòd per aliquem actum, quem quis facit coram aliquo, non intendit in eum tanquam in iudicem conſentire, nec eius iuriſdictionem prorogare, ſi fiat antè, & poſtea ex interuallo facit actum, non iuuat proteſtatio. Ideò ſis cautus, quòd ſuper quolibet actu repetas proteſtationem, aliàs per vnum actũ ex interuallo à proteſtatione eſt receſſum. not. Ant. in c. cũ M. de conſti. 31. vol. ver. per hoc patet quid operetur.

ADDITIO.

Proteſtans coram iudice quòd per actum quem facit, non intẽdit conſentire tanquam in iudicem, debet addere niſi in quantum de iure teneor. Aliàs hoc non dicendo poteſt vt contumax puniri, vide pulchrè per do. Fel. in c. cum M. Ferrarien. col. 24. poſt princ. in ver. quinta conclu. de conſtit.

Proteſtatio quam quis facit in fine articulorum, quòd non aſtringit ſe ad probandum non neceſſaria, ſed ſolũ illa, quæ ſibi faciant ad victoriam cauſæ iuuat proteſtantem, etiam ſi pars aduerſa contradicit, quia ſimul fit in actu, & dependet à poteſtate proteſtantis ſe

aſtrin-

aſtringere vel non: vt not. Ant. in c. cum M. de conſtit. 31. col. ver. ex hoc ſecundò deciditur.

Proteſtatio quæ fit in fine libelli ſaluo iure addendi, minuendi, &c. nõ iuuat, quia hoc addere vel minuere non dependet à poteſtate ſua, niſi ſicut ius permittit. Et idem ſi canonicus proteſtaretur, quòd extrinſeci exiſtentes in quaſi poſſeſsione, ita demum vocem habeant, quatenus habent iuris proprietatem: nam non iuuat proteſtatio, niſi pars aduerſa conſentiat: vt not. Ant. in d. c. cum M. de conſtit. 31. col. verſi. per hoc patet quid de proteſtatione.

* SINGVLARE.

Proteſtatio quæ fit in pœnis, debet eſſe ſpecialis, ita ſingul. dicit Ang. in l. 2. in prin. ff. ſi quis cautio, quod dictum exclamat & ſequitur pro valde not. Iac. de ſan. Geor. ibi in vlt. not. & adde quòd proteſtatio poteſt fieri non ſolùm in iudicio, ſed etiam extra: vt per Alex. in conſil. 78. inci. viſo & diligenter. in 4. col. ver. tertiò corroborantur, in quinto volum. Et adde, quòd ſi proteſtatio fiat poſt concluſum in cauſa, non releuat proteſtantem, quia tarda & ſera eſt: vt not. And. Barb. in con. 22. inci. & quidem viſo. in penul. col. ver. & adduco tex. in ſecundo volumine. H. F.

Proteſtationum materiam, vide plenè in regula, in generali. lib. 6. in mercurialibus.

47 †Protocollum ſiue breuiatura notarij non facit fidem, ſi non habet ſignum & ſubſcriptionem tabellionis: nec ſufficit ſignum poni in principio quinterni, vel ſubſcriptionem, ſed cuilibet rogationi ſignum apponere debet & ſubſcriptionem, ſecundum Iac. de Are. vt not. Cy. in l. contractus. C. de fi. inſtru. & tenet Spec. vt not. Bald. ff. de teſta. mil. l. tutiùs. quod intellige niſi conſuetudo aliter ſe haberet: vt not. idem Bald. in l. ad teſtamentum. §. ſi quis ex teſtibus. ff. de teſtamen. vel niſi dicta imbreuiatura auctoritate iudicis publicetur: vt notat Bald. in dict. l. contractus, in princ. quod fieri poteſt, quando notarius, qui imbreuiaturam ſcripſit, eſt mortuus, ſecundum Hoſt. vt not. Io. And. in c. cùm p. tabellio. de fid. inſtru. ſuper verbo, perfecerit.

& ſuper ver. redacta. & hoc verum, quando imbreuiatura eſt in mundum redacta,& nullum vitium ei apparet:vt not.Bald. in l.fideicom.§.quoties.de lega.3.& vide Ant.in c.cum p. tabellio.de fide inſtru.& Bartol.in l. Gallus.§.idem credendum.de libe.& poſthu.& Io.And. in addit. Spec.in titul.de inſtru.edi.§.offenſo.ver.quid ſi imbreuiatura.vbi tractatur circa quæ poſſunt imbreuiaturæ extendi.Io.And contra primum ponit opinionem pro & contrà, in addit.Spec.in titul. de inſtru.edi. §. videndum. ver. & nota, quòd tabellio rogandus eſt. vbi recitat Nic. tenere quòd protocollum non facit fidem tanquam ſcriptura nō completa & non perfecta, quod intellige niſi auctoritate iudicis fuerit exemplatum,quod not. per dictum.c.cum p. tabellio. & ita dicit ibi Ant.in fine.

Protocollum ſi non diſcordat ab inſtrumēto,ſtandum eſt protocollo tanquam matrici ſcripturæ:vt no. glo.in aut.de tabel.§.fin.& vide Bart. in l. Sempronius procul.ff.de lega.2. vide omninò Ant.in c.cum p.tabellio.de fid.inſtru.ver.quid ſi à rei natura.

48 †Prouiſio ſuperioris habet vim electionis & confirmationis: vt not.Ant.de reſtit.ſpol.c.in literis.21.col. ver. venio ad vltimum. & not. in c.1.lib.6.de elect.in gl. 3. Et Archid. in c.cùm in illis. §.1.de præben.lib.6.quod eſt verum quando eodem iure ſpectat ad eum electio, & confirmatio, ſecus ſi diuerſo iure: vt not. de elect.c. vt circa. eod.lib. in 2. glo.& Archid.63.diſt. in Synodo. Io.Mo. & Arch.in d.c.1.de elect.& Compo.de elect.cùm inter canonicos. vbi omninò vide.idem in inueſtitura quam facit prælatus, quia loco confirmationis habetur: vt not. Compoſt.de elect. c.tranſmiſſa. & vide ſub ver. collatio.

Prouiſio latè comprehendit inſtitutionem,poſtulationem, præſentationem & collationem. not.glo. in cle.ſi.de elect.

Prouiſio facta de beneficio prætextu iuris, quod non competit, non valet,licet ex alio capite ius prouidendi competeret.not.Ioan.And. Hoſtien.& Anto.de conceſſ. præbend. c.dilectus,ad fin. & facit quod not. Ioan.And.eod. titul.ex parte Aſtenſis, ſuper ver. occaſione conſilij. quod intellige,vbi autoritate vtriuſque iu

ris

ris; tam competentis, quàm non competentis prouiſio fieret: quia tunc valeret per ea quæ not. Ioan. And. de renun. c. in præſentia. in glo. quod not.

ADDITIO.

Prouiſoriarum literarum vires ponit Specula. de acti. ſeu petitio. §. 3. verſiculo, in ſumma.

Publicum quomodo differt à manifeſto : vide ſub verbo, manifeſtum.

Publica vtilitas eſt præferenda priuatæ. C. de preci. Impe. offe. l. vtilitas. lib. 12. & in aut. de re. & fact. quæ fa. §. quamobrem. colla. 4. C. ſi contrarius vel vti. public. l. finali. lib. 1.

Publicè aliquid factum qualiter intelligitur, vide glo. in cle. 1. de ſepul. ſuper verbo, publicè.

49 †Publicatio alicuius rei ſi fieri debet in ciuitate, caſtro, vel villa, vt veriſimiliter venire poſsit ad notitiam illorum, quorum intereſt, fienda eſt altero ex octo modis, ſeu altero ex octo locis, quorum ſex ponit Ioan. Andreæ. videlicet primò in publica miſſa populoſa, ſecundò in loco vbi fiunt ſermones, tertiò in loco vbi fiunt nundinæ ſeu mercatus: vt no. Ioan. And. in clemen. c. cauſam de elect. ſuper ver. ſolenniter. quartò in loco vbi prædicatur verbum Dei: vt in gloſſ. cle. 1. de foro competen. ſuper verbo, ad diuina. quintò vbi fit forum: vbi ſunt plures officiales, & multi aſtantes: vt not. glo. in clemen. 1. de ſepul. ſuper verbo, publicè. ſextò in loco vbi ſunt vel fiunt conuentiones: vt notat Ioan. And. in c. illa. de elect. in glo. magna, ad finem. ſeptimò in locis conſuetis per præconem alta voce clamantem: vt in c. cùm in tua. qui ma. accu. poſ. octauò per affixionem ſcripturæ ad valuas vel muros eccleſiæ, vel alterius loci, vbi ſolet populus conuenire. ff. de inſtit. l. ſed & ſi populus. §. præſcribere. & generaliter poteſt fieri dicta publicatio in quolibet alio actu per populũ frequentato: vt not. Ioan. And. in dicta clemen. c. cauſam, de electio.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas omiſſa in aliquo actu, an illius actus renouationem inducat.*
2 *Qualitas adiecta verbo, quid operetur.*
3 *Qualitas alicuius actus propoſita, & non probata, annihilat proceſſum, vt non poſſit ſequi ſententiam.*
4 *Quæſtores eleemoſynarij quales eſſe debeant, & qualiter admittendi vel recipiendi.*

DE LITERA Q.

QVALITAS aggrauans † pœnam defuncti, ſi fuiſſet in actione omiſſa, an pendente iudicio poterit addi, vel eo per ſententiam finito, poterit ratione illius qualitatis nouum iudicium inchoari, vide Bart. in l. ſenatus. ff. de accu. & in l. denunciaſſe. §. quid tamen. de adul. & Bald. & Ang. in l. in delictis. §. ſi de tracta. ff. de noxa. & vide ſub verbo, iudex.

Qualitas non conſtat ſine ſubiecto, & fundamento ſublato tollitur qualitas. de conſti. c. cùm acceſsiſſent.

ADDITIO.

Accidentis enim, quod eſt qualitas, non eſt eſſe, ſed in eſſe: vt dicit Ariſto. 7. Metaphyſicę: ergò oportet, quòd tempore reſcripti ſit res ſuper qua fundetur reſcriptū. Notat Abbas in c. ſi proponente.

Qualitas ſecundum quod tempus inſpicienda ſit, vide Bar. in l. ſatis. C. de agri. & cenſi. li. 11. vbi dicit de qualitate primogenituræ. & Bal. C. de Impe. l. Imperialis. §. his illud. vbi dicit de qualitate malitiæ.

2 † Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, ideò requiritur, quòd ille tempore qualitatis aſsit, nec ſufficeret, quòd ante vel poſt illud tempus adeſſet. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxa. leg. 3. de aur. & argen. leg. & no. Bar. in l. Titius. de teſta. militis.

* SINGVLARE.

Qualitas appoſita in accuſatione vel inquiſitione debet

debet probari, aliàs illa non probata, debet ſequi abſolutoria, ſecundum Iac. de Are. & Cy. in leg. 2. C. de prob. de quo per Bar. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. & ideò teneas menti, quòd ſi aliquis accuſat aliquẽ, quòd interfecit Titium, ſi poſtea probat, quòd hoc fecit per alium, accuſans ipſe ſuccumbet, & proceſſus erit nullus. ita ſingulariter & mirabiliter dicit Io. Molin. in regula, quæ per aliũ. de reg. iu. in 6. quod dictum refert & ſequitur pro valde no. Feli. in c. mulieres, in 2. col. ver. & not. in propoſito, de ſenten. excom. H. F.

3 †Qualitas aggrauans pœnam delicti deducta in actione vel inquiſitione, ſi non probatur, nulla poteſt ſequi condemnatio, licet delictum probetur: vt no. Cy. & Iac. de Are. in l. 2. C. de proba. & Io. And. in addi. Spe. ſuper Rubri. de accu. Sed Bal. in l. 2. dicit quòd contrarium ſeruatur, & melius. Bar. autem diſtinguit aliter in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. vbi dicit, quòd prædicta procedunt, vbi qualitas non probata facit ceſſare actionem ſiue accuſationem propoſitam, vel quando alterat factum ſiue crimen, ita quòd facit videri aliud factum quàm ſit intentatum: ſecus ſi factum non alterat, quia tunc poteſt fieri condemnatio qualitate detracta, dum tamen detrahatur pẽdente iudicio, & idem tangit Barto. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & in l. edita. C. de eden. Sed quid econtra ſi dicta qualitas aggrauatiua pœnæ fuit in acquiſitione vel inquiſitione omiſſa, ſed in proceſſu probata, poterit condemnatio fieri ſecundum qualitatem probatam, dic quòd ſic. no. Io. An. in additio. Prædicta vide ſub verbo, libellus. §. libellus in quo.

Qualitas poſita in principio, medio, vel fine diſpoſitionis, & referatur ad omnia præcedentia & ſequẽtia. vide ſub ver. clauſa. §. poſita, &c.

Quamdiu eſt Aduerbium temporis: vt no. Ant. de cohabi. cle. in c. veſtra. 2. col.

Quanquam ſumitur pro Coniunctione aduerſatiua, & ponitur pro Quamuis: niſi ponatur impropriè: vt not. Anto. de cohabi. Cleri. veſtra. 2. colum.

4 †Quæſtores eleemoſynarum non debent ad quæſtionandum admitti, niſi habeât literas apoſtolicas vel Diœce-

Diœceſani de pœ. & re. c. ex eo. & non ſufficit literas apoſtolicas habere, niſi fuerint per Diœceſanum diligenter examinatæ; vt in cle. fin. eod. ti.

ADDITIO.

Adde Spec. in titu. de pœni. & remiſſo. in princip. vbi tractat qualiter quæſtores elemoſynarum debent recipi.

Quæſtores debent eſſe modeſti & diſcreti, & non in tabernis, nec in aliјs locis incongruis hoſpitari: vt in d.c. cùm ex eod. nec debent formam ſuarum literarum excedere, aliàs grauiter puniantur: vt in d. cle. fin. & de hære. c. vt officium. §. compeſcendi. lib. 6. Et ſi falſum habitum portant, puniantur: vt de priuileg. cap. tuarum.

Quæſtores non poſſunt aliquem eis reſiſtentem, vel parere nolentem, coartare, vel conſtringere, ſed ſimpliciter poſſunt exhortatiuè charitatiua ſubſidia petere, & indulgentiam quam habent, exponere. de pœn. & re. cap. prim. lib. 6. & dict. cap. vt officium. §. compeſcendi. de hære. lib. 6. &c.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio quando ſit valida.*

2 *Ratihabitio quando retrotrahatur.*

3 *Reconuentio quando & in quibus caſibus fieri poßit.*

4 *Religioſus cuius debeat eſſe auſteritatis, & qualiter in ſua conditione ſit conſiderandus.*

5 *Remißio ad partes quando poſſe dari dicatur.*

6 *Renunciatio beneficij quando ſit valida, & quando, & quis poßit renunciare iuri, liti, cauſæ, priuilegio, &c.*

7 *Reſcriptum quando dicatur vicioſum, & quando loco libelli locum habere dicatur, & quod reſpectu impetrationis diuerſimodè conſideratur.*

8 *Reſeruatio an ſit odioſa vel fauorabilis, & quando dicatur generalis vel ſpecialis.*

9 *Reſtitutio in integrum quando poßit intentari, & quibus quando locum habeat.*

10 *Reus quando in eadem cauſa dicatur actor, & quando pluribus exceptionibus uti poßit.*

11 *Rex quis dicatur, & cuius ſit dignitatis & autoritatis.*

DE LITERA R.

RATIFICATIO † ſi fiat poſt tempus, quo debuit actus geri, per Dominum non valeat ad fauorem: valet tamen in his, quæ tendunt ad præiudicium ratificantis. no. Ro. conſi. 327. valet etiam ad fauorem in caſu poſito in ſequenti §. vide ſuper verbo, appellatio. 1

Ratificatio appellationis interpoſitę per alium nomine ratificantis, contra quem abſentem fuit lata ſententia, poteſt fieri intra decem dies, à die interpoſitæ appellationis, ſecundum Inno. ſed ſecundum Compoſt. & Archi. poteſt fieri intra decem dies à die ſententiæ. not. Io. And. de elect. c. 1. lib. 6. ſuper glo. Sed nunquid in nouella. Idem tenet Compoſt. & Archidia. & idem dicit Oldra. conſilio 129.

Ratificare poteſt Dominus non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè quicquid procurator eius geſsit vltra fines mandati: an autem eo ipſo, quòd Dominus ſcit procuratorem exceſsiſſe mandatum, & non contradicit, videtur ratificare. vide Rom. conſi. 427. & Ant. de reſcrip. c. ex parte Decani. verſi. oppo. tertiò. & vide ſub verbo, procurator. §. procurator ſi aliquid agit extra id: adde quòd ſi procurator litigat, Dominus mittit iura concernentia materiam in procuratorio nouiter comprehenſam, & procurator illa iura producit, videtur Dominus tacitè ratificaſſe prius geſta per procuratorem in materia prædicta. not. Roma. conſi. 19. vide Lapum in c. eum qui. de præbendis. lib. 6.

Ratificari an poſſunt geſta per procuratorem tacitè vel expreſſe reuocatum, vide ſub ver. procurator habens mandatum ſubſtituendi, & ſubſtitutum reuocandi, &c. & vide infrà §. ratificare poteſt prælatus, & vide omnino Ange. in l. diſpenſatorem. in fi. ff. ſolu. matri. & in §. ratificare poteſt Dominus.

Ratificare videtur quis appellationem ab alio ſuo nomine

nomine interpoſitam, ſi appellationi præſens fuit, & non contradicit, maximè, ſi poſtea illam appellationem proſecutus fuit. not. Rom. conſi. 454.

Ratificare poſſum ſecundum canones, etiam quod meo nomine non eſt geſtum: vt not. glo. magna in fi. de reſti. ſpo. c. cùm ad ſedem. quod eſt verum, quando illud, quod ratifico, factum fuit ad pręiudicium. & ita no. glo. in regula, ratum. lib. 6.

Ratificare poteſt prælatus geſta per procuratorem ſui prædeceſſoris, ſi procurator illa geſsit nomine eccleſiæ, ſecus ſi nomine proprio prædeceſſoris. not. Ro. conſilio 378.

Ratificare an videatur locationem prædeceſſoris recipiendo aliquo tempore penſionem locationis, vide ſub verbo, prælatus. §. prælatus licet.

Ratificare an poſsit prælatus contractum, qui ab initio fuit nullus, vide ſub verbo, minor. §. minor ſi eſt in contractu.

Ratificari poteſt, & conualidari ex ſuperueniente conſenſu, quòd ab initio fuit nullum, fallit in electione, in qua certa forma requiritur: vt no. Io. And. in c. 1. de re. eccle. non alienan. lib. 6. ſuper glo. ſi per. in nouella.

ADDITIO.

Ratificari non poſſunt omnia acta nomine meo. Nam literæ impetratæ à principe nomine meo per falſum procuratorem, non poſſunt per me ratificari. item ſi Iudex nomine alterius iudicauit inter non ſubditos: quia tunc proprius Iudex non poteſt illud ratum habere, quia iudicium corruit ex defectu poteſtatis & ſolennitatis. Abbas in c. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcript. in 3. colum.

Ratificatio actus nullius operatur, vt ex nunc valeat, licet non vt retrò. vide Io. And. de re. iur. non firmatur. lib. 6. & in nouella. vide glo. in c. cùm nos. de his quę fiunt à præla. ſine conſenſu capi. In contrarium videtur tex. quòd operetur hoc ex retro. in l. licet. ff. de iudi. vide omninò Anto. in cap. cum conſuetudinis. de conſue. vbi concludit, quòd operatur retrò, quando actus

fuit

fuit in aliquo reſpectu validus: aliàs non. & vide Barto. & Bald. in l. obſeruare. §. fina. ff. de offi. proconſul. & leg.

* ADDITIO.

Ratificatio non trahitur retrò, vbi reperitur iuris impedimentum, vt determinat notanter Bal. in l. ſi feriatis. ver. item quia. ff. de ferijs: idem eſt ſecundum eũ, vbi deficit ſolennitas requiſita. Idem quando eſt inhabilitas perſonæ: vt refert & ſequitur Iacobinus de ſancto Georg. in d. l. ſi feriatis. ver. ſed quæro. vbi ſubdidit, quòd ſi pater ratificaret proceſſum agitatum cum filio: talis ratificatio ſuperueniens non conualidaret iudicium, allegat notata in l. cùm non ſolùm. §. neceſsitate. C. de bonis. quæ lib. H. F.

Ratificare poſſunt partes atteſtationes inualidas, vel nullas, ſecundum Inno. quod eſt verum, quando ſunt nullæ, aliter quàm per defectum iuriſdictionis ſiue poteſtatis iudicis recipientis. notat Roman conſilio 258.

Ratificari non poteſt à ſuperiore ſententia lata per illum, qui proceſsit vt delegatus eius, cùm non eſſet. no. glo. ff. de iudi. l. licet. Sed Dominus benè poteſt ratificare ſententiam latam pro eo, qui vt procurator eius litigauit, cùm non eſſet: vt ibi not. Barto.

Ratificari an poſsit per tertium Iudicem proceſſus habitus per duos, ipſo tertio eorum collega abſente. vide ſub verbo, iudex. §. iudices delegati ſi ſunt plures.

Ratificatio non trahitur retrò in præiudicium iuris alteri medio tempore quæſiti. no. Bart. ff. rem rat. ha. l. ſi indebitum §. 1. & de ſol. l. cùm decem. & vide omnino quod not. Bart. ff. de adul. l. ſi vxor. §. ſi quis. & Bald. in l. fi. C. ad Maced.

Ratificare non videtur quis eo ipſo, quòd aliquid per ſe, vel contra ſe ſciuit, & non contradixit. vide ſub ver. conſenſus. §. conſentire videtur qui tacet. & vide ſuprà §. ratificare poteſt Dominus.

2 † Ratihabitio licet trahatur retrò, quò ad actus pendentes, ſecus quò ad actus medio tempore perfectos & conſummatos: vt not. Barto. in leg. ſi indebitum.

bitum.§.ſi procurator.ff.rem ra.ha.& idem in fictione: vt not.Ant c.præterea.de ap.Et aduerte, quòd etiam in præiudicium ratificantis non trahitur retrò, quò ad actus medio tempore perfectos: vt eſt caſus in c. gratia. de reſcrip.lib.6

Ratificare poteſt Dominus geſtum à falſo procuratore non ſolùm ad præiudicium, ſed etiam ad fauorem ratificantis: vt no glo.& Bart. in l. ſi mater. §. hoc iure. ff de excep.& idem no.Bar.in l.ſi tutor.C.in qua cau. in inte.reſt.non eſt ne. licet Cy. & Pe. ibi dicunt, quòd ad fauorem ratificari non poteſt.Bal. dicit, quòd etiam ad fauorem ratificari poteſt, niſi ratificans ſit in mora: vt ipſe not.ff.de iudi.l.licet.Ange.autem in d. l. licet. dicit, quòd tunc valet ratificatio ad fauorem,quando ſententia fuit lata contra abſentem non cōtumacem: vt quando eſt nulla ex defectu ſolennitatis. vide ſuprà §. ratificari an poſſunt geſta.

3 †Reconuentio non habet locum contra agentem poſſeſſorio recuperandæ, niſi recōueniretur de alia ſpoliatione. not.Ro.conſi.16.& eſt tex.in c.ſi.de or.cog. vide textum qui prædicta limitat in c. frequens. de reſti,ſpo. lib.6.vbi dicitur,quòd ita demum repellitur reconuentio per obiectum ſpoliationis, ſi obijciens probat ſpoliationem intra quindecim dies: & ità no.etiam Do.Anto. de cau.poſ.c.cùm dilectus.ver.oppo. quod non incontinenti.debet etiam dicta exceptio opponi ante lit.conteſt. vt not. in eadem col. ver. oppo. no. quòd exceptio dilatoria.Quæ autem ſit forma excipiendi,vide Anto.in d.c.ſi.ver.oppono ſecundò.& 3. colum. & vide ſub ver. Clericus.§. Clericus non poteſt.

* ADDITIO.

Reconueniri poteſt coram eodem iudice, non ſolùm ille,qui agit ſeu intentat actionem:verùm etiam ille,qui implorat officium Iudicis:vt no.Iacobi. de Sanct. Geor.in l.qui non cogitur.in vlti.verbis. ff. de iudi. allegat tex.quem dicit notabilem in l. 1. in fi. ff. de va. & extraor.cog. H F.

Reconuentio quando & in quibus caſibus fieri poſſit,vide pleniſsimè per Anto. in c. 1. de mutuan. pecu. & per

per Barto.in aut.& conſequenter.& in l.Pompo.C. quo modo & quando.

Regula an habeat vim legis,vide ſub verb.lex. §. legis vim, &c.

4 † Religioſus an poſsit tranſire ad ſtrictiorem,laxiorem, vel parem religionem ſine licentia Papæ, vel ſaltem ſui ſuperioris vel conuentus, vide glo. de præben. cum ſingu.§.fin. lib. 6. & vide ſub verb. Monachus,per totum.

Religioſus an poſsit agere poſſeſſorio vel petitorio nomine proprio,vide Anton.de reſcr.c.cum dilecta. penulti.& vlti.col.& vide ſub verbo,poſſeſſorium. §. poſſeſſorio vel petitorio agere non poteſt.

Religioſi propriè non appellantur illi nouitij, qui non ſunt profeſsi,nec habent vocem in capitulo: vt no. G.de elect.ex eo.lib. 6. ſuper verbo; tacitè.

ADDITIO.

Adde,religioſi quot modis dicuntur. Abbas in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitu.

Religioſi ſi ſunt manuales,& abſq; cauſa,vel ex euidenti malitia remouentur per ſuperiorem,poſſunt implorare iudicis officium, ſicut ſerui, qui malè tractantur à Dominis, licet hoc non reperiatur apud Italicos, qui cum talia beneficia manualia committunt, exprimunt quòd eis liceat nuda voluntate reuocare. no. Anto.de cau.poſ.c.fi.12.col. ver. quid de prioribus.

Religioſus autem, qui per conuentum ad prioratum eligitur, & per ſuperiorem confirmatur, cenſetur perpetuus manualis, ideò non reuocatur, niſi ex iuſta & manifeſta cauſa:vt in c. Monachi,in fi. de ſta. monacho.& ibi not.Ioan.And. & vide omninò ſub ver. beneficium manuale.

Religioſus qui electioni factæ de eo conſenſit de licentia ſui ſuperioris, poteſt ſine alia licentia ſuperioris dictam electionem exequi, & pro ea agere, & procuratorem conſtituere poteſt, quia Abbas dando licentiam conſentiendi Monacho,videtur etiam dare proſequendi licentiam.not. glo. in clem. ſi religioſus de procura.in verb. conſtituere. ſicut etiam, ſi dat licentiam,

quòd poſsit ſtare in ſcholis, videtur dare licentiã, quòd poſsit accuſare & agere contra impedientem eum ſtare in ſcholis. not. glo. de accuſatio. c. ex parte. in verbo, alios. ex his ſequitur, quòd ſi Papa prouidet Monacho de certo beneficio, videtur ei licentiam dare, quòd pro illo aſſequendo poſsit agere, & procuratorem conſtituere, per iura allegata in glo. prædicta.

Religioſus non poteſt procuratorem conſtituere, nec conſtitui procurator, nec mandatum accipere & exequi ſine licentia ſui immediati ſuperioris, niſi pro conſorte eiuſdem litis in caſibus, in quibus regulares ſeu religioſi ad iudicium admittuntur: vt in clemen. religioſus, de procuratori. Item poteſt quilibet religioſus conſtitui procurator in omni cauſa concernente vtilitatem ſui monaſterij, vel etiam Papæ ſine ſuperioris licentia, quinimò in concernentibus vtilitatem amici monaſterij ſui: vt no. Inno. in c. cum I. & A. de re iudi. licet autem regulariter non poſsit religioſus conſtituere procuratorem ſine licentia ſuperioris: fallit quando vult prælatum ſuum denunciare vel accuſare, vel de electione ſui prælati agere, vel pro conſorte eiuſdem litis, vel ſi contra eum inquiritur. Generaliter vbi poteſt per ſe agere, poteſt procuratorem conſtituere, aliàs ſecus. not. Inno. & Anto. in d. c. cum I. & A. & prædicta vera in religioſo clauſtrali, ſecus in prælato, qui ſemper poteſt procuratorem conſtituere, & conſtitui alterius ſuperioris licentia non requiſita: vt not. glo. d. clementi. ſi religioſus. ratio eſt, quia quò ad adminiſtrandum, alteri non ſubeſt. Per hoc ſequitur, quòd quilibet religioſus habens adminiſtrationem, licet non ſit prælatus, poteſt liberè procuratorem conſtituere: vt no. Fran. de Zaba. in cle. 1. in 7. oppo. vide ſub ver. poſſeſſorium. §. poſſeſſorio vel petitorio. & vide infrà §. ſequenti.

ADDITIO.

Religio quæ ſit ſtrictior, non debet ſimpliciter conſiderari diſpoſitio originalis regulæ, ſed etiam ſtatuta ordinis, quæ duriorem viuendi modum inducunt: vt habetur in cap. ad noſtram, de appellatio. & cap. prim. de ſta. mo-

ſta.mona.lib.6.& Abbas notabiliter in dict. cap. ad noſtram.

Religioſus non poteſt conſentire electioni de ſe factæ extra monaſterium vel eccleſiam ſuam ſine licentia ſuperioris,de elect.cap. ſi religioſus. lib. 6. quod eſt verum,quandò electio eſt facta à maiori parte capituli vel conuentus,vel ſaltem à media parte: ſecus ſi à minori, quia tunc etiam de licentia ſuperioris conſentire non poteſt:vt in cap. quorundam,eod. titu. lib. 6. & ibi not. Ioan. Anto. in nouella. ſed prouiſioni factæ per Papam puto Monachum conſentire poſſe ſine licentia Abbatis: quia Papa prouidendo Monacho, quem ſic Monachum facit in beneficio manuali perpetuum pro illa vice: quia emancipat Monachum ab Abbate, quò ad hoc, quòd non poteſt inuitum ad clauſtrum reuocare: vt not. Ioan. And. de offici. ordi. capi. præſenti. lib.6.in nouel. in princip. & de elect. capi. cùm inter. ſuper ſecunda gloſſ. & pari ratione puto, quòd Monachus poſſit ſine licentia Abbatis à Papa beneficium impetrare,& communiter etiam ad impetrandum procuratorem conſtituere:quia quòd per ſe poteſt, & per alium: vt ſuprà §. proxi. Nec per hoc, quòd non poteſt inuitus ad clauſtrum reuocari, dicitur fieri contra votum & ſubſtantiam regulæ ſui Monachatus ſiue contra obedientiam: quia quò ad alia remanet ſub obedientia: vt not. Innocen. & Ioan. And. in capi. fina. qui Cleri. vel vo. ex his puto beneficium manuale poſſe & debere ex conſuetudine præſcripta conferri vt perpetuum, nec dicetur præſcribi contra obedientiam in genere: vt ex præmiſsis patet, ſi diceretur ſtatus beneficiј mutari, quod fieri poteſt ſpacio quadraginta annorum: vt eſt caſus in capit. cùm de beneficio. de præbend. libro ſexto. & facit quod notat Antoni. de confirmat. vtili. capi. porrecta. ad fin. vbi dicit,beneficium perpetuum poſſe ex conſuetudine fieri temporale: ergò & econuerſo, poterit temporale beneficium perpetuum fieri ex conſtitutione vel conſuetudine, quæ vim conſtitutionis obtinet. & vide omninò ſub verbo, beneficium. §.beneficium.§.beneficium manuale.& §.beneficia manualia licet per Papam.

Religioſi mendicantes licet non poſſunt eis relicta petere iure actionis: poſſunt tamen officio iudicis. no. Bar. in l. Quintus Mutius, de aur. & arg. lega. hoc tamen intelligas de relictis, quorum non ſint omninò incapaces.

Religioſi ſi ſunt fratres hoſpitales Sancti Ioannis, Hieroſolymitanenſes licet ſint Laici de ſen. excō. c. canonica. & ibi no. Ant. Quidam tamē ſunt Laici, quidā ſunt Clerici: vt no. gl. de ver. ſig c. 1. li. 6. ſuper ver. perſoluant. & ibi exprimit priuilegia ipſorum fratrum.

Religioſus an poſsit eſſe Iudex delegatus: dic quòd ſic, ſi eſt in dignitate vt prior conuētualis: ſecus in clauſtrali: vt cle. & ſi principalis. de reſcrip. & ibi no. gl. Fran. de Zab. & Ant. de But.

5 †Remiſsio non poteſt dari ad partes ad probandum articulos, licet Iudex eos admiſerit ad probandum in curia & extra: quia talis remiſsio ſpectat ad Papam, niſi Iudex hoc faciat de voluntate vtriuſq; partis. vide Ioan. Andr. & vide ſub verbo, Iudex. §. Iudex.

Remiſsio poſtquam eſt data ad partes, non poteſt Iudex in cauſa procedere ſine noua cōmiſsione, etiam ſi partes velint renunciare remiſsioni: quia ex quo ſemel Papa appoſuit manum, non poteſt inferior ſe intromittere. no. Rom. conſi. 76.

Remiſsio ad partes pro teſtibus producendis ſi eſt data in prima inſtantia, non poteſt iterum dari in ſecunda ſuper nouis articulis etiam admiſsibilibus, ne aperiatur via fraudibus. no. Ro. conſi. 215. ſed ſi in prima inſtantia non fuit petita, poteſt peti in ſecunda. no. Roma. conſi. 218.

Remiſsio non eſt danda, quando conſtat de calumnia petentis. not. Inno. de conceſ. præb. poſt electionem.

Remiſsio ad partes non eſt danda pro exceptionibus dilatorijs, nec pro alijs præambulis vel incidentibus, vel emergentibus in cauſa, ſed pro exceptionibus peremptorijs puta contra teſtes, vel aliàs, ne cauſa periret, ſi exceptio non probaretur, benè eſt danda remiſſio. no. Rom. conſi. 218. Idem no. Io. And. in c. 1. lib. 6. ſuper glo. intelligas. in nouella. & de appel. cap. 1. in prin. Idem dicit Io. An. ſecundum Hoſt. quòd ſi poſt litis conteſt. opponi-

opponitur contra appellantem, quòd non appellauit, iſta cenſetur peremptoria, & ſuper ea debet dari remiſsio: quia perimit libellum & contenta in eo. Idem dicit Spe. in exceptione nullitatis contra ſententiam vel alium actum: & in omni caſu, vbi agitur de magno præiudicio: vt ipſe not. in tit. de dilationibus. §. 1. ver. fin. & ſi. de excep.

Remiſsio ad partes licet non ſit danda ſuper articulis probandis duntaxat per ſcripturam, & alia per teſtes danda eſt. not. Rom. conſi. 248.

Remiſsio ad partes licet non ſit danda pro inſtrumentis producendis: ſi tamen ſigna, ſigilla, & notarius inſtrumenti producti negentur, pro illis eſt danda remiſsio. no. Rom. conſil. 218.

Remiſsio datur ad excommunicationem probandam per teſtes extra curiam. not. Ioan. An. de reſcri. c. ſi. lib. 6. ſuper gl. quod ſi, ad ſi. in nouel. quod intellige, quādo excommunicatio opponitur in vim dilatoriæ: ſecus ſi in vim peremptoriæ: vt not. ſuprà §. proxi. ad partes non eſt danda pro exceptionibus.

ADDITIO.

Remittens negocium ad ſuperiorem poteſt cuilibet parti dare atteſtationes ſuas ipſi ſuperiori referendas: vt in c. cùm Bertoldus, de re iudi. & cap. dubium, de elect. & poteſt ſtatuere vtriq; parti terminum peremptorium ad comparendum coram ſuperiore: vt cap. fina. de accuſat. Abbas in dict. cap. cùm Bertoldus, circa princip.

Renunciatio facta de beneficio per ſpoliatum non valet: ſed ſi fiat pactum de non agendo Interdicto vnde vi, benè obſtabit ſibi poſtea agere volenti, ſecundum Inno. vt not. Rom. conſi. 401. & vide ſub ver. appellatio. §. appellatio ſi eſt interpoſita. & §. capitulum. §. beneficium. §. poſſeſsio.

Renunciatio beneficij facta per metum, valet ipſo iure, ſed poteſt reſcindi officio iudicis, vel actione quod me. cau. Fallit quando renunciatio fit per captionem & detentionem ſecularium poteſtatum. no. Ro. conſi. 372.

Renunciare videt beneficio ſuo, qui cōſentit, vt al-

teri conferatur:& Epiſcopus in conferendo videtur renunciationem acceptaſſe. not. Fred. de Senis, in tracta. permu.q.29.

Renunciatio beneficij ſimoniacè facta non valet, ſicut nec collatio ipſius beneficij ſimoniacè facta, tenet not. Inno. de rerum permu. cap. cum vniuerſorum. & Archi.1.q.1. ordinationes. Et dicitur ſimoniacè renunciare, quando renunciatur, hoc expreſſo, quòd alteri conferatur:vt not.glo.de offi.deleg.cap.ex parte.el.1.ſed ſi hoc non exprimitur, licet immediatè agatur, non eſt ſimonia. not.Inno.de ſimo.cap.tua.in fin.Item eſt ſimonia,ſi tibi renuncio beneficium meum: vt tu amico vel nepoti meo tuum renuncies. not. Io. An. de re. permu. c.1.li.6.ſuper verbo,ſuo.in nouel.

Renunciare non intelligitur primum beneficium, qui ſecundum incompatibile cum primo acceptat, niſi poſtquam ſecundi poſſeſsionem pacificam adeptus fuerit.not. Ioan. An. de reſcript. cap. in noſtra. Et ſicut in aſſecutione poſſeſsionis ſecundi incompatibilis tacitè renunciatur liti & cauſæ ſuper primo motæ: etiam ſi in aſſecutione ſecundi expreſſè proteſtatur, quòd non intendit renunciare iuri nec liti ſuper primo, ſecundum Inno & Ioan.An.in d.c.in noſtra. licet Hoſt. ibi contrà: ſed Anto tenet ibi opi Inno.plus dices, quòd talis proteſtatio tanquam vicioſa, & reprobata operatur, quòd non tenet aſſecutio ſecundi, nihilòminus per illam aſſecutionem pacificam perditur ius, quod habebat in primo,ita dicit Anto. in d.c. in noſtra.in vlti.col. Et aduerte, quòd ſicut per aſſecutionem pacificam ſecundi tacitè renunciatur primo,& liti ſuper eo motæ: ita & ſi per eum ſtetit, quò minus poſſeſsionem aſſequeretur. no.Io.An.in d. c. in noſtra.

Renunciare non poteſt quis beneficio eccleſiaſtico,nec iuri ſpirituali ſine autoritate ſuperioris: ſecus in prophanis ex temporalibus.not.Rom. conſi. 306. ſed in beneficialibus valet quandoq; renunciatio, etiam ſine autoritate ſuperioris, ita vt ſi quis renunciat electioni ante confirmationem:vt not.Ioan. An. de reſcript. cap. in noſtra.& hoc verum,quò ad præiudicium renunciantis: ſed quò ad præiudicium ſuperioris non: vt not. Ioan.An.de ele.cap. ſi electio.lib. 6. in glo. ſuper ver. renun-

nunciat, &c. Item valet renunciatio, ſi electioni aut collationi eius, qui renunciat antequam acceptat, vel etiam ſi poſt acceptationem renunciet beneficio, ſi beneficium eſt in controuerſia: vt not. Ioan. de appel. cap. conſtitutus. aduerte quia Ioan. An. ibi loquitur in electione, per quam non quæritur ius in re: ſed dic, quòd licet in electione loquatur, tamen de eius mente hic colligitur, quod in alio titulo, per quod quæritur ius in re, quòd ſi ius non eſt plenum & pacificum, poteſt illi renunciare etiam in abſentia ſuperioris: licet ergò ſit plenum, ſed non pacificum, renunciari poterit, quod intelligit Domin. Anto. quando probabile dubium eſt, ſed non pacificè renunciari poterit. quod intelligit Domi. Anto. eſſe verum, quando probabile dubium eſt, an ius habeat: ſecus ſi certum ſit, quòd ius habeat: licet litem patiatur: vt not. Domi. Anto. de renuncia. cap. quod in dubijs. Item valet renunciatio ſine ſuperioris autoritate: vide plenè per expreſſam ſiue renunciationem tacitam an valeat ſine autoritate ſuperioris, & cuius autoritas requiritur: vt not. Ant. in c. quod in dubijs, & quò ad tacitam renunciationem, vide Io. An. in regula mutare. libro 6. in nouel. & vide ſub verbo, beneficium non vacat. & §. beneficium non poteſt.

Renunciare an poſsit quis ſine auctoritate ſuperioris beneficio, quod obtinet titulo colorato, ſed non vero, vide per gloſſ. & Docto. de renunciat. capi. niſi in fin.

Renunciare liti & cauſæ in beneficialibus abſente ſuperiore, licet non abdicet à ſe ius beneficij, nec per hoc vacet beneficium, tamen ſi vult poſtea agere ſuper eodem beneficio, obſtat exceptio ſicut ſi feciſſet pactum de non agendo. no. Rom. conſi. 306. vide infrà §. proxi. Sed Dominus Ant. in c. cùm pridem, de pact. dicit, quòd tunc valet renunciatio litis & cauſæ, quando fit in præſentia iudicis, & dicit, quòd ita cõmuniter intelligitur. l. poſtquam liti. C. de pact. & ita etiam intelligitur Bar. in l. non ſolùm. §. liberationis. de libe. lega. ſed Inno. & Hoſt. dicunt in d. c. cùm pridem. quòd valet renunciatio litis facta etiam parte abſente, & hoc propter litigantium odium: vt ibi not. Ioan. And.

Renuncians liti & cauſæ nõ intelligitur renũciare iuri, quod

ri,quod eſt verum in beneficialibus & ſpiritualibus,niſi talis renunciatio fieret cõram ſuperiore, ad quem pertinet inſtitutio & deſtitutio beneficij: ſecus in prophanis & temporalibus, in quibus renuncians liti & cauſæ intelligitur iuri renunciaſſe, ſecus ſi ſimpliciter liti renunciat,& valet etiã renunciatio facta in abſentia partis. not.Rom.conſi.306.vide ſuprà §. proxi.

Renunciatio ſimpliciter facta parte abſente non præiudicat renuncianti, ſecus quando renunciatio fit per pactum non ſimpliciter. no. Ant. de iureiu. c. quintauallis. ver. venio ad ſeptimum. Inno. tamen dicit, quod per renũciationem etiam abſentibus paratur exceptio: vt in c. veniens,de renunciatio. & ibi vide Anto. Sed aduerte, quia Inno. loquitur, quando renunciatio valet, quæ præſenti facta eſt, quo caſu etiam alijs abſentibus prodeſt,& ita intellexit Ang.in l. Labeo.ff.de iureiur.vide Inno. in c. cum pridem,de pact. & Arch. 7.q. 6. quàm periculoſum. Sed Rot.dicit, quòd renunciatio ſimpliciter facta parte abſente valet: vt not. Rom. conſi. 306. & vide Ant.in c.cùm pridem. de pact. qui dicit, quòd ſi eſt facta renunciatio in præſentia Iudicis repræſentat perſonam partis.

Renunciatio facta parte pręſente & acceptante habet vim pacti: vt not. Anto. de iureiuran. c. quintauallis. verſi. venio ad ſeptimum.

ADDITIO.

Renunciari an poſsit inſinuationi cum iuramẽto, vide per Do.Gui.Papæ in quæſtione 350.

Renunciari non poteſt iuri futuro, niſi renunciatio deducatur in pactum: ideò appellationi futuræ non poteſt renunciari, etiam poſt ſententiam, niſi per pactũ per Canoniſtas. Legiſtæ dicunt, quòd ſi fiat in iudicio, valet etiam parte abſente, ſed extra iudicium non valet, niſi ambæ partes paciſcantur, vel vna in præſentia alterius.no.Rom. conſi.306. ſed Anto. ſimpliciter dicit, quòd valet renunciatio in c. quintauallis. ver. decima differentia. de iureiur. ratio eſt, quia Iudex eligitur à ſuperiore, vt iuret, & pro eo præſumitur: vt ipſe not. eodem cap. verſi. venio ad ſeptimum. Barto. autem

dicit, quòd per pactum valet, in l. cum antiquioribus. §. fin. C. de tempo. appella. Sine pacto non valet, niſi in iudicio fiat: vt ipſe Bart. not. in l. 1. ff. à qui. appella. non licet. Et idem dicit Ant. de appel. c paſtoralis, in princip. tertiæ colum. in fin. vide Anto. in c. veniens, de renunc.

ADDITIO.

Renunciare an quis poſsit ceſsioni bonorum, vide per do. Fel. in c. ex reſcripto. de iureiur. Item de multis renunciationibus, vide per eundem in c. ſi diligenti. per ordinem, vbi non erit labor inuenire dictas renunciationes, quæ ſunt annotatæ in margine, vt ſtatim oculis quærentium occurrere poſsint.

Renunciare iuri ſuo cuilibet licitum eſt, de regul. ad apoſtolicam. & 1. q. 7. quàm periculoſum. Excipiuntur tamen multi caſus, in quibus non poteſt quis iuri ſuo renunciare, quos caſus exprimit Ioan. And. in d. c. ad apoſtolicam. Et adde quod not. Anto. de for. comp. c. ſi diligenti.

* ADDITIO.

Renunciatio feriarum licet valeat in præiudicium partium renunciantium, tamen non nocet teſtibus, & ſimilibus perſonis in iudicio neceſſarijs, quia illo tempore non poſſunt cogi venire ad teſtificandum. Iaco. de ſanct. Geor. in l. 1. in 2. colu. ver. aduertite tamen. ff. de ferijs. idem voluit Bald. in l. fin. ver. in text. ibi iudicis. C. de abolitio. vbi dicit eſſe meliorem text. qui poſsit allegari.

Renunciare non poſſunt partes ordini ſubſtantiali iudicij, ſicut eſt litis conteſtatio: in caſibus, in quibus ſeruandus eſt ordo iuris. nōt. Rom. conſil. 88. vide Ioan. And. in 5. glo. in c. ſi. de re iu. lib. 6. & in cle. ſæpè. in glo. fi. de verb. ſig. & glo. illi contradicentem in c. de cauſis, de offi. delegati.

Renunciare non poteſt quis priuilegio, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, ſi illud priuilegium competit ratione perſonæ, ſecus ſi ratione contractus. not. Io. And. de ſolu. c. Odoardus, in fin.

Renunciatio tacita priuilegij an inducatur per contrarium vſum, & in quanto tempore, vide ſub verſic. priuilegium. §. priuilegium perditur.

Renunciari non intelligitur exceptioni dilatoriæ, qui petit copiam reſcript. vel libelli, vel qui dedit cautionem de ſtando iuri. not. de re iudi. c. inter monaſterium. ver. oppo. quòd poteſt. Et eſt caſus in l. non videtur in iudicem. ff. de iudi. & vide ſub ver. exceptio. §. exceptio dilatoria iuriſd. non tolli.

* SINGVLARE.

Renunciari non poteſt defenſionibus in criminalibus. glo. eſt in l. pactu inter hæredem. ff. de pact. quam glo. dicit eſſe ſingu. Iacob. de ſanct Geor. ibi in 3. col. in princ. verſic. hanc glo. & in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum eſt. in 1. col. verſi. quid autem. ff. ſi quis cautio. & in aut. iubemus, ad fin. C. de iudicijs. & hoc verum eſt quando per hoc renuncians læditur, quod eſt quando certas habet defenſiones: ſecus ſi non habet liquidas probationes, quod præſumitur eo ipſo quòd renunciat, ſecundum Bald. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. in col. fin. ver. ſed probatio iſta. ff. de iureiur. H. F.

Renunciare nõ intelligitur iuri ſuo ille qui vt procurator alterius litigat, & obtinuit rem in qua procurator ipſe ius habere prætendit. not. Roma. conſil. 396. quod intellige quando procurator tunc ignorabat ius ſibi competere, vt ex eodem conſilio colligitur. Secus ergo ſi ſcienter. Et idem in aduocato, qui ſcienter pro illo aduocat ſuper re, in qua ius habet, iuri ſuo renunciaſſe videtur. not. Ant. de translatio. c. ex literis.

Renunciaſſe videtur teſtis iuri ſuo ſibi competenti in re, ſuper qua inter alios contrahitur, & ipſe teſtis adhibetur, quod procedit quando non ſolùm eſt teſtis, ſed etiam auctor præſtans ſcienter auctoritatem contractui: vt not. Anto. de transla. c. ex literis.

Renuncians iuri, liti & cauſæ, licet non ſit audiendus ſuper re, de qua principaliter agebatur, quia tamen pōteſt eius intereſſe ratione fructuum & expenſarum ſuarum, ſuper his audiendus eſt. not. Ioan. Andr. de ſimo. c. per tuas. el 1. ſuper vlti. gloſſ. ſed Ioan. Andr. loquitur de tertio, cuius intereſt non de renunciante.

Re-

Renunciare poteſt Prælatus iuri ex præſcriptione quæſito, de præſcrip. c. veniens. & ibi not. Ant. 15. notab. quòd limita & declara: vt not. per eum vlt. & penult. colum. Dic quòd ibi intercesſit auctoritas ſuperioris, à quo priuilegium fuit impetratum, per quod inducitur tacita renunciatio iuris ex præſcriptione quæſiti, & vide §. renunciare an posſit.

Renunciare videtur quis iuri ſibi competenti ex præſcriptione vel aliunde, quando illud ius, quod habet, per priuilegium impetrat. not. Ioan. Andr. de præſcrip. c. veniens, in gloſſ. vlt. quod limita, niſi illud ius quæſitum eſſet dubium, vel niſi per priuilegium vberius & amplius prouideatur: vt not. Ioan. And. de priuileg. c. cum perſona, ſuper vlt. glo. lib. 6. in nouel. Aduertendum eſt quòd Io. And. in d. c. veniens, non dicit, quòd renunciare videtur, quòd impetrās priuilegium fateri & credere videtur rem ad ſe non pertinere, ſed dicit, quòd illud fateri includit tacitam renunciationem: an autem per talem confesſionem perdatur dominium, vide Bart. de iur. & fact. ignor. l. 1. ver. vltimò quæro. Quod autem non videatur quis renunciare primo iuri & titulo ex impetratione ſecundi, facit illud quod not. per Doct. in c. poſt electionem, de conceſſ. præbend. vbi dicunt quòd text. probat, quòd quis poteſt vti duplici titulo, per quem prætendit ius in beneficio ei competere. Et idem Lap. in allegat. vltim. & Io. Cal. in conſil. 7. reſponderi poteſt, quòd vtitur copulatiuè, ſed non diſiunctiuè, vt ſi ex primo iuuari non poteſt, iuuetur ex ſecundo, quod procedit quādo partim erat inualidum, ſed ſi validum erat, tunc ex impetratione noua ſimpliciter facta videtur primo iuri renunciatum. Dubium eſt, credo quòd ſic per text. in d. c. veniens. vbi videtur caſus: quod eſt verum, ſi ſciuit, ſecus ſi ignorauit primum ius ſibi competere, per l. decedēs. C. de inoffic. teſtam. Sit ergo cautus allegans tacitam renunciationem, vt deducat ſententiam. Sed huic contradicit d. c. poſt electionem, vbi ſciens primam collationem ſibi factam, non cenſetur ſibi renunciaſſe acceptādo ſecundam, ſed poteſt vtrumque ſimul & ſimpliciter deducere. Et ita intelligit Ioan. Andr. illum tex. in c. nullus pluribus, de re iud. lib. 6. pro quo facit l.

con-

contra maiores. C. de inoffic. teſt. licet ibi loquatur in remedijs non contrarijs ſimul, ſed in diuerſis inſtantijs propoſitis, tamē illa lex probat, quòd electio vnius non inducit tacitam renūciationem alterius, quia tendunt ambo ad eundem finem, vt quis reddatur inteſtatus, & ei ſuccedatur ab inteſtato, & illam l. allegat. Et ad hoc facit quod not. Ioan. And. in c. vt quis duas, de elect. lib. 6. in nouel. ſuper glo. ſi enim, & vide ſub ver. actio, in princ. & ſub ver. priuilegium, in princ. & præſcriptio.

Renunciari an poſsit exceptioni ſimulationis, vide ſub ver. ſimulatio. §. ſimulationi.

Renunciari an videatur quis iuri ſuo ſi longo tempore ſtetit quo illo iure vſus non eſt, vel paſſus fuit alium contra illud ius vti, vide ſub ver. præſcriptio. §. præſcribi an poſsit. & vide ſub ver. priuilegium. §. priuilegium an perdatur per non vſum.

Renunciari an poſsit prælatus iuri dignitatis ſuæ. Dic quòd ſic in præiudicium eius, ſi præiudicium eius eſt ſeparabile à præiudicio eccleſiæ vel dignitatis: aliàs ſecus: vt not. Ant. in c. cùm veniſſent, de inſtit. in penul. & vlt. colum. vide ſuprà §. renunciare poteſt. Item prælatus etiam cum toto conuentu non poteſt renunciare alicui iuri eccleſiæ in præiudicium ipſius eccleſiæ, & ipſemet prælatus qui renunciauit & iurauit, poteſt conueniri nomine eccleſiæ, & non nomine ſuo: vt not. Innoc. & Io. And. de priuileg. c. accedentibus. & do. Anto. de conſtit. c. cùm acceſsiſſent. & d. c. cùm veniſſent. Poteſt tamen renunciare prælatus probationibus eccleſiæ competentibus: vt not. Anto. de cenſi. c. cùm olim. verſic. ſexto not.

Renunciari non poteſt etiam cum iuramento. l. ſi nunquam. C. de reuo. do. vt not. Bart. in l. Titia Seio. §. Imperator. de lega. 2. Et Bald. in l. 1. de inoffic. do. & Io. And. in addit. Spec. tit. de inſtru. edi. §. porrò. ver. item nota.

Renunciari non poteſt priuilegio miſerabilibus perſonis conceſſo miſerationis intuitu: vt not. per glo. quando Imperator inter pupil. & vidu. ag. l. vnica.

Replicatio, vide ſub ver. actor. §. actori.

Repreſaliæ an & quando ſint licitæ, vide text. in c. 1. de

t. de iureiur. lib. 6. & quod ibi not. Ioan. Andr. & vide etiam quod not. per eundem Io. And. in regula, non debet, eo. lib. in prin. in mercu.

Reprobatio, vide ſub ver. inſtrumentum. §. inſtrumentum.

7 †Reſcriptum habetur loco libelli in ſummarijs cauſis & beneficialibus, ſecus in alijs, ſecundum Hoſt. vt not. Ant. in c. 2. de reſcrip. & vide ſub verb. libelli. §. libelli loco. & vide ſub verbo, probatio. §. probatio poteſt fieri per iuramentum.

Reſcriptum non viciatur, licet plura capitula narrentur, quorum aliquod falſum eſt, dummodò ex verbis poſsit ſequi effectus & concluſio. not. Rom. conſil. 68. An autem ſufficiat alterum ex narratis probare, vide do. Ant. in c. 2. de reſcript. & vide omninò per Ant. in c. exhibita, in fin. de iud. & Arch. in c. omnes. dic, quòd ſi apparet ſuper quibus narratis ſe fundat Papa, ſufficiunt illa verba, nec obſtat quòd alia narrata ſunt falſa: vt notat Lap. allegatione. 14. & idem dicit Anto. in d. c. exhibita, in fine.

ADDITIO.

Reſcripta Papalia quæ vocantur conqueſtus, an ſint hodie ſublata in regno Franciæ, per pragmaticam ſanctionem, vide per do. Guil. Papæ. in q. 17.

Reſcriptum ſi eſt impetratum ſuper cauſa poſſeſſionis ſine dictione taxatiua duntaxat, comprehendit etiam cauſam proprietatis. not. Rom. conſ. 306.

Reſcriptum per quod committitur cauſa appellationis, à grauamine includit etiam commiſsionem negocij principalis in euentum, quo benè appellatū pronuncietur. not. Ant. de appella. in c. vt debitus. verſic. oppo. ſecundo. 3. colum. & vide omninò ſub verbo, iudex. §. iudex appellationis.

Reſcriptum generaliter impetratum ad lites, intelligitur de præſentibus & exortis, nō de futuris poſt dationem reſcript. not. Rom. conſil. 390. Et ſi eſt impetratum ad lites præſentes & futuras, non comprehendit illas, in quibus incipit ius competere poſt reſcriptum: vt not. Rom. conſil. 147. & alibi dicit, quòd reſcriptum impetratum ſuper futuris cauſis non valet. not. Rom. conſil.

conſil. 210. quod eſt verum, ſi ſuperuenit ius ex cauſa quæ dependebat tempore impetrationis reſcripti, aliàs ſecus, ſed econtrà, ſi tempore impetrati ius competebat, licet poſtea deſierit competere, reſcriptum valet: vt not. Ant. de reſcriptis, capitulo ſuper literis, penult. col. ad finem.

Reſcriptum impetratum ſuper re, in qua impetrãs nullum ius habebat tempore impetrationis, valet, & ſufficit impetranti, quòd ei ius ſuperueniat etiam poſt lit. conte. no. Rom. conſil. 115. & conſil. 176.

Reſcriptum per quod datur poteſtas citandi certam perſonam cum clauſula, & omnes ſua intereſſe putantes, non operatur quòd iudex illius clauſulæ poteſt citare perſonaliter quemlibet, cuius putat intereſſe. not. Rom. conſil. 419.

* SINGVLARE.

Reſcriptum principis ſi ſit geminatum, vt quia bis reſcripſit ſuper eodem facto, iſta geminatio eſt tantæ importantiæ, vt clauſulæ motu proprio æquipolleat, dictum eſt aureum Bald. & menti tenendum in l. nec damnoſa. C. de preci. Impe. offe. quod dictum refert & ſequitur pro ſingulari Iaco. de ſanct. Geor. in l. ſi quis iniquum, in prin. in 2. lect. ff. quod quiſq; iuris. H. F.

Reſcriptum ſi eſt impetratum contra aliquos nominatos non adiecta clauſula, & quoſcunq; alios, ſi nominati conuenientur, & nominant alios tanquam dominos in iudicio, non poterit contra illos procedi virtute talis reſcripti, maximè ſi obijciatur. not. Roman. conſil. 71.

Reſcriptum ſi eſt impetratum per vnum contra plures, & impetrans ſuccumbit, non poteſt vnus ex illis pluribus alterum ex illis conuenire vi eiuſdem reſcripti, quia nullus ex eis obtinuit illud reſcriptũ contra alium. no. Rom. conſil. 103.

Reſcriptum ſi eſt impetratũ contra clericum, non poteſt conuenire laicis propter diuerſitatem profeſſionis. no. Io. And. in c. ſedes, de reſcrip.

Reſcriptum ſi eſt impetratũ contra vnũ, an poſſit alius tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe vti eodem reſcripto. no. Rom. conſ. 103. §. per reſcriptum.

Reſcri-

Reſcriptum licet regulariter non extendatur ad alias perſonas principaliter quàm contra quas impetratum eſt, tamen extenditur ad ſucceſſorem rei, & vitij eius, contra quem impetratum eſt. no. do. Ant. de iud. c. quia Gu. ver. venio tertiò. quod intellige quãdo contra ſucceſſorẽ competit condictio ex l. fi. colonia. & decre. ſæpe. ſecus ſi tantùm competeret condictio ex canone reintegranda: vt no. idem do. Ant. eo c. ver. venio ad gl. in fin. vide omninò quod no. per eundem in ver. venio ad quartum. & ver. venio ad ſeptimum & vide ſub ver. iudex. §. iudex ordinarius, vel etiam delegatus.

Reſcriptum impetratum contra vnum, ſiue in perſonali ſiue in reali, tranſit ad eius ſucceſſorem vniuerſalem, quando eſt ſui natura tranſmiſsibile: aliàs ſecus, vt in cauſa beneficiali, & in cauſa vſufructus, & in cauſa delicti, & ſimilibus: Ex quo patet quòd reſcriptum impetratum contra vſurarium, ſuper vſuris reſtituendis, tranſit in hæredem eius. not. Ant. de iud. quia Gu. ver. venio ad quintum.

Reſcriptum contra vicegerentẽ alterius, non tranſit in dominum, cuius vices ipſe gerebat. no. do. Ant. in c. quia Gu. de iud. ver. venio ad quintum.

Reſcriptum impetratum contra eum, qui nõ erat in rerum natura tempore dati reſcripti, non extenditur ad eius hæredem vel ſeruum. Et ſi erat in rerum natura, ſed conceſsit antequã fuerit vi reſcripti conuentus, non poterit hæres eius ex vi illius reſcripti conueniri. no. Ant. de iud. c. quia Gu. ver. venio ad gl. Sed licet in primo caſu non valeat reſcriptum impetratum contra hæredem, fortè tamen valebit pro eo: vt no. eod. c. ver. venio ad quintum. Item reſcriptum impetratum pro eo, qui non erat in rerum natura tempore dati reſcripti, non extenditur ad eius hæredem. not. An. ro. de reſcrip. c. ſignificauit. vide de his plenè per Io. Andr. in regula, is qui, de reg. iur. lib. 6.

Reſcriptum impetratum ſpecialiter cõtra aliquos cum clauſula generali; ſub qua in genere includebantur alij, non porrigitur ad ſucceſſores illorum qui ſub illa clauſula includebantur: Fallit in ſucceſſore, qui eſt Prælatus eccleſiæ, qui ſub illa clauſula includebatur, quia tunc illa clauſula, ſub cuius virtute

pote-

poterat adminiſtrator eccleſiæ prædeceſſor conueniri, tranſit in ſucceſſorem: Ratio eſt, quia reſcriptum ſine eius clauſula fundatur ſub eccleſia, quæ eadem remanet. no. Ant. de iud. in c. quia 5. ver. venio ad quintum.

Reſcriptum impetratum pro vel contra vnam eccleſiam tempore vnius prælati tranſit in ſucceſſorem, quia reſcriptum fundatur ſuper eccleſia, quæ eadem remanet, licet adminiſtrator mutetur. not. Ant. de iud. c. quia 5. ver. venio ad quintum.

Reſcriptum directum epiſcopo alicuius eccleſiæ ſub nomine dignitatis ipſo mortuo poteſt exequi per eius ſucceſſorem electum & confirmatum, licet non conſecratum, quia tale reſcriptũ intelligitur directum potius dignitati quàm ordini. not. Rom. conſil. 432.

ADDITIO.

De clauſula, ſi de præmiſsis vobis conſtiterit, in reſcriptis poſita, & de alijs verbis importantibus, tam cognitionem & partis vocationem, vide per dom. Gui. Papæ. in q. 70.

Reſcripta ſunt ſtricti iuris, ideò verba reſcriptorum præſertim in beneficialibus extendi non debent: vt not. Rom. conſil. 383. ad hoc vide quod eleganter no. Inno. Compo. & Ioan. And. de reſcript. c. ſuper literis. & Rom. conſil. 383. Dicunt tamen quidam, quòd reſcripta æquiparantur conſtitutionibus, & decretis, & ſententijs, & quòd ex illis licitum eſt arguere ad reſcripta, ſed Inno. & Hoſt. tenent contrà, & dicunt, niſi reſcriptũ detur ad conſultationem, vel niſi decidat. & not. Ant. de iud. c. quia 5. ver. venio ad glo. Dic quòd reſcripta ad lites debent ſtrictè intelligi, vel reducantur ad ius commune. vt illud minus lædant de reſcrip. c. cauſam quæ. licet vbi ſint contra ius commune, debeant latiſsimè interpretari, ſalua tamen proprietate verborũ & mente mandantis: vt not. Innoc. eo. tit. in c. ſuper literis. in glo. ſuper ver. confirmationem, ad quod facit, quod no. Ioan. And. de offi. delegati. cùm olim. in ver. iudices, licet in contrariũ faciant de reſcript. c. ſignificante. & c. Rodolphus. & quod not. Io. ſecundum Abba. & Vinc. in d. c. ſignificante, in glo. ex hoc generali. Sed poteſt dici quòd

ti, quòd ibi proprietas verborum non patiebatur. Vide omninò Bal.in l. præſcriptionem.C ſi contra ius vel vti. colla.10.ver.modò his præmiſsis.

Reſcripta ſunt communia vtriq; parti, ideò poteſt reus vti reſcripto interpretato per actorem, etiam cum clauſula præiudiciali & econuerſò. not.Rom.conſil.65. & conſil. 321. & hoc etiam poteſt actore inuito. nô. Ro. conſil.65. & etiam ante præſentationem.not.Rom.con ſil.429. Et hæc procedunt etiam ſi reſcriptum ſit impetratum nomine actoris, per non habētem mandatum ab eo, quando reſcriptum impetratur ad auditorem Rotæ, ſecundum quoſdam. Auditor enim ſine commiſſione habet iuriſdictionem ſaltem habitu: vt ibidem not.ſecundum Hoſt.& Ant.qui tenent quòd ante vſum reſcripti poteſt impetrās illi renunciare inuito aduerſario: vt not. Ant. de reſcrip c. ſuper literis. 7. col. licet Inno. finaliter tenet contrarium in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol.

Reſcriptum in quo quis petit cauſam cōmitti cum poteſtate procedendi ſummariè, & de plano, & terminis non ſeruatis ſi ſignetur, audiat & procedat ſummariè, &c. & cenſetur omnia petita in eo conceſſa, ſi nihil cancelletur. not.Rom. conſil.77.

ADDITIO.

Reſcriptum nullum ſumit vires, ſi orta contentione ſuper nullitate iudex pronunciat validum, & non appellatur: vt not. per Lap. in c 1. de reſcript. lib.6. Et hoc verum, niſi reſcriptum fuiſſet falſum. Abb. in c. ſuper literis. & in c ex parte, de reſcrip.

Reſcriptum ſi dat poteſtatem procedendi ſolius facti veritate inſpecta, & terminis abbreuiatis, qualem habeat tunc iudex ordinem ſeruare in beneficialibus & prophanis, vide Rom.conſil.32. & vide Ant.de iud.c. dilecti ver. not.quartò. vbi loquitur de reſcripto, per quod mandatur procedi purè, & ſimpliciter, & dicit quòd ſufficit procedi ſecundū æquitatē iuris canonici.

Reſcriptum ex eius ſignatura mandatur procedi ſummariè, &c. intelligitur ſub illo verbo, &c. dare poteſtatem procedendi etiam ſine figura iudicij, ſi in reſcripto hoc eſt petitum. Si autem ſignatura reſcripti ſiue commiſsionis dicat, audiat talis, & iuſticiam faciat,

ciat,tunc non poteſt etiam ſummariè procedi, licet in commiſsione petitum ſit.no.Rom.conſil.72.

Reſcriptum in curia conceſſum non intelligitur dare poteſtatem citandi ad partes,ſi cauſa nõ erat,alias deuoluta,niſi hoc ſpecialiter dicatur in ſignatura. not. Rom. conſil. 19.

Reſcriptum ſi committit poteſtatem citandi per edictum in curia,& locis circumuicinis affigendũ, non ſufficit quòd fiat executio in vno loco de vicinis,ſed requiritur quòd ad minus fiat in duobus, quia pluralis locutio,&c. not. Rom. conſil.79.

Reſcriptum per quod cauſa vni commiſſa alteri committitur, intelligitur cauſam à primo iudice auocare,licet hoc expreſsè non dicatur, dummodò in reſcripto fiat mentio de prima commiſsione: aliàs reſcriptum non valet.no.Rom.conſil.67. Si tamẽ prima commiſsio fuiſſet de conſenſu partium facta,vt patet de reſcrip.c.cæterùm,in fin.Et an primum reſcriptum delegationis intelligitur reuocatũ per ſecundũ ad eundem iudicẽ,vel alium iudicem impetratũ, vide de reſt. ſpol. c.audita. vbi eſt ſingularis tex. de offi. dele.c. ex literis. & de reſcri.paſtoralis.& c.cùm contingat. de appell.vt debitus. in glo.ſed nunquid. & vide omninò ſub verb. iudex. §.iudex ſi datur.

ADDITIO.

In reſcriptis impetratis ad lites, ſurreptio non vitiat ipſo facto,ſed opus eſt exceptione,niſi in ipſo reſcripto fiat gratia, & acceſſoriè detur iuriſdictio ad executionem gratiæ. Concluſio eſt Abbatis in c. cæterùm.de reſcript.

Reſcriptum per quod committitur cauſa in eodem ſtatu quo erat coram primo iudice, valet, licet ſtatus cauſæ ſpecialiter non exprimatur, niſi per talem commiſsionem auocaretur cauſa à primo iudice, quo caſu vel debet ſpecialiter exprimi clauſula conſueta, cuius cauſæ ſtatum dignemini habere pro expreſſo. not Roman.conſil. 214. vide infrà §.reſcriptum per quod cauſa ab alio.

Reſcripta ſi ſunt plura ad diuerſos iudices de eadem

dem cauſa facta, quis eorum in cognoſcendo præferendus ſit, vel ille, cui fuit prius reſcriptum præſentatum, vel ille, qui in citando præuenit, vide ſub verbo, iudex. §. iudices auditores.

Reſcriptum conceſſum in prima inſtantia ſuper articulis obiectiuis, & malè ſpecificatis admittendis non obſtante lapſu termini dati ad articulandum, non extendatur ad ſecundam vel tertiam inſtantiam, cùm in eis poſſet de iure communi probari non probatum in prima, & hoc eſt verum, niſi articuli alio modo nō poſſunt ſpecificari, quia negatiui: tunc enim in 2. & 3. inſtantijs poſt lapſum terminorū probari poſſunt, dum tamen ſunt in termino producti. not. Roman. conſil. 92.

Reſcriptum ſi cōtinet quem poſſe citari vltra duas diœtas, an poterit citari vltra quatuor, & an poſsit quis citari ad curiam vltra duas diœtas non facta mentione concilij vel priui'egij contrarium diſponētis, vide ſub verbo, citatio. § citatio vltra. & ſeq. §.

Reſcripti verba declarantur, & examinantur, & ponderantur ſecundum concluſionem, nō ſecundum narrationem ipſius reſcripti. no. do. Ant. de for. cōmpe. in c. ex parte verſi. no. quintò.

Reſcripti impetratio non eſt actus iudicialis, ſed extraiudicialis. no. Rom. conſil. 175.

Reſcriptum impetratum ſuper futuris appellationibus non valet, & ſi reſcriptum, per quod cauſa appellationis committitur, ſtatim poſt appellationem interpoſitam præſentetur, an ſurrepticium dicatur, vide Rom. conſil. 210.

Reſcriptum ad lites ſi eſt obrepticium, eſt ipſo iure nullum not. Innoc. de reſcrip. c. cum dilecta. & Anto. eo. tit. ſuper literis. 9. & 11. colum. ſed ſi ſit ſurrepticiū, & etiam dolo prauitatis impetratum, non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum. not. Rom. conſil. 362. idem not. dom. Anton. de reſcript. ſuper literis, ver. 5. no. & de dilationibus. cap. præterea. ver. 4. caſus & de reſcript. cap. ad audientiam. el 2. & licet de ſurreptione excipiatur, litis conteſta. non impeditur. not. Roma. conſil. 354. quia tale reſcriptum valet,

& tribuit iuriſdictionem, niſi ſurreptio reſcripti eſſet in iuriſdictione: vt not. Io. And. de fid. presbyt. c. 1. lib. 6. in nouella, ad fi. & Bald. in l. præſcriptionem. C. ſi contra ius vel vtil. publi. & prædicta ſunt vera in reſcripto primo loco, & principaliter impetrato circa iuriſdictionem tribuendam: ſi autem poſt iuriſdictionem attributam impetratur reſcriptum ſuper aliquo articulo vel particularitate gratiam continente, vel etiam impetratur primum reſcriptum, continens gratiam vel executionem, vel aliud negotium vel conceſsionem iuriſdictionis, tunc ſi illud eſt ſurrepticium, non valet. not. Inno. de offi. deleg. c. ex literis. idem tenet Lap. in quolibet reſcripto gratioſo, in c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. & Io. And. in d. c. 2. de fil. presbyt. ad finem, in nouella. lib. 6. idem in quolibet reſcripto, per quod iuriſdictio ab alio auocatur, & alteri tribuitur: vt not. Io. And. ſecundum Innoc. & Hoſt. in d. c. cùm ex literis. contrarium tenet Innoc. de reſcrip. c. cæterùm. & de hoc dic: vt nó. ibi Anto. de for. compe. ex parte B. Et vide omninò ſub verb. gratia. §. gratia ſiue ſit. Et quando reſcriptum dicitur ſurrepticium, cui incumbat onus probandi, vel impetrandi, vel excipiendi, vide ſub verbo, gratia. §. gratia ſi dicitur.

Reſcriptum ad lites ſurrepticium valet, ſi aduerſarius conſentit, vel de ſurreptione non excipit. not. do. de ſan Geor. in c. ab eodem, de appel. lib. 6.

Reſcriptum ſi continet errorem in nomine eius, contra quem impetratur, dum tamen per alias circunſtantias cõſtat de perſona, valet proceſſus contra eum factus not. Rom. conſil. 133.

Reſcriptum viciatur propter latinitatem falſam, niſi poſſet illa latinitas ſaluari per aliquam figuram, ſicut fit quandoꝗ, vbi ponitur caſus pro caſu. not. Ant. de iud. c. 1. ver. venio ad gloſſ. vel niſi vitium latinitatis ſit dubitabile, & non euidens, quia tunc fit interpretatio pro reſcripto, vel niſi fortè reſcriptũ per cameram, & non cancellariam expeditum ſit. not. Ant. de reſcrip. c. ad audientiam. el 1. dicit tamen Rota quòd illud c. & dicta exceptio falſæ latinitatis non habet locum in Romana curia, not. Ro. conſil.

ADDI-

ADDITIO.

Adde do. Abb. in c. ad audientiam, de reſcript. vbi vult, quòd ſi falſa latinitas poteſt ſaluari per figuram, non vitiat reſcriptum, ſi falſa latinitas ſurgit ex modico defectu alicuius literæ, tum nō vitiat reſcriptum.

Reſcriptum etiam gratioſum non vitiatur ex defectu literæ vel ſyllabæ, aut dictionis, aut orationis, dummodò comprehendatur intellectus Papæ, ſecundum Inno. & Ioan. And. ſed Hoſt. diſtinguit inter reſcriptum contentioſum & gratioſum. not. Ant. de fide inſtru. c. ex parte.

Reſcriptum apoſtolicum propter raſuram in loco non ſuſpecto an ſuſpectum ſit, & quis ſit locus ſuſpectus, arbitrarium eſt. not. do. Ant. de fide inſtru. c. ex literis, in fin. & in prin.

Reſcriptum abraſum non in reſponſione Papę, ſed in narratione facti, non cenſetur vitioſum, ſi reſcriptū eſt alterius confirmatorium, ita quòd de veritate apparet ex confirmato, ſecus ſi raſura fit in reſcripto originali & collatorio, niſi correctio apparet facta ex eadem manu, vel niſi ex præcedentibus & ſequentibus colligatur veritas. not. Anto. in d. c. ex literis, vltima colum.

Reſcriptum abraſum in loco ſuſpecto, etiam in ſyllaba & minima litera cenſetur vitioſum, licet ſecus, ſi eſſet illa litera vel ſyllaba omiſſa. not. Anto. in c. ex literis, ad fin.

Reſcriptum apoſtolicum ſi eſt cōtra ius & ſtylum cancellariæ, præſumitur falſum: ideò literæ talis reſcripti non ſunt admittendæ. not. Ant. de fide inſtrum. c. quòd ſuper his. in 5. nota. Et talis præſumptio eſt ſufficiens ad condemnandum de falſo, etiam quò ad pœnam criminalem. not. Ant. de confir. vti. c. porrecta. in 2. not. & vide ibi Io. And.

Reſcriptum tollens totale ius partis in dubio, pręſumitur falſum, ideo expectatur ſecunda iuſsio. not. Anton. de offic. deleg. c. ex parte. el 2. in 5. nota.

Reſcriptum per quod mandatur procedi in illis exceptionibus amiſsis, intelligitur de dilatorijs tantùm, non de peremptorijs, & ſi impetrans velit illud

ad peremptorium extendere, præſumitur falſum: ideò expectat ſecunda iuſsio, niſi de contraria voluntate Papæ conſtet, de qua dicitur conſtare, ſi ſint exceptiones ſpecificatæ, vel aliquibus ſpecificatis, & ſubiecta clauſula generali. not. Anto. de offic. deleg. c. ex parte. el 2. in 1. oppo. & in 5. nota. ibi etiam in eodem quæſito dicit, quod exceptiones quæ competunt de iure gentium, non poſſunt tolli per reſcriptum, ſecus in exceptionibus iure poſitiuo inductis, ad quod facit, quod not. glo. in cle. 1. de immu. eccleſ. ſuper ver. pro infectis. & quod not. Io. And in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. ſuper 2. glo. ad fi. Sed aduerte, quia licet reſcriptum non poſsit exceptionem iuriſgentium in totum tollere, poteſt tamen eam differre per l. quoties. C. de preci. Impe. offer. Ad quod facit quod not. dom. Ant. in cle. 1. de re iud. ſuper gloſſ. in ver. pendere. vide omninò per eundem Anton. in c. item cùm quis. de reſtitut. ſpolia. & vide ſuper ver. lex §. lex ſiue conſtitutio excludens.

Reſcriptum conceſſum contra ius commune per inferiorem à Papa, an valeat, vide Ant. de conſtit. quæ in eccleſiarum, ad fin. ſed ſi eſt conceſſum per Papam ſine clauſula, non obſtantibus iuribus, an valeat, vide Ant. in d. c. quæ in eccleſiarum. in vlt. col. de reſcrip. c. 1. 4. col. & de capel. mo. ex parte. de conſtit. c. 1. lib. 6. ver. 5. per gloſſ. & Innoc. in eiſdem locis, præterquam in ſexto. Et vide ſub ver. priuilegio. §. priuilegio contra ius.

Reſcriptum quod poteſt iuri communi accommodari, in dubio eſt intelligendum, ſecundum ius commune, niſi conſtet de contraria voluntate Papæ. not. Ant. de offic. deleg. ex parte. el 2. in 6. nota. & in 1. oppo. imò intellectus reſcripti etiam per reuolutionem clauſularum debet reduci ad ius commune, vt ipſum non lædat. de reſcriptis, cauſam quæ. & ibi not. Ant. & idem not. Hoſt. de accuſ. qualiter & quando. & per hoc facit tex. & glo. de offic. deleg. ſuper eo videtur caſus.

Reſcriptum ſi eſt tale, quòd in eo aliquid agitur contra ius, mutatur nomen reſcripti, & dicitur priuilegium. not. gloſſ. de conſtit. c. 1. lib. 6. ſuper ver. naſcatur, in fin.

ADDI-

ADDITIO.

Adde ibidem do. Gemi. in 7. col. poſt. prin. in ver. in eadem glo. ibi priuilegium contrarium. vbi dicit illam glo. benè eſſe notandam ad cognoſcendum priuilegium vel reſcriptum. Et adducit etiam do. Io. And. in c. olim. ſuper glo. fi. de ver. ſignif.

Reſcriptum ſi eſt per vnam partem impetratum ſuper confirmatione ſententiæ, poterit pars vti eodem reſcripto ad ſententiam infirmandam: & econuersò, ſi reſcriptum eſt obtentum ſuper confirmatione, poterit iudex informare. not. Inno. de appel. oblatæ. & de offic. deleg. cùm contingat.

Reſcriptum per quod cauſa ab vno iudice auocatur, & alteri committitur, cenſetur ſurrepticium, nec reuocatur primum, niſi fiat mentio de ipſo primo, & de principalibus partibus eius, & de proceſſu, & eius qualitate, & de clauſulis notabilibus in eo poſitis, ſi qua notabilis eſt, ſicut eſſet clauſula appellatione remota: vt no. Ant. de reſcrip. cæterùm, ad fin. vide ſuprà §. reſcriptum per quod cauſa vni.

Reſcriptum iuſticiæ non eſt ſurrepticium, licet in eo non fiat mentio de priuilegio, contra quod impetratur: ſecus in reſcripto gratiæ. no. Ioan. And. de reſcript. cum ordinem. in ver. indulſit.

Reſcriptum ſi eſt falſum, proceſſus eius vigore factus, eſt ipſo iure nullus, idem ſi eſt ſurrepticium, idem ſi eſt nimis generale, idem ſi peccat in latinitate, idem ſi peccat per defectum formæ à iure datæ, idem ſi ſit impetratum per excommunicatum. not. do. Ant. in c. ad audientiam. de reſcrip. 3. col. idem no. Bal. in reſcripto falſo. in l. pręſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. pub. ver. 8. quæritur. quid autem ſi eſt ſurrepticium, vide ſuprà §. reſcriptum ad lites.

Reſcriptum per quod committuntur cauſæ inter aliquos vertentes, comprehendit cauſas tàm criminales, quàm ciuiles: vt no. Spec. in tit. de reſcri. præſentatio. §. ratione formę. ver. item q̃d eſt quæſtio. & Io. An. Ibidem in addi. an aũt ſi actum eſt criminaliter, poſsit etiã agi ciuiliter corã iudice eodem, vide Io. And. in c. diſpendia, ſuper ver. aduerſas. lib. 6. in nouel.

Reſcripta ad lites ſunt perpetua. nec finiunt anno.

C. de diuer. reſcrip. l.2. in fin. niſi aliud reſcriptum per aduerſam partem ſuper eadem re ad alium iudicem impetretur, & primus impetrans dolo, aut ex negligentia nō fuerit vſus ſuo primo reſcripto intra annum, quòd qualiter intelligatur, vide Anto. in c. plerunq;, de reſcript. & Bald. in d. l. 2. C. de diuerſis reſcrip.

Reſcripta an derogent priuilegiis non facta mentione de illis, vide Anto. in c. 1. de reſcrip. ver. venio ad tertium.

Reſcriptum ſi mandat alicui vt de tali cauſa cognoſcat, an illam cauſam poterit diffinire? videtur quod ſic, quia de qua re iudex cognouit, &c. vt no. Io. An. ſed Inno. in c. ad hoc. ſuper ver. auditur, de offi. Archid.

ADDITIO.

Quomodo hic dicitur, non ſeruatur in cautela domini noſtri Regis Francorum, vbi dantur literæ ſuper cauſa appellationis.

Reſcriptum impetratum ſuper cauſa appellationis eſt ſurrepticium, ſi impetrās tacuit terminum dandorum apoſtolorum pendere, vel ſi tacuit terminum poſt datos apoſtolos ſibi aſsignatū ad appellationem proſequendam: vt no. de ſan. Gem. in c. ab eo. de appel. lib. 6. circa princ. vide Rotam in antiquis concluſione 450. quæ varias opi ponit.

Reſcriptum per quod mandatur citari qui volunt & poſſunt ſe opponere, vel qui ſe opponunt, an vigore talis reſcripti poſſunt citari illi, qui ante datam reſcripti ſe non oppoſuerunt, ſed poſt datam ſe opponunt. Inno. non firmat. Hoſt. dicit quòd non. & idem Ant. in c. dilecti, de excep.

Reſidere quis dicatur, vide ſub verb. præſens. & ſub ver. abſens.

8 †Reſeruatio an ſit cenſenda fauorabilis vel odioſa, vide ſub ver. gratia. §. gratia motu proprio facta in beneficialibus.

Reſeruatio quando dicatur generalis vel ſpecialis, dic vt no. Rom. conſil. 180. ex qua colligitur, quòd illa dicitur generalis, cuius cauſa eſt manifeſta & notoria: in extrauagāti ad regimē, quādo aūt cauſa reſeruatiōis eſt ſecreta & ꝓbabiliter ignorari poteſt, tūc dicit reſeruatio

uatio ſpecialis:vt in caſu deciſionis Rotæ,& in omnibus alijs caſibus. Et ita vult deciſio prędicta Rotæ intellecta: vel dic,quòd deciſio vult illam reſeruationē cenſeri ſpeciale,quę fit per regulas contra ius cõmune.quia quū fit contra ius commune,dicitur ſpecialis.ff.de reg.l.ius ſingulare:poterit tamen per regulam Papæ fieri vna reſeruatio contra ius commune,quæ erit generalis, quò ad exceptionem verborum: tamen appellabitur ſpecialis, quia erit contra ius commune. Et licet deciſio prædicta dicat, quòd reſeruationes contentæ in extrauaganti ad regimen, ſunt generales, intellige de his, quæ erant ſecundum ius commune, quia ibi plures reſernationes narrantur,quæ etiam erant de iure communi, vt de vacantibus in curia, vel etiam extra curiā per mortem illorum,qui ad curiam veniebant, vel ab ea recedebant, ſecundum formam c.præſenti. de præb. lib. 6.

Reſeruatio quam facit Papa diſpoſitioni ſuæ, finitur eius morte, ſecus ſi reſeruat diſpoſitioni ſedis apoſtolicæ:vt probat tex. de reſcript. ſi gratioſè. lib. 6. & ibi hoc etiam not.Io.An.poſt Archi.ſuper 6.gl.in nouel. idē no.Zenze.in extrauagan.ſuſcepti.

Reſeruatio facta per regulas Papæ ſuo duntaxat tēpore duraturas,finitur morte Papę:vt probatur dę offi. le.præſenti.in prin.lib.e & ibi hoc no.Do.de San.Gemi. ratio eſt, quia diſpoſitio facta,vt duręt quàmdiu diſponens viuit, finitur & extinguitur morte diſponentis. de deci. ex multiplic. Et nil mirum, quia actus non operantur vltra intentionem agentium.ff.ſi cer.pe.leg. non omnis,in prin.& de actio.& obl.l.obligationū ſubſtantia. Eo enim ipſo,quòd Papa facit regulas, ſuo duntaxat tempore duraturas, apparet de mente Papæ fuiſſe,quòd eo moriente,extinguātur regulæ & reſeruationes,& aliæ diſpoſitiones per eas inductæ:quia ſi contrarium voluiſſet,temporales regulas non feciſſet,nō obſt. ꝙ beneficium ſemel reſeruatum,in effectu ſemper remanet reſeruatum,nec reſeruatio tollitur, niſi per prouiſionem Papalem poſtea ſubſecutam: vt no. deci. 207. & probatur in c.ſi eo tempore,de elect.lib.6.cùm ſi.quia illud verbum,quando reſeruatio fuit ſimpliciter facta ſine temporis præfinitione: & ita loquitur deciſio & c. ſi eo tempore:ſecus ſi fuerit tempore limitata; quia tunc

 finitur

finitur finito tempore, quia omnis diſpoſitio limitata limitatum producit effectũ.ff.de acqui.re.do.l.in agris.

ADDITIO.

Reſeruatio an ſufficiat ſine decreto, vide gl. & doc. in cap.ſi eo tempore.de reſcript.lib. 6. Abbas in c. ſi eccleſia.2.vt lite pend. vbi no. quòd negocio aduocato ad curiam, non valet quicquid ſit per inferiorem. Et vide circa hæc quod not. Inno. in cap.cum M. Ferrarien. de conſti.

Reſponſio debet coaptari interrogationi,& ſecundum interrogationem intelligi de ſi. inſtru. inter dilectos.§.cæterùm.& ibi not.Anto. quod eſt verum,quando reſponſio ſit ſimpliciter,aliàs ſecus:vt not.Bar.in l.ſi quis ſimpliciter.ff.de obliga.

9 †Reſtitutio in integrum ad appellandum à ſententia, quæ tranſiuit, in rem iudicatam non datur, etiam probationem impedimenti alleganti, niſi petens ſe reſtitui doceat aliqualiter de ſuo intereſſe, puta quòd ius habet in re,de qua lis erat. no. Rom. conſil. 88. vide ſub verbo,eccleſia.§.eccleſia reſtituitur minor.

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus tres ſententias conformes,interlocutorias,vel diffinitiuas, niſi prius petens reſtitutionem doceat ſummariè de aliqua noua cauſa,propter quam ſit veriſimile ipſum fore læſum,& ante non debet audiri. not. Roman.conſil.20. ſed aduerte, quia illa concluſio videtur intellexiſſe de cauſa noua,& nouiter propoſita,non autem de nouiter exorta,ſeu de qua non fuerat antè diſputatũ, quod patet,quia pro ſe allegat, quod not. in cap. cùm ex literis. & ibi Inno.concludit, cauſam læſionis poſſe probari etiam ex antiquis actis, vel ſi dictam concluſionem intelligas de cauſa, quæ aliàs tractata non fuit, tunc intelligenda eſt ſecundum legem & glo.quam allegat, quæ lex ſecundum omnes Doctores non facit differentiam, ſit vna ſententia,duæ vel tres,contra quas reſtitutio petatur,ſed differentia ſit inter perſonam ſententiantis, an ſit princeps vel inferior.primò caſu ſufficit dicere in genere ſe læſum, aliàs incoloratè peteret reſtitutionem. quod aũt dicit gl.in eadem l.reſtitutionem,dari ex noua cauſa

cauſa contra res bis iudicatas, debet intelligi quando ſecunda ſententia fuit denegatoria reſtitutionis, & prima fuit lata ſuper negocio principali, & ſic primò cauſa fuit intentata de iure communi, & ſecunda de iure ſpeciali, & ita loquitur text in l.1.& 2. C. de in integ. reſti.pe.quem tex.allegat illa glo.ad dictum ſuum probandum: ideò debet intelligi ſecundum illum tex. vbi autem vtraq; ſententia lata eſſet ſuper negocio de iure cõmuni intentato, tunc contra eos daretur minori, & eccleſiæ reſtitutio ex læſione, etiam ſine cauſa noua, vt eſt caſus in capi. cùm ex literis. de reſtitutio. in integ. & ita tenet Ioan.An.& An.in cap. fina. eod. tit. in quarta oppo.

Reſtitutio in integ. quando petitur aduerſus ſententiam, vel contractum, debet Iudex, priusquàm partẽ admittat ad ſententiam, ſummariè per diſpoſitionem ſe informare, an coloratè petat reſtitutionem. Si tamen hæc non opponantur ante litis conte. nõ poterit poſtea opponi. not. Rom. conſi. 191. & vide infrà §. reſtitutio quando petitur, duntaxat incidenter: prædicta ſunt vera, quando reſtitutio petitur incidenter. Sed ſi petatur principaliter, non requiritur aliqua ſummaria informatio, ſed ante omnia debet admitti petitio, ſecundum Hoſti. vt not. Ioan. And. & Domi. Anto. in cap. cauſam. de reſti. in integ.

Reſtitutio in integrum ſi intentatur aduerſus ſententiam, cuius executio petitur, tenetur petens reſtitutionem præſtare cautionem. de quo in c. ſuſcitata. ſi eſt ſuſpectus de dilapidatione, vel de paupertate: ſecus ſi ſit ſoluendo: item habet locum cautio prædicta, quando petitur executio de principali in iudicio deducta & cõdemnata: ſecus ſi petatur ſuper expenſis tantùm, in quibus petens reſtitutionem, fuit condemnatus per ſententiam abſolutoriam in principali iudicio pro aduerſario latam: & cautio prædicta debet peti & præſtari coram executore, & non coram iudice de reſtitutione cognoſcente, q; quàliter intelligi debeat, vide Rom. conſil. 433. & vide ſub ver. executio. in princi. & §. 1. & 2.

Reſtitutio in integrũ aduerſus tres ſententias diffinitiuas, & etiã aduerſus probationes in prima inſtantia omiſſas, datur intra quadrienniũ cõputando à die ternæ ſen-

næ ſententiæ, non à die primæ, nec ab vltima die termini ad probandum aſsignanti, licet Inno. & Io. An. & Archi. videantur aliter dicere, quando petitur reſtitutio aduerſus probationes omiſſas. no. Rom. conſi. 165.

* ADDITIO.

Reſtitutionem petens ratione læſionis, debet plenè probare de læſione: & hoc quando petit reſtitutionem aduerſus contractum: ſecus ſi peteret aduerſus omiſſam allegationem: nam tunc ſufficeret qualiſqualis probatio. Iaco. de San. Ge. in l. 1. in 1. col. ver. no. quòd petens. C qui & aduer. quos. H. F.

Reſtitutio in integ. ex clauſula generali competit ignoranti aduerſus præſcriptionem corporalium & incorporalium. no. Ant. de cenſi. peruenit. vlti. char. ver. nunquid autem exigatur. & Bar. in leg. ſi quis aũt. de iti. actuq́ priua. licet aliter dicat in l. genero. ff. de his qui not. infa.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali non habet locum in caſibus, in quibus de alio remedio etiam per actionem de dolo ſpecialiter eſt prouiſum: vt eleganter not. Barto. ff. de dolo. in leg. 1. §. 1. idem Pomponi. refert. Et vide ſuper ver. iudex. §. iudex qui partem.

Reſtitutio & res poſſunt ſimul peti, & ſic reſcindẽs & reſciſſorium poſſunt in eodem libello accumulari, & reſcindens & reſciſſorium in euentum reſtitutionis cõcedendæ, & vtrunq; poteſt eadem ſententia terminari. not. Cy. ex qui. cau. ma. l. fi. & Bar. in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. Et Inno. & Io. And. & Anto. in cap. cùm ex literis. de reſtitu. in integ. vide Barto. in l. ſi expreſsim, de appel.

Reſtitutio quando petatur incidenter, an requirat conteſtationem litis, vide ſub verbo, lis. ſed eundem habet effectum, ſiue petatur principaliter agendo, ſiue incidentaliter excipiendo: vt not. Ioan. An. & Anto. de iudi. c. exhibita.

Reſtitutio coram quo Iudice petenda ſit, vide ſub verb. Iudex. §. Iudex quis adeundus ſit in cauſa.

Reſtitutio quando petatur, duntaxat, vt pars audia-

diatur, vel ad producendum iura, an teſtes admittantur, non requiritur libellus, nec litis cōteſtatio, nec plena probatio, ſed ſufficit, quòd pars petens aliquem colorem habeat, quia incolorata reſtitutio peti non debet. no. Innoc. de reſti. in inte. c. 2. in verb. inſtituimus. & c. cùm ex literis. ſed quando petitur, vt ſententia vel contractus reſcindatur, tunc libellus requiritur. Bart. ff. de in integ. reſtit. l. diuus. item plena probatio requiritur, quod eſt verum in ſententia vel contractu non executo. Sed quando contra ſententiam executam vel contractum executum petitur reſtitutio: tunc debet fieri plena probatio, & plena cauſæ cognitio: vt not. Inno. in capi. cùm ex literis. in glo. ſuper verbo, eccleſias. & vide infrà §. 3.

Reſtitutio ita datur minori & eccleſiæ contra plures ſententias conformes, ſicut contra vnam. ff. de mino. l. minor autem. & de reſti. in integ. c. cùm ex literis.

ADDITIO.

Adde quòd reſtitutionem in integ. poſſunt petere hoſpitalia, & alia loca religioſa, ſicut & aliæ eccleſiæ: vt l. omnia priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. & ibi Barto. & Io. An. in c. 2. de in integ. reſti. lib. 6. Abb. in cap. ex literis. de conſuetud.

Reſtitutio datur minori & eccleſiæ ad appellandū à ſententia, quæ apparet ex actis iniquè lata, ſi non fuit appellatum ab ea: ſi autem ſententia non apparet ex actis iniqua, ſed dicat minor vel eccleſia ſe læſos, quia ꝓbationes habuit, & habet quas ante ſententiam facere potuit, & non fecit, tunc reſtituitur contra ſententiam ad totam cauſam: vt not. Bar. in l. 2. C. ſi ſæpius in integ. reſtitutio. pet. Ratio primi dicti eſt, quia contra ſententiam, quæ conſtat ex actis iniqua, poterit minor vel eccleſia ſe iuuare, per medium ordinarium reſtitui: ſed ſi illud negligenter omiſit: non autem debet contra ſententiam reſtitui, quia illud eſt remedium extraordinarium: contra hoc facit quod not. Bart. in l. diuus. ff. de in integ. reſt. l. minor. aut. §. 1. & l. minor 25. annis omiſſa. ff. de mino. vbi dicit minorem reſtitui contra ſententiam, quæ apparet ex actis iniqua: ſed ſecundo caſu licet

reſti-

reſtitueretur ad appellandum,& in cauſa appellationis poſſet facere probationes, quas omiſerat in principali: non ſufficeret læſo, niſi contra ſententiam reſtituatur: quia licet reſtitueretur ad appellandum: tamen contra ſe maneret prima ſententia, quæ computabitur pro vna: ſed ſi contra illam reſtituitur, pro nulla computabitur, & oportebit tres alias fieri contra minorem vel eccleſiam, vt dicatur ſuccubuiſſe: vt not. Ioan. And. de reſti. in integ. in cap. fin. quia ergo ante ſententiam fuit læſus in probationibus omittendis, quas ſi feciſſet, ſententiam cõtra ſe non reportaſſet: ideò æquum eſt, quòd aduerſus ſententiam reſtituatur in ſtatu, quo erat ante ſententiam.

Reſtitutio in integrum poteſt peti agendo & excipiendo: vt not. Bart. & Bal. in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiu. Et probatur in l. Papa. §. ſi filius. ff. de inoffi. teſta. Et eundem habet effectum, ſi petatur excipiendo, quem habet ſi petatur agendo: vt not. Ioan. And. & Ant. in c. exhibita. de iudi.

Reſtituitur ignorans aduerſus præſcriptionem, quando probabiliter ignorauit ius ſibi competere, & propterea non fecit diligentiam in agendo: idem ſi ſciuit, ſed iuſto impedimento agere non potuit: vt not. ſub ver. præſcriptio. §. præſcribi an poſsit libertas contra iura realia, ad fin. vbi omninò vide, &c.

10 †Reus an dicatur actor, qui comparet vt tertius pro ſuo intereſſe. not. Doct. de excep. cùm inter. hoc limita: vt not. Ant. eod. titulo. dilecta. & vide ſub verbo, edicto. §. actor.

Reus cui competit exceptio, licet non ſit conuentus, an poſsit implorare officium iudicis, ne ab actore inquietetur, vide ſub verbo, exceptio. §. exceptionem habens.

Reus conuentus reali poteſt ſuper eadem re agere & petere ſe Dominum rei, quam poſsidet declarari. no. ff. de proba. l. certa die. vide omninò ſub verbo, poſſeſſorium. §. poſſeſſorio petitorio per actorem, & ſub verbo, actor. §. 1.

Reus an pluribus exceptionibus contrarijs vti poſſit, vide plenè per Dy. in regula nullus pluribus. & per

Barto.

Barto. in leg. nemo. ff. de excep. & per Bal. in l. 1. C. de furtis. Dic quòd reus ſuſtinetur allegans contraria, non tamen probans contraria: vt not. Bald. in leg. ſcripturæ. in fin. C. de fide inſtru. & Ioan. An. in cap. imputari. eod. titu.

11 † Rex appellatur ille, qui eſt filius regis. not. glo. 24. q. 1. c. fi. quod intelligitur ſpe, & non re: vt ibi not. Archi.

ADDITIO.

Rex ſeu Imperator dicitur quilibet de domo ſua: vt in cap. duo ſunt nomina. 14. q. 4. Et vide fabulam Ioan. And. in cap. venerabilem. de elect. & ibi Abbas in 12. colum.

Regnum non debetur nec defertur per ſucceſsionem, ſed per electionem: niſi conſuetudo ſit in contrarium. not. Archi. 8. q. 1. Moyſes. & iſta conſuetudo eſt in omnibus regnis, præterquam in regno Imperij: vt no. Archi. idem no. Io. An. de ſup. neg. c. 2. lib. 6. in glo. quia debebatur: & ſuper text. in ver. iure regni. in nouellis.

* SINGVLARE.

Rex Francorum non eſt ſubiectus Imperatori: ita firmat Spec. in tit. de app. §. nunc tractemus, circa prin. allegando tex. in cap. per venerabilem. qui fil. ſint leg. idem tenet in ti. de feu. §. quoniam. ver. 15. & tenet Iacobinus de Sancto Geor. in repe. l. de quibus. in penul. col. ver. dubitatur de pulchra quæſtione. ff. de legi. idem Iac. de San. Geor. in leg. eſt receptum. ver. nota quòd licet. in 2. lect. ff. de iur. om. iud. & tenet etiam Io. de Turrecremata. in cap. in apibus. in ſecunda colum. ver. ad primum. 7. q. 1. & iſtud probatur auctoritate illuſtris Doctoris Oldradi, qui, vt inquit Pau. de Caſt. in leg. is qui putat in vltimis verbis. ff. de acquir. hære. tempore ſuo pater legum appellabatur. & refert Socinus in conſ. 129. incipien. præſtantiſsimi iuris. in 2. colu. ver. tertiò hanc quæſtionem. in 1. volu. qui in ſuo eleganti conſilio 69. incipien. conſueuit dubitari. in colum. fina. verſicu.

non obſtat, vbi dicit, quòd nec de facto nec de iure Rex Francorum recognoſcit ſuperiorem: & dicit Do. Iaſo. in l. cunctos populos. in 3. colum. ver. nunquid autem rex. C de ſumma tri. & fide Catho. in 1. lect. quòd ita commu niter tenetur, adde Bal. in conſi. 217. incipien. ego puto. in prin. in 3. volum. vbi dicit, quòd contra Regis Franciæ decorem, id eſt, prima vexilla inuectiſſimi Regis Francorum nemo præſumat honorem, & ibi in col. fin. verſi. illud etiam. vbi etiam expreſſe dicit, quòd Rex Francorum, qui Francus eſt à iure Romano: & dedignatur legibus ſubijci: non tamen dedignatur ſacros canones imitari: & vide eundem Bal. in conſi. 218. incip. petita venia flexis genibus loquar. in 1 col. ver & ideò. eo. 3. volu. vbi etiam dicit, quòd ſuper omnes Reges Chriſtianorũ Rex Francorum obtinet Coronam libertatis & gloriæ: & adde quòd Reges Francorum conſueuerunt in eorum conſecrationibus vngi ampula, quam apportauit de cœlo columba cum chriſmate roſtro ſuo: vt refert Guido Papæ in quæſtionibus ſuis. q. 114. incipien. in hac ciuitate, circa finem. & vide quæ poſui in apoſtil. ad Specu. in dicto §. nunc tractemus. in fin. de appellationibus. H. F.

Rex ſi dicit illum, contra quem fert ſententiam, eſſe citatum, præſumitur citatus: vt not. Bal. in l. 1. ff. de offi. præfc c. præto.

Rigor exponitur, id eſt, ſubtilitas, nam ius, rigor, & diſpenſatio differunt: vt not. Anto. de reſtitu. ſpolia. in literis 2. colum.

Rumor quid ſit, vide ſub verbo, fama.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotum appellatione qui comprehendantur, & cuius ſint poteſtatis.*

2 *Sacramentorum quædam ſunt neceſſaria, & quædam voluntaria.*

3 *Scandalum an ſemper ſit vitandum.*

4 *Saluuſconductus cuius ſit naturæ.*

5 *Scientia quando præſumatur, & an ſcienti ſit intimatio facienda.*

6 *Scholarũ examinatio in eius licentiatione tria includit.*

7 *Scriptu-*

7 *Scriptura quæ dicatur priuata vel publica, & quid operetur.*

8 *Securitas quando & quibus danda ſit.*

9 *Sententia reſpectu diuerſorum iudicum, & diuerſarum formarum eſt conſiderabilis, & cuius ſit naturæ.*

10 *Sepulchrorum ius cognoſcere ad quem pertineat.*

11 *Sequeſtrum quando & cuius auctoritate ſit admittendum.*

12 *Seruitus quando conſtituatur, & quando quis dicatur ſeruus vel non.*

13 *Sigillum quando dicatur authenticum, & quando vim probationis habere dicatur.*

14 *Simonia quando committatur, & qualiter puniatur.*

15 *Simulatio qualiter probetur.*

16 *Schiſma an poßit eſſe ſine hæreſi.*

17 *Societas diuerſimodè conſideratur.*

18 *Spiritualia quæ dicantur, & quæ dicatur cauſa ſpiritualis.*

19 *Spoliatio & violentia quando inferri dicatur, & qualiter purganda.*

20 *Statutum cuius ſit naturæ.*

21 *Stylus curiæ ſeruandus eſt, & in quo differat ab vſu.*

22 *Stipulatio alteri facta quid operetur.*

23 *Succeſſor quando & in quo ius habere cenſeatur.*

24 *Suſpectus quando quis dicatur, & præcipuè notorius.*

25 *Suſpenſione appellationis quid intelligatur.*

DE LITERA S.

SACERDOTIS †appellatione comprehenditur Clericus, vide Anto. de coha. cleri. c. veſtra. verſi. nota quòd in materia. & vide ſub verbo, teſtamentum. §. teſtamentum Sacerdotis, per totum.

Sacerdos an debeat reuelare delicta aliorum, qui per modum confeſsionis & pœnitentiæ ſibi illa propalârunt, & an ſi reuelat, qua pœna puniatur contra non reuelantes, vide de pœn. & re. omnis. §. fi. & quod ibi not. Io. And. in glo. vlt. de pœ. di. 6. c. ſacerdos. & quod ibi not. per glo. & Ioan. And. & Hoſtien. & 22. verſi. hic videtur.

* ADDITIO.

Sacerdos qui audiuit aliquem in cõfeſsione, ſi producitur in teſtem contra reum criminis, poterit ſalua conſcientia dicere, ſe nihil ſcire de eo, quod audiuit in confeſsione: quia illud ſcit tanquam Deus, & in teſtem producitur vt homo: ſecus ſi quis diceret alicui, ego dico hoc tibi in confeſsione, & iurabis non reuelare, nam non obſtante illo iuramento, ſi producitur in teſtem, debet dicere veritatem: vt not. Panor. in c. ſi ſacerdos, in 1. col. verſi. ſed quæro quid ſi ſacerdos. de offi. ordi. refert & ſequitur Iacobinus de ſancto Geor. in l. ſed ſi. §. ſi paterfa. in vltimis verbis. ff. de iud. H. F.

* ADDITIO.

Sacerdotium vt pręſit in temporalibus non eſt abſonum, nam in veteri teſtamento Deus præficit Hieremiam ſacerdotem ſuper gentem & regna. Panor. in c. ſolitæ. in 1. colum. in fin. ver. item not. ibi conſtitui de maio. & obedien. & an peccata in Sacerdotibus ſint dulciter & manſuetè corrigenda & non dura reprehenſione, vide quæ poſui ſuprà ſub verſiculo, peccata. H. F.

2 † Sacramenta quædam ſunt neceſſaria; id eſt, ſine quibus homo ſaluari non poteſt: quædam ſunt voluntaria, de quibus not. per gloſſ. de tranſact. veniens. à quibus autem liceat dicta Sacramenta ſine peccato recipere, vide plenè per Antonium de cohabi. Cleri. veſtra. in quart. oppo. & 5. & vide ſuper verbo, presbyter.

Sacrilegium quot modis poteſt committi, & quæ ſit eius pœna, vide Domi. Anto. in ſumma ſuper rubrica de immu. eccle. & Inno. de ſen. ex. cùm pro cauſa. & ibi habetur.

3 † Scandalum vt vitetur, ius commune relaxatur, non tamen debet vitari, quando ex vitatione talis, Deus offenderetur, vel peccatum committeretur. notat gloſſ. de renuncia. niſi cùm pridem. & Anto. de offi. leg. c. 1. lib. 6. ſub verbo; ſcandala. in nouella. Et vide glo. de

de reg. iur. in cap. qui ſcandalizauerit. & quod not. Ioan. And. in dict. cap. ſuper gloſſ. prout Gregorius. & vide gloſſ. in cap. ſecundo. de tempo. ordi. ſuper verbo, multitudo: & quod notat Franc. de Zaba. in clemen. 1. de immu. eccle. vt notat in eo, quod dixi, ibi omninò vide.

4 † Saluuſconductus quid ſit, vide infrà ſub verbo, ſecuritas.

ADDITIO.

Saluuſconductus datus pro veniendo: intelligitur etiam datus pro redeundo, vide per Do. Feli. in cap. 1. de treu. & pa. in prin.

5 † Scienti an ſit denunciatio ſiue intimatio facienda, vide Barto. in leg. qui vxori. §. quid ergò. ff. de adul.

Scientia, vt notatur ſub verbo, gratia. §. gratia, ſi eſt impetrata lite pendente, & quid operetur, & qualiter probetur, vide ſub verbo, gratia §. gratia ponitur, & §. gratia, per quam Papa ex certa. & vide ſub verbo, Papa. §. Papa non præſumitur probatio. §. probatio gratiæ Papalis.

Scientia certa principis expreſſa in literis ſuis operatur, quod intelligatur id facere ex plenitudine poteſtatis, vt ſentit glo. magna in fin cap. ad hoc, ſi vnus, de reſcript. & not. Bald. in leg eos. Cod. de appella. ſcientia certa principis operatur, quòd contra eius diſpoſitionem ex certa ſcientia factum non poteſt allegare vitium ſurreptionis, not. glo. in c. 2. de fin. preſ. Idem tenet Roma. conſilio 329. nec etiam defectus præſumptæ intentionis, quia data certa ſcientia, error præſumptus excluditur: cùm error ſit contrarius certæ ſcientiæ, & dato vno contrario remouetur reliquum: & propterea dixit Innocen. in c. 2. de confir. vtil. quòd contra illud, quod Papa ex certa ſcientia facit, nihil vlterius opponi poteſt, dicit etiã in c. 1. de tranſac. in gl. pe. ꝙ ſi Papa ex certa ſcientia aliqd confirmat, intelligitur ſupplere nõ ſolùm ſolennitatẽ, ſed etiam ſubſtantiam: vt dicit Bart. in l. conficiuntur. C. de codicil. ff. de iure codicil. ꝙ illud, quod facit princeps ex certa ſcientia, creditur eſſe verum, nec debebit in dubium reuocari. Ex hoc ſe-

quitur, quòd illa verba ex certa ſcientia habēt vim clauſulæ derogatoriæ ſpecialis, non obſtante tali diſpoſitione vel lege contraria. no. glo. de offi. dele. ex parte 2. & eſt tex. de excuſa. tut. Idem Vlpianus. & idem not. Bald. quod not. Inno. de ver. ſig. olim. vbi dicit, quòd reſcriptum impetratum lite pendente, ſi concedatur ex certa ſcientia, valet: licet non fiat mentio de lite, & ſic habet vim clauſulæ, non obſtante lite pendente. Idem dicit Io. And. ibi & in cap. fin. lite pendente. Et facit quod not. Ioan. And. in cap. de reſcript. nonnulli. ſuper glo. vt ſi aliter. tamen videtur velle, quòd tunc habet vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, quando exprimitur generalis clauſula non obſtante in contrarium: vt ipſe not. 25. q. 2. in ſumma, ad finem. licet ipſe loquatur ibi de priuilegio conceſſo contra ius commune: ſed ſi conceditur vnum priuilegium contra aliud, dicit Archid. quòd ſi primum habet clauſulam derogatoriam, non valet ſecundum, etiam ex certa ſcientia factum, niſi de primo ſpecialem faciat mentionem. Gaſpar dicit, quòd nón requiritur ſpecialis, nec generalis, in cap. nonnulli. de reſcript. quod dicit Bar. verum, quando non agit de iure alteri auferendo: aliàs illa verba ex certa ſcientia non habent vim clauſulæ derogatoriæ: vt ipſe not. in procœ. vſu. feu. ver. quæro in corporalibus. Sed alibi dicit Bal. quòd clauſula ex certa ſcientia nihil operatur, niſi in his, de quibus præſumitur principem habere ſcientiam. vt ipſe not. in cap. fin. C. de ſen. reſcin. non poſ. vide Rom. conſi. 330. qui dicit, quòd ſi Papa ex certa ſcientia aliquid confirmat, intelligitur ſupplere defectus ſolennitatis, non ſubſtantialitatis: niſi confirmatio facta fuerit cum cauſæ cognitione, vocata parte. ad hoc concordare videtur Ioan. Andr. poſt Inno. cap. 2. in prin. de confir. vti.

6 † Scholaris ſi debet in iure examinari, vel licentiari, vel doctorari, tria requiruntur, Primò quòd præſentetur per Doctores, qui iurent, eum eſſe idoneum ad examen ſubeundum. Secundò, quòd examinetur & approbetur per ſeptem Doctores ad minus. Tertiò, quòd per ſuperiorem ſtudij & vniuerſitatis, ſcilicet Cancellarium licentia detur: vt not. Barto. in leg. magiſtros. C. de profeſſo. & medi. lib. 10. Et idem tenet Ioan. And. circa nume-

numerum 7. in cap. 1. de cele. miſ. ſuper glo. vlti. & de hoc numero eſt tex. in leg. ſi quis. C. de profeſ. & medi. & idẽ not. Franci. de Zaba. in clemen. 2. in prin. de magi. in 2. q. vbi ponit plura alia neceſſaria, vt quis examinetur: & inter cætera ponit, quòd examen fiat in loco, vbi ex priuilegio vel conſuetudine iura legi poſſunt. per text. in proœ. ff. §. hæc tria volumina. & de Clericis non reſi. cap. tuæ.

7 †Scriptura priuata poteſt facere fidem auctoritate conſuetudinis, non ſtatuti, ſecundum Hoſt. vt not. Anto. de fide inſtru. cap. cum p. Idem dicunt de conſuetudine. Nico. de Ma. Et vide ſub verbo, conſuetudo. §. conſuetudo facit ſcripturam. Et Bald. poſt eum. Cod. de fide inſtrumento. §. nunc dicendum. ver. priuatorum. ad fi. & Anton. eod. titu. cap. ſecundo. ver. decimus caſus.

Scriptura priuata parte abſente facta non præiudicat ſcribenti, vide ſub verbo, confeſsio. §. confeſsio facta parte abſente.

Scriptura priuata ſiue ſit appodiſſa ſiue epiſtola, ſiue liber rationum, an faciant plenam probationem, vel ſemiplenam, vel pręſumptionem proſcribenti, vel contra eum, vide per Barto. in l. nuda ratio. ff. de donationibus, & in l. admonendi. de iureiuran. & in l. ſcripturas. C. qui po. in pig. ha. & in autent. & ſi contractus. de fide inſtrumen. & per Antoni. in cap. 2. eod. titu. & quem effectum pariat, vide per eundem Anto. in cap. 2. titu. de fide inſtru.

Scriptura priuata debitoris, licet non ſit per partes, nec per teſtes ſubſcripta, ſi eſt antiqua, facit ſemiplenam probationem contra ſcribentem: vt not. Io. And. in additio. Spec. in titulo, de inſtru. edi. §. nunc dicendũ. verſi. quid ſi producens. Et idem notat Anto. in c. 2. de fide inſtru.

Scriptura priuata creditoris in libro rationum ſuarum facit ſemiplenam probationem pro eo, ſi defunctus eſt, & fuit bonus homo: vt notat Barto. in l. admonendi. de iureiuran. Idem notat Anto. in cap. 2. de fide inſtru.

Scriptura in qua quis confitetur debitum ſine cauſa producens talem ſcripturam, allegat cauſam ſcri-

pturæ cum allegatione cauſæ, facit ſemiplenam probationem cauſæ, quod eſt notabile: vt not. Anto. de fide inſtrumen. cap. ſi cautio.

* SINGVLARE.

Scriptura ſi apparet facta manu diuerſarum perſonarum: vt puta, quia pro parte ſcripſit tabellio, pro parte alius, habetur ſuſpecta, caſus eſt in §. & quod ſæpe. in Aut. de trien. & ſemiſ. quem allegauit pro ſingulari Bal. in leg. contractus. in tertia colum. ver. deinde quæro ſi apparet. Cod. de fide inſtrumen. Iſtud tamen limita, niſi conſtaret, & expreſſe fieret mentio, quòd manu diuerſa eſt ſcriptum? ita not. dicit Iacobinus de ſancto Georg. in leg. final. in ſexta colum. ver. nota etiam ex hac gloſſ. Cod. de edict. diui Hadria. tol. H. F.

Scriptura in columna vel lapide ſcripta, an faciat plenam fidem, vide gloſſ. & Docto. in capi. cauſam, de proba.

Scriptura producta ex archiuo publico facit plenam fidem: vt not. gloſſ. in capi. cauſam. de proba. quod eſt verum, quando ille, qui præeſt archiuo, confitetur eam de archiuo eſſe, & ei ſunt impoſita per manus comentarienſis ſigna conſueta: vt not. gloſſ. in cap. ad audientiam. de præſcript. & Barto. in aut. & hoc in leg. antiqua. Cod. de fide inſtrument. imò etiam requiritur, quòd talis ſcriptura, quæ eſt in Archiuo, ſit ſcripta manu notarij publici, licet non habeat ſignum nec ſubſcriptionem notarij, nec alias ſolennitates: dum tamen appareat, quòd manu notarij ſit ſcripta: vt notat Barto. in aut. ad hæc. Cod. de fide inſtrumen. in lectura noua. dicit tamen Bald. poſt Nico. de mai. quòd talis ſcriptura de archiuo producta non facit fidem extra locum, vbi eſt, & cuſtoditur archiuum: nec inter alias perſonas eidem loco ſubiectas: vt not. per eum. Cod. de fide inſtrument. ſuper rubrica in fin. idem notat Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de fide inſtrument. §. nunc dicendum. ver. priuatorum. ad fin. Et idem dicit Anto. in cap. 2. eodem titu. ver. 8. caſus. vide quod

quod not. Io. And. poſt Hoſt. in d. c. cùm cauſam. ſuper prima glo. in fi, & per Anto. ibidem.

ADDITIO.

Adde pro fide ſcripturarum archiui publici pulchrè per Domi. Feli. in cap. ad audientiam, de præſcript. col. 5. ante me. in ver. de fide ſcripturarũ, cum pluribus ſequentibus. Et quæ requirantur vt dicta ſcriptura plenè probet, ibidem per eundem in verſi. prima concluſio. Et vide ibidem decem concluſiones, quas ipſe ponit in d. c. ad audientiam, incipiendo à quinta columna vſq; ad ſeptimam, quæ concluſiones ſunt pulchræ & vtiles in materia ſcripturarum archiui publici, & à nullo Doctore tam ordinatè & clarè ſcriptæ, quàm à Do. Feli.

Scriptura noui & veteris teſtamenti, & epiſtolæ Pauli: & liber Ariſtotelis, & Hypocratis cenſentur ſcripturæ publicæ & authenticæ: quia longis temporibus à ſingulis vt publica & authentica ſunt ſeruata: ideò per eas probatur, quòd à dictis auctoribus proceſſerunt: quod eſt verum, quò ad perſonas, inter quas ſic ſunt ſeruatæ, non quò ad alias perſonas illi loco, in quo ſeruatæ ſunt, non ſubiectas: vt no. Nico. de mai. & Bal. poſt eum. C. de fi. inſtru. ſuper Rubrica ad finem. & Io. And. in addi. Spec. in titu. de fi. inſtru. §. nunc dicendum. ver. priuatorum, ad fin. & Do. Anto. in c. 2. eod. tit. vide Dominũ Anto. de excep. cùm venerabilis. ver. oppo. contra præmiſſa. 8. colum. ver. 8. caſus. Sed Bar. quem Ange. ſequitur in l. 1. ff. ſi cer. pet. dicit, quòd ſcripturæ non approbatæ, nec probatæ à Papa vel Imperatore, ſunt duplicis generis. Quædam enim ſunt enunciatiuæ, vt libri hiſtoriales, & Chronica & ſimiles, & illis credere debemus, ſi antiqui noſtri crediderunt, ſicut alijs ſcripturis, vide glo. de iſtis chronicis, quæ loquitur in prima conſtitutione ff. §. hæc autem tria. ſuper ver. iuribus. quam nullus allegat. Quædam ſunt, quæ procedunt determinando & diſponendo, & tunc ſi in ſtudijs obſeruantur: vt libri Ariſtotelis & Hypocratis, illis ſtandum eſt: ſi autem non ſeruantur in ſtudijs, niſi per rationem cõcludant, ſtandum non eſt illis, niſi ratio vrgeat. Dici poteſt, quòd dicta Ariſtotelis ſunt de iure approbata; vt leg. ſi pater, ff. de ſolut. Idem in dictis Hypocra-

tis:vt l.7.de ſtatu ho. ſecus in dictis Vergilij, & aliorum Poetarum: vt l.in tantum.§. ſi eum. & l. ſe. ff. de re. do. & ibi not.glo.vide Bald.in d. leg. 7. Quid de libro ſententiarum,& libro qui appellatur Pontificale, vide ſub ver. lex. §. licet ſit.

* SINGVLARE.

Scriptor qui promiſit ſcribere librum ſeu tex.tenetur etiam ſcribere rubricas:vt eſt glo.in procemio ſexti, in ver. titu. quam glo. dicit eſſe ſingularem Iacobinus Geor.in leg.non idcircò. in prin. ver. & ad propoſitum. ff. de iudi. adde quòd idem dixit Panor. in procemio Grego.in 3.colum.ver.item collige rubricas eſſe. H. F.

* ADDITIO.

Scriptor qui promiſit ſcribere librum debet ſcribere ſuo atramento & calamo:& de die,non autem de nocte.idem dicendum de operario, qui promiſit mihi aliquid operari. Iacobinus de Sanct. Georg. in leg. more Romano.in 2.colum. ver. extra glo. ponamus. ff. de ferijs. H. F.

Secundum,hæc dictio quid importat, vide ſub ver. iuxta.

8 T Securitas an danda ſit & cum fideiuſſore: vel aliter,quando quis timet ſe ab alio offendi. vide Cy.in l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. & per Spec. in tit.de pig. §. ſequitur. quid ſi timeo. & ibi per Ioan. And.in addi.Spec.& per Bar.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præfec.vrb.& l.ſi bona.§. ſi quis iuſta. & §. ſi quis,quia de damno infecto. & per Bal. in d. §. ne potentiores,& in l. fina. de offi. procurato. & per Ange. in d.l.qui bona.§.cæterum.

Securitas qui ſaluuſconductus appellatur, an danda ſit delinquenti:& ſi data eſt, an debeat ſeruari, vide Cynum in l. præſenti. in q. vlti. C. de his, qui ad eccle. confu.& in aut. de man. prin. §. neq; autem homicidijs. in tex. & glo.

Senes an poſsint artari vt citati perſonaliter compareant,vide ſub ver.citatio.§. citatus perſonaliter.

Senten-

Sententia Principis plenum ius confert, nec alijs adminiculis eget,ſecundum Hoſt. vt no. Ant.de re iud. cùm Bertoldus. 4. col. ver. oppono quòd ſententia & vide ſub verbo, iudex. §. executio.§. inſtrumentum. §. executio.

Sentētia excommunicationis ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta, valet & ligat, quod eſt verum, quando fertur ab ordinario:ſed ſi à delegato & iniuſta, eſt nulla ipſo iure, ſecundum Inno. in c.cùm contingat,extra de offi.dele. in fin. & Archi. no.Rom.conſil.327.

Sententia excommunicationis lata poſt appellationem legitimam, eſt nulla ipſo iure, ſed lata ante appellationem, licet pendeat tempus appellandi, valet mero iure: ideò eget iudicis abſolutione, & ſic non reuocatur per viam attentati. no. Rom. conſil.379.

Sententia excommunicationis,& ſententia abſolutoria ab executore lata parte non vocata, vel iuris or dine non ſeruato, an valeat, vide ſub ver. citatio. §. citatio partis ſicut.

Sententia ſuſpenſionis & interdicti an valeat, ſi monitio non præcedit, vide ſub ver. citatio. §. citatio partis ſicut.

Sententia cenſuræ quæ eſt nulla, poteſt tolli ad cau telam. no.Rom. conſil.434.

Sententia excommunicationis,ſuſpenſionis & interdicti,eſt interlocutoria.no.glo.2. q.1. in ſum.& propriè non eſt ſententia: vt no Arch.18.di.c.fin. & in quatuor differt ab his ſententijs:vt not. Arch.11.q.3. nemo.

Sententia excommunicationis nunquam tranſit in rem iudicatam, quin poſsit excommunicatus ſemper conqueri, quia excommunicatio fuit iniuſta: vt not. de ſent. excom.ſacro. in glo.ſuper verſic.ſatisfacere,in fin.

Sententia miſsionis in poſſeſsionem eſt interlocutoria: vt not.glo.2. q. 1.in ſumma.

Sententia reuocationis attentatorum eſt interlocutoria, & habet vim diffinitiuæ: vt no. Rom.conſil.85. quod eſt verum quando attentatio facta eſt ſuper poſſeſsione rei, de qua agitur.no. Rom. conſil.109. & aliàs 90. Et dicitur interlocutoria, quò ad c. cordi. ſed ha-

betur pro diffinitiua, quò ad clem. appellanti: vt not. Ro.con.13. vide omninò infrà §. ſentētia lata in poſſeſſorio ſolo.

ADDITIO.

Sententiæ appellatione intelligitur de diffinitiua, niſi ſequatur abſurditas. no. in c. cauſam matrimonij. de offic dele.& no.glo.in l.1.§.biduum.ff.quoniam appellandum ſit.in cle.1. de re iud.c.cùm olim.de teſti.

Sententia per quam pronunciatur appellationem deſertam, eſt interlocutoria, habet tamē vim diffinitiuæ:vt not. Rom.conſil.426. hoc verum, quò ad cle. appellanti, ſed non quò ad c.cordi. not. Rom.conſil.13. Item nō habet vim diffinitiuæ quò ad obſeruationem terminorum.not.Rom.conſil.86. Sed aduerte quòd ibi dictum eſt, eam habere vim diffinitiuę: verum eſt, quando pronunciatur ſuper deſertione appellationis ab interlocutoria vel grauatione, à qua nō fuit appellatum: ſecus ſi ſuper deſertione appellationis ab interlocutoria, à qua fuit appellatum, cùm talis haberet vim diffinitiuæ. not. Rom. conſil.411. aliàs 490.

Sententia lata ſuper ineptitudine libelli eſt interlocutoria. not. Anto. in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub.

Sententia per quam iudex prónunciat ſe non iudicem, eſt interlocutoria, habet tamen vim diffinitiuæ: ideò non poteſt contrario imperio reuocari. not. Ant. de offic. deleg. ſignificantibus: hoc verum, niſi fuerit appellatum, quia tunc reuocari poteſt. not. Ant. de appel. cum ceſſante. col.3.& eſt deciſio Ro.138 incipiens: Item ſi à pronunciatione, vbi ponitur notabilis limitatio ad c. ſignificantibus prææalleg.

Sententia per quam pronunciatur appellationem non potuiſſe interponi, eſt interlocutoria: ſed ſi pronunciatur benè iudicatum, & malè appellatum, eſt diffinitiua: vt not. in cle. ſi. de appel. in glo. tertia.

Sententia lata ſine obſeruatione iudicij, eſt interlocutoria. not. Rom. conſil. 69. habet tamen vim diffinitiuæ, quò ad cle. appellanti, ſed quò ad c. cordi: vt no. Rom con.13. Item habet totaliter vim diffinitiuæ, quando imponit finem cōtrouerſiæ, quod eſt verum, quando fer-

do fertur ex cauſa habente perpetuam cauſam abſolutionis vel prohibitionis: vt ſi quis vt abſoluatur, ſoluit, vel quia occiſus poterit impunè occidi, vel quia obſtabat alia exceptio perpetua & peremptoria: vt not. Bar. in l. Titia. ff. de accu. & Bal. in l. properandum §. ſiquidem. C. de iud. Et ſi cauſa non exprimitur in ſententia, præſumitur lata ex illa, de qua in actis apparet. no. Bal. C. quomodo & quando. in l. ſi vt proponis, in fin. & Anto. de excep. c. aduerſario, in prima oppo.

Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij in contumaciam actoris non poteſt fieri, niſi præcedat trina monitio per audientiam. not. Rom. conſil. 69.

Sententia lata ſuper exceptione peremptoria, & præiudiciali, licet ſit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuæ. not. Ro. conſil. 517. & not. glo. in cle. fin. de appel. ſed ita demum habet vim diffinitiuæ, ſi declarat exceptionem obſtare: vt not. glo. in cle. præd. quod dictum eſt, ſententiam latam ſuper exceptione peremptoria, vel præiudiciali interlocutoriam eſſe, limita id verum, quando poſt illam ſententiam expectatur diffinitio principalis cauſæ ab eodem iudice: ſecus ſi talis ſententia feratur à iudice, coram quo non expectatur alia ſententia, ſicut quando iudex eccleſiaſticus pronunciat ſuper legitimitate incidenter ad cauſam petitionis hæreditatis principaliter motæ coram iudice ſeculari, quia tunc eſt diffinitiua, ſecundum Fre. de Senis: vt no. Ant. in c. tua. de ord. cog. ver. ex his decidi poteſt. 6. col.

Sententia lata ſuper nullitate proceſſus habet vim diffinitiuæ. not. Rom. conſil. 340. Et hoc verum etiam ſi per illam pronuncietur, ſententiam ab illo diffinitiuè latam eſſe nullam. not. Rom. conſil. 361.

Sententia lata in poſſeſſorio ſolo, quando primo fuit accumulatum petitorium & poſſeſſorium, non eſt diffinitiua. not. Ant. ſuper Rub. de re iudic. ideò ex illa contra poſſeſſorem lata in beneficiali, non poterit peti ſequeſtrum fieri, & ita ſingulariter limita Clemen. vnicam. de ſequeſt. poſſeſſ. quæ dicit, ſequeſtrum fieri ex diffinitiua in petitorio vel poſſeſſorio, contra poſſeſſorem lata, quia debet intelligi, quando eſt lata in poſſeſſorio abſque petitorio ab initio attentato, illa enim benè eſt diffinitiua. Et idem puto

puto in poſſeſſorio etiam incidenter per viam attentati deducto, quia cauſa attentatorum non minus priuilegiata eſt, imò magis quàm interdictum, vnde vi, principaliter intentatum, & quòd aliàs dicitur, ſententiam reuocationis attentatorum eſſe interlocutoriam, licet habeat vim diffinitiuæ, verum eſt, quando attentatum eſt ſuper alio, quàm ſuper poſſeſsione. Sed ſententia reuocatoria attentati ſuper poſſeſsione lata eſt diffinitiua in poſſeſſorio, non minus quàm ſi lata eſſet ſuper interdicto, vnde vi, vide tex. & glo. in cle. præd. vbi expreſsè dicitur, quòd ſententia in poſſeſſorio lata eſt diffinitiua, niſi fortè dicatur illud verum, quando poſſeſſorium deducitur ſine petitorio principaliter: ſecus ſi incidenter, quia tunc interlocutoria cenſetur: arg. eorum quæ not. Ant. ſuper Rub. prædict. ſed pleniùs & eleganter diſtinguit de iudicijs. c. fi. verba glo. in fin. colligit. & vide ſuprà §. ſententia reuocationis.

ADDITIO.

Sententiæ appellatione in materia ſingulari, non venit ſententia arbitrorum: vnde ſi ſtatuto cauetur quòd de qualibet ſententia debet ſolui certum quid, non habebit locum in ſententia arbitratorum. no. Bar. in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de his qui not. infam. not. Abbas. in c. 1. de arbitris.

Sententia interlocutoria per lapſum decēnij, tranſit in rem iudicatam. not. Rom. conſil. 13. Alibi dicit Ro. quòd ſententia interlocutoria non habens vim diffini tiuæ, nunquam tranſit in rem iudicatam quò ad iudicem: vt not. Rom. conſil. 409. & idem not. glo. antep. in c. fi. de app. lib. 6. ideò poteſt iudex eam reuocare, quod limita, niſi interlocutoria ſit per duas alias ſententias confirmata: vt not. glo. in cle. fi. eod. tit. in ver. ſuper eadem, in fin.

Sententia appellationis in dubio intelligitur de diffinitiua: vt not. glo. ff. quando appellan. ſit. in l. 1. §. bi duum. & de teſt. cùm cauſam. & not. Bald. ff. de iureiu. l. iuſiurandum, & ad pecuniam. §. & ideò ſub nomine ſententiæ non venit ſententia excommunicationis: vt not. Lap. in c. vt animarum, de conſtit. lib. 6. quia inter-

terlocutoria eſt: vt not. ſuprà §.ſententia excommuni.

Sententia per quam pronunciatur malè appellatum, vel appellationem deſertam, ſi vltrà nõ dicit, non confirmat ſententiã, à qua fuit appellatum, ſi aliàs erat nulla. not. Ant. de appel. dilecto. & glo. in cle. ſi appellationem. in glo. fi. de appel. & quod not. de ſent. excom. licet lib. 6. & vide Io. And. in nouel. & in addit. Spec. de ſent. pro. §. iuxta. verſic. nunquid libellus, &c.

Sententia lata contra mortuum non valet, ſed pro eo ſic, ſi ante mortem citatus fuit, & iudex mortem ignorauit. not. Ant. de iud. quia Gu. ver. venio ad gloſſ. ſed Bar. dicit, quòd non valet pro mortuo, nec contra eum. ff. de re iud. in l. ſumma. §. fin. niſi lis fuiſſet eo viuo cum procuratore ſuo conteſtata: vt ipſe not. in l. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. & tunc ſententia debet formari nec contra defunctum, nec contra procuratorem, vt procurator hæreditatis vel hæredis: vt not. Bald. C. de procu. l. nulla. vel cõtra procuratorem ólim à tali conſtitutum, ſi enim contra eum feratur procuratorio nomine defuncti, non valet: vt no. idem Bald. C. de ſen. & interlo. omnium iud. l. 1. ver. quæro mortuo.

Sententia in reali ius non dat, ſed detegit. no. Ant. de reſt. in integ. c. cum ex literis. ver. quæro an. & idem in glo. quod prius, prope fin. & in c. contingit, de dol. & contu. in 2. glo. ad fin. idem cum l. Pompon. §. qui in fundum. ff. de acqui. poſſeſſ. Idem Io. And. in c. 1. de conceſſ. præb. vbi dicit, quòd ſen. iniuſta adiudicatoria in beneficialibus nullum ius nec titulum confert in beneficio. Idem tenet Anto. in c. ad petitionem, de accu. vide glo. fin. Inſtit. de offic. iud.

Sententia in reali licet contra eum, qui non poſsidet, non poſsit fieri condemnatoria ad reſtituendum, poteſt tamen fieri declaratoria domini pro actore, quæ proficiet ſi poſtea reperiatur eum poſsidere. not. Anto. de iud. dilecta, in fin.

Sententia excommunicationis præſertim lata ex cauſa euidenter iniuſta, eſt ipſo iure nulla: vt not. gloſſ. & Ant. de ſent. excom. per tuas. & eſt tex. in c. venerabilibus. §. fin. eo. tit. lib. 6. vide infrà §. proxi. & vide do. Ant. in repetitio. c. ab excommunicato. de reſcript. vbi pleniùs loquitur.

Sen-

Sententia lata ex falſa cauſa in facto non in iure, non vitiatur ipſo iure, ſed eſt opus reſtitutione. nota. Anto. de reſtitutio. in integ. c. cùm ex literis. verſic. not. 12. & ſi in falſa cauſa eſt adiectum verbum præcipuè, nihilominus retractatur, ſi ex illa cauſa ſuſtineri non poteſt: vt not. ibidem dom. Anto. eod. titulo. verſic. no. 9. ſed Ioan. And. dicit, ſententiam ex falſa cauſa, vel ex iure non ſuffragante parte latam, non valere: vt ipſe no. de conceſ. præbend. ex parte. ſuper verſic. occaſionem conſilij. niſi cauſa vera, vel ius ſuffragans admiſceatur: vt not. per eum, de renuncia. in præſentia. in glo. not. quod vide per Bart. qui diſtinguit inter falſam cauſam in iure vel in facto. in l. ſi is, ad fin. ff. de acquir. hæred. vide omninò ſuprà §. proxim. & vide Ant. in repet. c. ab excommunicato, de reſcript. & in c. in præſentia. verſic. oppo. quòd ſi appareat. de renuncia. vbi plenè diſtinguit. ſed Io. And. videtur ſequi diſtinctionem Bart. in d. c. in præſentia.

* ADDITIO.

Sententia quotieſcunque fundatur ſuper contumacia, iudex debet exprimere cauſam in ipſa ſententia, id eſt, quòd hoc facit ratione contumaciæ, ſecundum Bal. in l. pen. C. de fideicom. liber. & in l. pe. C. de conſt. pecu. & ſequitur Iacobinus Geor. in l. properandum. §. illo. in 2. colum. ver. addite. C. de iud. H. F.

Sententia lata expreſſo iuris errore eſt nulla, quando de illo iure apparet caſus legis, ſed ſi ex iuris ſimilitudine vel ratione caſus deciditur. & idem quando lex multipliciter eſt intelligibilis. not. Anton. de appel. cum ſpeciali. verſic. quæro quæ ſint. & vide quod not. per eum, de conſtit. c. 1. lib. 6. 2. colum. & de re iudic. c. 1. vbi plenius dicit, & in repetit. c. ab excommunicato. de reſcript. & vide infrà §. proximo.

Sententia ſemper debet retractari, quandocunque error vel iniquitas poteſt recolligi ex actis, ac ſi error fuiſſet in ſententia expreſſus, ſecundum Inno. & Ioan. And. quod eſt valde ſingulare: vt not. Rom. conſi. 340. quod eſt verum in ſententia lata in matrimonio carnali vel ſpirituali, vt in cauſa beneficiali, quia non tranſit in rem iud. not. Rom. conſil. 341. hoc limita & intellige quan-

quando ſententia expreſsè ſe refert ad acta: vt not. Ant. de re iud. cùm Bertoldus. 10. col. ver. quintus caſus. Et an tunc, & quando dicatur ſententia continere manifeſtum, ſiue expreſſum iuris errorem, vide in d. c. cùm Bertoldus. & per eundem in c. quoniam contra, de probationibus. char. vlt. & pen. col. & ideò vide in c. clericus. de iureiur. & de frig. c. fraternitatis. & de re iud. c. 1. de renuncia. in præſen. & ſuprà §. proximo. vide omninò per Bald. & Bar. in l. 1. C. de erro. ad. in l. cum prolatis. ff. de re iud.

Sententia in beneficialibus licet tranſeat in rem iudicatam quò ad partem, tamen non quò ad iudicem, quin poſsit ex officio nouas probationes recipere, & in iuſtè detinentem deſtituere. Item nec tranſit in rem iudicatam quò ad partem, quin per viam denunciationis euangelicæ poſsit denunciare, & ita Anto. concordat opiniones contrarias in c. ad petitionem. de accuſ. & pleniſsimè vide per eum in c. ad audientiam. 2. de reſcript. pen. & vlt. col.

ADDITIO.

Adde quòd talis ſententia non tranſit in rem iudicatam reſpectu ſuperioris, quò minus poſsit de iuribus partium inquirere, maximè quando fuit lata contra abſentem, & indefenſum: licet contumacem in cauſis. c. cùm olim. de re iud. de hoc vide in c. lator. & in c. cum ſanguinei. de re iud. & Abb. in c. ad audientiam. de reſcrip. & in c. cùm ſuper. de cauſ. poſ. & proprie. Domi. in c. 1. de lit. conte. lib. 6. & no. per Abb. in c. cùm olim.

Sententia non poteſt ferri generalis & incerta, licet ferendo eam in genere contra omnes quorum intereſt: vt not. Rom. conſil. 410.

Sententia poteſt ferri in genere condemnatoria ſuper fructibus qui veniunt acceſſoriè ad rem petitam principaliter, nec eſt neceſſe quòd declaretur quantitas, nec æſtimatio ipſorum, quia poterit in executione declarari: vt not. Rom. conſil. 24.

Sententia interlocutoria lata parte non citata an valeat, vide ſub verbo, citatio. §. citatio non requiritur ad interlocutoriam.

Sententia ſi narrat delegationẽ iudicis, & alia acta iudi-

iudicij,an illa probentur per ſolum inſtrumentum ſen tentiæ, vide ſub ver. inſtrumentum. & infrà §. inſtrumentum. & infrà §. ſententia eo ipſo.

Sententia an cui præiudicet,præiudicent acta,vide ſub ver. acta. §. acta probatoria.

Sententia an requiratur in notorio facti vel confeſsionis aut probationis ſiue ſententiæ, vide ſub ver. notorium. §. notorium operatur quod ſuper eo.

Sententia lata ſuper crimine ex ficta confeſsione an infamet, vide ſub. verb. confeſsio. §. confeſsio facta.

Sententia etiam declaratoria non requiritur quò ad electionem,collationem vel prouiſionem faciédam de beneficio,quo quis eſt ipſo iure priuatus, licet requiratur quò ad executionem & poſſeſsionem priuato auferendam: vt patet in c. licet epiſcopus, de præb. lib. 6. in tex & glo. & ita temperat quod no. de pœn. Fel. lib. 6. & Ioan. And. de homi. c. humani. & de hære. cùm ſecundum. eo lib. in nouel.

Sententia lata contra minorem abſentem indefenſum, valet in reb. eccleſiaſticis, licet in prophanis non. glo. de reſtit. ſpol. ex parte M.

Sententia abſolutoria poteſt ferri pro parte abſente etiam in cauſa criminali. not. Rom. conſil. 151.

Sententia abſolutoria vel informatoria poteſt ferri pro reo contumaciter abſente. not. Roman. conſil. 193.

Sententia præſumitur lata ex cauſa, de qua in actis apparet, quia ſententia refertur ad acta. no. Ant. de except. aduerſario. in prima oppo. & Bald. C. quomo. & quando iu. l. ſi vt proponis.

Sententia abſolutoria poteſt ferri pro excommunicato per procuratorem ſe defendentem, ſed adiudicatoria non: vt no. Rom. conſil. 194.

Sententia lata ſicut non valet contra non citatum vel furioſum: ita nec pro eo. not. Ant. de iud. cauſam.

Sententia lata per falſa inſtrumenta eſt nulla. not. Rom. conſil. 346. in fin.

Sententia nulla eſt iniqua, quia omne nullum eſt iniquum. not. Inno. de offic deleg. cùm contingat: vt vt not. Ant. de excep. cum dilecto. 6. col.

ADDI-

ADDITIO.

Sententia corporis afflictiua facit fidem in alio iudicio, & inter alias perſonas: iſtæ enim ſententiæ quæ afficiunt & notant hominem, ſequuntur eum ſicut lepra leproſum arg. in c. citò turpem. 1. q. 1. Et quod not. Abb. in c. teſtimonium. de teſti. & in c. 1. de excep.

Sententia ſi fertur ſuper parte & non ſuper toto, non valet, quando iudicium tenet ſuper toto, ſecus ſi teneret ſuper parte tantùm. not. Bart. ff. ſol. matri. l. ſi facta re. §. fin. Et prædicta vera, quando iudicium eſt ſuper vno capitulo duntaxat, ſecus ſi ſuper diuerſis, quia tunc valet ſententia ſuper vno, licet non feratur etiam ſuper alio: vt not. Bald. C. ſi aduer. rem iudi. l. 2. & not. gloſſ. ff. famil. herciſc. l. in hoc iudicio. vide plenisſimè per Ant. in c. cùm inter vos. de re iud.

Sententia condemnatoria in parte abſq; dictione taxatiua, non operatur tacitam abſolutionem in alia parte. no. Bal. in l. 1. C. ſi aduer. rem iud. niſi petitio eſſet generalis certa quantitate non expreſſa: vt ibi not. Bald. & Inno. & Ant. de re iud. cùm inter. vide Archid. 12. q. 2. ſi quod. & Spec. in tit. de ſent. prola. §. qualiter. ver. quid ſi peto. quem recitat Io. And. in d. c. cùm inter. in glo. vltima.

Sentētia valet in qua iudex dicit, condemno reum ſi actor probauit, ſecundum Inno. vt not. Ant. de iureiuran. quintauallis. penult. col.

* SINGVLARE.

Sententia ſi eſt lata contra aliquem, per quam pronuncietur ipſe commiſiſſe crimen dignum priuatione, propter hoc ille non eſt priuatus, niſi hoc exprimatur in ſententia: iſtud fuit not. verbum Inno. in c. qualiter & quando. el 2. in gloſſ. ſuper ver. ad denunciationem ibi credimus tamen. de accu. quod dictum referunt & ſequuntur do. de Rot. deciſi. 232. in nouis. quæ incipit, accuſatus coram ordinario. & ſimiliter refert & ſequitur Feli. in c. inquiſitionis. in 2. col. ver. adde omninò quod not. de accu. H. F.

Sententia debet eſſe conformis libello, de ſimo. li-

cet Heli. ſed & quandoq; ſuper non petito in libello toleratur ſententia. no. ſub ver. iudex poteſt reum.

Sentētia lata contra notorium, an valeat, vide ſub ver. notorium. §. notorium operatur quòd ſententia contra, vide ſuper ver. manifeſtum. §. manifeſtum operatur.

Sententia eo ipſo quòd apparet lata, etiam ſi de ipſa per teſtes tantùm appareat, præſumitur ſolēniter lata, nec eſt opus quòd aliter probentur interueniſſe ea, de quibus in ſententia fit mentio. no. Ant. de cohab. cler. veſtra. 3. col. in q. an factum quod notorium dicitur ſit probandum in fine iſtius quæſtionis. & vide ſub ver. inſtrumentum. §. inſtrumentū ſententiæ ſi narrat. ſuper ver. præſumptio. §. præſumitur pro ſententia.

Sentētia lata ſuper eo quod fuit deductū per reum excipiendo, an pariat exceptionem rei iudicatæ, ſi principaliter in alio iudicio petatur. dicit Anto. quòd non, niſi ſuper deducto per modum cauſæ vel exceptionis fuerit lis conteſtata: vt ipſe not. de cau. poſ. cum eccleſia Sutrina. ver. oppo. quòd ſuper. vel niſi deducta exceptione fuit plenè cognitum & diſcuſſum, & contra excipientē pronunciatum. quia poſtea ad eundem finem agit ſuper eo quod excipit: vt not. per eum, de except. aduerſario poſſet dici quòd ſi feratur ſententia declaratoria & condemnatoria pro actore, nocet reo per l. ſin autem. §. 1. ff. de nego. geſt. & l. fundi. ff. de except. ſecus ſi feratur abſolutoria: Ratio differentiæ eſt, quia abſolutoria non declarat ius aliquarum partium, ſed declaratoria ſic, vide Barto. ff. de except. l. fundum. & de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. duo fratres. in 4. oppo. & de ord. iud. l. 1. & ff. de except. rei iud. l. duobus.

Sententia lata pro conuentu, eccleſia, vel prælato, vel pro prælato ſine conuentu, quando alter ſine altero eſſe non poteſt in iudicio, non valet. not. Ant. de iud. cauſam. ſed ſententia lata contra Abbatem ſolum vel contra conuentum ſolùm valet, licet Abbas & conuentus ſimul fuerint litem conteſtati, ſecundum Inno. no. Rom. conſil. 207.

Sententia licet ſit lata contra Abbatem & conuentum ſimul, & Abbas & conuentus ſimul appellârunt, tamen Abbas ſolus & diuiſim appellationem proſequi po-

poteſt,& petere,quòd pro eo feratur abſolutoria actore non probante. not.,Rom. conſil. 206.

Sententia non valet ſine probationibus,ſecũdum Io.And.licet Cald.contrà. vt not. Ant.de cohab. cler. c. veſtra. 32. col. ſecundum Inno.ſentẽtia lata in ſummarijs & notorijs,non auditis defenſionibus rei,eſt nulla, auditis tamen defenſionibus, ſed non admiſsis probationibus ſuper eis, tenet ſententia in ſummarijs, licet non in plenarijs. Quod eſt notabile dictum, ſed etiam in ſummarijs non tenet, ſi non appellatur à non diuiſione,ſecundum Hoſt. & in caſibus, in quibus dictum eſt ſentẽtiam tenere: intellige,niſi conſtet omnem cauſæ cognitionem fuiſſe excluſam: vt not. Ant. in d.c. veſtra.15.col.ver.in deciſorijs auten.vide plenius per eum in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.

Sententia lata ſuper iure coniunctæ,aliàs coheren tis perſonæ, vel quæ perſonam afficit, facit ius quò ad omnes not.de appel.cle.paſtoralis.in gloſſ fin.& idem not. Anto.ibidem. Et idem vult gloſſ.de teſt.§.teſtimonium.in glo.pen. Et idem etiam no.Ant.in penult. col. vide §. prox. ſeq.

Sentẽtia lata inter partes,an faciat ius quò ad omnes, vide plenè per Ant.in c. quamuis. de re iud.& in c. cauſam.qui fil.ſint legit. & vide ſuprà §.prox.

Sententia lata contra ſententiam etiam per appellationem non ſuſpenſam, valet, ſi de prima ſententia oppoſitum non fuit. no. glo. & Innoc.& Ant.de re iud. c.inter monaſterium.licet Io. And. ibi dicat contrariũ. & opi.Inno.tenet But.& Bart. & Bald. in l 1 C.quando prouoc. non eſt neceſ. Item valet ſentẽtia ſecunda contra primam,quando prima eſt nulla:vt not. per omnes Doct.in d.c. inter monaſterium. Item valet ſecũda con tra primam, quando agitur de negocio publico:vt no. gl.in d.c.inter monaſteriũ.vide circa præmiſſa, q̃d not. Ant.in repe. c. ab excõmunicato.de reſcrip.& in c. cum dilecta. eo.tit. vbi pleniſsimè loquitur de iſto articulo. Item valet ſecunda, quando fertur ſuper noua inſtantia: vt not.Bald.in l.1.C. quando prouo. non eſt neceſſ. ſed Ant. dicit,ꝙ etiam in alia inſtantia non valet ſecunda contra primã,quando prima fuit iudici vt iudic. no. vt ipſe not. in c.cum M. de conſtit. 39. col. ver. not. hoc

dictum Compo. De hoc vide per do. Feli. in c. inter monaſterium.3.col.7.ver.regulariter ſententia. vbi etiam allegat do. Nicol. de Milis ad hunc locum remittendo.

Sententia lata contra teſtem de falſo non præiudicat producenti, nec ſententia lata contra producētem inſtrumentum quòd ſit falſum, prçiudicat notario qui illud ſcripſit, licet etiam notarius ſententiam ſuper falſitate inſtrumenti ſcripſerit: vt not. Ant. in c. quamuis. de re iud. penult. col. idem not. Bart. in l. Lucius, de his qui not. infam.

Sententia inter partes lata, licet alijs ignorantibus non præiudicet, quò ad plenum præiudicium, facit tamen contra eos ſemiplenam probationem, quæ ſufficit ad iuramentum deferendum. not. Ant. de re iud. c. quamuis. 5. col.

Sententia ſi eſt ferenda de conſilio alterius, & non apparet conſilium datum, niſi per iudicis aſſertionem, non valet ſententia, quia non præſumitur conſilium datum. not. Bald. in l. vnica. C. ne lice. in vna eademq́ cauſ. ter. prouo.

Sententia lata per probationem materiæ improbatæ eſt ipſo iure nulla. de pur. vúl. c. 2. & Ioan. And. de probat. c. quoniam contra. & Bart. in l. libertorum. C. de teſti.

ADDITIO.

Sententia continens falſam cauſam & impoſsibilem, ita quòd ſimul concurrant, ſententia non tenet, etiam ſi ſit ſententia excommunicationis, vt ſi iudex condemnauit Eunuchum vel infantē, quòd prægnantem reddidit monialem. Ad hoc c. Romana. §. in vniuerſitatem. de ſent. excom. lib. 6. & ibi per Io. And.

Sententia excommunicationis quibus caſibus nulla ſit, vide glo. de ſen. excomm. præſenti. lib. 6. & tex. de appel. ſi duobus. in prin. vbi dicitur, ꝙ ſententia excommunicationis lata per non iudicē, qui tamen credebatur iudex, valet.

Sententia an debeat ferri cōtra dominum vel procuratorem, vide per glo. & Ant. in c. querelam, de elect.

Sententia nulla non obtinet auctoritatem rei iudicatæ. C. quando prouoc, non eſt neceſ. l. 1. & 2. vt ſi quis appel-

appellat à ſentẽtia, nec meretur habere nomen ſententiæ, vt eſt caſus in cle. paſtoralis. ver. agitur, de re iud.

Sententia lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla, & præſumitur iudicem non cognouiſſe de cauſa, quando poſt lit. conteſt. ante paucos dies pronunciauit, & tunc ſententia eſt nulla, quaſi ſubitò lata: vt not. Bartol. in l. prolatam. in fin. C. de ſenten. & interloc. quod eſt verum quando fuit lata in abſentem, ſecus ſi in præſentem nòn reclamantem: vt not. Ant. de proba. quoniam contra. vlt. char. in 1. col. & Lap. alleg. 27.

Sententia à qua non eſt appellatum, vel ſi eſt appellatum, non eſt facta executio, licet pro ea præſumatur quòd ſit ritè & iuſtè lata, tamen ſi contra illam præſumptionem opponitur, quòd non ritè & non ſeruato ordine iudiciorum ſit lata, admittitur probatio, quæ pôteſt fieri tribus modis. Primò per productionem actuũ, in quibus non apparet lis conteſtata, vel alius ordo ſeruatus, & ſic illa negatiua probatur per inſpectionem actorum: vt not. Io. And. in c. ad ſedem, de reſtit. ſpol. ad fin. & in c. quoniam contra. ſuper vlt. glo. de proba. & in addit. Spec. in tit. de ſen. prola. §. vt autem. ver. & no. Secundò probatur per partis confeſsionem. Tertiò per teſtes, qui acta viderunt, & eis interfuerunt: vt not. Anto. in d. c. quoniam contra. vlt. char. 1. colum. Si autem opponitur contra ſententiam non reſpectu ordinis nõ ſeruati, ſed reſpectu iniuſticiæ cauſæ, quia iudex verum debitorem abſoluit, vel nõ verum debitorem condemnat, tunc an & qualiter admittatur probatio, dic quòd ſi vult iniuſticiam probare per cõfeſsionem partis, admittitur, quia talis probatio admitti debet, etiam præſumptionem iuris, & de iure. Idem ſi vult aliter notoriè oſtendere de iniquitate notarij, quia ex hoc redditur ſententia nulla. Si autem vult probare iniuſticiam per acta, quæ produxit, tunc ſi acta ſint producta de voluntate & cõſenſu partium, & ex illis apparet expreſſa iniuſticia, vt quia eſt condemnatoria, & in actis apparet inſtrumẽtum ſolutionis productum, debet ſententia retractari, ſecus ſi ex actis non conſtat de expreſſa iniuſticia, licet ex eis nõ colligatur iuſticia, quia potuit iudex ex his moueri. Et prædicta vera, quando ſententia expreſsè non refert ſe ad acta; vbi autem ad acta ſe ex-

expreſsè refert, tunc licet Inno. variauerit. Dic quòd ſi iudex in ſententia aſſerit aliquod ex actis probatum, quod non eſt probatum, debet ſentētia retractari, quia hoc colligi poteſt ex actis, ſecus ſi aſſerat nō probatum, quia quanta fides ſit teſtibus adhibenda, reſidet in pectore iudicantis. Potuit enim aliquam vacillationem vel aliud erga perſonam teſtis videre, ex quo non adhibuit ei fidem. Si verò pars vult probare iniuſticiam per alias probationes, quàm per acta cauſæ, tunc ſi per faciendas, non admittitur, ſi per factas, parte non contra dicente, non admittitur, inquantum vltra iniuſticiam ſit in dubium reuocatum de viribus ſententiæ. vbi autem de ſola iuſticia, & non de viribus ſententiæ diſputatur, tunc coram iudice appellationis non debet nec poteſt admitti, quia pòſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, quia non fuit appellatum, vel quia nō fuit appellatio proſecuta, ille non eſt iudex competens, niſi partes prorogauerint iuriſdictionem, vel ipſe pronunciauerit ſe iudicem, vel appellationem non deſertam: ſed ſi coram ordinario alio, vel ſuper hoc iuriſdictionē habente de iniuſticia diſputetur, tunc probationes factæ parte non contradicente debent admitti, & ſententia retractari quaſi præſumptio ſententiæ ſuccumbat veritati contrariæ iam parti factæ, & quia probationes tranſierunt in notorium. Vnde ex quo conſtat de notoria iuſticia, admittitur probatio contra præſumptionem iuris, & de iure: vt no. Ant. in d. c. quoniam contra. in vlt. char. vide ſub verbo, præſumptio. §. præſumitur pro ſententia.

Sententia caſſata tanquam nulla, caſſatur etiam confirmato vitio ſententiæ ex confirmatione non ſublata, & quando vitium pariter à confirmatione eſt excluſum. not. Ant. de teſt. c. ex parte. ad. 9. notabili.

Sententia lata properè & ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nulla: vt no. in cle. paſt. ver. dici neg. de re iud. In contrarium facit quod non eſt ipſo iure nulla, ſed veniat caſſanda, de reſt. in integ. cùm ex literis. & ibi not. Ant. in 7. notabili. Bart. tenet, quòd eſt nulla. in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om. iud. & quæ dicātur eſſe de cauſæ cognitione. Vide ibi per eum, & plenius per Ant. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.

Sen-

Sententia an debeat ferri in die citationis, vide gl. Ang. in l. & poſt edictum. ff. de iud.

Sententia per quam iudex pronunciat reſtituendum eſſe operatur effectũ, ac ſi iudex dicit, reſtituimus: vt not. Bald. in l. fundus. qui Lucij. ff. de reſcin. vend.

Sententia lata contra abſentem, non valet, ſi non apparet ad cuius inſtantiã lata ſit, ſecus ſi lata ſit vtraq; parte præſente: vt not. Bald. in l. 1. C. vt quæ deſunt adu. parti, iudex ſuppleat.

Separatorum ſeparata eſt ratio, ideò de vno ad aliud non infertur, de offi. ordina. dilectus. & C. de codi cil. l. 3. & ff. de minoribus. l. Pomponius. & not. Roma. conſil. 426.

ADDITIO.

Adde l. fin. & ibi Bart. ff. de calum. Et quòd de vno ſeparatorum non infertur ad aliud, adde l. Papinianus exuli. in princ. & ibi Bart. in 2. nota. ff. de mino.

10 †Sepulchrũ an poſsit eſſe in domo laici, & ad quem iudicem ſpectat cognoſcere de iure ſepulchri ſiue funerandi, vide ſub verbo, laicus. §. 1. & ſub verbo, iudex. §. iudex ſecularis non recognoſcit.

11 †Sequeſtrum factum contra poſſeſſorem beneficij propter ſententiam in prima inſtantia contra eum latam, non reuocatur, licet in ſecunda inſtantia obtineat primam ſententiam infirmari, ſed ſpectatur finalis victoria cauſæ, not. Rom. conſil. 405. in princ. ſed ſi in prima inſtantia fuit ſententia pro poſſeſſore lata, licet poſtea contra eum feratur ſententia in ſecunda inſtantia, non propterea fit ſequeſtrum: vt not. Ioan. Andr. in addit. Specul. titul. de ſequeſt. po. & fru. ſuper Rubrica.

Sequeſtrum poſſeſsionis & fructuum fit in cauſa beneficiali ſtatim lata prima ſententia pro petitore contra poſſeſſorem, ſi feratur tantùm pro poſſeſſorio, non tamen petitorio. Item tunc fit ſequeſtrum dictum, quando agitur de titulo beneficij, vel de eius poſſeſſione, ſecus ſi agatur de priuatione. Item ſecus ſi poſſeſſor, qui in titulo ſuccumbit, triennio pacificè

poſſediſſet. Item fit ſequeſtrum non obſtante quòd tertius appellet pro ſuo intereſſe. not. Rom. conſil. 373. & quod dictum eſt ſequeſtrum fieri quando agitur de poſſeſsione ſingulari, limita & intellige: vt not. ſub ver. ſententia lata in poſſeſſorio ſolo.

Sequeſtrum vbi eſt fiendum non omittitur per oblationem & proteſtationem cautionis, regula eſt, quòd ſic: vt l. fideiuſſor. § quod ſacer. & vt not. de iud. examinata, ſuper glo. 2. fallit in caſu cle. vnicæ, de ſequeſt. poſ. & fruct. & vbi ſequeſtrum non ſimpliciter permittitur, ſed præcipitur præcipuè cum adiectione pœnarũ, & ex cauſis. & ita not. Ioan. And. in addi. Specul. in loco præallegato.

ADDITIO.

Adde do. Feli. in d. c. examinata, vbi etiam tractat an ſequeſter poſsideat.

Sequeſtrum poſſeſsionis ſi fit de voluntate partiũ, poſſeſſor perdit poſſeſsionem, & tranſit in ſequeſtrum, ſecus ſi fiat ex neceſsitate per iudicis præceptum: vt no. Bart. in l. intereſſe. ff. de acquir. poſ. & Ioan. And. in c. examinata, de iudi. & idem dicit ibi Ant. 6. col. ver. dicit glo. prædicta intellige, niſi iudex exprimat in præcepto, quod vult poſſeſsionem transferre in ſequeſtrũ: vt not. in dictis iuribus.

12 † Seruitus poteſt conſtitui & creari ſola voluntate conſtituentis, etiam ſine vlla poſſeſsione, ſicut etiam poteſt transferri proprietas abſq; vera poſſeſsione, dum tamen aliqua traditio interueniat. not. Anton. de cauſ. poſſ. c. fin. 14. colum. ver. venio ad tertium articulum.

Seruitus viæ ſi non eſt determinata in certa parte fundi ſeruientis, dicitur competere in toto fundo, & qualibet eius parte, poteſt tamen ille, cui ſeruitus debetur, compelli iſto modo, vt non vadat per medium ſegetis vel vineæ. Vel etiam officio iudicis compelli poteſt, vt ad certam partem fundi viam terminet. not. Anton. de cauſ. poſſ. c. fin. 4. colum. verſic. nunc vlt. reſtat.

ADDI-

ADDITIO.

Seruitus ruſtica vel vrbana quo tempore perdatur, vide per Abba. in capitu. de quarta. de præſcrip.

Seruitus viam habens ad plures fundos, vtendo illa ad vnum fundum, intelligitur ea etiam vti reſpectu aliorum, quibus ſeruitus debetur eadem. not. Anto. de cau. poſ. c. ſi. pen. col.

Seruitus quando debetur, & opus eſt aliqua refectione, quis tenetur illam refectionem facere, an Dominus prædij ſeruientis, vel dominantis, vide Bal. in l. 2. §. apud Labeonem. ff. de aqua plu. ar.

Seruitutes reales an pro eis dentur remedia poſſeſſoria & qualia, vide ſub verbo, præſcriptio. §. præſcriptio iuris incorporalis iure ſeruitutis.

Seruitus quandoq; per legem imponitur ipſo iure, puta ſi quis habeat arcam, in qua fructus triturantur vento auxiliante, & vicinum habens fundum velit in ſuo ædificare per quod ædificium ventus aufert, poteſt Dominus Arcæ prohibere, ne ædificet, ſi aliundè ad Arcam ventus venire non poſsit, & eſt ſpeciale illius caſus fauore fructuum colligendorum, vt eſt caſus ſecundũ Cyn. Barto. & Bald. in l. fin. C. de ſerui.

Seruus poteſt implorare officium Iudicis contra Dominum, eum abſq; cauſa malè tractantem. not. Ant. de cau. poſ. c. fina. 12. colum.

Seruus non eſt, qui ex matre libera, & patre ſeruo natus eſt: quia partus ſequitur ventrem, quò ad ſeruitutem vel libertatem. C. de rei vendi. l. partium. ſed quò ad honores & munera ſequitur conditionem patris: vt no. Io. And in c. ſi de ſer. non or. & Bar in l. ſi. C. ad munici. & probatur ff. de ſena l. liberos. in tex. & glo fallit quò ad libertatem & ſeruitutem, quando conſuetudo eſt in contrarium: vt in cap. pe de coniu. ſer Item fallit in nato ſeruo reipublicæ. C. de ſeruis pro repub manu. l. 2. Item fallit in nato pàtre cenſito, & matre non cenſita: quia talis ſequitur conditionem patris, & cenſitus reputatur. l. diffinimus. C. de agri. & cenſi. lib 11. & glo. no. in l ne de iure. eod. tit. & idem no. Bar. in dictis, & non, in .cùm ſatis. §. 1. eo. ti. cenſitus tamen non eſt ſeruitus ſed liber: licet ad certa onera ſit aſtrictus. l. 4. eo. ti. & ibi not.

Bar. Item fallit in nato ex patre murilegulo, & matre conchilegula: nam & ille ſequitur conditionem patris, & non matris.l.fin.C.de murile. eo. titu.

Seu,an iſta dictio coniungat vel diſiungat,vide tex. in l. quæſita. & ibi per Barto. & l. ſi is qui centum.§. virum de re du.& per Io.And.in c.2.de offi. vica.lib. 6. in nouella.

Sicut, hæc dictio quandoq; denotat omnimodam ſimilitudinem,quandoq; non: vt not.Ant.de iudi. quia 5.ver.primo oppo.& vide ſub ver.iuxta, quia illa æquiparari poſſunt, æquipollent enim iſta ſicut & iuxta, ſecundum grammaticalem ſenſum.

13 †Sigillum quod dicatur authenticum, vide Roma. conſilio 162. & vide ſub ver.litera.

Sigilla authentica ſi ſunt plura eidem literæ appenſa,augent vim probationis, & faciunt ſcripturam probare, quæ aliàs duntaxat ex vno ſigillo non probaret, & operantur probationem actus præteriti in litera narrati, qui aliàs non probaretur ex vno ſigillo duntaxat. notat Antoni. poſt Calde. de probatio. poſt ceſsionem. verſi. 6.caſus. 10. colum.

* ADDITIO.

Ad ſignum cognoſcuntur balæ mercatorium. Iacobi.de Sanct.Georg. in l. pacta nouiſsima: in vltimis verbis.C.de pactis. H.F.

Scilicet,iſta dictio non eſt declaratiua, ſed reſtrictiua.not.glo.& Bar.in l.2.ff.ad leg.Aquil. & de fide inſtru. l.quæſitum.§.pe.contrarium no.glo.quòd non reſtringit in l.cùm ita.§. fi. de lega. 2.

14 †Simonia eſt, ſi renuncio tibi beneficium meum, vt tu nepoti vel amico meo renuncies tuum.not. Ioan. And.de renun.aliàs de re permu.c.1.lib. 6.ſi per ver.ſuo, in nouella.

Simonia eſt,ſi renuncio beneficio meo hoc expreſſè,vt alteri conferatur, ſecus ſi tacitè in mente agatur. no.glo.de offi.deleg.ex parte. & Inno. de ſimo. cap. tua. quando autem ſola mentalis, & tacita voluntas ſimoniam inducunt,vide Ioan.And.de ſimo.in cap.fi. & vide ſub ver.ſuſpenſus.

ADDI-

ADDITIO.

Simonia committitur, ſi ex pactione partium quis renunciat literis ſuis, vt aſsignetur ſibi annua penſio. vt in cap. ad audientiam. & ibi glo. & Abb. de reſcript. Sed ſi quis purè renunciat literis: vel gratia, vel ex officio ſuperioris: vel interuenientibus amicis, & poſtea aſsignatur ſibi penſio, tunc tranſit ſine vicio: vt Abbas in d. cap. ad audientiam.

Simoniaca quædã ſunt quia prohibita, & hæc ſunt illa, quæ per cõſtitutiones eccleſiæ ſimoniaca facta ſunt: quædã verò ſunt prohibita, quia ſimoniaca, & hæc ſunt quæ ex veteri & nouo teſtamento ſimoniaca erant, vt vendere ſacramenta: & inter iſta eſt magna differentia: vt not. Ber. de offi. deleg. ex parte. in glo. 2. & Inno. in c. tua. de ſimo. in glo.

Simoniaca renunciatio beneficij an valeat, vide ſub ver. beneficium. & ſub verbo, renunciatio. §. renunciatio beneficij ſimoniaci.

Simoniacus eſt ab omni beneficio & officio deponendus. tex. de confeſ. cùm ſemper. an autem ſimoniacus in beneficio receptus per ſimoniam acquirat titulum, vel dicatur intruſus, & an poſsit renunciare illi beneficio ſine licentia Papæ: vide glo. de renuncia. niſi cũ pridem. ſed dic, quòd ſimoniacus in beneficio recepto eſt ipſo iure priuatus illo beneficio, ſeu verius nullum titulum in beneficio eodem acquirit, quando ſimonia per eum fuit commiſſa, ſecus ſi per alium eo ignorante, quo caſu titulum acquirit, nec priuatur ipſo iure, ſed eſt priuandus: vt nó. Anto. in d. c. niſi, in princi. vide in §. ſimoniacus in beneficio ſimoniacè.

Simoniacus in beneficio receptus, an & per quem poſsit diſpenſari ad idem beneficium, vide glo. in c. poſt translationem. de renuncia. §. rurſus. & ibi plenè per Anto.

Simoniacus in beneficio ſimoniacè receptus inhabilis eſt ad omnia beneficia obtinenda: niſi diſpenſetur cum eo: vt no. Compo. Io. An. & Ant. in c. pe. de elec.

Simoniacus recipiens beneficium ſimoniacè non eſt ſimoniacus, quãdo ab alio eo ignorante fuit ſimonia commiſſa, quo caſu ſine diſpenſatione ad alia beneficia

ficia habilis eſt,non ad id,quod ſimoniacè adeptus fuit: quia in illo réquiritur diſpenſatio:vt colligitur ex notatis per Io.An.& Ant. in c. de ſimoniacè. de ſimo. vide ſuprà §. ſimoniacus eſt.

Simoniacus notorius in beneficio receptus eſt ſuſpenſus à iure: ſed ſimoniacus occultus non eſt ſuſpenſus,ſed ſuſpendendus: vt no.Ioan.An.de ſimo.per tuas. el 2.

Simoniacus in vno beneficio ſimoniacè recepto:licet ſit ſuſpenſus,quò ad illud beneficium: vt in eo non adminiſtret, tamen quò ad alia beneficia non ſimoniacè prius recepta, non eſt ſuſpenſus, quin in illis poſsit miniſtrare.not.Ioan.And.de ſimo.per tuas.el 2.

Simoniacus in ordine recepto non ſolũ eſt ſuſpenſus in ordine:ſed etiam in alijs ordinibus,non ſimoniacè receptis: & ſic perdit executionem omnium ordinũ, & conſequenter adminiſtrationem temporalium: & licet ſint plures ordines: vnum eſt tamen ordinis ſacramentum:vt no.Io.An.de ſimo.per tuas. el 2.

Simoniacus in ordine ſuſcepto, licet ſit ſuſpenſus ipſo iure,quò ad ſe,& quò ad alios: tamen ſecus eſt in ſimoniaco ordine conferendo: vt not. Ioan. An. in cap. per tuas. el 2. de ſimo. qualiter autem talis conferens ſuſpendatur,vide per eum, & Anton. in dict. capit.per tuas. el 2.

Simoniacus in ordine recepto eſt inhabilis ad omnia beneficia,niſi diſpenſetur cum eo: & in hoc poteſt epiſcopus diſpenſare:etiam quò ad dignitatem obtinendam:vt no.de elect.c.pe. & ibi vide An.

Simonia in ſpiritualibus committitur, non ſolùm quando aliud temporale deducitur per pactum, ſed etiam quando deducitur per conditionem vel modum: vt not.Anto.in cap.cum M. de conſti. 33. col. ver. venio ad 6.nota.

Simonia non committitur, quando in ſpiritualibus deducitur pactum,ad quod erat de iure cõmuni debitum:quia concurſus iuris facit licitum, quod aliàs illicitum eſſet:idem ſi erat debitum ex conſuetudine,ſtatuto vel priuilegio: dumtamen ſit applicabile ad aliquẽ actum poni, vel conuertibile in vtilitatem publicam ſpiri-

ſpiritualem.ſecus ſi in priuatam: vt not. Anto. in cap. cum M. de conſtitu. 32. colum. ver. venio ad 6. notabile.

Simoniam non cõmittit, qui pro re ſpirituali quid ſoluit vi ſtatuti, non pacti, ad aliquid temporale præſtandum: quia licet ſtatutum de ſe ſit iniquum: tamen non inducit ſimoniam: vt not. Anto. in dict. cap. cum M. de conſti. 32. col. ver. venio ad 6. nota. ſed Archid. dicit contrarium, quando illud præſtandum venit conuertendum in priuatos vſus: vt not. in d. verſi. in fi.

ADDITIO.

Simonia committitur non ſolùm in merè ſpiritualibus: ſed etiam in connexis ipſis ſpiritualibus: vt in iure præſentandi: vt eſt tex. in cap. præterea. 1. de tranſac. ſuperioris tamen autoritas purgat hoc vitium: vt in c. niſi de præben.

Simonia non committit, qui pecuniam dat, ne beneficio ſuo ſpolietur, vel ne in beneficio ſine cauſæ cognitione violentiam patiatur: ſecus ſi ſpoliatus pecuniã dat, vt beneficium recuperet: quia illud non eſt vexationem redimere: ſed poſſeſsionem recuperare ſecundum quoſdam: vt no. Io. An. poſt Inno. in cap. ad aures. ſuper ver. redimatur. de ſimo. dicit tamen ibi Ioan. An. ſuper 1. glo. quòd non licet aliquid dare pro re ſpirituali, etiam ad redimendum vexationem, quando poteſt habere recurſum ad ſuperiorem, & ab eo conſequi iuſtitiam, niſi periculum vel damnum immineret ex dilatione: ſed alibi dicit Io. And. poſt Hoſt. quòd in ſpiritualibus licet aliquid dare pro vexatione redimenda: quando hoc fit per compoſitionem, interueniente auctoritate ſuperioris: vt ipſe not. in c. dilectus. el 1. de ſimonia. ſuper ver. promiſit. idem dicit ibi glo. 1. quòd ad redimendum vexationem nunquam licet aliquid dare pro iure quærendo: ſed pro iure quæſito conſeruando ſic: & idem dicit ibi Ant. qui etiam addit, quòd pro habenda abſolutione à ſententia excommunicationis non licet aliquid dare, ſi ſententia eſt aliqua licet iniuſta, ſecus ſi eſſet nulla. Inno autem in c. 2. de tranſactio, quòd in ſpiritualibus licita ſit tranſactio, dummodo detur ex vtraq; parte ſpiritua-

rituale,& nihil temporale. Idem etiam quando petitur iure proprietatis,ſecus ſi petatur in titulum, quia tunc non licet tranſigere:etiam ſi hinc inde detur ſpirituale: ſed cōpoſitio benè poteſt interuenire: ita tamen, quòd, qui ius habet,renunciet ſine aliqua donatione,addit ibi Do. Anto. quando agitur de recuperando iure eccleſiæ deperdito, quod ſpectabat ad eccleſiam de iure communi,licet illo caſu tranſigere,& aliquid dare etiam ſine autoritate ſuperioris per c.1.de pact. lib. 6.

ADDITIO.

Simoniam nō committit, qui eſt certus, habere ius in beneficio,ſi dat pecuniam ei,qui mouet ſibi litem, vt deſiſtat ab illa vexatione:ſecus ſi non eſt certus, vel dubitat.no.glo.& Doct. in cap. cùm pridem. de pact.

Simonia eſt, ſi renuncio beneficio meo pro aliquo tēporali mihi dato. de pact.c. cū pridem. & ibi no. Inno.

Simpliciter,hoc verbum exponitur, id eſt, purè; & ſine conditione:vt l.1.§. ſi quis ſimpliciter,de verbo. obli.& ibi not.per Barto.

15 †Simulatio qualiter probetur, vide omninò Bar. & Bal.in l.pacta nouiſsima. C. de pact. & in l. multum. C.ſi quis alteri.vel ſi per Bar.in l.poſt contractum. ff. de dona.vide infrà §.ſimulatio ſi allegatur.

Simulationi renuncians, non poteſt de ſimulatione excipere.not.Bar. ff.de condi. inſti. l. ſub conditione. circa ſi quod eſt verum,quando renunciat ex interuallo:ſecus ſi incontinenti tempore contractus renunciat. not.Bar.in l.nemo poteſt.de leg.1.

Simulatio ſi allegetur per tertium, qui læderetur ex contractu ſimulato, poteſt probari per coniecturas: ſecus ſi allegatur per contrahentem.no.Bal.in l.emptione.C. plus valere quod agitur.

Simulatio præſumitur, quando alienans Dominium retinuit poſſeſsionem rei alienatæ: & de præſenti reperitur poſsidere: nec conſtitutum tollit præſumptionem ſimulationis. ff. qui mo.pigno. vel hypo. ſol. leg ſicut.§.ſuperuacuum.hoc verum, quando tertius allegat ſimulationem: ſed ipſe alienans non poteſt cōtra ipſum,cui alienat, hanc ſimulationem allegare, ſi precarium

carium interceſſerit. not Bal. in l. 1. C. de dona. ante nu. vbi dicit, quòd ſi per conſtitutionem precarij mutatur cauſa poſſeſsionis, excluditur præſumptio ſimulationis: fallit tamen quando fieret inter prohibitos, vel vergeret in præiudicium tertij: & idem dicit Angel. in d. l. ſicut. §. ſuperuacuum: vbi dicit eſſe caſum: quinimò & ſi precarium non interceſſerit, non poteſt contra contrahentem cum eo hanc ſimulationem allegare, ſi dicat eã in fraudem factam, vt ſe defenderet à Tyranno: vel ex alia honeſta cauſa: vt not. Bar. in l. poſt contractum. ff. de donationi. ſi tamen dicat vtrunq;, ſcilicet alienationem ſimulatam, & in fraudem factam, obtinebit: vt no. Bar. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de iureiurand. quod eſt verum, ſi dicat intentionem ſuam coadiuuando: ſecus ſi illam fundando: vt ibi declaratur: prędicta intellige, quando alienans poſsidet præſente & ſciente illo, cui alienauit: ſecus ſi eo abſente & ignorante: quid enim ſi ſtatim poſt alienationem emptor ſe abſentauit, & diu abſens ſtetit: vel quid ſi paulò poſt deceſsit: & ei minor hæres ſucceſsit ignorans: tunc ex poſſeſsione diuturna non prẹſumitur ſimulatio: vt no. Bar. in l. poſt contractum. Bal. autem alibi indiſtinctè dicit, quòd venditor licet rem venditam diu poſsideat, non poteſt allegare ſimulationem cõtra emptorem: cùm auxilium exceptionis duret 30. annis. ergò poſt poſſeſsionẽ medij temporis non præſumitur ſimulatio: vt ipſe not. in l. 3. C. plus valere quod agitur.

ADDITIO.

Simulatio deceptoria & doloſa prohibetur: cauta & prompta admittitur: vt per Hoſtien. in cap. 1. quòd metus cau.

Simulata præſumitur ceſsio actionis ex quatuor: primò quãdo actio pro parte venditur, & pro parte donatur: ſecundò quando minori precio venditur: nam in eo quod plus valet, præſumitur ſimulatio habita cum conſideratione expenſarum iudicij: tertiò quando titulus ceſsionis non cõtinetur in inſtrumẽto: quartò quando in inſtrumẽto non cõtinet vera precij numeratio: ſed nume-

numerationis confeſsio: & hoc ſecundum Bart. ſed cõtrarium dicit Bal.in l.2.C.ne lic.poten. & ibi dicit, quòd communiter hoc ſeruat conſuetudo: & vbi dictum eſt ceſsionem præſumi ſimulatam:intelligas hoc verũ quãdo actio principaliter ceditur:ſecus ſi ceditur in conſequentiam alterius contractus: item intelligas, quando ceſsio fit ad agendum.ſecus ſi ad defendendum: vt not. Bal.in d.l 2.C.ne lice. poten. vide Bar. in l. per diuerſas. & in l.ab Anaſtaſio.C.mandati.vbi plenius loquitur: & vbi etiam pleniſsimè loquitur.

Simulatio non poteſt allegari nec opponi per partem:quæ iurauit contractum, vel alium actum eſſe verum:vt not.Ant.in c. cùm contingat. de iureiur. ver. 8. caſus.& facit quod no.Bal.C.de non nu pe.l.fin. in pen. q.licet in contrarium faciat quod ipſe not. C. ad Velle. aut.ſi qua mulier. verſi. pone ergò quòd vir.

Sine,hæc dictio eſt Prępoſitio priuatiua: quandoq; tamen ſtat incluſiuè.& dic,quòd ſi inſeritur dictioni negatiuæ,includit affirmatiuam: ſed ſi inſeritur orationi affirmatiuæ,priuat: quandoq; eſt Verbum:vt not. Ant. de coha.cle.veſtra. 2. col.

16 † Schiſma non poteſt eſſe ſine hæreſi in ſummo Pontifice, ſi duo crearentur, & quilibet contenderet eccleſiam apud ſe eſſe:vt not.glo.33.q.1.c.1.

Schiſmatici an ſint ipſo iure excommunicati, vide ſub verbo,hæreticus.§.hæretici ſunt ipſo iure.

17 † Socius habens cum aliquo domum cõmunem refectione indigentem, poteſt inuito ſocio recuſante ad refectionem conferre, totam domum reficere communi nomine: & niſi intra quatuor menſes poſt refectionẽ factam ſoluat conſocijs partem refectionis ſibi contingentem,Dominium partis ſuæ acquiritur ipſo iure ſocio qui reficit ſi hoc acceptat,ſed ſi malit partem expenſæ factæ in refectione habere, poteſt illam petere, & totum intereſſe conſequi.ff.pro ſocio.leg. cum duobus. §. idem reſpondit.ſecundo.& C.de ædifici.priua. leg. ſi vt proponis.vide omnino in leg. inter quos,in prin. ff. de dam.infect.

* ADDITIO.

Socius in molendino ſi non vult contribuere ad refe-

refectionem,perdit partem ſuam.tex.eſt in l. ſi duobus. §.idem reſpondit,ſocius qui ceſſantis.ff.pro ſocio, & in l. ſi vt proponis.C.de ædifi.priua.H.F.

Socij ſi ſunt plures, vnam mercantiam vel nauigationem exercentes, an vnus ex actu vel contractu alterius obligetur in ſolidum, vel pro parte, vel pro nullo, vide Barto.in l.eadem.ff.de duobus re.6.& 8. q. & in leg. nemo ex ſocijs.ff.pro ſocio.& Cy.& Bal.C.ſi cer.pe.in l. cùm te.vide etiam Bal.in l. ſi ſocius.ff.ſi cer. pe. & d. leg. nemo,& in addi. facta ad tractatum Bar. dedu. fra. ver. ſed an & quando fratres. & an ſocius potius agere poſſit ex contractu ſocij,vide Ioan.And.de exceſ. præla. ca. dilecta.vltima colum.

Species,vide ſub verbo,genus.

18 †Spiritualia non recipiunt æſtimationem nec intereſſe.no.Ro.conſi.162. ideò contra impedientem non poteſt agi ad intereſſe.not.Ro.conſi.17.

Spiritualis cauſa an dicatur illa,quæ agitatur ſuper ſola poſſeſsione rei ſpiritualis,videtur quòd non:vt no. Ant.de iudi.c.cæterum.ver. venio ad glo. ſed dic vt not. per eum eo.ti.ſuper rubrica. dic quòd cauſa poſſeſſoria ſuper iure ſpirituali,non eſt propriè ſpiritualis,ſed qua ſi ſpiritualis:vt no.Ant.de or.cog.cùm dilectus.ver. verum.8.col. ver. quæro an hæc exceptio. idem in materia exorbitanti appellatione cauſæ ſpiritualis, & ſuper iure ſpirituali,nō ſuper poſſeſsione ipſius iuris: vt no.An. de cau.poſ.ca.2.ver. no.hic.quarta col.quod no.ad intellectum.c.ſi hi contra quos:vt lite penden.li.6.alibi dicit Ant.quòd cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis dicitur ſpiritualis ſicut & petitoria, in c.fi.ver.oppo.glo.1.de iud.ſecundum Ioan. An. ſed Archi. dicit. quòd non eſt meræ ſpiritualis,in c.frequens.de reſti.ſpo.ſuper ver.ciuili. in nouella.lib.6.vide ibi Do.de San. Gemi. qui tenet contrarium per tex.de præſcrip.cauſam.

Spirituale dicitur ius patronatus ſecundum ſuam naturam originariam, licet ex incidenti diſpoſitione eccleſiæ cadat in Laicum: ab aliquibus appellatur ius annexum.not.de iudi.ſuper rubri.& Laicus in c.4.aliàs quia.5. eod.titu.

* SINGVLARE.

Spiritualia an veniant ſi epiſcopus vēdit vel donat

caſtrum cum omnibus iuribus: dic quòd non, vt ſingu. dicit Inno.in c.ex literis,de iure patron. H. F.

Spiritualia merè & eſſentialia ſunt anima, gratia, virtutes: quædam ſunt ſpiritualia, ſed non merè, quia non propter ſe,ſed propter aliud, vt ſunt beneficia,vaſa ordinata ad ſacrificium,iura ordinata ad creandum beneficia,tamen talia etiam ſunt ſpiritualia,quia ordinata ad finem ſpiritualium, & in finem animæ ad ſuſtentandum myſteria ſacra in fructum animæ, & virtutes & gratias conſequendas: & hæc intantum magis dicuntur ſpiritualia, inquantum magis propinquant ad finē rei ſpiritualis: & ideo ius eligendi, quia participat manum inter eligentem & electum magis dicitur ſpirituale quā ius patronatus,quod tantùm penetrat perſonam, cum qua contrahi debet: vt not.Anto.de iudi.c.4.

Spiritualis cauſa an differt ſpecie à cauſa ciuili,vide ſub ver. ciuilis.

19 † Spoliatus ſi intendit,quòd ſpolians condemnetur ad fructus tempore ſpoliationis,an ſufficit ſibi probare, quòd ſpolians domum intrauerit, oſtium fregerit: niſi etiam probet,quòd ipſi perſonæ ſpoliatæ, vel eius familiæ in domo exiſtente fuerat violentia facta, quia poteſt eſſe,quòd domus erat vacua, & ſic nulla cenſetur violentia facta. no.conſi 156.& vide ſub verbo,expenſæ.§.libellus.§.poſſeſsio.§.probatio.§.renunciatio.

Spoliatio & violentia vltima ſemper ante omnia eſt purganda:ideò reus & ſpoliatus conuentus poteſt excipere contra actorem, etiam poſt litis conteſt. quòd ipſe actor eum eadem re vltimò ſpoliauit, & petere, quòd vltimum ſpolium purgetur per viam attentati. notat Roma. conſilio 185.

ADDITIO.

Spoliatus non ſolùm debet prius reſtitui, antequā impetratur,ſecundum formam c. frequens. de reſtitu. ſpo.lib.6. ſed etiam debet ſtare tanto tempore in poſſeſſione pacifica,quanto tempore ſtetit ſpoliatus. vt videtur probari 3. q.2. capite primo, & capite quàmdiu. notat Abba. poſt Vinc. in capit. venerabile. de offic. delega.

Spo-

Spoliare dicitur, qui denegat mihi reſtituere rem, quam habet à me precario.no.Bar.ff.de preca.l.fi.

Spoliatio vltima purgat primam, quando vltima fit à primo ſpoliato, ſecus ſi à tertio: item tunc purgat tertiam, quando vltima fit ex interuallo: ſecus ſi incontinenti, & non interuallo, ſecundum Cal. vt not. Anto. de ordi.cog.c.fi.ver.oppo.primò.2.col.

Spoliatus ab actore poſſeſsione rei, in qua contra ſe ſententiam reportauit, an poſsit agere interdicto vnde vi, contra actorem ſpoliãtem, vide ſub verbo, executio. §.executio ſententiæ ſi pars.

Spoliare non dicitur, nec vim inferre, qui expellit ingredientem rem ab ipſo expellente poſſeſſam: ſed dicitur poſſeſsionem ſuam defendere: vt not.Io.An.in addi. Spe.in ti.de peti.& poſ.§.1. in fi. vide omninò ſub verbo, poſſeſſor.§.poſſeſſor poteſt illum.

Spoliatus an debeat reſtitui, quando ex reſtitutione ſcandalum ſequeretur: vt not.glo.3.in ſumma. & Hoſtien.in ſum.& de reſti.ſpo.§.in caſibus, & probatur in c. inter ſolicitudines.de pur. ca.& in c.3.de iure patro.& in c.ad petitionem. de accuſa.

Sponſalia non contrahuntur per hæc verba, Promitto quòd te deſponſabo, ſed per hæc, promitto quòd te accipiam in vxorem: vt no.An.in cap.ſi inter. de ſpon. vide ſub verbo, matrimonium.

Statuimus, hoc verbum ſignificat noui iuris promulgationem: vt not. Ant.de iud. decernimus.

20 † Statutum humanum debet ſecundum varietatem tẽporis variari.de reſti.in integ.c.cũ ex literis. & vide ſub verbo, clauſula. §. gratia legatus carcer.

Statuta non poſſunt fieri per capitulum eccleſiæ cathedralis ſine conſenſu epiſcopi: ſed capitula eccleſiarũ poſſunt facere ſtatuta cum conſenſu duorum prælatorum ſuorum epiſcopo irrequiſito. Inno.tamen dicit contrarium, ſed dic vt not.Rom.conſi.in fi.

Statutum eccleſiæ ſi non eſt auctorizatum per epiſcopum, nullas vires habet.no.Fred.de Se.in tracta. permuta.q.33.non enim valet ſtatutũ ſi nõ eſt per ſuperiorẽ cõfirmatũ.no.Bal.in pace cõſtantiæ.§. in cauſis. vlti.col.

Statutum capituli ſi eſt per epiſco.confirmatũ, non poſſunt ſtatuẽtes illud reuocare ſine cõſen. epiſ.no.Fre.

 in tract.

in tract.permu.q.37.ſed ſtatutum apoſtolica auctoritate confirmatum, benè poteſt reuocari per ſtatuentem. de conſti.cùm acceſsiſſent:vt not.Innoc.& Ioan.And. in c.1.de his quæ fi.à ma.par.cap.& Pau. in cle.1. de regula. & prædicta vera, niſi in confirmatione eſſet appoſita clauſula decreti:vt not.in c.dilecto.de prębend.& in dicto c.cùm acceſsiſſent.

Statutum eccleſiæ quanquam ſit iuratum, ſi tamen ſtatuentes recipiunt canonicum vltra formam ſtatuti, valet receptio, quia videntur recipientes ſtatutū reuocare, ſecundum Ioan. And. nec ſunt periuri: ſecundum Pau.licet Archi.& Fred.contra:vt no.idem Fred. in trac. permu.q.25.ſed Lap. ibidem in allegationibus aliter diſtinguit, vide de hoc pleniſsimè per An.poſt Io. An.in c. 1.de his quæ fi.à maio.parte capi.

Statuta contra ius commune poſſunt fieri per concilium vacante apoſtolica ſede.not.Archid. 61. diſt.porrò.& ſentit Inno.de ſacra.iteran.vel non.c.fi. & vide Io. And.in addi. Specu. ſuper rubrica, de conſtitu. An autem per alium inferiorem à Papa poſsit tale ſtatutum fieri.vide Ioan.And.de offic.Archi.c.fin. in glo. vlt. & de offic.lega.c.fi.in princ. & vide Anto. de conſtitu. quæ in eccleſiarum, ad finem. & de conſtitu.cum.in 7. col. verſi.not.quòd canonici.& vide ſub verbo, epiſcopus. §. epiſcopus poteſt facere.

Statutum epiſcopi etiam ſine conſenſu capituli factum, quòd ab interlocutoria appellari non poſsit, nõ valet:vt not.Io.And.de app.c.fi.lib.6. in nouella. idem ſi prohibet appellari à diffinitiua. no. Bal. C. ſi contra ius vel vti.pub.l. præſcriptione. & in pace conſtantiæ. §. in cauſis.vlti.colum.& Bart.in l.1.in fin.ff.à quibus ap.non licet.& in l.omnes populi. de iuſti. & iure. vbi vide per eum infrà §. ſtatutum inferior.

Statutum de optando præbendam poteſt fieri per epiſcopum.not.Anto.de conſue. c. fi. 26. colum. verſi. conclude.& vide ſub verbo, conſuetudo.§. conſuetudo & ſtatutum.

Statutum an poſsit facere, quòd ſcriptura priuata fidem faciat, vide ſub verbo, ſcriptura. in princi.

Statutum an poſsit dare poteſtatem legitimandi non habenti, vide ſub verbo, filius.§.filij legitimi.

Statu-

Statutum an poſsit tollere legitimam iure naturæ debitam, vide Dy. & Io. An. in regula indultum. lib. 6. & Bar. in l. Titio centum. ff. de condi. & demon. vbi tenet quòd ſic. & idem tenet Dy. C. de nup. l. ſancimus. Bal. dicit, quòd poteſt minuere & limitare, ſed non in totum tollere: vt ipſe no. in c. 1. de feu. co. & in aut. nunc autem. C. de epiſ. & Cler. ſed aliter loquitur in l. cum lege. vbi omninò vide de epiſ. & cle.

Statutum ſi dicat aliquem haberi pro ciue, & perinde ac ſi ciuis eſſet: an talis gaudere poſsit omnibus priuilegijs, & iuribus, quibus veri ciues, vide Bart. in leg. ſi maritus. l. 2. §. fi. ff. de adul. & in l. ſi is, qui pro emptore. de vſuca. vide infrà §. ſtatutum non extenditur. vide omninò Bal. in l. ſiue poſsidentis. ver. vlte. quæro. C. de proba. & in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. & infrà ſuper ver. §. verba facienda.

Statutum pœnale quantumcunq; in alterius fauorem principaliter factum ſit, extendi nòn debet. no. Ro. conſi. 288. An autem ſtatutum exorbitans extendatur ſaltem de ſimilibus ad ſimilia, vide Bal. in l. 2. C. de patri. qui fi. diſ. & l. Mancipia. de ſerui. fugi. & l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi. & Cleri. & Bart. in l. furti. §. fina. ff. de his qui not. infami. & Barto. & Bald. C. de furtis. leg. ſi quis ſeruo. & vide ſub verbo, lex. §. lex. ſiue conſtitutio pœnalis. & §. ſequenti.

* SINGVLARE.

Statutum ſtrictè loquens ampliatur fauorem animæ: vt dixit glo. ſing. quam omnes ſequuntur in aut. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. ven. quòd propter fauo rem animæ illa aut. exorbitans, loquens de contractu extenditur ad quaſi contractum: vt not. And. Barba. in conſil. 22. incip. viſo puncto. in vlti. col. ver. præterea. in 4. vol. H. F.

Statutorum interpretatio, an poſsit fieri per illos, qui ſtatuta fecerunt, vide Ant. de iudi. cùm veniſſent. ver. nunquid.

Statutorum verba debent ſtrictè intelligi, quando ex ſtricta ſignificatione reſtringitur tertij præiudicium: ſed ſi ex ſtricta ſignificatione ampliaretur præiudicium tertij: tūc debet latiſsimè intelligi, ne tertiò præiudicet:

vt not. Anto. mirabiliter. de conſuet. cùm dilectus. ver. not. mirabile.

* SINGVLARE.

Statutum, quòd filia dotata à patre non ſuccedat, debet intelligi ſi ſit dotata de bonis paternis: ita ſingulariter determinat Bal. in l. mater. ver. pone ſtatuto. C. de iure Domi. & idem determinat Bal. ſi ſtatuto cauetur, quòd ſoror dotata à fratre non ſuccedat fratri: & frater dotauit ſororem de propria portione ſororis, quòd iſta ſuccedit fratri. H. F.

Statutum vigens in eccleſia de certa præbenda, non conferenda, niſi actualiter in ſacerdotio conſtituto colligitur per gratiam apoſtolicam ſuper ea præbenda impetratam per illum, qui non erat in ordine ſacerdotij, dummodò tempore acceptationis, & prouiſionis ſibi factæ fuerint in tali ætate, quòd intra annum potuit promoueri, & hoc procedit vi clauſulæ hodie in gratijs apoſtolicis poni conſuetæ, per quam omnia ſtatuta in contrarium ſunt ſublata, vel ſaltem delata, hoc limita in ſtatutis generalibus omnia beneficia eccleſiæ reſpicientibus, ſecus in ſtatuto ſpeciali ſuper certo beneficio edito, quod non tollitur per dictam generalem clauſulam, ſed opus eſt, quòd de ipſa fiat mentio ſpecialis hanc limitationem limitato in ſtatuto in prima fundatione certi beneficij per fundatorem appoſito, cui Papa non intendit per generales clauſulas derogare, ne aliquis retrahat à fundatione beneficiorum: ſecus in ſtatuto facto etiam decreto beneficio etiam per ordinarium vel prælatum, & prædicta omnia procedunt in gratijs ſpecialibus, in quibus dictæ clauſulæ derogatoriæ ſtatutorum apponi conſueuerunt: ſecus in gratijs communibus, quæ fiunt in forma pauperum, in quibus dictæ clauſulæ non ponuntur. Aduerte etiam circa prædicta ad intelle. c. ſi pro pauperibus, de præben. lib. 6. an ſtatutum requirat ſacerdotium actu vel habitu: vbi verò acceptans tempore acceptationis non eſſet ætate legitima, quòd intra tempus debitum promoueri non poſſet, non valet tunc acceptatio, etiam ſi per gratiam ſtatuto derogetur: quia ius commune obſtaret, cui per generalem

ralem clauſulam non intelligitur derogatum, quicquid dicat Io.And,vt not.Rom.conſi. 3.

Statutum tollens modum procedēdi ſecundum æquitatem canonicam,& reducens illud ad rigorem iuris ciuilis,non valet ſtatutum, per quod diſponitur, non poſſe agi in foro canonico ex pacto nudo vel iuramento,vel quòd teſtamentum cum duobus vel tribus teſtibus non habet executionem, ſed benè valet ſtatutum, cauſam ſummariam reducens ad plenariam, quia hoc non eſt contra iura canonica. not.Anto. de iudi. dilecti. verſiculo,circa intellectum.prædicta vera de iure canonico,ſed de iure ciuili valeret ſtatutū in primo caſu. Vnde ſtatutum, quod actio debeat exprimi in libello, valet ſecundum ius ciuile:vt not.Anto.eo.c.penul.col.

ADDITIO.

Statuta Laicorum ſimpliciter diſponentia aliquid honeſtè,an valeat contra Clericos, vide per Dominum Feli.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ. in 32. colum. in me. de conſti.

Statuta Laicorum an comprehendant Clericos in fauorem ipſorum Clericorum,vide Pe. More. in c. fina. de offi.deleg. lib.6.in princi.

Statutum iuratum an poſsit reuocari per ſtatuentem, vide ſub verbo, diſpenſatio. §. diſpenſare poteſt epiſcopus contra Papam.

ADDITIO.

Statutum iuratum per capitulum poteſt tolli collegialiter, & tunc venientes contra ſtatutum iuratum non incurrunt periurium per cap. dilecte. de præben. Sed ſi primò non collegialiter ſtatutum tollitur,contrauenien eſt periurus:vt no.Abba.in cap. conſtitu. 3. col. de reſcriptis.vide per Do. Feli.in cap. cùm acceſsiſſent. col.2.vbi ponit quatuor declarationes pulchras.in titulo de conſtitutio.

Statutum inferioris à principe prohibens,appellari non valet:quia eſt reſeruatum principi.in leg.1.in fin. ff.à qui.appel,non li, & not. Barto.in leg.omnes populi.

de iuſ.& iure.vide diſtinctionem, quam ibi facit in 3. q. principali.& Bar.in l.cùm de conſuetudine.ff.de legi. & pace conſtantiæ.§.in cauſis.& Ioan.And.in c.fi.de appel. lib.6.in nouella.& idem in conſuetudine: & idem not. Bal.C.ſi contra ius vel vti. pu. l. præſcriptio. 8. col.vide ſuprà §. ſtatutum epiſcopi.

Statuta qualem interpretationem recipiant, vide plenè per Bar.in l.omnes populi.& per Io.And.in regula,pro poſſeſſore.in nouella.

Statutum, quod poteſt quis pro delicto incarcerari,valet, licet Dy.contradicat. & no.Bar. ff. de condit. & demon.l.Titio centum.§.Titio centum relicta.

Statutum diſponens de crimine in cauſa accuſationis,an habeat locum, ſi proceditur per inquiſitionẽ, vide Bart.in l.querelam.C.de fal.& l.non ſolùm.§.quan quam.ff.de iureiu. & per Ange, in l. ſi vacantia. vlti. col. C.de do.vacan.lib.10.

Statutum non extenditur ad caſum fictum, quando fictio eſt ſimplex: ſecus ſi eſt coniuncta priuilegio: puta ſi fingatur quem eſſe talem, & quòd vti poſsit priuilegio eorum,qui ſunt verè tales.no.Bal. C. de probat. l.ſiue poſsidetis.ver.ſed quæro an priuilegiati.& Io.An. in c.fi.de conſuetu.lib.6.ſuper ver. per alios.in nouella. dicit etiam ibi Ioan. And. quòd diſpoſitum in caſu vero habet locum in his, quæ non ſunt contra ius. quod no. tamen hoc videtur contra l. tertiam. §. hæc verba. ff. de nego.geſt.vide omninò Do. de San.Ge. in d.c. fi. & vide ſub verbo,abſens.§.abſens in ſeruitio legati: vt ſuprà §. ſtatutum ſi dicat.& ſub ver. abſens. & 1. & 2. vide Bald. in l.4. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Adde quòd ſtatutum in caſu vero extenditur ad fictum, quando ius æquiparat caſum fictum vero: vt no. do.in c. fin. & not. glo. in capitu. ſuſpectum, de reſcript. lib. 6.

ADDITIO.

Statutum & conſuetudo qualiter differant, vide per Dominum Feli. in capitu. cùm acceſsiſſent. colum. 17. ante med. de conſtitut. vbi de hoc ponit multas fallentias.

Statu-

Statuta laicorum diſponentia circa ſubſtantiam, vel ſolennitatem,vel accidentia matrimonij,an valeat, vide Ioan. And. de hæred.ſtatutum.lib.6. in nouella.& plenius per Ant. in cap.1. de ſpon. & vide Bald. qui dicit contra Ioan. And. in l. omni. C. ad Tertul. ad fin.

Statutum concernẽs contra modum ſingulorum, quia tranſiuit in contractum, non eſt reuocabile, niſi ſinguli conſentiant.quod verum eſt,quò ad non ſubiectos,ſed quò ad ſubiectos poteſt etiam eis inuitis reuocari. quod maximè verum eſt,quando cauſa obligationis eſt à ſolo ſtatuto inducta, quo caſu ſicut per ius poſitiuum inducitur, ita per contrarium ſtatutum reuocatur.no.Ant. de conſti.c.cum M.6.col. ver.nõ diligen.

Statutum,& vt debitor poſsit ſe tueri præſcriptione quinquennij, ſi intra illud tempus creditor non petijt,non valet,nec eſt ſeruandum, maximè in foro canonico.not.Ioan.Andr. in ca.fin. de excep. lib.6. in nouella.& vide ſub verbo,præſcriptio.§.præſcriptio procedens.

Statutum inducens ſimoniam non valet, & quando ſimoniam inducat, vide Ant. c.cum M. de conſt. 32. colum.ver. venio ad ſextum notabile.

Statutum laicorum factum in fauorem eccleſiarum & clericorum,an valeat & liget clericos, vide ſub verbo,conſuetudo.§.conſuetudo laicorum.

Statutum ſi remouet omnem exceptionem an nihilominus poſsit aliqua exceptio opponi, vel ſaltem iudicis officium implorari,vel via denunciationis euangelicæ agi, vide Bart. in l.1. §.2. ff. quod vi aut clàm. & Ant.in c.is qui. de reſti.ſpol. & de offic. deleg. ex parte. el 2.& vide ſub ver. reſcriptum. §.reſcriptum per quod mandatur.

Statutum loquens de legitimo, non comprehendit legitimatum,illegitimè natum:ſi legitimatio eſt collatiua vel diſpenſatiua: ſi autem reſtitutiua, tunc ſi talis legitimatio ſit de iure communi ex iuribus matrimonij ſubſecuti veri vel opinati, comprehenditur in ſtatuto, ſecus ſi legitimatio fiat ex reſcripto: vt no. Anto. in c. per venerabilem, qui filij ſint legit. 24. còl. vide omninò infrà §. proximo.

Statutum loquens de filio,comprehendit etiam fi-

lium naturalem tantùm, ſed non inceſtuoſum. & naturalis dicitur propriè natus ex concubina in domo retenta, licet ex communi vſu loquendi quilibet natus ex ſoluto & ſoluta dicitur naturalis, not. Io. And. in addit. Specul. in tit. qui filij ſint legit. ſuper Rub. & vide quod ibi notat Ang. in d. c. per venerabilem. eo. tit. 27. colum. Bart. autem ſentit indiſtinctè, quòd quilibet filius comprehenditur, quia pater & filius ſunt nomina naturæ, & ita naturaliter filius eſt natus ex inceſtu ſicut ex concubina: vt ipſe not. in l. ſi. C. de verb. ſignifi. & in l. tutelam. ff. de capi. dimi. Bald. autem ſentit, quòd nullus filius comprehenditur, niſi naturalis & legitimus: vt no. per eũ in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

21 †Stylus curiæ prò iure ſeruandus eſt. not. Roma. conſil. 332. & not. glo. in cle. 1. de ſumma trinit. lib. 6. & eſt text. in c. licet. & in c. quam graui. de cri. fal. & de conſtit. ex literis.

ADDITIO.

Stylus differt ab vſu & conſuetudine. not. Io. And. in nouell. in c. fin. de conſuetu. in executione iudicati non ſeruatur ſtylus curiæ iudicis requirẽtis, ſed requiſiti: vt habetur per do. Gui. Papæ in q. 23.

* ADDITIO.

Stylus curiæ eccleſiaſticæ non debet ſeruari per iudicem ſecularem: vt not. Bald. in l. certum. in 4. col. ver. ſequitur videre de bonorum poſſeſsione ſeptima. C. vnde cogn. & ſequitur Iacob. de ſancto Geor. in repe. l. de quibus. in 3. colum. ver. item ſtylus. ff. de legi. & an ſtylus curiæ Romanæ debeat obſeruari, vide do. Iaſo. in l. cunctos populos. C. de ſumma trin. & fi. ca. in 12. col. ver. item attende, in 1. lect. H. F.

22 †Stipulatio facta alteri, licet nõ valeat, nec aliquid ei acquiratur, tamen ſi quis ſtipulatur ſub nomine alterius, quæritur ſtipulanti, & eſt vtilis ei, cuius nomine ſtipulatur. not. glo. de procura. conſtitutus. & vide gloſſ. de vſu. & quanquam lib. 6. ſuper ver. poſsit acquirere. & 1. q. 7. quoties cordis oculus, quæ videtur

velle,

velle, quod de æquitate canonica alteri per alterum acquiratur, cui concordat concluſ.142. Ant. dicit, quòd glo. in d.c. quoties. procedit, vt agi poſsit via denunciationis euangelicæ, ſed non via ordinarÿ: vt not. per eum in proœm. decre. in prin. ſub glo. in ver. ſeruis. vbi plenè declarat, an alteri per alterum acquiratur. Ioan. And. dicit, quòd alteri abſenti non acquiritur ius, nec actio nemine pro eo recipiente, niſi interueniat nuncius, vel epiſtola, vel niſi aliquo pro eo recipiente ſequatur ratihabitio: vt ipſe not. in titul. de teſt. §. conſequenter, in princ. & vide ſub verbo, abſens.

Subiectio qualiter probetur, vide ſub verbo, epiſcopus. §. epiſcopus fundat. & §. epiſcopus probat. vide ſub ver. ſenſus, in princ.

Subrogatus in litem & ius, quod defuncto tempore ſui obitus competebat, intelligitur etiam in poſſeſſionem quam defunctus habuit, ſubrogàtus, licet expreſsè hoc non adÿciatur in ſubrogatione, quia poſſeſsio quæſita, iuris eſt. not. Rom. conſil. 64.

Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt lite penden. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. & ff. ſi quis cauſ. l. ſi eum. §. qui iniuriarum.

Subtilitas càuilloſa aliàs & vana reprobatur.

Subtilitas autem rationabilis ad intelligentiam iurium commendatur. not. Anto. de iudicÿs. dilecti. in ver. oppo. quòd ſubtilitas.

23 †Succeſſor vniuerſalis non cauſabit ius à prædeceſſore, & ſucceſſor in dignitate an poſsit & debeat vti iure prædeceſſoris, tàm actiuè quàm paſsiuè, vide plenè per Ant. de iud. quia Gu. ver. venio ad quartum. & ver. venio ad tertium, & vide ſub verbo, exceptio. §. inſtantia. §. iudex. §. pactum. §. priuilegium. §. reſcriptum.

Succeſſor vniuerſalis vel ſingularis an poſsit conueniri coram eo, coram quo poterat prædeceſſor, vide plenè per Anto. de iud. ver. venio ad primum. & vide ſub verbo, iudex. §. iudex ordinarius vel etiam delegatus.

Succeſſor vniuerſalis vel ſingularis an patiatur eandē executionē ſentētiæ, vel alteri⁹ iuris quā pati poterat

terat prædeceſſor, vide ſub verbo, executio. §. executio ſententiæ poteſt fieri. & §. ſequen.

Succeſſor in beneficio defuncti, licet ſuccedat in beneficio, non tamen ſuccedit in iure, quod competebat defuncto, ſed illud ius extinguitur, & nouum ius in perſonam ſucceſſoris incipit & creatur. notat Io. And. in c. ſi hi contra quos. vt lit. pendente. in nouella. ſuper ver. vltim. lib. 6. & de præbend. ſi tibi abſenti. ſuper ver. non acquiras. eod. lib. in nouella. vide ſub ver. prælatus, in princ. & c. ex parte. vbi ponit ſuper ver. interim. de arbit. in nouella. & in Spec. in tit. de ſen. §. nunc de effectu, in fin.

Summaria cognitio qualem ordinem iudicij requirat, & an in ea ſit neceſſaria litis conteſtatio, vide ſub ver. lis. §. litis conteſtatio non requiritur, quando petitur quem. & vide ſub verbo, iudex. §. iudex poteſt de plano.

Super, hæc dictio quandoque deſeruit rei, & exponitur pro De, quandoque Propter vel Vltrà, quandoque notat gradum, quandoque locum. not. Ant. de ord. cog. c. fin. in princ. quandoque ſumitur pro Deſuper: vt not. Ant. de reſtit. ſpol. in literis. in prin.

24 †Suſpectus de fuga dicitur ille, qui non poſsidet bona immobilia in loco delicti. not. Ioan. Andr. de ſenten. excommu. ſi clericos. ſuper verſic. ne fugiat. lib. 6. in nouella. & vide ſub verbo, debitor. §. debitor non cenſetur.

Suſpectus eſt ipſo iure omnis notorius homicida, vel notorius hæreticus, & quilibet notorius, qui tale peccatum commiſit, quod etiam poſt pœnitentiam peractam, impedit ordinis executionem. not. Ioan. And. de ſimo. per tuas. el 2. & vide ſub verbo, clericus. §. clericus quando dicatur ſuſpenſus. cum multis ſequentibus. §. excommunicatus. §. ſententia. §. ſimoniacus.

25 †Suſpenſus an ſit inhabilis ad beneficia obtinenda, & ſimiliter priuetur obtentis, & plura alia de ſuſpenſo, vide ſub verbo, clericus.

Suſpenſionis appellatione in dubio intelligitur quis ſuſpenſus ab officio. not. Ant. de iud. at ſi clericus, in princ.

Suſpen-

Suſpenſionum variæ ſunt ſpecies: vt not. gloſſ. in clementi. cupientes de pœnis.

Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ non ſolùm intelligitur prohibitus in ſuo ordine in eccleſia miniſtrare, ſed nec debet in eccleſia cum aliјs miniſtrantibus intereſſe, poteſt tamen per eccleſiam tranſire, & extra eccleſiam in ſuo officio diuina celebrare: vt not. Ioan. And. de ſent. excomm. ſacro. in ver. regreſſum. poteſt etiam iuriſdictionem aliam exercere: vt not. per gloſſ. & Ant. in d. c. ſacro.

Suſpenſus an perdat fructus beneficiorum ſuorum durante ſuſpenſione, vide Anton. de ætа. & quali. cum bonæ. & de appel. in c. paſtoralis. §. verum.

Suſpenſio an in dubio intelligatur perpetua vel temporalis, & ſi limitata eſt reſpectu certæ cauſæ, an ceſſante cauſa finiatur ſuſpenſio, vide Inno. & Io. And. in c. ſicut de cohab. cler. & Ant. in c. cum bonæ. de æta. & quali. & de conſt. ex literis.

Suſpenſus non eſt ipſo iure ab executione ordinis, qui ante ætatem legitimam promouetur ad ordinem, ſed eſt ab homine ſuſpendendus: vt patet ex text. c. fin. non eſt Compoſt. de temp. ord. & ibi not. Ioan. Andr. & Anto. ibidem. vide Arch. 76. diſtin. placuit.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones Duntaxat, & Tantùm cuius ſint naturæ.*
2 *Tempus qualiter in iure conſideretur.*
3 *Terminus quando & quare in actibus aſſignetur.*
4 *Teſtamentum quæ ad ſui validitatem præſupponat.*
5 *Teſtium depoſitio diuerſimodè eſt conſideranda.*
6 *Teſtificari an poſſit laicus contra clericum, aut arbitrator ſuper laudo ſuo.*
7 *Teſtis an poſſit eſſe aduocatus, aut procurator in cauſa, in qua deponit.*
8 *Subditus an poſſit teſtificari pro ſuo domino.*
9 *Sacerdos quando poſſit teſtificari de auditis in confeſſione.*
10 *Teſtes reprobatorij qui dicantur.*
11 *Teſtes quando dicantur concordes & diſcordes.*
12 *Teſtes quando in defectum aliarum probationum admittendi ſunt.*

13 Ti-

ff. de contrahend. emp. l. hæc venditio. ſed text. aliter velle videtur. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de Aed. vide Bart. de verb. oblig. l. ſi quis arbitratur. ver. quæro quanto tempore.

Tempus an computetur de momento ad momentum, vide ſub ver. terminus. §. terminus dies.

Tempus an datæ reſcripti vel præſentationis patroni vel collationis beneficij inſpiciatur quò ad qualitatem impetrantis vel præſentati, vide ſub verbo, beneficium. §. beneficium ſi impetratur.

Tertius an poſsit executionem ſententiæ contra alium latæ impedire, vide ſub verbo, executio. §. executio. §. executio ſententiæ latæ. & vide ſub verb. reus. in prin. §. excipere. & §. exceptio.

ADDITIO.

Tertius comparens pro ſuo intereſſe, an poſsit opponere exceptionem dilatoriam nõ obſtante litis conteſtatione, vide per do. Fel. in c. exceptionem. de exce. col. 7. ante me. in verſic. fallit quintò. Et ibi aliqua notanda dicta in materia iuris tertiò competentis.

Territorium qualiter ſumatur, vide glo. in cle. ne Romani. §. ſanè. de elect.

3 Terminus licet ſit ex gratia datus poſt alios plures terminos ad eundem actum expediendum aſsignatos, poteſt pars monita omnia in illo vltimo termino facere quæ potuiſſet, in 1. not. Rom. conſil. 241.

Terminus ſi aſsignatur hodie ad ſententiam audiendam, debet iudex expectare vſq; ad vltimam horam termini. not. Bart. in l. liber homo. §. decem. de verborum oblig.

Terminus datus ad ſoluendum, hodie non poteſt creditor agere, niſi in fine diei: vt ſi dicatur, promitto tibi hodie dare decem, ſecus ſi terminus ſolùm apponatur: puta promitto tibi dare decem, quæ hodie ſoluam: vt not. Bart. in l. liber homo. §. decem. de verbor. oblig. Item ſecus in termino vlteriori quàm hodie, vt ſi promittatur 3. Calendas Februarij, quia tunc non poteſt peti niſi in fin. Calend. vt patet in text. & glo. in d. §. decem. & facit l. ſi decem cùm petiero. eod. tit.

Terminus ſi eſt aſsignatus vt ante 20. dies aliquid fiat,

fiat,20. dies includitur in termino, & ſic intelligitur ante viceſimum diem completum. Idem ſi dicatur intra viginti dies. not. Ioan. And. de appel.præterea.el 2. ſuper ver.infra 20.dies.

Terminus ſi datus eſt hoc modo, vt aliquis intra ipſum terminum compareat,vel quid aliud faciat, poteſt quolibet die termino pendente comparere vel facere: ſecus ſi dicat quòd in termino compareat vel faciat, quia tunc vltima die termini comparere vel facere debet:vt not.in cle.quamuis,de appel.in gl.no. quia. & vide quod ibi not. Ant. & not. Bart.in l.qui ante Calendas.ff.de ver.obli.& vide ſuprà §. prox.

ADDITIO.

Termino præfixo ad proponendas exceptiones elapſo, an poſsit de nouo exceptiones opponi, ſi de nouo veniant ad noticiam proponentis, vel nouiter ſint ortæ, vel ſi de nouo ſciatur vel ſuperueniat facultas probandi, & an tunc ſtetur iuramento partis,vide plenè per Abba. in c. paſtoralis,de except. quæ ſunt valde notabilia.

Termini dies an computentur in termino:ita ꝙ fiat computatio de momento ad momentum: dic ſecundum Butr. quòd ſi iudex dicit: do tibi terminum trium dierum, non computatur:ſed ſi dicatur,hinc ad tres dies, computatur: vt not. Barto. in l.1. ff. ſi quis ob cau. Pro primo dicto eſt caſus in c. ſolet.de ſen. excom. lib.6. vbi patet ſecundum Archid. & Io.And. in nouel. quòd in termino octo dierum tibi dato à lege,non computatur dies termini. ſed do.Ant. in cle. ſicut appellationem,ad fin.dè appell.diſtinguit,quòd aut terminus ſtatuitur per dictionem notantem extremitatem,vt ab hinc,vel ab hac hora,& computatur:aut per dictionem quæ non denotat extremitatem: & tunc idem, ac ſi nulla dictio denotans extremitatem apponatur, quo caſu dicitur,quòd ſi ſtatuitur terminis ad tollendum priuilegium ſpeciale contra ius, tunc computatur. Si ſtatuitur ad aliud,refert: aut curſus termini ordinatur ad fauorem, & computatur, aut ordinatur ad odium, & tunc ſecus: hæc ſunt vera, niſi ius aliud exprimatur: quia

quia tunc in caſibus ſuis ſtandum eſt ei, quod ius determinat, ſed prædicta intelligũtur in dubio, nec ob. quòd idem Ant. no. in c. ſuper eo. 2. in fi. de appel. vbi dicit regulariter terminum computari de momento ad momentum, niſi ius exprimat contrarium, quia id recipit limitationem, quando curſus termini ordinatur ad fauorem, & ſic loquitur c. ſuper eo. in termino dato iudici ad cauſam finiendam, ſecus quando curſus termini ordinatur ad odium & ad pœnam, vt in termino dato parti ad appellationem proſequendam, per cuius lapſum tollitur parti ius defenſionis, de quo loquitur cle. ſicut. ſed Io. An. dicit, quòd aut terminus ſtatuitur à tali tempore, aut tali die: primo caſu computatur de momento ad momentum: ſecundo caſu non: vt no. per eum in add. Spe. in tit. de dila. §. 1. ver. ſed pone: vbi autẽ terminus non ſtatuitur à tali tempore, nec à tali die: ſed ſimpliciter datur terminus octo dierum, nõ computatur de momẽto ad momentũ, nec dies termini computatur in termino: vt not. Io. And. in c. ſolet. licet deci. Rotæ aliud dicat conſil. 102. & Bald. etiam aliter dicit. C. de appel. l. cos. §. defin autem. vbi videas.

Terminus proſequendæ appellationis non currit pendente compromiſſo de conſenſu partium facto: ſecus in termino appellatiónis interponendæ ſecundum Pau.

Terminus autem datus parti ad teſtes examinandos non currit. not. Rom. conſil. 360.

Terminus proſequendæ appellationis non currit ei qui agit ſuper attẽtatis: imò etiam tempus executionis fiendæ poſt ſententiam ſuper attentatis latam eſt de fatalibus ſubducendum, & prædicta procedunt in eo, qui obtinet ſuper attentatis: ſecus ſi ſuccumbit, quia tunc ſibimetipſi impedimentum præſtitit, ideò tempora ei currunt. not. Rom. conſil. 102.

Terminus ſiue tempus de conſecrando epiſcopos, quod eſt trium menſium poſt electionem & confirmationem non currit, niſi habita pacifica poſſeſsione & adminiſtratione: vt patet in text. & glo. de ele. cùm in cunctis. & eo. tit. c. commiſſa. lib. 6.

Terminus quantus à iure ſtatuatur volentibus agere de contemptu: ideò quia in permutatione colla-

tione, vel electione beneficij non fuerunt vocati, vide Fred. de Senis in tract. permu. q. 13.

Terminus aſsignatus à iure ordinario ad conferendum beneficia ad eius collationem iure proprio vel deuoluto ſpectantia, quando incipiat currere, vide ſub ver. epiſcopus. §. epiſcopus ad quæ. §. epiſcopus quãdo.

Terminus aſsignatus à iure ad probandum exceptionem excommunicationis iudicialiter oppoſitam, quando incipiat currere, vide ſub ver. excommunicatio. §. excommunicatis competit.

Terminus ſtatutus ad exceptiones opponendas licet ſit elapſus, per hoc non præcluditur via implorandi officium iudicis, vt imponatur ſilentium actori, contra quem exceptio competebat, licet in termino oppoſita non fuerit. not. Bald. C. de rei vend. l. domum. & vide Bar. in l. 2. §. 1. ff. quod vi aut clàm. an autem poſt lapſum termini poſſunt opponi exceptiones ortæ poſt terminum, vel etiam ortæ antè: ſed poſtea ad noticiam partis deuẽtæ, vide ſub ver. exceptio. §. exceptio quælibet.

ADDITIO.

Terminus intra quem quis ſoluere promiſit cum iuramento, pignoribus vel fideiuſſoribus, ſi fuerit per creditorem prorogatus, an iuramentum & alia acceſſoria cenſeantur eſſe prorogata, vide in Capella Tholoſana. q. 181. & ibi in addi.

Termini ſi non ſunt debitè ſeruati, & mandatur auditori quòd omnes terminos debitè non ſeruatos repetat intra octo dies, intelliguntur vtiles non continui. not. Rom. conſil. 135.

Terminus omnis poſt litis conteſt. datus cenſetur peremptorius, etiam ſi non exprimatur, & ideò lapſo termino ad excipiendum dato, non poteſt amplius excipi, niſi per viam reſtitutionis, vel niſi pars iuret exceptionem de nouo ad eius noticiam perueniſſe. not. Rom. conſil. 245. & conſil. 30. §. dominus no. Aegidius.

Termino ad probandum dato lapſo, ſi probatio non admittatur per teſtes, admittitur tamen per inſtrumenta & per ſcripturas, quia talia non requirunt temporis tractum longum, nòt. Rom. conſil. 30. imò poſt-
quam

quam etiam concluſum eſt in cauſa poſſunt de æquitate Rotę produci inſtrumenta etiam in cauſa prophana. not. Roma. conſil. 163. ſed nec peccatum eſt, ſi terminis ſeruatis recipiantur etiam teſtes ſuper nouis articulis pertinentibus & admiſsibilibus. not. Rom. conſil. 392. vide plenè per Ant. in c. licet cauſam. de proba.

Termino ad probandum inſtrumentum dato elapſo poſſunt nihilominus inſtrumenta produci, ſi ius aduerſarÿ non eſt læſum: vt not. Ioan. And. in cle. ſæpe. §. & quia poſitiones, ſuper ver. non obſt. de ver. ſig. ſed ſi ſit læſum, produci poſſunt pendente alio termino ad teſtes in partibus per remiſsionem producendos aſsignatos: vt expreſsè dicit tex. in d. §. & quia poſitiones.

Termino ad articulandum dato elapſo, in cauſa prophana, & merè ciuili, debent admitti articuli qui ſunt de iure dandi, dummodò dentur ante concluſionem, & hoc eſt de ſtylo curiæ ſecundum æquitatem, ſed de iure fortè aliud eſſet. not. Rom. conſil. 101. ſed in cauſa criminali etiam ciuiliter mota, non debent admitti articuli ex parte actoris: ſecus in beneficialibus & matrimonialibus, in quibus poteſt procedi ſine figura iudicÿ: ex parte autem rei debent admitti articuli in omni caſu, dum ſint merè defenſorÿ, id eſt, tendentes ab abſolutoriam non adiudicatoriam obtinendam, & dummodò dentur in termino ad recipiendum aſsignato, puta in termino dato ad dicendum contra articulos, quòd ille qui datur actori ad articulandum, & ſi reus differt vſq; prope concluſionem ad articulãdum, non debet audiri, quia præſumitur protelationis cauſa hoc facere. not. Rom. conſil. 31.

Termino ad articulandum elapſo non debent admitti articuli obiectiui, niſi in vim ſpecialis cõmiſsionis, quæ ſi in prima inſtantia concedatur pro articulis obiectiuis, vel malè ſpecificatis admittendis, dummodò aliàs ſint probabiles lapſu termini nõ obſtante non extenditur dicta commiſsio ad ſecundam vel tertiã inſtantiam, vt in eis poſt terminũ probari poſsit, cùm in earum terminis poſsit de iure communi probari non probata in prima inſtantia: & hæc vera, niſi articuli non poſsint alio modo ſpecificari, vt quia negatiui:

quia tunc etiam in ſecunda & tertia inſtantia poſt eorum terminos probari poterint, dum tamen ſint in termino reproducti. no. Rom. conſil. 101.

Terminus quilibet ſi aſsignatur in curia, cenſetur peremptorius, ſi extra curiam diſtinguitur, an ſit vnus terminus, vel trinus, & an cum comminatione vel ſine. not. do. Ant. de excep. c. paſtoralis. ver. quæro an procedatur.

Terminus quando aſsignatur ad exceptiones proponendas, & in termino opponitur vna exceptio, interim quòd de illa diſcutitur, nõ currit tempus ad proponendum aliam primæ contrariam, ſi probabili ratione credidit primam ſibi competere. not. Bal. de offi. delegat. contra maiores. & idem dicit ibi in proſequente cauſam nullitatis ſententiæ, & interim non currit ſibi tempus appellandi, ſuper quo vide ſuper verb. appellatio. §. appellandi tempus.

ADDITIO.

Terminus ſi præfixus eſt ad dilatorias proponendas eſt elapſus, nunquid poterunt opponi exceptiones mixtæ, quæ opponi poſſunt ad merita & ad proceſſum, de quibus in c. 1. de litis conteſt. lib. 6. & per Barto. in l. cùm quærebatur. ff. de iud. ſol. ver.

4 †Teſtamentum valet de iure canonico, ſi fiat præſente presbytero parochiæ teſtatoris, & duobus alijs teſtibus. not. Ioan. And. de teſta. cùm eſſes, quod limita niſi teſtamentum fiat ad pias cauſas: quo caſu valet in præſentia duorum teſtium etiam ſine presbytero: vt not. Io. And. in d. c. cùm eſſes. & c. relatum. & Anto. in d. c. cùm eſſes. dicit, quòd de rigore etiam ſine presbytero valet cum duobus teſtibus idoneis, etiam ad non pias cauſas, licet de conſuetudine contrarium ſeruetur ſecundum eum. Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. compendioſè. verſ. item per ius canonicum, tenet primam opin. ſed addit quòd ſi eſſent quatuor teſtes ſine presbytero, valet teſtamentum in omni cauſa, etiam non pia: & ita conſuluit Io. Cal. ſuper Rub. de teſta. conſil. 8. & tenent Doct. præfati, quòd hoc Ius Canonicum etiam in foro ſeculari in terris eccleſiæ ſubiectis ſeruari debet.

SIN-

* SINGVLARE.

Teſtamentum valebit ſi pater in teſtamento dicat, relinquo filio meo cẽtum pro ſua legitima, vel pro ſua parte: nam intelligitur iſtud relictum ſibi factum titulo inſtitutionis: vt not. Bald. in l. quoties. ver. quæro ſi pater dicit. C. de hæred. inſtit. & ſequitur Iaco. de ſanct. Geor. ibi in vltimis verbis. tu adde & tene menti, quòd licet ad validitatem teſtamenti requiratur, quòd pater relinquat filio aliquid iure inſtitutionis, vt in §. aliud quoq; capitulum. in Aut. vt cùm. de appella. cogno. tamen ſi teſtator aliquid relinqueret filio titulo legati, & non titulo inſtitutionis, poſtea addidit quòd volebat teſtamentum valere omni meliori modo, &c. perinde eſt, ac ſi expreſsiſſet quòd relinquebat iure inſtitutionis. iſtud eſt ſingulare dictum Bald. in d. l. quoties. in 2. col. ver. quæro ſi pater quod dictum refert, & ſequitur pro valde. not. do. Iaſ. in aut. nouiſsima, in 6. col. verb. quarto & vltimo. C. de inoffic. teſta. H. F.

Teſtamentum poteſt incipere à tacita vulgari, ſi inſtitutus decedit poſt mortem teſtatoris. Idem ſi decedit eo viuo, & poſtea poſt teſtamentum ſtatim moritur, ſecus ſi diu vixit poſt mortem inſtituti: vt not. Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pup. quod limita in vulgari tacitè contenta in pupillari facta ſub his verbis, ſi hæres erit, fiat ſubſtitutio ſub illa conditione, ſi in pupillari ætate deceſſerit: ſecus ſi tacita illa conditione, ſi in pupillari ætate deceſſerit, quia talis ſubſtitutio non eſt proprie pupillaris, ſed compendioſa comprehendens etiam vulgarem de proprio ſignificato, tunc enim non dicitur vulgaris tacita, ſed expreſſa, & per eam in omni caſu poteſt teſtatori ſuccedere: vt not. Bald. in l. precibus. penult. char. 3. col. de C. impu. & aliјs ſubſtit.

Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam, tollitur per ſecũdum, licet de illa clauſula non faciat ſpecialem mentionem: vt not. Ioan. And. de excẽſſ. prælat. c. 1. lib. 6. & dicit hanc eſſe modernam opin. quam etiam tetigit in c. 1. de conſtit. eo. lib. & in regula quod ſemel. & hanc tenet Bald. C. de leg. quod humanum, & de teſta. aut. hæc inter liberos. quod fatetur Bart. verum quando non eſt niſi vnum teſtamentum

præcedens vltimum, aliàs ſecus: vt ipſe not. in l. ſi quis in princ. ff. de leg 3. Idem quando vltimum eſt iuratum vel in actis inſinuatum, vel fit poſt lapſum decennij à tempore prioris teſtamenti, vel quando ex aliqua coniectura apparet: vt not Bald. C. de teſta. l. ſancimus. Sed Fred. conſil. 47. tenet quòd non ſufficit reuocare primum, niſi in ſecundo fiat mentio ſaltem in genere de clauſula derogatoria in prima poſita. vide Archi. 3. q. 2. vltima voluntas. & Fran in cle. 1. de ſepul. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſè. ver. quid ſi primo.

ADDITIO.

Adde do. Feli. in c. nonnulli, in prin. in 6. col. verſ. amplia tertiò. de reſcrip. vbi tractat de teſtamento habente clauſulam derogatoriam ad alia teſtaméta, quibus clauſulis rumpatur.

Teſtamentum an debeat habere teſtes rogatos, & an præſumantur rogati, vide ſub verbo, teſtis. §. teſtis teſtamenti.

Teſtamenta ſi reperiantur duo eadem die confecta, nec apparet quòd ſit primum vel poſterius, cui ſtandum ſit. not. Archid. 13. q. 2. vltima voluntas. & plenè per glo. & Bart. in l. 1. ff. de bo. poſſ. ſecundum tabul. & Io. And. in c. vlt. de reſcrip. lib. 6. in 1. gl. & ſuper ea in nouel. & vide ſub ver. procurator. §. procuratores duo.

Teſtamentum in quo filio aliquid relinquitur alio titulo quàm inſtitutionis, non valet quò ad extraneos, ſed inter liberos valet, non vt teſtamentum, ſed vt voluntas inteſtati, quam iudex in diuidenda hæreditate ſeruabit, maximè ſi teſtamentum valeat iure codicillorum, quod eſt nouum dictum, & non contra omnes opiniones. not. Ant. de teſta. Raynu. 9. col. ver. venio ad ſecundum.

5 † Teſtis depoſitio ſiue dictum potius intelligitur ſecundum ius vulgare, quàm ſecundum iuris intellectū. not. Ant. de cohab. cle. c. veſtra. vlt. char. in 1. col. & vide ſub verbo, tacita. §. concluſio.

Teſtis ſi deponit per verba iuris in caſu permiſſo, & interrogatus quis eū docuit, dicat aduocatus partis, vel pars, nō ꝓbat, quia apparet ſubornatus, maximè ſi didicit poſt cauſam motā, ſecus ſi ante vel poſt, etiā ab alijs didicit: vt not. Ant. in d. c. veſtra. vlt. char. in princ.

* SIN-

* SINGVLARE.

Teſtis quando deponit ſuper homicidio perpetrato, vel ſuper negligentia Syndici, qui homicidium non denunciauit, non requiritur quòd ipſe teſtis occiſorem cognoſcat: ſimiliter nõ eſt neceſſe quòd cognoſcat perſonam interfectam: vt eſt gloſſ. in c. libellorum. 2. q. 8. quam glo. reputat ſingularem Iaco. de ſan. Geor. in l. teſtium. in pe. col. ver. item addo vobis. ff. de teſti. & iſtud etiam voluit Bal. in l. ſolam. in penul. col. ver. vnde ad probandum homicidium. C. eo. H. F.

Teſtis licet in principali dicto vel in cauſa, vel in ratione dicti, non debet deponere per verbum iuris, ſi tamen data certificatione facta de conſenſu corporeo poſtea interrogatus ſubmittit per verbum iuri de eſſentia eius quod deponit, probat. no. Ant. in d. c. veſtra. vlt. char. in princ.

Teſtis cuius depoſitum non probat, non aſsignata cauſa, quia verbum eſt æquiuocum, tenetur cauſam reaſsignare, licet de eo non interrogetur, aliàs dictum ſuum non valet: vt not. Ant. in d. c. veſtra. vlt. char. in 1. colum.

Teſtis ſi deponit non aſsignata cauſa, de qua non fuit interrogatus, & quam approbationem dicti ſui aſſignare debuit etiam non interrogatus poteſt reuocari & repeti, vt cauſam aſsignet: vt not. Anto. in d. c. veſtra. vlt. char. in 1. col. Ad hoc facit quod not. Inno. in c. per tuas. de teſt. in eo. quòd dicens quem præſcripſiſſe, & non interrogatus nihil dixit de titulo poteſt repeti, ſed contrariũ dicit Io. And. in c. fraternitatis. eo. tit. in 6. q.

* SINGVLARE.

Teſtis qui deponit de perceptibilibus iudicio intellectus, puta quòd quis ſit dominus talis fundi, tunc eſt neceſſe quòd reddat rationem ſui dicti, aliàs non valet teſtimonium, etiam ſi non fuit interrogatus: ita no. dicit Innoc. in c. cùm cauſam. de teſti. quod dictum refert & ſequitur pro ſingulari Pau. de Ca. in l. ſolam. ver. ſexto modo exponit. C. eo. H. F.

Teſtis ſi dicat quem infamatum penes bonos &

graues, non probat, ſi illos non nominat, etiam ſi non interrogatur de nominibus: quia non teſtis, ſed iudex habet iudicare quis ſit bonus & grauis: vt not. Ant. de renun. ſuper hoc.7.col.& Ioan.And. de accu.cùm oporteat. ſuper ver.non ſubito. & in c.qualiter.eo.tit.ſuper ver. honeſtis. ſed Innoc.ibi dicit non eſſe neceſſe, quòd eos nominet. contrarium tamen dicit in d.c.cùm oporteat. & illud tutiùs eſt, & ſeruatur: vt ibi no.per Ant.in ver.quæro.7. vide Ant.in c. cùm cauſam. 1. de teſt. ver. nunquid autem indifferenter.

Teſtis ſi dicit quòd talis legit,alius teſtis dicit,quòd talis dixit,probant,quia legere & dicere æquipollent, niſi legere foret de ſubſtantia. not. Anto. in d.c.veſtra. ver.not. quòd legere.

Teſtes deponentes de auditu alieno ſufficienter probant in factis antiquis, in quibus de facili memoria non retinetur. not. Anton. in d. c. veſtra. 2. colum. & in penul.char.in fin. & vide ſub verbo, probatio. §. probatio de auditu.

Teſtis an poſsit deponere per ſcripturam,vide Specul. in tit. de teſt. §. nunc eſt retractandum. ver. quod vide Innoc.Ioan. Andr. & Anton. c. per tuas. de teſt. & Bartol. in l. Theopompus. de do. prælcg. & Bald. de teſti.l.iureiur. & vide infrà §. teſtis ſi non deponit.

ADDITIO.

Teſtis non debet deponere per ſcripturam, ſi viua voce iudex ex trepidatione & titubatione facilius poſſet veritatem comprehendere. 3. q. 9. c. teſtes. & qui matri. accuſ. poſſ. c. à nobis. & l. Theopompus. ff. de dote prælcg. Abbas in d. c. à nobis.

Teſtes quando examinantur ad æternam rei memoriam ſuper aliqua exceptione vel defenſione, debent examinari per illum iudicem, qui competens eſſet, ſi actor ageret. quòd eſt not. vt not. Ant. de iureiur. quintaualls. ver. venio ad quartum.

* SINGVLARE.

Teſtes quando petuntur examinari ad æternã rei memoriam,talis examinatio debet fieri corã illo iudice

ſeu

ſeu per illum iudicem, qui de cauſa principali eſt cogniturus: ita dicit Bar. & ſequitur ibi Ang. in leg. cùm hi. §. tranſactiones. ff. de tranſac. quod limitat ibi Ang. niſi periculum eſſet in mora: & ita dicit conſuluiſſe in quæſtione facti. & adde etiam, quòd ſi aliquis patiatur aliquem caſum fortuitum in loco remoto, poterit ibi facere examinari teſtes ſuper illo caſu fortuito ad æternam rei memoriam, & tales teſtes facient fidem coram iudice competenti, quantumcunq; pars non fuerit citata ad videndum iurare teſtes: quia illa pars erat in partibns multũ longinquis: ita ſingulariter dicit Bar. in leg. 2. C. de naufra. lib. 11. quod dictum refert & ſequitur pro valde not. Iac. de San. Geor. in d. l. cùm hi, in §. tranſactionis. in 1. & 2. lect. H. F.

Teſtes recepti ad æternam rei memoriam ante litis conteſt. propter periculum mortis vel abſentes, nõ probant, niſi agat intra annum, qui illos recipi fecit. no. Anto. de confir. vti. cum dilecta.

Teſtes abfuturi vel morituri poſſunt recipi ante litis conteſt. etiam ſuper articulis non admiſsis obiectiuis, vel fortè nunquam admittendis. not. Roma. conſilio 323.

Teſtium etiam non abfuturorũ receptio ſuper articulis expreſſè non admiſsis, valet in materia attentatorum, & in cauſa beneficiali, dum tamen articuli ſint de iure dantis, & termini conſueti ſint ſeruati. not. Roma. conſi. 105.

Teſtes duo probant etiam teſtamentum factum. not. Anto. de cohabi. Cleri. cap. veſtra. penul. charta, in fine.

Teſtes etiam non iurati, & parte non vocata poſſunt recipi ſuper fama, & ſuper notorijs, & ſuper legitimatæ perſonæ, nec contra tales teſtes admittuntur aliquæ exceptiones. no. Ant. in d. c. veſtra. 48. col. & vide ſub ver. notorium. §. notorium quotieſcunq;.

Teſtes non iurati licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen præſumptionẽ, quando ſunt graues perſonæ. no. Ant. de priuile. cũ olim. el 1. in vlti. nota. & in glo. 3. & vide infrà §. teſtis recepti parte.

ADDITIO.

Non poteſt facere Papa, vt credatur teſtibus non iuratis: vt per Do.Feli.in c. conſtitutus. 8. col. verſi. limita ſecundò. de reſcrip.

Teſtes non debent regulariter de neceſsitate eſſe rogati, niſi in certis caſibus expreſsis in iure. not. Roma. conſilio 372. idem not. Anto. in cap. ex parte. in fin. de ſponſ.

Teſtes teſtamenti ad pias cauſas conditi non requiruntur rogati. not. Bal. C. de ſacroſan. eccle. leg. 1. in fin. idem in teſtamento inter liberos condito. no. glo. in l. fi. in fin. C. de condi. Et idem tenet in aut. quod ſine. C. de teſ. mi. & l. Pamphilo. §. propoſitum, de le. 3. & not. glo. plenè. C. de teſta. mi. l. milites. & illa glo. relata ad tex. qui loquitur etiam de teſtamento inter liberos, videtur contra glo. d. l. fin. de condi. niſi dicas quòd glo. in l. milites, loquitur ſecundum antiqua iura. §. ex imperfecto. & l. hac conſultiſsima. C. de teſta. ſed de iure canonico non requiritur, quòd teſtes teſtamenti ſint rogati: vt not. Anto. de teſta. cùm eſſes.

Teſtes teſtamenti non præſumuntur rogati, niſi ſe ſubſcripſerint, vel niſi notarius dicat teſtibus præſentibus, nam ſub illo verbo, &c. includitur rogatis: vt not. Bald. C. de teſt. l. hac conſultiſsima, in prin. vide Bar. in l. ſciendum, de verb. obli.

Teſtis an præſumatur citatus eo ipſo, ſ. quòd ipſe ſe præſentat ad teſtificandum, vide ſub ver. citatio. §. citatus præſumitur.

Teſtis poteſt deponere de facto ſuo etiam negatiuè, quando de ipſo facto non agitur ad commodum vel incommodum teſtis: vt not. Ioan. And. in regula, ſine poſſeſsione, lib. 6. in ſolutione q. ibi poſitæ. Quod eſt verum, quando teſtis non eſt affectionatus ad factum: vt not. Anto. de accu. inquiſitionis. ver. not. quòd teſtificari: hoc niſi alij teſtes haberi non poſſent, quia etiam tunc teſtis affectionatus admittitur in ſubſidium: vt not. de elect. cum dilecti. ſuper ver. & ſi es. & idem tenet ibidem Ant. in ver. ſecundo oppo. ſed Io. An. in addi. Spe. in tit. de teſti. §. opponitur. ver. ſed pone quòd adminiſtrator, dicit quòd teſti non adhibetur fides, ſi deponit

ponit de facto ſuo, ex quo poſſet ſibi aſcribi laus vel vituperium. & ita conſuluit Do Ant. in arbitratore. conſi. 27. Bal. dicit, quòd licet non agatur de commodo ipſius teſtis, in cauſa, in qua deponit: ſi tamen in cauſa alia poteſt certitudinaliter commodum conſequi, repellitur vt ſuſpectus, puta in eo, qui deponit ſe ſoluiſſe vſuras alicuius, contra quem vſurarium agitur per alium, & conſtitutio ſynodalis diſponit, quòd probato aliquo vſurario per teſtes etiam ſingulares, contractus ſui præſumantur vſurarij, tunc teſtes de facto proprio deponentes, non probant: niſi proteſtentur: quòd ex eorum teſtimonio non velint aliquod ius acquirere: vt no. Bal. in l. dictantibus. C. de teſt.

Teſtis qui aliàs viua voce deponeret, cenſetur inhabilis & ſuſpectus, puta coniunctus vel proxoneta poteſt eſſe teſtis in inſtrumento, & adminiculat fidem inſtrumenti: & ſic vox mortui plus operatur quàm viui, quod eſt mirabile: vt not. Ant. de tranſactio. ex literis. ver. ſed vt expediam.

Teſtes ab vna parte producti debent examinari ſecundum interrogatoria per aliã partem data, & à iudice admiſſa, aliàs eorum dicta non probant: ſecundũ Hoſt. Io. An. & Ant. de teſti. cùm cauſam. & qualia interrogatoria fieri debeãt, vide glo. in c. præſentium. eo. ti. lib. 6.

Teſtis an videatur renunciare iuri, ꝙ habet in re, ſu per qua contrahitur inter alios, & ipſe vt teſtis adhibetur, vide ſub ver. renunciatio. §. renunciare videt̃ teſtis.

Teſtis ad probandum memoriam extare vel nõ extare, qualiter debeat deponere, vide Inno. de ver. ſig. c. veniens. lib. 6. & in c. quid per nouale. eo. ti. in antiquis. & conclude vt not. Io. An. in d. c. quod per nouale. & in c. 1. de præſcri. li. 6. in gl. fi. & pleniſsimè per Specu. in tit. de proba. §. 1. & Bar. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. ar. Aduerte tamen, quòd oportet teſtem ſuper hoc deponẽtem, eſſe ad minus ætatis 44. an. vel ſaltem quòd an. 40. annos, quãdo audire incepit, qui deponit, fuerit doli capax. Item oportet, quòd id, ſuper quo deponit, ſit tale, quòd per 40. annos proximè lapſos probare poſsit de viſu illorum 40. annorũ, & de auditu illorũ præcedentiũ deponere debet, vt ſi quis vult probare poſſeſsionẽ ſuam, & prædeceſſorum ſuorum, cuius initij nõ ſit memoria.

moria.no. Lap.in c. auditis de præſcrip. & iſta ratio ſecundum eum, quòd probatio tanti temporis ideò admittitur de auditu, quia difficillima eſt, cùm facilè ſit probare poſſeſsionem 40. annorum, de viſu debet pro illo tempore probare, & pro anteriori de auditu.

Teſtes producti coram arbitratore in figura tamen iudicij faciunt fidem coram iudice ſecundum But. quod non placet Anto. quia factum arbitratoris non eſt iudiciale, vel quaſi. not. Anto. de iureiu. cap. quintaual. ver. 14. differentia.

Teſtis ſi primò dicit, ſe nihil ſcire, poſtea ex interuallo rediens dicit recordari, & deponit, vltima depoſitio non valet: Secus ſi ſtatim reuerteretur, & ſe corrigeret. not. Rom. conſi. 393.

* ADDITIO.

Teſtis vnus ſi contradicit vni alteri, neuter valere debet, niſi alter teſtis fortè intantum eſſet dignior, quòd prouocet iudicem ad deferendum iuſiurandum ſecundum formam. l. in bonæ fidei. C. de re. cre. & c. fi. de iureiur. & ſequitur Alex. in conſilio 18. incip. viſo proceſſu cauſæ, in colum. final. ver. fortificantur prædicta. in primo volum. Et an & quando teſtes poſsint repeti, vide latè per Iacob. de Sanct. Geor. in leg. produci. ff. de teſti. H. F.

Teſtes producti in poſſeſſorio, ſi deponunt aliquid ſuper eo, quòd petitorium ſuſpenſum concernit, non probant illud, quia extra materiam, de qua agitur, & ſuper eo, ſuper quo iuriſdictio iudicis eſt ſuſpenſa, depoſuerunt. not. Rom. conſi. 435. in fi.

Teſtes producti ad vnum finem non probant ad alium finem. Ideò publicatio primorum nō impedit productionem aliorum, vel etiam earundem, quia fit ad alium finem, licet tendat ad idem factum probandum. no. Ant. de teſti. veniens, el 2. de re. ſpo. ſolicitè. vide Bart. in l. 2. §. 1. ff. vi bo. rap. & vide ſub verbo, probatio. §. probatio facta ad vnum finem. & §. proxi. ſequen.

ADDITIO.

An Iudex ex officio ſuo poſsit repellere teſtes indignos,

gnos, vide per Do. Fel. in c. cum I. & K. de re iudi. col. 4. poſt princi. 8. verſi. Colligi poſſunt quatuor.

Teſtibus publicatis in poſſeſſorio non impediunt quominus pro eiſdem articulis, vel directo contrarijs in petitorio poſsint alij teſtes produci, quia ad alium effectum producuntur quàm primi. not. Ro. conſi. 435. & vide ſuprà §. proximo.

Teſtes publicati ad inſtantiam producentis, vel aduerſarij, ſi non fuerunt ritè recepti, ſ. lite non conteſt. vel parte non vocata, poſſunt de nouo produci ſuper eiſdem articulis, etiam ſi pars didicerit teſtificata, & ſi idem dicerent quòd primo, valet eorum depoſitio: ſecus ſi dixerint contra vel extra articulos. not. Rom. conſilio 491.

Teſtes publicatis atteſtationibus non admittuntur ſuper articulis directo contrarijs, quod eſt verum, quando omnes veniunt ad deponendum de veritate: ſed ſecus ſi primi depoſuerunt de veritate, & ſecundi veniunt ad deponendum de credulitate: quia tunc propriè non eſt contrarietas, cùm quis poſsit credere non ſolùm verum, ſed etiam falſum. Item primum dictum limita, quando primi teſtes plenè probant, ſed ſi non plenè probant, tunc admittuntur alij ſuper directo cõtrarijs. not. Ant. de iudi. at ſi Clerici, in prin. ver. oppo. quòd coniunctus in vlti. ſolutione: ſed hæc intelligo, quando primi teſtes ideò non probant plenè, quia examinati erant coram iudice incompetenti, ita quòd nulliter probant: alioquin ſi ſaltem ſemiplenè probant, nõ admitterentur alij ſuper directo contrarijs, per rationem Clem. 1. de teſti.

Teſtium publicatio ſi non eſt ritè facta, non impedit, quin iidem teſtes, & alij poſsint ſuper eiſdem articulis produci. not. Rom. conſi. 391.

Teſti licet cùm ſit crimen obiectum & probatum, à teſtimonio repellatur, ex hoc pœna illius criminis non punitur, nec infamis reputatur: quia ad pœnam principaliter non agitur, ſed incidenter de crimine quæritur. not. Rom. conſi. 36.

Teſtis ſi debet repelli vt criminoſus, oportet, quòd excipiens contra eum ſpecificet crimina, nec ſufficit dicere in genere, quòd ſit criminoſus. not. Rom. conſi. 36.

Teſtis

Teſtis repellitur ex eo, quòd cum parte, contra quã producitur, litem habuerit, ſecundum Ioan. An. ſed ſi de præſenti litẽ habet, dic quòd eſt in arbitrio iudicis, quanta fides ei adhibeatur, ſiue adhiberi debeat, non tamen ex toto repellitur. no. Anto. de iudi. c. 1. ver. no. ſecundo aduerſarium.

Teſtis poteſt eſſe prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ. no. Anto. de iudicijs. c. cùm veniſſent. ver. oppono ſecundò, etiam in cauſa ſpectante ad menſam ſuam: vt no. eo. c. ver. ſi inferior autem. Io. And. tenet contrarium in cauſa ſpectante ad menſam: vt in cap. inſuper. de teſti. & ſi cauſa eſſet inter alios, poteſt indiſtinctè teſtificari: vt not. Ioan. And. in cap. 2. eod. titu. lib. 6. ſuper ver. obſtat eiſdem. in nouella.

ADDITIO.

Teſtes omni exceptione maiores dicuntur, qui nulla exceptione legitima poſſunt repelli. no glo. in c. 1. de conſan. & affi. Et glo. inſti. de inuti. ſtipu. §. item verborum, quæ dicit illum eſſe idoneum, qui nulla exceptione poteſt repelli. Abbas in cap. & ſi Clerici. 10. colum. de iudicijs. & per Alexan. conſi. 8. in 5. colum. in primo volum.

6 † Teſtificari non poteſt regulariter Laicus contra Clericum in cauſa criminali, niſi ſit de crimine infamatus, dicit tamen Hoſtien. quòd non admittuntur Laici ad teſtificandum, niſi crimen ſit notorium: vt not. Anto. de iud. cùm non ab homine. ver. venio ad glo.

Teſtificari non poteſt arbitrator ſuper iuſticia laudi ſui, nec de actis coram eo factis pertinentibus ad litis deciſionem, quia teſtaretur in facto, in quo poſſet ei ſcribi laus vel vituperium: ſecundum Io. And. licet Bar. aliter dixerit: vt not. Anto. de iureiuran. cap. quintaualliſ. ver. venio ad ſeptimum, in fin. & idem dicit in conſilijs ſuis. conſilio 27. & vide §. proxi. ſequenti.

Teſtificari poteſt Iudex de actis coram eo, & per eũ factis, licet non ſcriptis, & hoc maximè procedit, quãdo teſtificatur in cauſa appellationis: vt not. Rom. conſi. 89. & vide plenè de iudice arbi. & per Anton. in cap. cùm à nobis, de teſti. & ibi pleniſsimè dicit, quid de aduocato & pro-

& procuratore. Vide etiam per ipſum in cap. cum dilecta. verſi. ſecundò oppo. de elect. vbi etiam tangit de pro xoneta. & vide ſuprà §. proximo.

7 † Teſtis non poteſt eſſe aduocatus in cauſa, in qua fuit aduocatus. not. Rom. conſi. 381. nec etiam in alia cau ſa poteſt teſtificari pro clientulo ſuo, donec duret aduo catio, ſed aduocatione finita, teſtificari poteſt etiam de his, quæ in cauſa, in qua aduocauit, acta fuerunt: vt not. Anto. de tranſac. ex literis. ver. & vt expediam. ſed vide Io. And. qui melius loquitur quolibet alio, in addi. Spe cu. in titu de teſti. §. opponitur. ver. ſed pone quòd ad miniſtrator. vide plenè per Domi. Anto. de teſti. cùm à nobis.

Teſtis non poteſt eſſe procurator, licet depoſuerit officium procurationis. not. Rom. conſi. 381. Idem ſi fuit per Dominum reuocatus, quia præſumitur reuocatus in fraudem, vt teſtificetur: vt not. Rom. conſil. 127. & ſi cut non poteſt teſtificari procurator, nec ſolicitator in cauſa per Dominum conſtitutus, ſecus in ſolicitatore conſtituto ſiue deputato per procuratorem: vt not. Ro. conſi. 154. vide Anto. de teſti. inſuper & plenius in cap. cùm à nobis. eod. titu.

ADDITIO.

Adde an procurator in principali cauſa poſsit eſſe teſtis in cauſa appellationis, per Dom. Alexan. in conſi. 124. in 3. colum. in primo volum.

Teſtis eſſe non poteſt ille, qui eſt adhærens in cauſa appellationis per alium interpoſita. no. Rom. conſi. 381. quòd eſt verum, ſi appellatio ſit deſerta, vt ibi loquitur, & ratio eſt, quia idem diſponitur de adhærente, quod de principali, cui adhæret: vt not. Ioan. And. de accuſa. & Anto. de teſti. inſuper ad fin.

Teſtis eſſe non poteſt, qui habet ſimilem cauſam, ei in qua teſtificatur. not. Rom. conſi. 381.

8 † Teſtificare poteſt ſubditus pro rege Domino ſuo. no. Cyn. in l. eos. C. de teſt. niſi Dominus ſit talis, qui ve riſimiliter ſubditis ſuis metum inferat: vt no. Bal. in d. l. eos. ſed in dubio teſtis ſubditus non admittitur: vt ibi no. per Bal. vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de teſti. §. 1. ver. ſed nunquid vaſallus.

Teſtis

Teſtis qui non debuit examinari, an examinatus faciat ſaltem indicium, vide Bar. in l. maritus. ff. de quæſti. & in l. 2. de appel. re. & per Anto. de ſponſa. is qui. & de probatio. quoniam contra. in fi. & per Bal. C. de teſti. in l. ſeruos.

9 † Teſtimonium ſacerdotis probat confeſsioné peccatoris, & pœnitentiam ei per ſacerdotem iniunctam: ſed non probat ſatisfactionem pœnitentiæ, & quò ad ipſam pœnitentiam & confeſsionem ſufficit teſtimonium ſolius ſacerdotis, etiam ſine iuramento, ſecundum Archi. licet Hoſt. dicat, quòd requiratur iuramentum. not. Ant. de teſti. teſtimonium. Bal. tenet, quòd teſtimonium ſacerdotis non probat in iudicio. C. de epiſ. & cleri. generaliter. Archi. dicit, quòd presbyter confeſſor nō ſcit, quæ audit, vt homo, ſed vt Deus. de offi. ord. ſi ſacerdos, videtur tamen, quòd ſacerdos non poſsit, nec debet hoc teſtificare nec probare: niſi de voluntate confitentis: vt not. Io. An. de renun. lectæ. in 1. glo. pro quo facit de pœni. diſt. 7. ſacerdos. & quod ibi not. Io. An. poſt Hoſt. vide tex. 22. q. 5. c. hoc videtur.

ADDITIO.

Teſtes ſi dicunt aliquem eſſe malæ famæ an probent, ſi non dicunt in quo genere mali. vide Alexan. in conſi. 5. in 3. colum. in primo volumi.

Teſtes in criminali cauſa debent per iudicem examinari: nec poteſt examinatio alteri committi. C. de fide inſtru. aut. apud eloquentiſsimum, licet de conſuetudine ſeruetur contrarium: vt not. Io. And. de fideiuſ. conſtitutus. ſuper pe. glo. ſi tamen teſtis fuit in aliqua prouincia, poteſt etiam de iure examinatio alteri committi: vt not. per Iacobum de Are. & Bal. in d. aut. apud eloquentiſsimum.

* ADDITIO.

Teſtes poſſunt recipi poſt concluſum in cauſa, vbi agitur de periculo animæ: vt not. And. Barba. in conſil. 9. incip. præclarè ſcribitur in 5. col. ver. item poteſt fieri in 2. volu. H. F.

Teſti-

Teſtificari non poteſt fideiuſſor pro principali ſuper contractu, in quo fideiuſsit, etiam ſi principalis ſit ſoluendo not. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teſti. §. 1. ver. quid de fideiuſſore, de quo tangitur per Bar. & Bal. in leg. ſi cui legetur. §. 1. de lega. 1. & per Anto. de teſti. inſuper.

Teſtis ſemel examinatus an poſsit iterũ repeti ſuper eiſdem articulis etiam poſt publicationem, vide plenè per Anto. in c. per tuas. de teſti. & c. cùm clamor.

ADDITIO.

Teſtis deponens extra factũ principale an ſaltem faciat iudicium. Alexan. in conſil. 5. in 3. colum. in primo volum.

Teſtificari licet poſsit frater pro & contra fratrem, tamen inuitus non compellitur contra eum teſtificari. no. Bart. ff. de teſti. l. qui teſtimonio. §. quicũq;. quod eſt verum, etiam in ciuili: vt not. glo. de teſti. lege Iulia. quã approbat Iac. de Are. Cy. & Bal. in l. parentes. C. eo. tit. & idem tenet glo. 3. q. 5. c. 1. illa tamen glo. facit pro & contra. Archi. etiam approbat glo. & tenet fratrem in ciuili etiam non compelli: vt ipſe no. 4. q. 3. nunc. l. Iulia. iudiciorum. licet Spe. contrarium videatur dicere in tit. de teſti. §. 1. ver. ſed nunquid frater. & idem videtur ibi tenere Ioan. And. in addi. Sed Hoſt. in ſum. de teſt eod. §. 1. dicit ita demũ eum cogendũ, ſi aliter probari non põt. Do. Ant. in ſumma. eo. ti. §. item perſõnæ, tenet quòd nõ cõpellitur in criminali, ſed in ciuili nihil dicit, dic quòd pro fratre non poteſt in criminali frater teſtificari. not. Hoſt. & Ant. de offi. dele. inſinuante. In ciuili aũt an teſtificare poſsit. dic vt ple. not. Bal. in leg. parentes. C. de teſt. & per glo. 3. q. 5. c. 1. & de offi. dele. cũ R. canonicus in glo. 2. & per Ant. de accu. cùm oporteat. in glo. 2. vbi tamen de ciuili & criminali loquitur.

Teſtificari an poſsit familiaris pro Domino, cum quo moratur, vide glo. inſti. de teſta. §. in teſtibus. & Bal. in l. etiam. C. eod. & in lege, qui teſtimonio. §. quicunq;. ff. de teſta. & Inno. & Ioan. And. de teſti. cap. in literis. & Hoſtien. Anto. & Inno. de offi. deleg. inſinuante. & Specula. in titu. de teſti. §. 1. ver, item excipitur quod eſt

 dome-

domeſticus. & vide infrà §. teſtes familiares, vbi hæc declarantur.

Teſtes de vna caſata ſiue parentela non poſſunt teſtificare pro conſorte de eadem caſata offenſa in loco, vbi eſt conſuetudo, quòd offenſa facta vni de genere reputetur omnibus alijs de illo genere facta: ſicut eſt in Italia: vt not. Cy. in l. 1. C. de rap. virg. Ratio eſt, quia videntur in re propria teſtificari.

Teſtes an poſsint eſſe Clerici, monachi, & alij regulares, vide ſub ver. monachus. §. monachus, & quilibet regularis.

Teſtis falſum deponens in cauſa criminali, punitur pœna talionis. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Cor. de ſica. Idem not. Bal. in l. presbyteri. C. de epi. & Cle. ſed alibi dicit, quòd aut deponit falſum in cauſa capitali, & punitur l. Cornelia. de ſica. aut in cauſa non capitali, & punitur l. Cor. de falſis: vt no. per eum in l. & ſi legibus. C. ſi contra ius, vel vti. pub. & in l. 2. C. de rebus cre.

Teſtis ſi falſum deponit, ſcilicet mulier, ita ꝙ dictũ eius non valet, an de falſo puniatur, vide Barto. ff. ad leg. Cor. de fal. l. ſi quis legatum. Conclude tamen, quòd falſum ſiue periurium non vergens in alterius pręiudicium ſolũ Deum habet vltorem. no. glo. 6. q. 1. quicunq;. Idem no. Bal. & gl. in l. 1. C. de re. cre. & Ia. But. in l. ſi cum paruo. C. con. vtr. iud.

Teſtis criminoſus non debet interrogari de ſocijs criminis, ſed certis caſibus ſpecialibus propter enormitatem criminis, qui no. per gl. in l. ſi. C. de accu. & ſi interrogatur de caſibus, in quibus interrogari nõ debet: non facit etiam iudicium, ſufficiens ad torturam: vt no. Cy. in d. l. ſi.

Teſtes recepti, parte abſente non vocata, licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen præſumptiònem. & vide ibidem de teſti. inter alios receptis: vt not. per Barto. & glo. in leg. res hæreditariæ. ff. de cri. expi. hæredit. & de ſecundo, vide Bar. in leg. admonendi. de iureiurand. & in leg. ſi quis libertatem, ff. de petit. hæred. & vide ſuprà §. teſtes non iurati licet.

* SINGV-

* SINGVLARE.

Licet per ſeptem teſtes regulariter debeat probari teſtamentum, tamen ſi ipſa ſcriptura teſtamenti facta fuit coram ſeptem teſtibus, & eſt deperdita: ſufficiet hoc caſu probare per duos teſtes caſum amiſsionis illius ſcripturæ,& continentia ipſius,ad hoc vt dicatur eſſe plenè probatum teſtamentum: ita ſing. dicit Bal. per illum text in l. teſtium. in 2. col. in vltimo nota. C. de teſti. quod eſt menti tenendum, ſecundum eum ibi: quod dictum refert, & ſequitur pro ſing. Alex. in leg. 2. in vlti. col. verſi. extra glo. C de bonorum poſſeſ. ſecundum tabu. & idem Alex in l. ſi vnus. in 1. col. ver. eſt etiam dare caſum. C. de teſtamentis. H. F.

Teſtis eo ipſo, quòd dicit aliquid incredibile, vel non veriſimile, eſt ſuſpectus: vt not. Bal C. de teſti. l. teſtium. pe. col. pro quo facit tex ff. de teſt. l. 3. §. 1. & leg. ob carmen. §. fi. & vide infrà §. teſtes deponentes.

Teſtis quando eſt ſuſpectus, debet interrogari, etiam ſuper extrinſecis, nõ cohærentibus negocio, de quo agitur. puta an tempus eſſet ſerenum vel nebuloſum: & debet Iudex modis omnibus laborare, talem teſtem intercipere per aliquas contrarietates: vt not. Inn. de teſt. cùm cauſam. ſuper ver. tempore. & idem no. glo. 4. q. 3. §. Item in teſtibus conſiderandum.

Teſtis ſi in vno dicit falſum, non creditur ſibi in alio: quia depoſitio teſtis fundatur ſuper iuramento, quod eſt indimiſibile: vt not. Bal. ff. ſi cer. pe. leg. certi condictio. §. quoniam. 5. col. quod eſt verum, ſi mentitur circa ſubſtantialia cauſæ ſecus ſi ſuper extrinſecis mẽtiatur. Inno. de hære. fraternitatis. & idem not. Old. ſuo conſi. 27. & hoc de extrinſecis litis: quando teſtis non eſt ſuſpectus: aliàs ſi ſuſpectus eſſet, etiam ſuper his mentiendo, reijceretur eius teſtimonium, per id quod not. Inno. de teſt. cùm cauſam. ſuper verb. tempore. Item ſi teſtis non eſſet ſuſpectus. limita dictum Inn. in cap. fraternitatis. quando teſtis iurauit ſimpliciter veritatem dicere ſuper articulis, vel ſuper cauſa: quia tunc intelligitur, duntaxat iuratus ſuper contentis in articulis, vel ſuper facto, de quo principaliter agitur, & ſuper eis cohærentibus: licet ergò ſuper extrinſecis mentiatur, non eſt periurus: vt not. Inno. de accu. c. inquiſitionis: & idem

no.Bal.in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff. de iureiu. ſecus ergò ſi teſtis iurauit dicereveritatem de omnibus, de quibus interrogatur: quo caſu ſi interrogatur ſuper extrinſecis,& mentiatur,non valent dicta per eum poſt mendacium:ſed antè ſic:vt not. Bal.ſuper rub.ſi contro. ſu. de inueſti. & quando teſtis dicatur ſuſpectus, vide ſuprà §.teſtis eo ipſo.

Teſtis ſi non deponit verbo,ſed per ſcripturam per eum iudici traditam, nõ valet eius teſtimonium: vt no. Io.An.in c.1.de teſti.Bar.dicit quòd valet,niſi petatur, ꝙ viua voce deponat.in l.Theopompus.de do.prælег.

ADDITIO.

Vide per apoſtillam ſuprà incip. teſtis non debet.

Teſtis eo ipſo quòd producitur, videtur pars producens eius perſonam approbare, & eo vti: ideò poſtea eius perſonam reprobare non licet, quanquam eius teſtimonio vti non velit.not.Io.An.in addi.Spe. in tit. de teſt.in §.ſæpe.in ver.ſed quid ſi eum. Idem tenet Iac.de rau. & pe. vt not. Cy.

Teſtem per me productum nõ poſſum ratione perſonæ impugnare,ſi contra me producatur,ſiue in eadẽ, ſiue in alia inſtantia,ſiue per eandem perſonam, cũ qua primò litigabam:ſiue per aliam:niſi cauſa, propter quã volo teſtem repellere:& quæ nunc adeſt reſpectu perſonæ teſtem producentis, non adhæret reſpectu alterius perſonæ,cum qua prius litigabam : vt ſi contra te produxi in teſtem partem Titij,& poſtea in alia cauſa Titius produxit contra me eundem pro parte ſua no. Ioan. An.in addi.Spe.de teſt.in § ſæpe.in ver.quid ſi produxit teſtem infamem. & de excep. venerabilis. in glo. quaſi dicat.ver.ſed ad hoc. Item & prædicta limita niſi cauſa ſuperuenerit de nouo: vt C. de teſt.l. ſi quis teſtibus.& ibi nó.per glo.Cy. Bar. & Bal. vel niſi producens teſtem contra me corrumpit illum teſtem:vt d.l.ſi quis no.Spe. in §.quid ſi produxi teſtem.

Teſtem cõtra me productum ſi eius depoſitionem pro me factam acceptem,non poſſum poſtea, ſi contra me producatur,eius perſonam impugnare, quando ex tali depoſitione victoriam obtinui, quam aliàs non

obti-

obtinuiſſem,ſecus ſi etiam ſine illa depoſitione obtinuiſſem:vt not.Io.An in addi.Specu.in tit.de teſti.§.ſæpe.verſi.ſed quid ſi eum.Idem not.Anto. de teſti. in princi. ver.oppo. cum glo. vbi dicit etiam, quòd ſi teſtem contra me productum in vna cauſa non impugno ratione perſonæ,cùm poſſem impugnare, tamen potero ſi contra me iterato,& etiam in alia cauſa producatur,impugnare, ſecundum Bal.& hoc etiam no.Specu.in d.§.ſæpe.verſi.ſed quid,ſi produxi contra te,quod videtur primo dicto contrariari:ſed nõ contradicit,quia primo caſu expreſſè approbaui, ſed ſecundo caſu tacui: non approbando nec improbando.

Teſtem contra me productum ſi eius perſonam impugnaui,& pro me aliquid deponat: depoſitio mihi nõ prodeſt:ſi in impugnatione non perſtiti, ſecus ſi ſimpliciter fui proteſtatus: vt mihi liceret contra teſtem excipere, cùm poſtea nihil excepi. aliud enim eſt proteſtari, & aliud quod volo excipere,ſecundum Inn.in c.præſentium.de teſti. quod qualiter intelligendum ſit,vide plenè per Ant.pe.& vlt.col.& licet ibi ipſe & Io.An. dicant, quòd Inn. voluit facere differentiã inter proteſtantem in genere de excipiendo contra teſtem,& proteſtantem in ſpecie velle opponere criminaliter: tamen non eſt verum,quod illam dilatoriam faciat. Sed duntaxat differentiam facit inter proteſtantem, vt liceat ei excipere, & inter proteſtantem, quòd vult excipere, quia primo caſu non declarat voluntatem ſuã præciſè ſi velit excipere:Secundo caſu ſic:& illo caſu non refert ſecundũ eum an dicat qs in genere, proteſtor ꝙ volo excipere contra teſtes,vel dicat,ꝓteſtor velle excipere ꝙ ſint criminoſi.

ADDITIO.

Teſtis an poſsit eſſe famulus pro Domino, ſi tempore teſtimonij non ſit in famulatu, vide per Alex. in conſi.5.in 4.col.in 1.vol.vbi ponit, quid ſi licentia proceſsit à Domino, & quid ſi proceſsit à fa.

10 †Teſtes reprobatorij non admittuntur,niſi ſemel à qualibet partium,& ſic poſt ſecundam ꝓbationem cuicunq; parti contingat, non admittitur vlterius ꝓbatio per teſtes,ꝙ eſt verũ in teſtibus reprobatorijs cõtra per-

ſonas:ſecus in reprobatorijs contra d. vt not. Io. An. in ꝑ. præſentium. de te.

Teſtes idonei ſunt pater & mater ad probandum matrimonium per filium vel filiam contractum, niſi propter potentiam vel excellentiam alterius coniugū teſtimonium eorum ſit ſuſpectum, puta quia vir vel mulier, quem pater & mater teſtificantur cum filio contraxiſſe excedit in diuitijs, vel nobilitate generis: vel potentia amicorum vel honore: quia fortè eſt Iudex vel Doctor, vel Conſiliarius alicuius magni viri: vt patet in c. ſuper eo. 2. de teſt. Vel niſi filius vel filia dicatur prius cum alio contraxiſſe, vel votum emiſiſſe. vel opponatur de ſpirituali cognatione: vt not. in Spe. in ti. qui ma. accu. poſ. ver. in cauſa autem criminali. quod autem dicit Spec. patrem & matrem eſſe idoneos, quando duo contendunt, quorum vnus dicit, ſe prius altera cum muliere contraxiſſe. Intellige quando ille, pro quo pater vel mater mulieris deponerent, excederet alium in diuitijs, nobilitate vel potentia, vel honore, quia tunc habet locum ratio dicti cap. ſuper eo. aliàs ſecus eſſet. arg. dict. cap. ſuper eo. Hoſtien. dicit, quòd arbitrium eſt, an dicti teſtes ſint idonei: vt not. Ant. poſt eum in d. c. ſuper eo. Ioan. An. dicit ſecundum can. quòd licet vir mulierem excedat in diuitijs, nobilitate, potentia vel honore: tamen ſi pater & mater ſunt valde honeſti, admittuntur in teſtes. vide tex. de his, qui ma. accu. poſ. c. videtur, vide infrà ꝗ. mulieres.

Teſtis non poteſt repelli ratione perſonæ, niſi tempore, quo producitur, excipiatur, vel fiat proteſtatio de excipiendo, vel niſi noua cauſa ſuperueniat, vel niſi iuret poſtea, quòd cauſa maliciæ non excepit. de teſti. præſentium. & ibi not.

Teſtes duo digniores præferuntur centum teſtibus vilibus, contrarium deponentibus: vt not. Hoſt. & Ioan. And. & Anto. in c. veſtra. de teſti.

Teſtes deponentes ea quæ ſunt iuri communi conſona, cenſentur deponere veriſimiliora, qui deponunt contrariū, deponere cenſentur non veriſimilia. not. Io. An. & Ant. in c. in noſtra. de teſti. Ideò primi præferūtur ſecūdis: vt no. Io. And. & Ant. de ꝓba. licet tamē. & ponit Ant. in ꝗnta charta. 3. col. ver. no. 2. ꝗ cæteris partibus.

ADDI-

ADDITIO.

Teſtibus affirmantibus, an & quomodo magis cre datur quàm negantibus, vide per Alexan. in conſilio 110. in 3. col. in primo volu. Et vtrùm deponentes ſuper negatiua rectè deponant, & quomodo deponere debeant, vide per Alex. in conſi. 136. in vlti. col. in 2. volu.

Teſtes contraria deponentes, ſi ſunt in numero pares, & poſſunt per multiplicationem actus concordari, debent ad concordiam reduci: non ſolùm, vt falſitatem euitent, ſed vt probent vtrumque actum: ſed ſi ſunt diſpares, ſtatur maioritati numeri vel auctoritati: vt no. Anto. in c. cum tu. de teſti. Prædicta procedunt à diuerſa parte productis: vbi autem ab eadem parte producuntur & contrariantur, tunc ſecundum Legiſtas licet concordentur, vt falſitatem euitent, nõ tamen vt probent: ſed hoc dictum Legiſtarum ſaluatur, quando eſſent duo teſtes duntaxat ſibi contrariantes: quia tunc nullus per ſe perfectam probationem facit: ſecus ſi eſſent plures, quia tunc ita reducerentur ad concordiam, vt probarent, ac ſi eſſent à diuerſa parte producti, ſecundum Io. An. & Fred. de Senis: vt not. Ant. in d. c. cùm tu. & aduerte, & dicta concordia poteſt fieri etiam de vno teſte ad ſeipſum, vt eius dicta ante concordiã reducantur, nedũ vt falſitatem euitent, ſed etiam vt probaret vt vnus teſtis: vt no. Ant. in d. c. cùm tu. vide infrà §. teſtis vnus.

Teſtes duo ſibi contrariantes, quorum vnus dicit alterum fuiſſe præſentem: & ille alter negat, debet Iudex contra eos ratione ſuſpicionis inquirere. not. Bald. in l. teſtium. C. de teſti. & vide quod ipſe no. in l. hęredes palàm. in prin. ff. de teſta.

Teſtes ſi contraria deponant, ſtatur maiori numero: niſi auctoritas minoris numeri ſit tanta, vt excedat maiorem numerum: quo caſu ſtatur maiori auctoritati, reiecta maiori numero; vt not. Hoſt. Ioan. And. & Anto. in c. in noſtra de teſt. hoc intellige, niſi numerus ſit duplo maior, quo caſu numerus præferatur auctoritati maiori, per tex. de elect. ſi quando. lib. 6. & ita dicit Ioan. And. in dict. cap. in noſtra. in fin. vbi aũt ſunt teſtes omninò pares, vel ratione numeri, vel ratione autoritatis, vel vno cũ alio põderato, tunc fertur ſẽtẽtia pro

reo ſi conſtat,quis ſit reus:fallit in quatuor caſibus, in quibus ſententia fertur pro actore.quos not.glo.in d.c. in noſtra.fallit etiam in pluribus alijs caſibus,quos ponit Spec.in tit.de teſt.§.poſtquam.ver.quid ſi tot ſint.& ver.penul.Vnum tamen ſcias, quòd vnus teſtis non detrahit duobus contrarium deponentibus:quia ſemiplena probatio non detrahit perfectæ probationi: vt not. Anto.in d.c.in noſtra.& Bal.in l.admonendi.verſi. quæro quid ſi actor.ff.de iureiuran.vide quod not.per eum. in leg.1.in princ.de ven.inſpi.

* SINGVLARE.

11 †Teſtes examinati nunquam dicuntur eſſe diſcordes,quando concordant in facto ſeu negocio principali:licet ſint diſcordes in aliquibus qualitatibus & circũſtantijs.glo.eſt no.in c. dudum. in verbo, ſubſtantiam. de conuer.coniug.& gl.in c.cum eccleſia ſutrina. in verbo,vacilaſſe.de cauſa poſ.& proprie.Iſtud tamen limita procedere, niſi teſtes ſint interrogati de forma verborum,ſeu de formalibus verbis contrahentium:nam tũc ſi diſcordant in cortice verborum,licet in effectu concordent & in ſubſtantia,tamen dicuntur eſſe diſcordes: & nihil probant, ita ſingula. & mirabiliter dixit Anto. de But.in c. nihil obſtat. de verbo. ſignifica. quod dictũ refert & ſequitur pro valde notabili. Iacobinus de ſancto Georg.in l.qui falſa.in 2.col. verſi. vnum notetis. ff. de teſt.& ſequitur Panormi.in dicto cap. nihil obſtat.in primo notab. Et ideò refert ipſe Ant.de But.ibi in quæſtione facti fuiſſe determinatum, quòd teſtes nihil probabant,quia aliqui depoſuerant, quòd teſtator inſtituendo Sempronium, dixerat iſta verba, facio te hæredẽ meũ:alij verò depoſuerunt, quòd ipſe dixit, inſtituo te hæredem meum,pronunciatum fuit teſtes eſſe contrarios:nam licet in ſubſtantia idẽ dicerent, tamen q̃a fuerant interrogati de verbis formalibus prolatis à teſtatore,tunc diuerſitas narrandi habuit obſtare. H.F.

* ADDITIO.

Teſtis vnus quando plus deponit de negocio quàm

quàm alius, tamen ex hoc non dicuntur ſingulares, neque contrarij: vt not. Ant. de But. & ſequitur Io. de Imo. in c. 1. de offic. leg. refert & ſequitur etiam Iac. Geor. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. in col. fi. ver. addo vobis. ff. de teſti. H. F.

Teſtem contra me productum, non poſſum poſt eius publicationem impugnare ratione perſonæ, niſi iuro, quòd non ex malicia procedo contra eum: vel niſi ante publicationem fuerim proteſtatus velle excipere contra eum: Vel niſi probem, quòd ea quæ oppono, ad mei noticiam poſt publicationem peruenerint. de teſti. præſentium. & hoc quod de nouo ad mei noticiam peruenerit, probatur per iuramentum; vt not. per glo. & Ant. in d. c. præſentium.

Teſtis vnus & idem ſi ſibijpſi cõtrariatur in eadem inſtantia, vel diuerſis, vel inter eaſdem perſonas, vel inter alias, & in iudicio nullo & aliquo ſummario: vel pleno vel in iudicio vt extrà: an probet in aliquo, vide plenè per Ant. de teſti. cùm in tua. penult. & vlt. col. & per Bar. ff. de fal. in l. eos. in prin. vide ſuprà §. teſtes contraria deponentes, in fi. & vide infrà §. prox. ſequen.

* SINGVLARE.

Teſtium reprobatio nõ admittitur in iudicio ſummario, ita ſingul. dixit Abb. antiquus, in c. veniens. de teſti. quod dictum refert & ſequitur pro valde not. Iacobi de ſanct. Geor. in l. quæſitum, circa fin. verſic. ponamus. ff. de teſti. tu adde, quòd iſtud etiam refert & ſequitur Ludo. Ro. ſing. 383. inci. reprobatio perſonarum, &c. licet de eo nullam faciat mentionem idem Iacobinus. H. F.

Teſtis qui ſemel in cauſa depoſuit an poſsit iterùm repeti, vt in primo dicto addat, vel ipſum declaret aut corrigat, vide per Ant. de teſti. cũ clamor. & c. per tuas. & c. cùm cauſam. vlt. col. vbi dicit, quòd ſi ſecunda vice contrarium dicit, dicto eius quod prima vice dixit, non valet, quod vltima vice depoſuit, niſi prima atteſtatio nulla fuiſſet: & idem dicit glo. & Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. quid ſi idem tèſtis. & ver. ſeq.

Teſtes familiares producentis, licet in alijs cauſis à

matrimonialibus repellendi ſint tanquam domeſtici. l.etiam.C.de teſti. & ibi not.per Cy.& Bald.in l. qui teſtimo.§.quicunq;. ff. de teſta. tamen in cauſa matrimoniali ſunt teſtes idonei, ſi aliàs ſunt honeſtæ perſonæ, dummodò non ſint filij vel ſerui producentis: vt not. Inno.& Io.And.in c. in literis,de teſti. quod dictum intelligo in cauſa matrimoniali, quia de illa loquitur illud c. in literis.licet Innoc.generaliter in qualibet cauſa loqui videtur, & ita etiam generaliter loquitur Bart. ſequens Innoc.in d.l. etiam. ſed text. illius l.facit contrarium. in matrimonialibus autem ſpeciale eſt, quòd domeſtici admittantur: nam in illis admittitur pater & mater, qui ſunt domeſtici, vt patet in c. ſuper eo. 2. de teſti. fortiùs ergo admittentur familiares domeſtici producentis, quia pater & mater habent maiorem affectionem ad filium vel filiam, quàm familiares ad dominum vel dominam, vide ſuprà §. teſtes idonei ſunt pater. vnum tamen not.quòd licet familiares non poſſint teſtificari pro domino, poſſunt tamẽ teſtificari inter ſe ipſos,ſecundum Nic.de ma.& Bal.in d.l. etiam.licet contrarium faciat quod not. Inno. in c. inſinuante. de offic.deleg. ſed ad hoc vide infrà §. proximo ſeq.

Teſtes omnes cenſentur idonei qui non reperiuntur à iure ſpecialiter prohibiti.ff.de teſti.l. 1. per hoc dicit Inno.quòd licet in dandis iudicibus,ſi dominus domus eſt ſuſpectus, omnes de eius familia poſſunt dici ſuſpecti:tamen aliud eſt in teſtibus,quia licet dominus ſit ſuſpectus vel ratione conſanguinitatis vel alia, tamen ſui familiares non poſſunt dici ſuſpecti, quia hoc non eſt de iure cautum, & quia minor ſuſpicio repellit iudicem quàm teſtem: & ratio, quia plures inueniuntur iudices quàm teſtes, ita not.Innoc.in c. inſinuante. de leg. quod etiam dicit Bal. quia licet procurator non ſit idoneus teſtis in cauſa, in qua procur. tamen familiares ſui ſunt idonei. ita not. Bald. de teſt: l.teſtium. §. quæcunq;.

ADDITIO.

12 †Teſtes quomodo & quando admittantur in defectum aliarum probationum, quando etiam aliàs non eſſent idonei,vide per Alex.in conſil,173. in 2. volu. vbi ponit

ponit quomodo dicatur conſtare alias probationes haberi non poſſe.

Teſtis dicitur falſum teſtificari, non ſolùm quando falſum exprimit, ſed etiã quando verum tacet, quod procedit quando iurauit plenam dicere veritatem ſuper interrogatorijs, tunc demum tacendo dicitur falſus, ſi fuerit interrogatus. de accu. cum dilecta. & not. Ant. de reſcrip. ſuper literis. 2. col. in fin.

Teſtis proxeneta non compellitur inuitus teſtificari, niſi vtraque parte volente, ſed volens admittitur, ſi vna pars conſentit, licet alia contradicat: vt not.. ut. de teſti. §. quoniam. not. in glo. 1. & hoc tenet Bald. C. e teſti. l. omnibus. contrarium tenet glo. quòd non admittitur, niſi vtraque parte volente. in aut. de inſtru. cau. §. in his. & de teſti. c. 1. & c. Romana. lib. 6. & hoc tenet Bald. ff. de iure fiſci. l. deferre. §. ijdem, decreuerunt, & in hanc partem declinat Ioan. in c. dilecto. de teſti. motus ratione quam ponit Accu. in d. §. quoniam verò. in glo. magna. & hanc partem firmat Ioan. Cald. & Anto. in c. dilecto. Aduerte tamen quòd ſi per alios teſtes probari non poteſt, quia fortè non interfuerunt, aliàs admittuntur proxenetæ in ſubſidiũ: vt not. Ant. in c. cùm dilecti. de elect. & in c. cùm à nobis. de teſt. vlt. col. vide omninò quod no. Io. And. in add. Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. ſed pone. ſed in crimine ſimoniæ ſpecialiter eſt ſtatutum, quòd mediator ſiue proxeneta admittetur in teſtem, etiam alia parte inuita, ſi ciuiliter agatur, & proxeneta nullum inde emolumentum percipit: vt eſt caſus in d. c. 1. de teſti. lib. 6. per quem text. concludi videtur, quòd cum illo caſu ſit ſpeciale propter deteſtationem criminis, quòd in alijs caſibus non admittitur, parte altera inuita: diſtingui tamen debet in alijs caſibus, quod aut proxoneta producitur in teſtem per illam partem, quæ ſtat pro contractu vel alio actu, in quo fuit mediator, & tũc non debet admitti altera parte inuita, cuius fauore repellitur propter ſuſpicionem, quæ eſt contra proxenetã, quæ affectat valere contractum, in quo fuit mediator: ſecus ſi producitur per illum in teſtem, qui ſtat contra contractũ, quia tunc ceſſat dicta ratio ſuſpicionis: vt not. Gaſ. Cald. in d. c. dilecto. & ita etiam fuit mens Io. And. in d. c. dilecto. ver. ſed pone.

ADDI-

ADDITIO.

Quando iungantur plures probationes imperfe-ctæ ad faciendam vnam plenam & perfectã, vide Alex. in conſil.13.in 13.col.in 1.vol. & in conſil.32.in vlt.col.& in conſil.53.in 3.col.in 1.vol.

Teſtes valetudinarij vel ſenes aut debiles,vel pauperes,non poſſunt compelli venire ad præſentiam iudicis ad teſtificandum, ſed debet iudex mittere ad eos in domo ſua examinandos. & pauperes dicuntur, qui non habent ad ſuam familiam ſuſtentandam,niſi ex operibus & labore ſuo, vnde non ſufficeret, quòd producens eum in teſtem vellet ſibi dare expenſas victus, quia per hoc familia ſua non ſuſtentaretur. no. Ant. de teſti.c.quoniam teſtimonium.

Teſtes à iure priuilegiati,vt non compellantur inuiti teſtificari poſſunt compelli in ſubſidium, ſi aliunde veritas probari non poteſt.not.Anto. in c. 1. de teſti. col. vide & hoc de iure canonico: ſecus de iure ciuili: vt not.glo.C.de teſt. l. inuiti. ſed ius canonicum ſeruandum eſt propter peccatum, quod incurrit, qui veritatem tacet.

Teſtium verba quæ non poſſunt propriè redigi in latinum,debent per notarium ſcribi vulgariter:vt not. Bart. ff. de tut.l. ſi quis filiabus.

Teſtes qualiter debeant deponere ad probandum tenorem inſtrumenti,vel alterius ſcripturæ,vide Ioan. And.& Anton.in c. cùm olim. de priuile.& aliquid per Bald.in l.1.ff.ſi cer. pet.

Teſtis deponens aliquem præſcripſiſſe non probat,licet non interrogatur,niſi exprimat poſſeſsionem & bonam fidem, quæ in præſcriptione requiruntur, & ex quibus præſcriptio completur. not.Io.And.& Anto. in c.fraternitatis. de teſti.Idem not.Inno.ibi. & in c. per tuas. eo. tit.

Teſtis qui patitur ſe produci pro teſte in contractu de re ſua inter alios celebrato,an ſibi præiudicet,vide quod not.ff. de pignora. actio. l. Caius. & in c. inter dilectos, de fide inſtru. & per Bart. in l.quæ dotis.ff. ſoluto matri.

Teſtis qui reputat ſibi ad honorem victoriam cau-

ſæ, & perditionem ad dedecus, eſt ſuſpectus & repellendus: vt not Io.And.de teſt Romana.lib.6.

Teſtibus publicatis non ſolùm eſt adempta facultas producenti probandi per teſtes ſuper eo articulo, ſed etiam parti, contra quam producuntur eſt adempta facultas probandi ſuper directo contrario: vt patet de teſti. cùm veniſſent. & ibi notat Ant. quod intellige quando ſunt publicati ſimpliciter vtriq; parti, ſecus ſi vni parti tantùm, vide infrà §. proximo.

Teſtibus publicatis non licet alicui parti teſtes de nouo producere, quanquam non appareat quòd ſint teſtificata didicita, niſi publicatio facta fuerit parte ignorante vel inuita. not. Io. And. in c. conſtitutus. el 2. de teſt. ſuper vlt. glo. vel inter publicationem & productionem fuerit ita modicum interuallum, quòd non poterit pars didiciſſe teſtificata, vel niſi pars & notarius iurauerint, quòd non fuerint teſtificata didicita: aliàs ex ſola publicatione præſumitur pars præſens & non contradicens, aut publicatio facta, & didiciſſe teſtificata. not. Ant. in c. fraternitatis, de teſti. in 4. char. verſic. 2. terminus. & vide ſuprà §. prox.

Teſtis pubes factus an poſsit teſtificari de his quæ impubes vidit: dic quod not. per glo. Bart. & Bald. in l. teſtium. §. 1. ff. de teſt. & plenius per Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de teſti. §. 1. ver. ſed nunquid factus pubes.

Teſtis ſi in iudicio dicat vnum, & extra iudicium dicat aliud ſeu contrariũ, quid iuris ſit de dicto ipſius, an & quando valeat, vel falſus reputari debeat, vide Bart. in l. eos, in princ. ff. de fal. & Ant. in c. cùm in tua, de teſt.

Teſtificari an poſsit vnus de vniuerſitate pro ipſa vniuerſitate, vel pro aliquo qui ſit eiuſdem vniuerſitatis, vide Io. And. ca. cùm nuncius, de teſti. & Barto. in l. tantùm. §. vniuerſitatis. de re iud. Spec. in tit. de teſti. §. 1. verſic. ſed nunquid in cauſa.

Teſtificari an poſsit prælatus, & quilibet de capitulo vel de conuentu in cauſa eccleſiæ, vide Specula. in titul. de teſti. §. 1. ver. ſed nunquid Rector. & Ioan. And. in c. inſuper. eo. tit. & de iureiuran. c. & ſi Chriſtus, in fi. & in c. præſentium. ſuper ver. ab eiſdem, de teſti. lib. 6. in nouella. & vide omninò vnum verbum, quod poſuit

ſuit Ant.in c.cùm nuncius, in fine primæ colum. de teſti.& quod plenè not. in d.c. cùm inſuper.& vide ſuprà §. teſtis poteſt eſſe prælatus.

Teſtificari an poſsit vaſallus pro domino,vel econ uersò, vide Specul.in tit. de teſti. §.1. ver. ſed nunquid vaſallus. & quod not. Io.And. in ver. quid de venditore. & de alie. iu. mu. cau. fac.ca.2.ſuper 1. gloſſ.& quod not. Ant. in c. inſuper. de teſti. vide ſuprà §. teſtificari poteſt ſubditus.

Teſtificari an poſsit legatarius in cauſa teſtamenti. & venditor & donator pro emptore vel donatario, & ſocius pro ſocio, vide Ant.in c. inſuper.de teſti.

Teſte primo examinato, & eius depoſitione extenſa, ſi notarius in receptione ſecundi teſtis dicat quòd depoſuit prout primus, an valeat receptio, vide Anto. de regu.ſi quis. & Io.Andr. vbi Bald. dicit, quòd valet: vt ipſe not.in pace conſtantiæ. verſic. die lunæ. 2. columna.

Teſtes regulariter non poſſunt recipi lite non conteſtata: fallit in certis caſibus: vt in c. quoniam. vt lite non conte. & de teſti. cùm olim. vbi additur alius caſus:vt ibi not.Ant.

Teſtes recepti per iudicem laicum in cauſa eccleſiaſtica, non faciunt fidem in foro eccleſiæ. not.Hoſtie. Ant.& Io.And.in c. ſicut.ne cle.vel mo.

13 †Titulus beneficij acquiritur per collationem,prouiſionem & translationem totalis iuris in beneficio, non per mandatum de conferendo vel prouidendo. Litera ergo apoſtolica per quam de beneficio prouidetur,cùm ex ſtylo curiæ ſit de ſubſtantia gratiæ, eſt titulus beneficij effectiuè & conſeruatiuè, quia licet gratia perdatur,non perditur titulus, dummodò probetur literam fuiſſe confectam, ſed litera mandati de prouidendo,nō eſt titulus beneficij mediatè vel immediatè, ſed eſt quoddam præambulum ad titulum producendum per collationem & prouiſionem virtute ipſius literæ fiendam: & ſic poteſt dici titulus habitu & potentia,ſed non actu,ſecundum Cal. & Anto.in c.noſtra, in princip de reſcrip.& Zen.in extrauagan. Ioan.And. 22. quæ incipit,ſedes.& vide ſub verbo,gratia.§.gratia apoſtolica.

Tole-

Toleratus quis dicatur & quando, vide ſub verbo, excommunicatio. §. excommunicatus poteſt aliquid. & vide quod notabiliter dicit Inno. de accuſa.c. qualiter. el 2. ver. Item nota. quod ſententia.in glo.magna. & quod ibi dicit do.Anto.

14 † Tortura ſi ſemel eſt facta, an poſsit quis iterùm torqueri, non ſuperuenientibus nouis indicijs, vide Cyn. & Bald. C.de quæſti.l. finali. & Bart. ff.eo.titul.l. vnius.§.1. & Io. And. & Ant.in c. cùm in contemplatione.de reg. iur.

ADDITIO.

Torqueri an poſsit clericus pro delicto, vide per do. Abbatem in capitulo primo, de depoſito. Et ſi ſic, an per laicum, vide Abbatem in capitulo, vniuerſitatis. de ſententia excommunicationis, etiam per eundem. in c. in contemplatione, de reg.iur.

* SINGVLARE.

Ad probandum torturam, & ſic confeſsionem coactam, & non ſpontaneam, quæ ſolet occultè fieri, & quæ eſt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas. Iacobinus de ſanct. Geor.in l. 2. in 2.col.in tertio not. ff.de interroga. act. & de materia, vide quæ poſui ſuprà in ver. argumentum. & quæ indicia ſufficiant ad torturam, & quæ dicantur indicia dubitata, & quæ indubitata, vide latè per eundem Iaco. Geor. in l. cum probatio. ff. de proba. Et adde, quòd contra clericum non poteſt procedi ad torturã exiſtentibus contra eum, quibuſcunq; indicijs, niſi ipſe clericus aliàs ſit infamis: ita ſingulariter dixit Abba.antiquus, in c.grauis.de depoſito.quod dictum refert & ſequitur pro ſingul. Fel. in c. veniens. in 2.colum. in vltimo.no. de teſti. H. F.

15 † Tranſactio propriè ſumpta nõ poteſt, licet ſit iniqua, reſcindi. not.de iureiuran.c.quintauallis.verſ. ſecunda differentia, aliàs vltima differentia.

Treuga pendente, licet tu mihi damnum des, non licet mihi tibi damnum dare. not. Ant. de iureiuran. c. peruenit. el 2.ſed Ioan.And. dicit contrarium in addit. Spec. in tit.de treuga & pace.ſuper Rub.in fin,

Tur-

Turbatio qualiter fieri dicatur, vide ſub verbo, actor. §. actor ſi egit: dic quòd quatuor modis quis poſſit turbari in poſſeſsione, vt ſibi competat Interdicto, vti poſsidetis. Primò, quando Aduerſarius ſe poſsidere contendit: vt l. ſi duo, in princ. ff. vti poſsid. Secundò, ſi Aduerſarius licet ſe poſsidere non aſſerat, impedit tamen verum poſſeſſorem ne fructus ex re poſſeſſa recipiat: vt in c. dudum, de decimis. Tertiò, ſi Aduerſarius iactat ſibi ius competere, & poſsidentem nullum ius habere, & propter talia verba non reperit verus poſſeſſor laboratores, qui velint terram laborare: vt l. vim facit. ff. de vi & vi armata, ſecundum primum intellectum glo. vt not. Bart. ff. vti poſſ. l. 1. §. huius autem interdicti. Quartò, ſi poſſeſſor dicens ſe poſsidere, & in poſſeſsione turbatus, per alium agat contra illum, & ille in iudicio ſe opponit, quia ſic opponendo videtur dicere actorem non poſsidere, & communiter eum turbat poſſeſsione, & licet alia turbatio non præcedat illam, ſufficit vt actor obtineat: vt not. Lapus allegatione 65. aliàs 45. & Bart. in l. ſi prius, de no. ope. nuncia. in vltima oppoſitione. & Compoſtella in c. mandatum, de reſcrip. Sed Bart. & Compoſtel. loquuntur, quando agitur ſuper iure, non ſuper poſſeſsione, vide ſub verbo, actor. §. actor ſi egit.

Turpitudinem ſuam allegans non debet audiri, de donatio. inter dilectos. de quo dic, vt plenè not. Bar. in l. iuſiuran. ex conuentione. §. fin. ff. de iureiuran. vide Inno. in c. 3. de proba.

Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes, de iureiuran. quemadmodum: vt not. Rom. conſil. 155.

16 † Tutor poteſt compromittere in arbitratorem de re pupilli, ambigua & non liquida. not. Calde. C. de tranſact. l. præſes. Si tamen res, de qua compromittitur eſt immobilis, non valet compromiſſum ſine decreto iudicis: vt not. Bald. C. de pactis. l. pactum curatoris. & in l. 1. C. aduerſus tranſact. & idem not. gl. Bart. ibidem. & Ant. de reſti. in integ. c. conſtitutus.

Tutor an teneatur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, etiam ſi datus ſit per inquiſitionem, vide ſub verbo, curator §. curator tenetur: nam iura loquentia de

tutore

tutore habent ex mente legis locum in curatore: vt dicit text. in l. neq;. ff. de reg. iur.

Tutrix an poſsit eſſe proauia, ſicut & poteſt mater, vide ſub ver. auus. §. proximo.

Tutor, ſi per eum cui de iure defertur ſucceſsio pupilli, non petitur intra annum dari pupillo: priuatur ille cui ſucceſsio defertur omni hæreditate ipſius pupilli decedentis in pupillari ætate. Sed alij ſequentes in gradu non priuantur hæreditate: licet poſt lapſum anni tutorem alium non petant dari intra alium annum ſequentem: vt not. Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtitu. Et idem not. Bart. in l. 2. §. videndum fin. ff. ad Tertul. vide text. C. eo. titu. l. matres. & C. de legi. hære. l. ſciant.

SVMMARIVM.

1 *Variare alicui an & quando liceat.*
2 *Vaſallus quando veniat feudo priuandus.*
3 *Veſtigalia quibus ex cauſis imponantur, & an ſint præſcriptibilia.*
4 *Verba narratiua an & quando faciant probationem.*
5 *Vicarius epiſcopi cuius ſit auctoritatis.*
6 *Vnio beneficiorum quando ſit licita.*
7 *Vniuerſitas quale nomen ſit, & quid vel quos comprehendat.*
8 *Verbum volo, prolatum ab aliquo quid importet.*
9 *Vocem in electionibus habere qui poſsint vel debeant.*
10 *Votum an ſemper ſit obligatorium.*
11 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur.*
12 *Vxor adultera qua pœna teneatur.*

DE LITERA V.

VARIATIO † an ſit licita, vide de elect. ſi compromiſſarius. §. ſi verò. lib. 6. in glo. approbatur. & ſuper ea in nouella. & quod ibi notauit Lapus. vide etiam clement. de renuncia.

ADDITIO.

Variare poteſt quis ſæpe antequam ius alteri ſit

quæſitum, ſecus ſi ius ſit quæſitum alteri, vt in electione Io. And. in c. mutare. de regu. iuris. lib. 6. Abbas in c. bonæ. ſecundò. de poſtula. prælа. columna 4. Inno. in c. noſti. de elect. Adde do. Fel. in c. præſentata. in 2. col. verſic. quid autem de teſti.

2 † Vaſallus ſi negat ſe in feudum tenere, perdit ius feudi ſi quod habet, ſecundum Inno. vt no. Ant. de iud. cæterùm. verſic. venio ad glo. in fine. & verſic. venio ad ſecundum.

* SINGVLARE.

Vaſallus propter delictum domini an priuetur feudo: dic quòd non, nam hoc caſu propter delictum domini feuda nō confiſcantur: imò ipſa feuda per ipſum conceſſa firma manent, & quod plus eſt, vaſalli ipſi efficiuntur franchi. do. Iaſon in l. fin. in 7. col. ver. dicit etiam multum ſingulariter. C. de iure emphy. Et adde quòd in generali cōfiſcatione omnium bonorum non veniunt bona feudalia, vt Iacobinus de ſanct. Georg. in q. feud. in penult. col. in 28. q. H. F.

* ADDITIO.

Vaſallus ſi non præſtat debita ſeruitia domino, poteſt dominus eum propria auctoritate priuare feudo, quando inobedientia ipſius vaſalli eſſet notoria: vt no. Iacob. Geor. in quæſti. feud. in 17. q. H. F.

Vaſallus ſi alienat feudum etiam decimarum ſine conſenſu rectoris eccleſiæ, à quo tenet in feudum, priuatur iure ſuo, licet conſenſus epiſcopi interuenerit. not. Inno. & Ioan. And. in c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à prælatis. H. F.

* SINGVLARE.

In iuramento fidelitatis aliud comprehenditur, quàm id quod habetur in c. 1. in tit. de forma fideli. & in c. 1. de noua. for. fide. nam vaſallus eſt aſtrictus ad exaltandum dominum ſuum inquantum poteſt. glo. eſt in c. 1. in titul. qualiter vaſallus iura. debeat fideli. quam gloſſ. dicit eſſe ſingularem Iacobinus de ſancto Georgio, in quæſtione feud. in penult. quæſtio. Adde, quòd vaſal-

vaſallus etiam ſine ſacraméto veritatem dicere debet, vt habetur in epiſtola poſita 22.q.5.c. de forma. & c.ſequen. & ibi per Ioannem de Turre cremata. & per Iaſonem in procœ.feud. in 12.colum. verſi.quid autem ſit fides. H.F.

3 † Vectigalia an poſsint longa conſuetudine deberi & præſcribi, vide ſub verbo, conſuetudo. §.conſuetudo exigendi.

Vectigalia & pedagia poſſunt imponi per ciues exigenda inter ſeipſos, & ab ipſis tantùm, & non ab extrinſecis, quia eſt de principi reſeruatis. not. Ant. de cenſi. peruenit. ſexta charta. verſic. per hoc apparet quid de pedagio.

Vel, hæc dictio alternatiua quandoque ponitur pro id eſt: vt not.glo.in l.2.ff.ad leg.Aquil.

Venditor, qui ſub conditione védit, ſi per eam ſtat, quominus conditio impleatur, poteſt conueniri actione ex eo contractu, ac ſi eſſet conditio impleta. Item poteſt agi præſcriptis verbis, vt de facto venditio fiat. l. Labeo ſcribit in bibliotheca. ff. de contrahend. empti. Prima actio oritur ex fictione. Secunda ex veritate. Et videtur mirabile, quòd ex contractu nominato oritur actio præſcriptis verbis. ſed illam legem declara: vt not. Bald. ſuper Rubric. C.eo. titul. & vide ſub verbo, debitor. §.debitor ſi eſt obligatus ad rem.

ADDITIO.

Variatio eſt prohibita in Papa, Clericis & Principibus, vt pulchrè per do. Fel. in c. cùm olim. colum. 3. cum ſequent. de re iud.

Venditor vendens rem, ex cuius fructibus decima de iure communi debetur: Sed ex conſuetudine illius prouinciæ communiter non ſoluuntur, neceſſe habet in inſtrumento venditionis ponere illam clauſulam, ſalua conditione venditionis, cui dicta res ſubiecta eſt, ſcilicet quòd ex fructibus eius debentur decimæ tali eccleſiæ, alioquin tenetur emptori ad intereſſe: quæ clauſula non eſſet neceſſaria, ſi decimæ de conſuetudine ſoluerentur, quia tunc illa clauſula de iure

intelligeretur: vt not. Spec. in tit. de empt. & vendit. §. 1. ver. ſed nonnunquam.

4 † Verba narratiua licet probent contra narrantem, non probant contra alium. not. Roma. conſil. 270. Sed nec contra narrantem probant plenè, quando inciden ter ob aliud, & non propter ſe principaliter dicta ſunt. not. Anto. de ſucceſ. ab inteſt. cùm dilectus. & vide per eum de proba. poſt ceſsionem. ver. 7. caſus.

5 Verba narratiua Papæ in literis ſuis ſcripta, an faciant plenam probationem, vide plenè per Lapum de Caſtel. alleg. 7. & infrà §. verba narratiua Papæ. vide ſub verbo, probatio. §. probationem faciunt verba.

Verba enunciatiua inſtrumenti conferenda ad validitatem eius, de quo in inſtrumēto diſpoſitiuè & prin cipaliter agitur, licet illud enunciatiuum probent ad finem validitatis eius, de quo principaliter agitur, non tamen probant illud enunciatum, ſi de eo incidenter ad validitatem alterius ſimpliciter in iudicio diſceptetur, ſic notabiliter limita. l. optimam. & l. eleganter. no. Ant. de præſump. illud in 3. nota. in 3. col. in fin. & in c. fina. de ſucceſſ. ab inteſt.

* SINGVLARE.

Verba enunciatiua quando ſunt geminata, ſemper diſponunt, ita ſing. not. Bar. in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ſequitur Panor. in c. ſi cautio, in vltimis verbis, de fide inſtru. & refert & ſequitur pro ſingulari do. Iaſon in l. 1. in 6. col. ver. nunc videndum reſtat. C. de ſacroſanct. eccle. H. F.

Verba enunciatiua inſtrumenti faciunt plenam fidem, quando factum enunciatum eſt de longinquo, quia tunc verbis enunciatiuis datur fides, ſicut famæ. In facto autem recenti faciunt aliqualem præſumptionem. not. do. Ant. de proba. quoniam contra. pe. char. in princ. 2. colu. ver. puta tamen quòd ſola fide, plenius per eum in c. vlt. de ſucceſ. ab inteſt. 2. char. ver. ad declarationem.

Verbum ratione adiuncti recipit intellectū, quem aliàs non reciperet tex. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit autem. & ibi no. Bar. & Io. An. in cle. ſi Romanus. de præben. in glo. quò ad vitium. & de priui. ſi Papa. lib. 6. in glo. fin.

Ver-

Verba geminata omnem numerum includunt, & ſub eis veniunt, quæ ſub verbis ſimplicibus non venirent. not. Io. And. de ſid. presbyt. c. 2. lib. 6. in verbo plura. in nouella. & not. Ro. ſecundum eundem Ioan. conſil. 32. & not. Bart. in l. Baliſta. ff. ad Treb. aduerte quia Barto. loquitur, quando verbo generali additur dictio geminata.

* SINGVLARE.

Verba geminata debent aliquid operari vltra illud quod operantur verba ſimplicia, vt probatur in text. not. in l. Baliſta. ff. ad Treb. quem text. dicit valde ſing. Alex. in conſil. 361. incip. nec arguendi ſumus. in 6. col. ver. 7. confirmantur in 2. volum. Aduerte tamen quòd licet verba geminata ſoleant multum importare, & pluſquam verba ſimplicia. d. l. Baliſta. tamen recipiũt interpretationem & reſtrictionem de idoneitate. Iaco. de ſanct. Geor. in l. 2. §. Prætor ait, in 1. not. ff. qui ſatiſd. cog. H. F.

Verba iſta, arbitrio tuo, vel iudicio tuo, quid importent, vide ſub verbo, arbitrium.

Verba quæ ſunt de ſe clara, non eſt ſumenda alia mentis coniectura. not. Rom. conſil. 366. vide ſub verbo, declaratio. §. declaratio debet fieri.

Verbum temporis futuri verificatur etiam in præſenti. ff. de ver. ſig. l. verbum oportebit. & not. glo. in cle. 1. de conceſ. præben. ſuper ver. noticia. & etiam verba temporis præteriti quandoq; verificantur in præſenti. not. Ant. de proba. poſt ceſsionem. ver. vnus caſus. 9. col. & vide ſub verbo, tempus.

Verba vniuerſalia reſtringuntur ad ſubiecta habilia. no. Ant. de cohab. cle. veſtra. ver. no. quòd verbum. vide quinquaginta modos reſtringendi verba generalia, quos ponit Ioan. And. in regula, in generali. lib. 6. in mercurialibus.

Verba ſimpliciter prolata ciuili modo ſunt intelligenda, vt ab eis excludatur iniuſtum & iniquum. not. Ioan. Andr. de iureiur. quintauallis. ver. oppo. per eundem.

Verba temporis præteriti poſita in literis vel inſtrumentis, an intelligi debeant de præterito diu ex in-

teruallo, vel de præterito incontinenti & immediate, vide ſub verbo, litera.§.literæ ordinandorum.

Verba denotantia fictionem & improprietatem, ſi ponantur in l. iuxta illud quod poteſt eſſe verum, ſecundum proprietatem vel veritatem, magis dicuntur verba veritatis expreſsiua quàm fictionē vel proprietatem ſignificantia. not. Bart. ff. de vſuc. l. ſi is qui pro emptore. 5. char. ver. quærendum etiam infrà in fin.

Verba facientia mentionem de aliquo, debent intelligi de illo, quod eſt naturaliter, ſiue ſecundum ius commune, non de illo quod eſt tale ex priuilegio, vel ex fictione: vt l. fin. C. de his qui ve. æta. impe. & ibi no. Bald. & vide ſuper ver. ſtatutum. §. ſtatutum ſi. dic. & ſub verbo, diſpenſatio non eſt idem.

Verba generalia an comprehendant perſonam loquentis, vide ſub verbo, genus. §. generalis ſermo.

Verba iſta, pleno iure ſpectant & pertinent, quod importent, vide Ant. in c. conqueſtus, de for. compet. & in c. querelam. ver. no. 7. hic tex. de elect. & not. glo. de priuil. Abbate. lib. 6.

ADDITIO.

Adde verbo pleno iure, ſi ponitur in ſubſtitutione, facit eam intelligi directam. Bald. in aut. hoc vſus. de ſacroſanct. eccle. vide Bald. in l. precibus. in 12. col. verſ. procedo vlterius. C. de impu. & alijs ſubſtit. Et Alex. in l. centurio. in 27. col. ibi quarta fuit opinio. Barto. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit. ſibi videtur velle quòd verba, pleno iure, tollant Trebellianicam.

Verbum omnimodè ſiue omnimodam iuriſdictionem, quid importet, vide Ant. in c. conqueſtus. de for. compe. in glo. ſuper ver. omnimoda.

Verbum prorſus adiectum verbis in futurum ſonantibus non inducit canonem latæ ſententiæ, nec priuationem ipſo iure. not. Ant. de reſcrip. ſuper literis. 2. col. ver. not. quòd verba.

Verbum per locum prolata non inducunt obligationem. l. obligationum ſubſtantia, in fi. ff. de act. & obli. & l. illud. ff. de iureiur. &c.

Ver-

Verba narratiua Papæ motu proprio prolata faciunt plenam probationem, donec contrarium probetur. not. Lap. in cle. 1. de proba.

Verba debent referri ad ea duntaxat, ad quæ poſſunt congruè adaptari. l. 1. §. lex Falcid. ff. ad l. Falcidiã. & Bar. no. ibi. & in l. talis ſcriptura. §. fi. de leg. 2.

Verba ſequentia declarant præcedentia, & econuersò. l. ſi ſeruus plurium, in fi. de leg. 1. & l. hæredes palàm. §. ſed & ſi no. ff. de teſt.

Verba expreſſa quæ tacitè inerãt, nihil operantur, niſi aliter exprimantur quàm inſunt, vel inſint ex voluntate non ex neceſsitate: vt not. Bart. & Bald. in l. hæc verba. de le. 1. vide Ant. in c. præſentia, de proba. 12. col. ver. ſextus caſus.

Veritas an opinio præualeat, vide ſub verbo, opinio.

Vicarius ſiue officialis epiſcopi, etiam ſi alio nomine appellatur, vt vicedominus, eſt ordinarius: vt not. Rom. conſil. 371. & dicitur iudex ordinarius ad vniuerſitatem cauſarum datus: vt not. Rom. conſil. 378. & habet iuriſdictionem ordinariam habitu, etiam ſi nunquam ſedet pro tribunali: vt not. Rom. conſil. 377. Ideò non eſt neceſſe probare de eius poteſtate per literas, niſi ab aliqua partium negetur eius poteſtas, & tunc ſufficit probare quòd pro tali reputatur. not. Rom. conſil. 47. & vide ſub verbo, dignitas. §. dignitas eſt eſſe vicarium. §. laicus. §. prælatus.

5 † Vicarius epiſcopi habet vnum & idem conſiſtorium cum epiſcopo. not. Rom. conſil. 371. hoc verũ quò ad iuriſdictionalia, & in his quæ ſunt fori contentioſi. In aliјs ſecus, licet enim non poſsit beneficia conferre ſine ſpeciali commiſsione, quia illud eſt voluntariæ iuriſdictionis, tamen præſentatos poteſt ad beneficia inſtituere, quia illud eſt neceſſariæ iuriſdictionis. not. Roma. conſil. 397. Et eadem ratione poteſt electos confirmare: vt not. Fred. in tract. permu. q. 26. vide omninò ſub verbo, iuriſdictio. §. iuridictionalis actus.

Vicarius epiſcopi quantumcunque ſit in ſpiritualibus generalis, tamen non poteſt beneficia conferre ſine ſpeciali cõmiſsione, & tunc ſi à collatione vicarij appel

letur, appellabitur ad epiſcopum, quia vicarius non contulit vt vicarius, ſed vt ſpecialis commiſſarius, & quæ ſit differentia inter vicarium epiſcopi in ſpiritualibus deputatum cum iuriſdictione & ſine iuriſdictione, vide Rom. conſil. 397. Et vicario non habenti adminiſtrationem temporalium non poteſt epiſcopus committere poteſtatem conferendi beneficia: vt not. Rom. conſil. 397. Adde quod etiam beneficia deuoluta, quæ per cap. vacante ſede conferri poſſunt, non poſſunt per vicarium epiſcopi conferri ſine ſpeciali commiſsione. not. Pet. More. in c. fin. de offic. vica. lib. 6.

Vicarius epiſcopi poteſt beneficia conferre, quando data eſt ſibi poteſtas conferendi omnia beneficia generaliter & indiſtinctè, ſecus ſi daretur poteſtas conferendi certum beneficium vacans. not. Rom. conſil. 317.

Vicarius epiſcopi non poteſt quem beneficio deſtituere, nec permutantibus auctoritatem præſtare. not. Fred. in tract. permu. q. 26. Sed quædam additio ibi poſita dicit, quòd imò poteſt auctorizare, quia talis auctoritas pendet à iuriſdictione epiſcopali: vt no. glo. in cle. 1. de re. perm. Et vicarius quantum ad iuriſdictionem, habet idem tribunal cum epiſcopo, ſi tamen vicarius haberet ſpeciale mandatum ad deſtituendum inuitos per hoc concluderetur poteſtas recipiendi reſignationem, & tunc non eſſet dubium, quin poſſet permutantibus auctorizare: vt not. in addit. prædicta. & vide ſub verbo, permutatio. §. permutationi.

Vicarius epiſcopi licet ex ſua generali poteſtate non poſsit per inquiſitionem punire crimina & delicta, poteſt tamen ex ſuo mero officio, & etiam implorato de crimine inquirere, & illum quem criminoſum inuenerit remittere ad epiſcopum puniendum. not. Roman. conſil. 66. Item poteſt ad inſtantiam partis punire: vt not. Ioan. Andr. de offic. vicar. c. licet. libro 6. in nouella. Contrarium dicit Hoſti. quòd ex ſpeciali commiſsione epiſcopi non poteſt vicarius de crimine accuſati cognoſcere, nec diffinire, quia nec epiſcopus non conſecratus, licet ſit electus & confirmatus, poteſt talia facere: vt ipſe not. in capit. ex frequentibus. de inſtitu. & Archid. 95. diſtinct. peruenit. Et recitat Lapus in dicto capit. licet. vbi tamen dicit ſecun-

ſecundum Spe. contrarium ſeruari. & hoc tenet Innoc. in c. tranſmiſſam de elec. vbi dicit, quòd cognoſcere & punire de crimine eſt iuriſdictionis non ordinis: & communiter illud poteſt facere epiſcopus confirmatus, licet non conſecratus: & ex hoc videtur, quòd idem ſit in vicario, qui eandem iuriſdictionem, & idem tribunal habet cum ipſo. Aduerte tamen etiam ſecundum Hoſtien. quòd licet epiſcopus non conſecratus non poſsit actualiter punire de crimine deponendo vel degradando, poteſt per ſententiam verbaliter deponere, ſiue deponendum pronunciare à beneficio: quia quem priuare beneficio iuriſdictionis eſt, ſecundum Compoſtel. & Ioan. And. in dicto cap. tranſmiſſam. & vide omninò Archi. 18. quæſtione 2. ſi quis Abbas. Adde quòd licet vicarius generalis epiſcopi poſsit de criminibus inquirere, punire, & beneficio priuare: tamen officialis foraneus epiſcopi, qui deputatur in diœceſi, non poteſt prædicta facere: vt not. Franciſ. de Zaba. in clemen. 1. de officio vica. quæſtione 17. & 18.

ADDITIO.

Vicarius foraneus non habet ordinariam iuriſdictionem, ſed delegatam: nec facit idem conſiſtorium cũ epiſcopo: vt no. in clemen. & ſi principalis, de reſcript. poteſt tamen dici, quòd cùm ſit deputatus ad vniuerſitatem cauſarum, cenſeatur ordinarius. le. cùm prætor. ff. de iudi. not. glo. in c. cùm cauſam. de appel. & Abbas vbi ſuprà.

Vicarius epiſcopi non poteſt alteri vices ſuas committere, niſi ex cauſa, & de conſenſu epiſcopi, & tunc iuriſdictionẽ non abdicat, ſed penes ſe retinet, ſed ſi eſt vicarius in ſpiritualibus & temporalibus, non poteſt etiam de conſenſu vel mandato epiſcopi alium vicarium in ſpiritualibus conſtituere, niſi aliter ſe haberet cõſuetudo: vt not. Rom. conſi. 371.

Vicarius perpetuus eccleſiæ parochialis tenetur ad omnia, ad quæ tenetur rector: licet minus iuſtè habeat, & minorem vtilitatem in eccleſia, quàm Rector. no. Ro. conſi. 273.

Vicaria in eccleſia parochiali, an ſit beneficium, ſiue titulus beneficij, vide ſub verbo, beneficium. §.

Vicarius epiſcopi in temporalibus poteſt eſſe Laicus.no.Archidia.18.quæſtione 7.in noua actione, ſed in ſpiritualibus eſſe non poteſt Laicus, nec etiam Clericus coniugatus.vt not.Ioan.Andr.in c.fina. de cleri. coniugat.& Lapus in c.1.de offi.vica.lib. 6. Monachus autem poteſt eſſe vicarius epiſcopi:vt not.Ioan.And. in c.finali.de cleri.ægrotan.quod intellige, ſi fiat de licentia Abbatis,aliàs ſecus.no.Guil. in clemen. & ſi principalis de reſcriptis. Quid de mendicante, vide Paulum in clemen.1.de rgula.in ver.officio. epiſcopus autem non poteſt eſſe vicarius alterius epiſcopi:vt no. glo. in clemen. in pleriſq; de electio.in verſi.vagationis.

Vicarius temporalis eccleſiæ, parochialis non artatur per decretum,licet canon.de elect. lib.6.

Vicarius principalis epiſcopi poteſt eſſe Iudex delegatus: ſecus in vicario qui dicitur officialis foraneus: vt in cle.& ſi principalis. de reſcriptis. An autem poſsit officialis principalis epiſcopi eſſe conſeruator, vide ibi glo.ſuper verbo, delegatus.

Vicarij duo ſi conſtituuntur per epiſcopum ſucceſſiuè vnus poſt alium,ex conſtitutione ſecundi cenſetur primus reuocatus ; ſicut & in procuratoribus : vt ibi not.Ioan.Cal. in cap. tua nobis. de offi. vica. Idem not. Lap. & Domi. de Sanct. Georg. in capit. 2. eod. titu. lib. 6.

Vicarius temporalis & conductiuus, an & quando poſsit deputari per rectorem in beneficio ſuo curato, vide in cle.1.§.quid etiam, de exceſ.prçlato.ſuper ver.ad menſam.in fine.& ſuper ver. an vacent: & in cle.1. de reſcrip.ſuper verbo,haberent.& in clem.1. de ſup.neg.prælato.ſuper ver.de menſa,& vide Ioan.And.in regula,qui contra iura.lib. 6. in mercuria. ad finem. & Lap. qui de hoc plenè loquitur alleg.ſua.5,& vide Ant.in c.g. perpetuus. de fide inſtru.

Vicedominus an poſsit eſſe Laicus, vide ſub ver. Laicus.

Videbitur:quid hoc verbũ importat, vide ſub ver. arbitrium.ibi habes differentiam inter Videbitur, Placebit & ſimilia.

Videlicet,iſta dictio eſt non ſolùm declaratiua, ſed etiam reſtrictiua:vt not.glo.& Bar. in leg. 2. ff. ad legem Aquil.

Aquil.& de fide inſtru.l.quæſitum.§.penulti.Contrarium notat glo.in l.cùm ita.§.fina.de lega. 2.

ADDITIO.

Vide Geminia.in c.ſtatutum.el 2. de hæreti.lib.6.

Vis,violentia quædam eſt compulſiua,quædam inquietatiua, quædam ablatiua, quædam turbatiua, & quædam expulſiua:vt not.ff.quòd met.cauſa.l.1.gl.fi.& l.extat. Sed & alia vis reperitur, quæ appellatur priuatiua,& non expulſiua,cum qua poterit metus concurrere:vt not.glo.in l.1.§. penul.de vi & vi arma. Sed cum expulſiua non concurrit metus.not.glo.in d.l. 2. quod metus cauſa.& videtur tex.in l. 4. §. ſi quis auté. in ver. perinde. ff. de vi & vi arma.

Viſitatio,vide ſub verbo, archiepiſcopus, &c.

Vix,hæc dictio quòd importat,quòd eſſe vel fieri licet vix ſit vel fiat.tex.eſt in c.2.de cogna.ſpiritua.lib.6.

ADDITIO.

Vix,id eſt,nullo modo.Barto.in l.ſi iure,paulò poſt prin.ff.de leg.3.& eſt dictio diminutiua.Bal. in leg. ſi.15. oppo.in ver.idem debent aſſerere.C.de edi. diui Hadri. tol.vide in l.impuberé. de fal. & in l. ſi plures. de vulga. & pupil.

6 † Vnio facta ex falſa cauſa ſeruata tamen forma iuris, valet & tenet : ſed probata falſitate reuocari & annulari debet:vbi autem fit vnio non allegata aliqua cauſa,tunc eſt ipſo iure nulla.not. Rom. conſil. 59. Intellige quando fit vnio per inferiorem à Papa.Sed ſi Papa illam facit ex falſa cauſa,ei per impetrantem ſuggeſta, eſt ipſo iure nulla,quia omnis gratia Papæ eſt ipſo iure nulla:vt not.Io.An.de fi.presby.c.2. lib. 6. in nouel. Secus ſi gratia vnionis mota proprio facta eſſet,per c. ſi motu proprio : ſed ſi per inferiorem motu proprio fieret vnio ex falſa cauſa allegata ex neceſsitate eccleſiæ, quæ tamen non ſuberat, dicendum eſt, eam eſſe nullam, tanquam in caſu illicito factam, ſecundum opi. Bar. cap. 1. de reſti. in integ. quam approbat Ioan. An. in cap.ſecundo.de fil.presby.lib.6. & An.in cap.tua.de his, quæ

quæ ſi.à præ.niſi cauſa quæ licet exiſtenter erat falſa, tamen apparenter à communi opinione partium erat vera. quo caſu valet alienatio & vnió mero iure, licet reſcindi poſsit: vt not.ſingu.Anto.eo. titu. cum apoſtolica. verſi. venio ad glo. Et iſto modo poteſt deciſio Rotæ ſaluari,& opi.Io.12.q.2. in ſumma,vide pleniſsimè per Oldra.in conſi.ſuper rub. de reb.eccle. non alie. Et vide omninò Egi.de belameræ conſi.477.dicit,auditores nouos tenuiſſe,℗ vnio facta ex falſa cauſa, eſt ipſo iure nulla:ſed auditores antiqui tenuerunt contrarium:& vide ſub verbo,Epiſcopus poteſt parochialem legato.§.præſcripto.§.

Vnio ſicut poteſt fieri menſæ epiſcopali vel abbatiali de rectoria parochialis eccleſiæ, & ita multò fortius de perpetua vicaria parochialis eccleſiæ. not. Rom. conſi.273.

Vnio eccleſiarum fit tribus modis, quos vide not. in c.1.in glo.ne ſede vacan. & 16.q.1. & temporis qualitas. & vide glo. in cle. per literas,de præben. ſuper ver. eccleſias.

Vnio vnius eccleſiæ facta alteri eccleſiæ, licet fortè operetur,quòd ordinario auferetur eccleſiæ vnitæ collatio:tamen non auferetur ſibi eiuſdem eccleſiæ ſubiectio, vel obedientia ſiue correctio. not. Rom. conſil. 118. imò nec videtur auferri collatio,per tex. in cap.2.de relig.domi. & in c. fina. de confir. vti. Sed Fred. de Senis in cónſilio 187. ſentire videtur, quòd collatio auferetur.

Vnió vel dimembratio eccleſiæ quando fit, an debeat rector eccleſiæ citari,vide ſub verbo,citatio.§.citatio rectoris.

Vnio quando fit de duobus beneficijs, & non apparet,an ſimul æquè principaliter ſit vnita,vel alterum vt acceſſorium ſit alteri tanquam principali vnitum, præſumitur in dubio illud principale, quod eſt magis dignum,quod not.Ant.in cle.per literas,de præben. Item ex denominatione iudicatur quod eſt principale, & quod accèſſorium : vt not. gloſſ. in dict. cle. per literas. quæ denominatio poteſt apparere per libros antiquos rationum in cuſtodia publica inuentos, ſecundũ Zenze. ibidem.

Vnio

Vnio poteſt probari per teſtes deponentes, quòd duo beneficia etiam incompatibilia fuerunt tanquam vnita poſſeſſa per tantum tempus, quòd non eſt memoria in contrarium: vt not. Ioan. And. in regula, qui contra iura. lib. 6. in mercuria. ad fi. & Hoſtien. in ſumma de ſup. neg. prȩla. §. quot modis. dicit quòd vnio non probatur per diuturnitatem temporis 40. anno. quæ non ſufficit ad vnionem probandum: vt not. Guil. de monte Lauduno in extrauagan. execrabilis. 8. col. ver. ſed nunquid deponentes. Sed benè ſufficit tempus, cuius contrarij memoria non exiſtit; & hoc etiam voluit Hoſt. in dict. §. quot modis, in fi. vbi remittit ad notata per eum in ſumma de cenſibus. §. quis cenſus. & ibi ver. quod ergò ſentit, quòd dictum tempus ſufficit, &c.

7 † Vniuerſitas eſt nomen iuris, non perſonarum nec rerum. no. Inno. de ſen. excom. grauem. & propterea gl. appellat vniuerſitatem iuris in l. ſuper affren. ff. de condi. ſuper ver. conſecutis: vt no. Bar. ff. de rei ven. l. 1. §. per hanc. & de impen. in re. do. fa. quod dicitur. in princip. & eſt text. ff. de verb. ſigni. leg. hæreditatis appellatio. & leg. pecuniæ. §. hæreditatem. Et vide ſub verbo, populus, per totum.

Vniuerſitas quædam eſt perſonarum tantùm, vt populus, collegium, & ſimilia. Quædam rerum tantùm, vt grex: quædam rerum & perſonarum, vt hȩreditas, peculium, dos, patrimonium, & ſimilia: vt not. Barto. ff. de impen. in re. dota. fac. l. ꝙ dicitur. in prin. & ſuper rub. ff. ſo. ma. item caſtrũ, & villa, in quibus, quia habent honorem diſtinctum, & iuriſdictionem, vniuerſitas appellatur. not. Inno. & Io. An. de iure pa. ex literis.

Vniuerſitas à generalitate differt: quia contractus ſuper genere celebratus, cenſetur initus ſuper qualibet re ipſius generis: ſecus in contractu ſuper vniuerſitate celebrato, vt patet ff. de Aedil. edi. leg. itaq;. & leg. ſeq. vt not. gloſſ. eodem titu. cum eiuſdem. vide Cy. C. quæ res pig. obl. poſ. leg. fin. & Bart. ff. de aur. & argen. leg. ſi ita.

Vniuerſitas qualiter ſumenda ſit, vt locum habeat id, quod dicitur, quædã cum vniuerſitate tranſire: quædam ſpecialiter non tranſire, vide Inno. & Io. An. de iure patro. ex literis. & Bar. C. qui pot. in pign. hab. l. aſsiduis.

duis. & Bald. in l. 1. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdictio. & in l. edicto. ad fi. C. de edi. diui Hadri.

Vniuerſitas poteſt in vno reſidere: vt patet in cap. vnico. de ſede va. lib. 6. & ff. quòd cuiuſq; vniuer. not. in leg. fi. quod limita: vt not. Bal. de le. 1. ſi græcè: imò retinet nomen vniuerſitatis, etiam ſi nulla res in hæreditate remanſit. ff. de teſt. li. leg. ſi hæredi decem. & de pecu. leg. peculium. §. pe. & de verb. ſig. leg. hæreditatis appellatio.

Vniuerſitas non poteſt excõmunicari, qualiter cõtra eam ſit executio, vide Io. An. de ſen. excom. grauem.

Vniuerſitas & collegium quando & per quem poſſint in negligentiam conſtitui, & an vnus vel plures poſſunt alios de vniuerſitate in negligentiam conſtituere, ita quòd illis negligentibus venire poſſunt præſentes, vnus vel plures ad actum, ad quem alij vocati erant, procedere, & qua hora debent vocati comparere, vide plenè per Anto. de elect. cum nobis olim. ver. venio ad ſecundum. 7. col.

ADDITIO.

Vniuerſitas cùm eſt obligata pecunialiter, & non habet vnde ſoluat, poſſunt ſinguli compelli, vt contribuant. no. gl. in c. cum dilecta. de reſcri. & ibi Abbas in fi. Et clarius glo. in l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuer. no.

Vniuerſitas & capitulum ſi conſtituit ſyndicum, licet in inſtrumento non exprimantur nomina ſingulorum: ſed dicatur, talis vniuerſitas vel tale capitulum cõſtituit talem ſyndicum, valet conſtitutio, ſi eſt appoſitum ſigillum vniuerſitatis vel capituli: & hoc operatur autoritas ſigilli. not. Io. An. in addi. Spe. in ti. de ſin. §. 1. ver. quid ſi in aliquo. idem ſi non eſt ſigillum: ſed apponitur nomen Decani, vt ſi dicitur, Decanus & capitulũ conſtituunt, &c. nam talia procuratoria admittit Romana curia: vt not. Io. An. de his quæ fi. à præla. Bal. indiſtinctè dicit, quòd non eſſet neceſſaria expreſsio nominum. ita no. ipſe in pace conſtantiæ. §. damna, vide Bar. in l. 1. de albo ſcrib. qui diſtinguit inter vniuerſitatẽ magnam & paruam: vt primo caſu exprimi debeat, ſecundo non. vide omninò Oldra. conſi. 99.

Vni-

Vniuerſitatis maior pars ſi quid faciat alījs non vocatis, nō valet.not.Bar.in l.nulli in fi.ff.quòd cuiuſq; vniuer.no.

* SINGVLARE.

Vniuerſitas ſi velit procedere ad reeligendum magiſtratum ciuitatis,cuius iam expirauerat officiumvno ſolo contradicente,non poteſt : nam licet in electione ſufficiat maior pars, tamen in reformatione requiritur,quòd omnes conſentiant nemine diſcrepante.text. eſt in §.nunc autem nulli.in verb.tota ciuitas nullo reluctante.& ibi Ang.in aut.de defen.ciui. quem tex. reputat ad hoc ſingularem Ludo. Rom. in conſi. 352. incip. quæritur primò nunquid,in 2. colum. ver. quòd ad tertium,in quo quæritur, ſequitur Iacobinus de Sancto Georg. poſt Ange. in leg. & ſuum. §. hodie tamen. in prima lect. circa fin. ff. de pact. & Felin. in capit. cùm omnes. in 12. colum. verſic. quartò fallit de conſtitu. H. F.

Vniuerſitas vel collegium ſi non habet rectorem, debet conuocari per antiquiorem in collegio, & ſi vocati non vadunt,poteſt procedere ad actum,ad quem vocati ſunt.not.Inno.de ma.& obed.c.1.& Bart.in l.1.ff.de albo.ſcrib.niſi alteri de conſuetudine eſſet data poteſtas conuocandi.not.do.Anto.in d.c.1.de ma.& obe.ceſſante autem conſuetudine vel ſtatuto, non videtur, q; per vnum poſsit vniuerſitas vel collegium conuocari, niſi eſſet maior dignitate vel ordine vt epiſcopus,quod ſentire videtur Dom.Anto.de ele.cum nobis olim. ver. venio ad primum.12.colum.& ver.venio ad ſecundum. 9.columna. Et ſi omnes ſunt pares, non poteſt maior pars aliam partem conuocare, niſi vocantes ſint duæ partes totius vniuerſitatis vel collegij : vt not. ibidem per Anto.

Vniuerſitas quando congregatur, debent conuocari omnes maiores 14. annis, ſiue maſculi ſiue fœminæ,& tutores minoris, & filijfamiliàs habitantes ſeorſum à patre.not. Innocen. de no. ope. nunci. cùm ex iniuncto in fine.

Vniuerſitas tunc demum tenetur de delicto per omnes de vniuerſitate, vel per maiorem partē cōmiſſo, quando

quando præceſsit eorum communis deliberatio de cõmittendo illud delictum: aliàs ſi communis deliberatio non præceſsit, tenentur vt ſinguli, non vt vniuerſi, ſecundum Bart. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis. qui pro hoc allegat tex. in l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clam. & glo. l. allegandum. §. refertur. de re iudi. tu dic tamen, quòd etiam, ſi non præceſsit deliberatio, tenetur vniuerſitas eo ipſo, quòd omnes de vniuerſitate, vel maior pars fecit: quia in dubio nomine vniuerſitatis feciſſe cenſetur: & ita intelligitur iſte tex. in iſto §. refertur. & ff. ad muni. l. quòd maior: nec aliquo iure cauetur, quòd talis communicatio conſilij requiratur, non ob. §. ſi in ſepulchro. quia ibi loquitur in pluribus delinquentibus, qui non faciebant aliàs vniuerſitatem: vt patet ex tex. qui dicit, quòd ſi communicato conſilio deliquerunt, quilibet tenetur inſolidum: ergò ſequitur, quòd non faciebant aliàs vniuerſitatem, quia fortè erãt de diuerſis vniuerſitatibus, vel ſi erant de vna, non erat maior pars, ſi enim fuiſſent, vel maior pars vnius vniuerſitatis, falſum diceret text. quemlibet eorum inſolidum teneri, quia nullus eorũ ſingulariter, ſed ipſa vniuerſitas teneretur, per l. ſicut. §. 1. ff. quòd cuiuſq; vniuerſi. & l. intantum. §. vniuerſitatis. ff. de re. diui. non obſtat gl. in d. §. refertur, quæ dicit, quòd ſi vocata vniuerſitate per tubam vel campanam, vel vocem præconis, ſi maior pars aliquid facit, tota vniuerſitas feciſſe videtur, quia non propterea concludunt, quod ſine vocatione, ſi maior pars aliquid facit, tota vniuerſitas feciſſe videtur, benè fateor, quòd vocatio eſt euidens ſignũ, quando nomine vniuerſitatis fit, quòd agitur, euidens ſignum eſt, quando communicato prius conſilio id agitur, de qua communicatione conſilij loquitur glo. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, in 7. q. & ſi dicatur, quòd ſecundum premiſſa non erat dare caſum, quòd illi de vniuerſitate delinquant: vt ſinguli, quãdo ſunt maior pars vniuerſitatis, reſpondetur, quòd imò ſi ipſi dicant, ſe id facere nomine proprio, & non nomine vniuerſitatis: aut ergò exprimunt, quòd nomine vniuerſitatis agunt: aut quòd nomine proprio, aut nihil exprimunt: primo caſu planum eſt, quòd vniuerſitas tenetur: ſecundò, quòd ſinguli delinquentes. tertiò caſu eo ipſo, quòd maior

maior pars fecit nomine vniuerſitatis, vniuerſitas fe-ciſſe videtur,& ad ipſa quod factũ eſt,refertur.& iſte eſt text.in d.§.refertur.& in hanc partẽ declinat glo.in d.l. ſicut §.1.tenendo vltimã opinionem, quæ ſemper cenſetur eſſe opi.gloſato.ſatis illa tenenda eſt:vt no. Bal.in l.ſi mater tua. C. ne de ſta. defun.

ADDITIO.

In vniuerſitate etiam ſeculari maioritas non cõſiſtit in ſolo numero,ſed in dignitate & auctoritate, & merito perſonarum.no.glo.& Barto.in l. Pomponius. & in l.ſi vim. ff. de re iudica.

Vniuerſitas tota tenetur ex delicto maioris partis: tenetur etiam ex delicto officialiũ quos elegit.no.Ioan. An.de ſimo.dilectus.2.ad fin. Itẽ tenetur ex delicto vni⁹ de vniuerſitate,ſi id ratũ haberet, vel ſi monita nõ emẽdet, vel emendare faciat.no. Io.And. de ſenten. excom. graue. Et primo caſu quando maior pars delinquit, fit executio cõtra omnes,etiam qui delicto non conſenſerunt,ne aliàs ꝓpter difficultatem probationis delictũ remaneat impunitũ,ſecundũ Hoſt.Io.And.&.Ant.in d. c.dilectus,cuius contrariũ dixit Bart.in l.aut facta.§.fi. ff.de pœnis. vide Fran.de Zaba.in cle.1.de pœ.in c. ſi ciuitas.lib.6. de ſenten. excom.

ADDITIO.

Adde Bart.in l.aut facta. ff.de pœnis: & melius per Abba.in c.dilectus filius. de ſimo. colum. 3.

* SINGVLARE.

In his quæ continent delictum, nunquam factum maioris partis nocet minori non conſentienti vel abſenti,etiam in actibus collegialibus.tex.eſt not.in l. 1.§. 1.ff.de magiſtra. conue. quem tex. dicit eſſe ſingu. Pau. de Caſt.in l.& ſuum hęredem.§.hodie tamen.in vltimis verbis.ff.de pact.& ſequitur Iac.de ſan.Geor.ibi in prima lectu.in penul.col.verſi.dicit etiam hic. H.F.

* SINGVLARE.

Quotiens aliquis in aliquo actu gerendo per vniuerſitatem non vult conſentire,debet expreſſè contra-

dicere,aliàs habebitur pro conſentiente, & quò ad pœnam,& quò ad peccatum,quod eſt ſingulariter no. Panor.in c.1.in penultima colum. verſi. & cadit hæc quæſtio,de his quæ ſi.à maio. parte cap. H. F.

* ADDITIO.

Vniuerſitas ſi ſoluit expenſas occaſione geſtorum ab eo,qui ſe geſſerat vt ſyndicus vniuerſitatis, videtur vniuerſitas ratum habere, quod factum eſt poſtea : vt not.Spec.in titu. de ſyndico. §. 1.in 3.col.verſi. ſed pone quòd vniuerſitas.& allegat in argu.l.Paulus reſpondit. ff.rem ra.habe.& l pe.ff. de decu.& c.quod ad conſultationem.de re iud.ſequitur Alex.in conſi.127.incip. viſo inſtrumento locationis,in 1.colu.verſicu.& videretur. in quinto volumine.ſimiliter refert & ſequitur Philip. Decius in conſi.262. incip. in cauſa magnifici, in 3.col. verſi.accedit vlterius,in 2.vol.H. F.

Vniuerſitatis priuilegio nõ gaudent etiam matriculati,niſi artem & profeſsionem vniuerſitatis actu exerceant.Ideò doctores & ſcholares ſtudiorum non gaudent priuilegio vniuerſitatis ſtudij, niſi actu legant & ſtudeant : vt notat Barto. in l. quo ſub prætextu. C. de ſac.ſan.eccle.& in l.1.C.de colle. & char. pri. lib.11.& vltra illos tex.optimè facit C. de epiſ. & Cle.l. generaliter.& de aduoca.diuer.iudi.l.per hanc. vide Bar. in leg. penul.ff.de teſtamento militis.& not. de pœn. l. aut facta.§.tempus.& Bal.in aut.habita. §. ſequitur. in textu ſcholaribus. 2. charta.

Vniuerſitas an poſsit agere pro iniuria,vel damnis, ſuo ciui ſubditis illatis,vide ſub verbo,dominus.§.1. & vide infrà §. vniuerſitas ciuitatis.

Vniuerſitas ſi diuiſa, quia fortè vna pars expulit aliam,an illa quæ eſt intra, vel illa quæ eſt extra, poſsit ſtatuta facere,vel ſyndicum ſtatuere,vel totam vniuerſitatem obligare,vide Barto.in l.omnes populi.3.colu. verſi.quæro.& de iuſticia & iure.& in l.ſi quis.§.fina.de leg.1.& Bald. in titu. quibus modis feudum amittatur. c.1.in princi.verſi.pone ciuitas.& de pace & eius vio.c. 1.in princi.ſuper ver. pro tali proceſſu.

Vniuerſitas ciuitatis,caſtri,vel villæ, & etiam quilibet de vniuerſitate ipſa poteſt agere pro his feudis, quæ

quæ ad honorem vniuerſitatis tendunt, licet in vtilitatem alterius vergant, vt patet in legato relicto pauperibus, vel puellis maritandis: quia honor eſt ciuitatis, quòd pauperes non vadant mendicando, & puellæ nõ vadant hincinde vagando. l. ciuitatibus, in princip. & l. ſi quid relictum, de leg. 1. & ibi per Bar. & Bal. Idem no. Barto. in tractatu alimentorum.

8 †Volo, hoc verbum importat liberam voluntatem. Ideò ſi datur mihi facultas eligendi quem volo, poſſum indignum: ſecus ſi electio conferatur in arbitrium meum, quia intelligitur de arbitrio boni viri. Idem ſi detur mihi facultas eligendi, quem dignum putauero. not. Bart. de legatis ſecundo. l. cùm quidem. & plenius in extrauaganti ad reprimendum. ſuper verbo, videbitur. vbi autem datur alicui libera poteſtas, non intelligitur, ꝙ poſsit aliud facere cõtra iura ſcripta: vt no. per gl. & Ant. in c. 1. de offi. ord. & vide ſub verbo, arbitriũ.

Volo, per hoc volo eſſe hæres, inducitur additio hæreditatis. Sed ſi dicam, volo eligere talem, per hoc nõ infertur electio, niſi præceſſerit deliberatio. no. Barto. de legatis primo. l. ſecundũ electionem, in principio. Et vide quod not. per eum. & per Bart. in l cunctos. C. de ſumma trini. & plenisſimè per Anto. in cap. ex literis. 1. de ſpon.

9 †Vox, qui habeant vocem in capitulo, & qui non. vide in cle. 2. de ætate & quali. & in cle. ſi. eod. tit. in glo. intelligere. dic tamen, quòd vocem non habent minores 14. annorum maſculi, & monachi. nec conuerſi laici in eccleſijs regularibus vel monaſterijs, de ele. ex eo. li. 6. in tex. & glo. ſuper ver. tacitè. ſed in hoſpitalibus & locis vbi non ſunt niſi conuerſi Laici, illi habent vocẽ, & poſſunt ſibi eligere magiſtrũ & rectorem: vt no. in d. c. ex eo. in gl. ſup ver. clericis. Idem etiam in locis, in quibus ſunt conuerſi clerici & Laici, ſi eſt conſuetudo præſcripta, quòd etiam conuerſi Laici admittantur: vt ibi no. gl. Si fœminæ verò profeſſæ habent vocem in capitulo ſtatim, cùm ſit ætatis 12. annorũ, de elect. indemnitatibus, in prin. lib. 6.

Vocem non habent in electione impuberes, excõmunicati, ſuſpẽſi, irregulares, & non cõſtituti in ſacris. no. Io. An. de elect. quia propter. ſuper verbo, debent.

Voces duas poteſt quis habere in eodem capitulo, quando habet duo beneficia in eccleſia, quæ ſi eſſent duorum quilibet eorum haberet vnam vocem. no. Io. And. Antoni. de re iudi. cùm olim.

10 † Votum ſi quis facit de intrando vnam religioné, licet non dicat quam, cogitur ex approbatis intrare. notat Io. And. ſecundum Innocen. in c. ex parte. de cenſi.

* SINGVLARE.

Votum factũ calore iracundiæ non obligat vouentem, quia Deus ad obligandum ſibi aliquem reſpicit cor & animam: ita dicit gl. in c. dudũ de conuer. coniug. quam gl. dicit eſſe ſingularem And. Barba. in conſil. 60. incipiente, ſapienter. in 8. col. ver. præterea facit ad prædicta, in 1. volu. adde ſing. glo. in ſimili in c. ex literis, de diuor. quæ dicit, quòd confeſsio facta calore iracundiæ non præiudicat, niſi data perſeuerantia: vt not. Panor. in d. c. dudum, in penul. col. & an omne votum ante ingreſſum religionis diſſoluatur per ingreſſum, vide laté per Feli in c. peruenit. in 1. colum. de iureiurando. & per Ludouicum Roma. ſingu. 498. incipien. capias tria pulchra. H. F.

Vſq;, an hæc dictio ſtat incluſiuè, vide Io. And. in c. 1. de or. ab epi. & Cy. in l. à caligato. C. de nup. Item vide Archi. in c. ſi gratioſè. de reſcrip. lib. 6. ſuper verbo, vſq;.

Vſufructuarius an verè poſsideat, vel quaſi poſsideat, vide ſub verbo, poſſeſsio. §. poſsideri an poſsit.

11 † Vſurarius manifeſtus dicitur ille, qui coram notario etiã extraiudicialiter confitetur ſe eſſe vſurariũ. not. Antonius de cohabita. clerico. & mulierum. c. veſtra. 21. colum. & eſt glo. in c. quanquam. de vſuris. li. 6.

* ADDITIO.

